DE IVDICIIS

De Foro competenti, & Legitima Iudicum potestate,

A C

DE IVDICIIS

In Genere, Iudicio executiuo, & Concursu Creditorum.

TOMI DVO.

DISPVTATIONVM IVRIS VARIARVM,

Ad Interpretationem Regiarum Legum Regni Caſtellæ, & illis ſimilium, tam ex iure Neapolitano, quam ex vtroque Communi Ciuili, & Canonico.

LIBRI PRIMI.

DE IVDICIIS.

TOMVS PRIOR.

Continens Titulum Primum de Iudicibus, & eorum legitima poteſtate, cum integro Tractatu de foro competenti, & alijs ſpectantibus ad Iudicum poteſtatem.

AVCTORE

D.D. THOMA CARLEVALIO HISPANO

Patritio Baecenſi, Philoſopho, Theologo, & Iuriſconſulto, olim in Baecenſi Academia ingenuarum Artium Profeſſore. Poſt in Sacro Supremo Iuſtitiæ Conſilio Regni Neapolitani Regio Conſiliario.

Opus omnibus, tum Theoricis, tum Practicis vtiliſſimum.

Cum ſummis in cuiuſque Diſputationis Capite, & ſuis locis inſertis multis Deciſionibus eiuſdem Sacri Regij Conſilij Neapolitani.

Adiecto duplici Indice, altero Argumentorum Diſputationum hoc Opere contentarum, altero Sententiarum inſignium copioſiſſimo.

Prima editio Venetijs cum additionibus ſuis locis inſertis.

Reuerendiſſimo Patri Magiſtro

FRATRI VINCENTIO PRÆTO

Sanctiſsimæ Inquiſitionis Commiſſario Generali.



VENETIIS, Apud Bertanos, M. DC. LX.

Reuerendiss. Patri Magistro Fratri

VINCENTIO PRÆTO

Sanctissimæ Inquisitionis Commissario Generali.

IOANNES ANTONIVS BERTANVS.

S. P. D.

QVo Ingenij accumine, quaue profunditate Doctissimus Hieronimus Carleual suum nuperrimè tractatum de Iudicijs illustrauerit Reuerendissime Pater, Immortalitatis fama, quam ob id assequutus est, facilè comprobat. Et cum mihi denuo fortuna aridente illum litteratorum commodo permissum sit, diu dubitaui, cuius potissimum Patrocinium huic operi adoptare debuerim; occurrebant quippe multi, & sua, & honorum quos gerunt dignatione præstantes Viri, tandem perlustratis singulis, commodissimum visum est te adire. Certè timendum mihi non est, ne laudis inde plurimum non feram; cum Eminentissimi Cardinalis Sfortiæ Pallauicini exemplum sequar, qui Te suarum Assartionum, Theologicarum patronum elegit. Non est meum Reuerendissime Pater causas huius mei consilij commemorare; satis habeo si dicam Te ex omni sapientum Dominicanæ familiæ copia Theologo purpura decorato ad hoc ipsum placuisse. Liceat tamen mihi vnum, aut alterum præterea in medium adducere; nam nostrorum temporum Iuris prudentiæ corona ille Antonius Merenda, qui cum Tijpis mandare voluit suum de Consilio tractatum, tibi illum direxit, vt tua virtute tueretur: Sapientissimus verò Carena in suo de Inquisitione tractatu, atque Quæstionis Decimæ.

Dominici Guidonis Tuliodij Cardinalis Te defensorem, atque tutorem constituit, imò & in præfatione eiusdemmet Libri egregium tuæ sapientiæ Testimonium perhibuit. Quid ergo mihi dicendum superest, cum à tam præstantibus viris præuentus sim? Fortasse parum erit si Te tui ordinis in omnium facultatum studijs facilè principem appellem. Iure quidem appellato cum Te vnum inter omnes Dominicanæ Religionis Filios sedes Apostolica Christianæ pietatis custodem, atque excultorem imposuerit. Parum fortasse erit si Te socium Patris Generalis Seraphini Sechi, cuius virtutis fama vsque ad remotissimas Regiones peruolauit, prædicem, atque Definitorem in Capitulo Generali acutissimum recorderer? Vnde vt tantarum virtutum

cu-

cumulum assequereris, diuturna annorum seriè in reuoluendis monumentis consumpsisti. Qua propter insignes Cathedras in testimonium tantæ virtutis assequutus es; nam Romæ eruditissimę Sacræ Theologiæ dificultates explanasti Bononiæ, atque Neapoli in conuentu Sancti Dominici subtilissimus Regens fuisti, atque nunc celebri cum fama per tot annorum circuitus incomparabili Religionis, & fidei Christianæ augumento in Sacræ Inquisitionis præpositura desudas, quod munus iam elapsis temporibus Genuæ, Cremonæ, atque Bononiæ cum animi integritate, morum honestate, sapientiæ singulari ita copulasti, vt ijs Innocentius X. Sanctissimus Pontifex edoctus, ad Romanam Inquisitionem regendam inter tot doctissimos integerrimosque viros Te solum omni genere virtutum ornatum sublimauit; quod autem admirandum est non Principum, ac Magnatuum potentia, vt id assequereris, sed vna Tua virtute vsus es, vltro contempto omni, quod Te commendandum susceperat patrocinium. Parua hæc esse; & meritorum tuorum magnitudini respondentia, satis intelligo Reuerendissime Pater; cum ab exili ingenij mei censu profecta esse considero, sed fortasse exilia videri non poterunt, si mei erga Te animi beneuolentię argumenta, Credas; quod vt facias, humillimè etiam Te, atque etiam Rogo. Vale.

DON

D. THOMAS CARLEVALIVS REGIVS CONSILIARIVS,

Studioso Lectori.

DIxi, studiose Lector, quibus ex causis impulsus hæc scripserim in Operis proœmio, dicam tibi quibus motus ediderim. Prima fuit nè post tàm prolixum laborem meum vtilitati tuæ deessem. Deindè postquam omnibus notum erat, me his edendis attendere, tot fuerunt orta impedimenta, partim fortuita incredibilia, quæ editionem ita distulerant, vt ferè mihi persuaserim, diuinam voluntatem esse nè ederentur, ac de non edendis cogitarem, partim obiecta obtrectatorum improbissimorum opera, quos plurimos hisce postremis temporibus odiosos sum expertus, sine vlla tamen mea culpa, quàm agnoscam, qui omnibus prodesse omnibus morem gerere, & inseruire desideraui, studui, curaui quantum fuit in me situm, sed vel odium gratuitum, vel inuidia immeritissima erga me, qui nulla ex causa inuidiosus esse possum, nisi quia non sum ambitiosus, vel improbitas nimia, cuius omnibus numeris absolutos quosdam ex aduersarijs agnoui, vel ipsum officium iudicandi ex se odiosissimum, iustitiaque, & veritas, quas semper ex corde amaui, & colui, tametsi plurimis inuisas occultam mihi multorum æmulationem peperunt. Aduersus hos conatus enitendum fuit, curandumque vt his editis obturarentur, quorumdam ora, qui prima illa fortuita impedimenta causare possent, non esse, vt significabantur vera, sed illis regi operis indignitatem communis locis indigni. Quis enim crederet, & bella, & pestes Italiæ effecisse, vt hoc opus quatuor ante annis missum Venetias excudendum supprimeretur, cum eo temporis articulo, quo missum est commercium cessare incœpisset. Sic effectum est, vt iam vocaretur in discrimen fama, quam despicere, & aspernari non licebat. Non me mouit doctrinæ ostentatio, non inanis gloriæ affectus, qui scio, doctrinam viri per patientiam nosci, gloriamq; eius esse, iniqua prætergredi, cœteras meras vanitates esse. Illud admoneo de opere ipso, me vidisse omnia loca, quæ allego originalia nullo omisso, summo meo labore: si libris tuis loca non respondeant, non negligentiæ meæ imputabis, sed diuersitati impressionum. Ego nactus sum nouiores, & meliores, & nihilominus errores Typographi aliquando me errare fecerunt in allegandis quibusdam locis. Fruere igitur laboribus meis, & vale.

IN-

INDEX ARGVMENTORVM

Disputationum hoc Opere contentarum.

FINIS.

DON

D. THOMÆ CARLEVALII REGII CONSILIARII.

Diſputationum Iuris Variarum.

LIBER PRIMVS DE IVDICIIS.

Dominus illuminatio mea.

PROEMIVM.

DECREVERAM ex ijs ipſis ſtudijs, quæ moleſtiam aliquando attulerunt, ſolatium quærens, veluti ex labore requiem, quæ inde oriri ſolet (Platone eſte) magis, vt calamitatum priuatarum, & domeſticarum perturbationum (quibus iamdiù circumuentus vexatus fueram, vt ſolent ferè homines) ægritudini medicinam adhiberem, quam vt iuuarem, quam alios; ſtudenſque mihi metipſi potius conſulere à proprijs diuertens curis, & ſolicitudinibus, atque ad malorum, aut communi naturæ, aut conditioni propriæ annexorum dolorem mitigandum, & leuiendum, opem a muſis grauioribus petens, quam inanem gloriam, oſtentatione copioſæ ſupellectilis nouarum rerum, ſententiarum, & ſubtilitatum, cæteris intentus docendis, (à quibus certè doceri poſſum, & malim) aucupari, ſelectas quaſdam diſputationes texere, & difficultates declarare, quæ vel in priuata lectione, cui bonam ætatis partem dedi, vel in cauſis, quas defendi, aut iudicaui, in quo exercitationis genere diù ſum verſatus, mihi occurrerunt, poſſuntque alijs frequentiſſimè occurrere; eaſque in certos quoſdam locos, ac titulos diſtribuere, certiſque concludere finibus. Non ita quidem, vt cenſeri velim ſub vnoquoque titulo integrum ædere tractatum, in quo quaſi in perfecto, & ſuis numeris abſoluto opere nihil deſiderati, & quidquid quæratur inueniri poſſit; irritus enim eſſet labor, cuius nullus eſſet futurus exitus, fruſtraque cæptum eſſet opus, cuius non poſſet expectari finis: verùm ità tamen, ne rem actam agerem repetens vulgaria, tranſcribenſque aliorum ſcripta, ſed ad aliorum doctrinam aliquid adderem, vbi deeſſe viſum eſt, vel minus ingenio meo ſatisfactum; aut afferrem in medium occultiora quædam notatione digna, & paſſim non obuia; aut cum minimum redigerem in ordinem, ac methodum aliqua, quæ apud Doctores inueniuntur ipſa diffuſione confuſa, & indigeſta, ruditateque obſcura, & difficilia, quibus vel ſeries, & diſpoſitio ipſa ſola lucem afferre poſſit. Quo in genere apud Iuris ciuilis interpretes, & profeſſores, inuenies plurima, quæ diſpoſitionis auxilio planè indigent. Hæc autem ideo dixerim, ne incuſare me poſſit, qui in hoc opuſculum inciderit, quaſi parum fidelem promiſſis, quod ampliſſimis propoſitis diſputationum titulis, attigerim pauca ad eos attinentia, velut amphora inſtitui cæpta currente rota in vrceum deſierit; niſi timendum ſit de primo titulo, ne videatur vrceus in amphoram deſiiſſe. Operepretium me facturum exiſtimaui, ſi cum poſſem, vt multi faciunt, varias ſcribere quæſtiones nullo connexas ordine, ſed collectas in rudem, indigeſtumque aceruum vt ſe menti, calamoque offerunt, commodioris doctrinæ, & ordinis gratia, in certos quoſdam locos, ac titulos conijcerem, vt non tàm integros tractatus componam, quàm ijs, quæ tractaturus ſum methodum præfiniam, indicans ad quam materiam pertineat, vnaquæque ex propoſitis à me diſputationibus. Erat verò inſtitutum meum hoc primo diſputationum libro complecti materiam iudiciariam, & difficultates ad eam pertinentes tribus titulis diſtributas includere. Primò, de Iudicibus, & eorum legitima poteſtate, vbi tota de foro competenti doctrina difficillima, diffuſiſſima, & vtiliſſima continetur. Secundò, de iudicijs in genere. Tertiò, de iudicijs executiuis, & concurſu creditorum. Quoniam verò, dum primum titulum proſequerer, excreuit in iuſtum volumen, opus fuit præcidere filum, & ex primo libro duos diuidere tomos; quorum iſto primo, primus dumtaxat titulus continebitur. Quem ſi placere videam, Deo dante vitam, & vires; annectam ſecundum cum duobus prædictis titulis. Deinde librum ſecundum de contractibus. Tertium, de vltimis voluntatibus. Quartum, de delictis. Quintum denique de iuribus anomalis, quæ tum ex contractibus, tum ex vltimis voluntatibus originem ducunt; & tàm ex iſtis, quam ex illis, ab alijs in alios transferuntur, vt ſunt dominia rerum poſſeſſiones, ſeruitutes, & eiuſmodi alia.

TITVLVS PRIMVS.

De Iudicibus, & eorum legitima Poteſtate.

SVMMA DISPVTATIONIS Primæ.

1 *QVanti momenti ſit in Republica Magiſtratum creatio.*
2 *Referuntur leges, & Doctores de ea agentes.*
3 *Dignitas Magiſtratuum non eſt ſimplex qualitas.*
4 *Veritas, quæ contraria habeat.*
5 *Timor Dei, & odium auaritiæ, neceſſaria in Magiſtratu, & Iudice.*
6 *Iudex quibus virtutibus muniatur ab ijs, quæ præuertunt humanum iudicium.*
7 *Diuitiæ, & nobilitas, non ſunt neceſſario requiſitæ in Magiſtratu.*
8 *Sententia eorum, qui crediderunt Magiſtratum debere eſſe diuitem, reijcitur.*
9 *Diuitiæ, & paupertas, ſunt qualitates indifferentes.*
10 *In Republica benè inſtituta non arcentur inopes ab honoribus.*
11 *In Republica Hebræorum inopes euecti ſunt ad ſummas dignitates.*
12 *Item in Romana.*
13 *Item in Athenienſi.*
14 *Inopes ſi quando ſunt excluſi, non tamen ob paupertatem.*
15 *Inopes etiam in Sancta Eccleſia admittuntur ad ſummos gradus.*
16 *Inops non eſt cenſendus, cui de publico aſſignatur ſalarium, quo ſe, & familiam alat.*
17 *Sapientia valdè neceſſaria eſt gubernatori, num. 18.*
19 *Qui alijs eſt præficiendus, debet cæteris præſtare.*
20 *Digni compellendi ſunt, vt ſuſcipiant Magiſtratus, quibus indigni ſunt vltro petentes.*
21 *In omni Republica mulcta eſt indicta bonis Viris, qui Magiſtratus non petierint ex Platone.*
22 *In quo conſiſtat perſonarum acceptio, ex Diuo Thoma, & quantum debeat vitari.*
23 *Excluſio etiam perſonarum opponitur iuſtitiæ, quemadmodum admiſſio.*
24 *Dignus an poſſit admitti ad officia prætermiſſo digniori remiſſiuè.*
25 *Noſtrum ſæculum hominibus, qui ſe dignos exiſtimant abundantiſſimum, cum vix in præteritis vnus, vel alter dignus inueniretur.*

DISPVTATIO I.

Quibus morum, & naturæ dotibus Iudicem quem vis præditum eſſe oporteat?

Ad l. 1. tit. 2. lib. 1. Recopilationis.

1 RArum eſt Ius eſſe in Ciuitate, niſi in ea ſint Magiſtratus, qui iura reddere valeant, & velint, vt rectè animaduertit Plato *dialogo 6. de leg. in princ. & lib. 36. ſuorum operũ epiſt. 11.* Ariſt. *l. 6. politic. ſeu de Rep. c. 8.* Cicer. *l. 3. de leg. n. 9.* & Pomponius *in l. 2. § poſt originem ff. de orig. iur.* Tantique ponderis, ac momenti eſt, quales in quauis Republica creentur Magiſtratus, vt in hac vna re omnia ſint ſita, & in ea ſola tota eius fælicitas, & beatitudo, aut pernicies, & miſeria ſit collocanda. Non opes, non diuitiæ, non auri, argentique copia, nõ numeroſi exercitus, terra, marique diffuſi, non militum pedeſtrium copioſæ phalanges, non cataphractorum equitum turmæ ſalutẽ Reipublicæ tuentur, ac ſeruant; deſiſtant à ſententia ſua decepti politici: ſed ſola iuſtitia. Non hoſtes, non arma, non inſidiæ, non facultatum inopia euertunt ciuitates, & à gente in gentem transferunt Regna, ſed ſola iuſtitiæ penuria: ſiquidem catholicè credendum eſt, curare Deum res mortalium, & regi omnia diuina prouidentia. Igitur in Magiſtratibus, qui iuſtitiam adminiſtrant, vel ſalus, vel pernicies Regnorum ſita eſt. Ergo admonendi ſunt ij, penès quos huius rei cura eſt, quo magis, ac magis inuigilent, totis viribus, ac neruis in hanc rem incumbant, in qua vna inſunt omnia, & in qua ſi erratur, perniciosè erratur. Teſtor Deum Optimum Maximum ſcrutatorem cordium, zelo ſalutis publicæ permotum me, vt hæc ſcriberem, colligens ex ſacris litteris, ex Sanctis Patribus, ex grauiſſimis Philoſophis, ex iure ipſo, quę ad hanc rem faciunt, quo magis ſint in promptu, quæ expedit Reipublicæ animaduerti in Magiſtratuum creatione. Quæ ſi contemnantur, vt ſæpius contemni vidimus, vtinã non videamus, de Republica actum eſſe credẽdum eſt: ſin verò obſeruentur, quod hucuſque raro eſt factum, non ſalua ſolum futura ſit, ſed etiam fæliciſſima.

2 Hinc ortum eſt, vt frequentiſſima, & celeberrima fuerit apud politicos diſputatio iſta, vtque nihil magis, quã curam eligendi bonos miniſtros legum latores commendatum velint ijs, ad quos pertinent Reipublicæ gubernacula. Agunt apud nos de hac re multæ patriæ leges, tam veteres, quàm nouæ, *l. 5. l. 8. lex 22. tit. 9. p. 2. l. 3. tit. 4. p. 3. l. 1. tit. 2. lib. 1. nouæ recopilationis.* Sanctiſſimè latæ, Reipublicæque ruenti, ac ferè collapſæ vtiliſſimæ, ſi ſeruarentur. Notæ quidem illæ ſunt, ſed neſcio, quo malo fato, minus vſitatæ, quam notæ. Verum nouum non eſt, bona inſtituta à multis ſcribi, à paucis ſeruari, & à dictis facta diſtare, vt mores à legibus. De hac quæſtione multa ſcribunt ſancti Patres, & Sacri Interpretes ſuper cap. 18. Exodi ad num. 21. vbi continetur celebrè illud conſilium datum Moyſi, à ſocero ſuo Iethro, circa electionem Iudicum Populi Hebręi, Plato ſparſim in multis locis ſuorum operum, in eo dialogo, quem inſcripſit Menexenum, vel Epitaphium, *& dialog. 1. 3. 6. & 7. de Repub. vel de iuſto, & dialog. 3. 4. & 6. de legib.* Ariſtoteles *politicorum, ſeu de Republica lib. 2. cap. 9. & 11. ferè per totum, & lib. 4. cap. 15. & lib. 5. cap. 8. & 9.* Diuus Gregorius *in Paſtorali par. 1. per totam,* tametſi enim ibi præſertim agat de electione Principis Eccleſiaſtici, proportione ſua, quæ docet, accommodari poſſunt ad Præfectum ſæcularem, & Rectorem politicum. Diuus Thomas Aquinas *opuſculo 20. de Regimine Principum lib. 2. cap. 8. & 10. & lib. 4. c. 14. & ſequentibus, & cap. 20. & opuſculo 21. de Regimine Iudæorum ad Duciſſam Brabantiæ §. quinto quærebatis, & opuſculo de Eruditione Principum lib. 1. capit. 1. 2. & 3. & lib. 4. per totum,* Ægidius Romanus *de Regimine Principum libro 3. parte 2. cap. 18. & 19.* Caſſenæus *in Cathalogo gloriæ mundi 10. par. conſideratione 8. & 11. par. conſiderat. 8.* Matthęus de Afflictis *in Conſtitut. vt vniuerſis. ex nu. 48. rubr. 45. lib. 1. Conſtitut. Neapol.* Petrus Gregorius *de Republica lib. 4. cap. 5. & 6.* Mattienzus *in dialogo relatoris 3. p. per totam,* Simancas *de catholicis inſtitution. tit. 41. ex num. 1.* Theſaurus *in Præfatione ad deciſiones Pedemontanas ex num. 24.* Maſtrillus *de Magiſtrat. integro lib. 2. præſertim cap. 2.* Card. Bellarmin. *de officio Principis lib. 1. cap. 10. & 19.* Adamus Contzen *lib. 7. politicorum cap. 7. & 13.* Iuſtus Lipſius *ciuilis doctrinæ lib. 3. c. 4. cum ſequent.* Ioannes Kochier *in Theſauro aphoriſmorum politicorum lib. 3. per totum,* Boterus *in Hiſpana verſione*

sione libelli de ratione status lib. 1. *titul. de los Ministros de Iusticia.* Hispani quoque politici, Bouadilla *lib.* 1. *politicæ ex cap.* 3. *ad* 11. Ioannes Marquez *lib.* 1. *del Gouernador Christiano c.* 3. *&* 20. Ioannes de Sancta Maria *in sua Republica Christiana cap.* 8. *& seqq. & iterum c.* 22. *& seqq.* insignis vir Ioannes de Auilla *in suo epistolario spirituali tract.* 4. *Epistol.* 1. §. 1. 2. *&* 4. Ex quibus locis ille, ad quem expectabit electio, nominatio, aut propositio publici ministri, petere poterit, quis sit iudicandus idoneus ad Officia, & Magistratus, eorumque dignus, vt ad eos admittatur, quis idem dignior, vt præferatur.

3 In summa dignitas, & aptitudo ad officia publica, non est simplex aliqua qualitas, sed consistit in cumulo quodam, ac permixtione diuersarum virtutũ intellectualium, & appetitiuarum, & variorum animi ornamentorũ. *Dicto c.* 18. *Exodi n.* 21. textus sacer ita habet: *Prouide autẽ de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, &c. qui iudicent populum omni tempore.* Quo loco quatuor virtutes requiruntur in eis, qui iudices futuri sunt. Duæ pertinent ad intellectum: duæ ad voluntatem. Ex ijs, quæ ad intellectum expectant, prima est, vt sint *viri potentes*, idest, *sapientes*, iuxta aliam lecturam, & glossam interlinearem, Nicolaus de Lyra explicat, *potentes*, scilicet iudicare per suam sapientiam, & experientiam. Sapientes inquam, sapientia practica, quæ versatur circa operationes, videlicet prudentia; hæc enim in eo, qui iudex futurus sit, maximè requiritur: & quoniam prudentia practica est, & in operibus elucet, nomine potentię eo loco significatur, hispanè diceremus, *escoged hombres sufficientes y bastantes*, id significat *potentes*.

4 Secunda est, vt in eis sit *Veritas*. Veritas autem duo habet contraria, quæ impedimenta sunt, quominus in aliquo veritas sit. Primum contrarium veritatis est falsitas, qui enim fallitur non attingit veritatẽ, sed eam ignorat. Ignorantiam autem, & falsitatem, aufert ab intellectu scientia, seù sapientia speculatiua, quę veritates inquirit, & verum a falso discernit. Secundum, contrarium veritatis est mendacium. Non secus. n. abest veritas ab eo, qui alios fallit, quam ab eo qui ab alijs fallitur. Mendacium verò, & dolus, cum veritate pugnantia, quã maximè abesse debent à iudicibus, quidquid Plato *dialogo* 3. *de Republica* mendacium suis Magistratibus permiserit. Similis itaque debet esse iudex Deo, quantum fieri possit, qui nec fallit, nec fallitur, *c. à nobis* 28. §. *nos igitur. de sent. excomm.* cùm sit minister Regni illius, & à Deo data sit illi potestas, vt diuinam representet in terris, Sapientiæ 6. & ad Roman. 13. Vt ea qualitate sit ornatus, quam in infimo ministro ponderatore auri exegit Imperator Iulianus *in l. vlt. C. de ponderatoribus auri lib.* 10. *qui pro sua (ait) fide, atque industria, neque fallat, neque fallatur*, quod animaduertit Baldus *in l. rem non nouam* 12. *num.* 2. *C. de iudicijs*. Quasi diceret, iudices eligendos esse prudentes, sapientes, ac veraces. Veritas enim virtus est comes iustitiæ, eique valdè affinis, vt docet D. Thom. 2. 2. *q.* 109. *art.* 3. imò vero, & prudentiæ, vt obseruat idem D. Tho. *d. q.* 109. *art.* 4. *in corpore*, post Aristot. *lib.* 4. *ethicorum ad Nicomachum cap.* 7. vt ferè veritas sit lydius lapis, quo probandus sit idoneus ad Magistratum, vtpotè quæ sit indicium animi prudentis, & ad iustitiam proni.

5 Ex virtutibus ad voluntatem attinentibus prima est, *timor Dei*, sacris literis maximè commendatus, sapientiæ, & omnium virtutum initium, & parens, cum omnibusque virtutibus connexus. Secunda, *odium auaritiæ*, quæ radix est omnium malorum, vt docet D. Paulus 1. *ad Thimot.* 6. & declarat D. Thom. 1. 2. *q.* 84. *art.* 1.

6 Istis virtutibus si iudex ornatus sit, munitus est aduersus ea, quæ præuertunt humanum iudicium, quæ docente Isidoro quatuor sunt, vt refertur *in cap. quatuor* 78. *vndecima q.* 3. videlicet, *timor, seu metus hominum, cupiditas, odium, amor*. Ego quintum addo, *ignorantiam*, quam omisit, quę non minora solet iudicijs afferre detrimenta. Nàm timor Domini pellit humanum timorem, qui enim Deũ timet, non homines, non humanos casus, neque aliquid aliud veretur, iuxta Christi Domini nostri testimonium Lucæ 12. *Nè terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant: ostendam autem vobis, quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in Gehennam.* Et Ecclesiastici 34. *numer.* 16. dicitur, *qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius.* Quod animaduertit D. August. *in Psal.* 22. & eo relato Salazar *in Prouerb. cap.* 10. *versic.* 19. *nu.* 318. Quod idem D. August. insinuat relatus *in cap. quisquis metu.* 11. *q.* 3. Item timor Dei facilè frenat impetum amoris, & odij humani, ne quis illis incitatus iustitiã præuertat, & conculcet. Odium autem auaritiæ, cupiditati aduersatur: ignorantiam mentis prudentia, & veritas fugat. Ita fit, vt iudex prudentia, veritate, auaritiæ odio, & Dei timore præditus, tutus sit vndique, & securus ab illis omnibus, quæ iudicij rectitudini sunt impedimento.

7 Hæ sunt internæ dotes, & animi ornamenta, quibus iudicem præditum esse oportet, vt in eo, quo functus fuerit munere pręclarè se tractet, quorum quodlibet si desit, impar plane erit muneri subeundo. Cæterum externa bona fortunæ, diuitiæ, & vulgaris nobilitas, iuuant quidem, & cæteris paribus poterunt expectari; verum nec apud sacras literas, nec apud politicæ, & publicæ gubernationis peritos necessariò requisita sunt, nec insigniorum rerũ publicarum vsus obtinuit, vt necessaria fuerint administrationem Reipublicæ sustinendam, itaut ob earum defectum præcisè excludantur ab honoribus ciues. Dũ tamen existimes, nolle admittere me viles quousque, & mẽdicos ad publica munera, & honores Magistratus, aut in tàm summa paupertate, & vilitate cõstitutos, vt credita sibi officia dehonestent, & auctoritatem dignitatis non minuant solùm, sed deleant, dum ab omnibus etiam mediocribus contemnantur. Assentior quidem Vlpiano *in l. rescripto* 6. *in principio ff. de muner. & honor.* dicenti. *Cæterũ, si ita quidam tenues, & exhausti sunt, vt non modo publicis honoribus pares non sint, sed etiam vix de suo victum sustinere possint, & minus vtile, & nequaquam honestum est talibus mandari Magistratum, præsertim cùm sint, qui conuenienter rei, & suæ fortunæ, & splendori publico possint creari.* Hac enim ratione apud Thebanos lege cautum erat, referẽte Aristotele *lib.* 3. *de Republica c.* 5. *& lib.* 6. *c.* 7. ne, qui non decem annos perpetuos sine vlla intermissione mercaturam in foro, & taberna facere desijsset, Magistratum capere posset. Meminerunt Petrus Gregorius *de Republica l.* 4. *c.* 7. *num.* 6. Iustus Lipsius *ciuilis doctrinæ lib.* 3. *c.* 6. *in fin.* & Mastrillus *de Magistrat. lib.* 2. *c.* 12. *nu.* 20. Imò & Ecclesiastici 38. cùm textus sacer enumerasset multos mechanicos artifices, & de eorum exercitatione egisset, subiungit *num.* 38. *super sellam iudicis non sedebunt*.

8 Scio quidem esse quosdam, qui maiore in pretio habẽtes diuitias, quam haberi debent, crediderint Magistratus diuites esse oportere. Et sunt, quibus placeat, vt quod dicitur Exodi 18. *viros potentes* referatur ad diuites, quasi diuitiæ necessariæ sint, vt possit Magistratus, & iudex rectè munus suum obire, atque quod consequens est, diuitias esse ex qualitatibus, quæ ad Magistratum capessendum reddunt idoneos.

9 Verius est tamen diuitias, & paupertatem esse qualitates indifferentes, quæ neque ad admittendos, neque ad excludendos ab honoribus ciues faciant. Quod rectè animaduertit Petrus Gregorius *lib.4. de Republica cap.5. nu. 18. vers. sed putarem*, & colligitur ex doctè congestis à Ioanne Mattienzo *in dialogo relatoris p.4. c.8.*

10 Deinde non arridet interpretatio loci Exodi 18. vt nomine *potentum* significarentur *diuites*, quasi Iethro crediderit diuites esse eligendos iudices, idque ob duas potissimum rationes. Prima, quoniam in benè instituta Republica neminem excludendum censeam à Magistratu, quia non sit diues; nàm Respublica, in qua diuites præferuntur pauperibus in obtinendis honoribus, est Oligarchia, species iniustæ gubernationis, & Aristocratiæ opposita, in qua virtus viget, & ciues virtute præstantes in honore habentur, vt planè docet Aristoteles *libro 8. de moribus cap.12. & lib.3. de Republica cap.7. & lib.4. cap. 4. 5. & 6.* D. Thomas *opuscul. de regimine Principum lib. 1. cap.1.* obseruat Iacobus Faber *in introductione in Politicam Aristotelis*, & ad eum locum Iodocus Clictoueus, Petrus Gregorius *de Republica lib.5. c.1. n.2. & 25.* Adamus Contzen *lib. 1. politicorum c. 18.* & rectè notauit Salazar *in prouerbia Salomonis c.28. vers.2. n. 16.* Oligarchiam esse speciem deteriorem imperij, quæ communis est Politicorum doctrina. Item video *Arist. lib. 2. de Republ. c.11.* reprehendere Rempublicam Cartaginensium, quod in ea Magistratus ex diuitijs eligi oportere existimarent, credentes fieri non posse, vt is, cui desunt rei familiaris facultates, rectè fungatur Magistratu, aitq; ex hoc Magistratus venales fieri. Audiamus ipsum si placet. *Efficit enim* (ait) *hæc lex, vt maiore in pretio, atque honore sint diuitiæ, quam virtus, & vt tota ciuitas immoderato pecuniæ studio sit dedita. Quidquid autem honoratum Principes ciuitatis, & in Republica dominatum obtinentes existimarint, idem & reliquis ciuibus tale videatur necesse est. Qua autem in Republica non maximo in honore, pretioque virtus est, hæc Respublica ad stabilem optimatum Principatum nullo modo pertinere potest. Probabile est porro eos, qui Magistratus emerunt, cùm impensam fecerint in Magistratum, assuescere quæstum facere; absurdum enim fuerit eum, qui pauper quidem sit, sed tamen vir bonus, quæstus faciendi voluntatem habiturum, eum qui sit improbus, & qui sumptum fecerit, non habiturum. Quapropter oportet; qui optime Reipublicæ præesse possunt, hos præesse.* Hactenus Aristot. Plato autem *lib.36. Epist. 8.* paulò post medium ait. *Principio leges tales sint, quæ non ad opes, pecuniasque comparandas, neque ad libidines mentes conuertant, sed cùm tria sint anima, corpus, pecunia, virtutem animi maxime anteponant.* Item D. Thom. *opuscul. de regim. Princip. libr.4. cap.15. & 20.* tametsi primo aspectu sentire videatur, anteponendos diuites pauperibus in Magistratibus assequendis, tamen re vera concludit paupertatem virtuti, & honestati coniunctam aptissimam esse, cui quiuis Magistratus deferatur, subdens, *dicto cap. 20. Siue ergo pauper sit, siue diues, dummodo viuat secundum virtutem, assumendus est in vera Politia. Et opusc. 21. de regim. Iudæorum*, maximum oriri incommodum ex venalitate officiorum animaduertit, dicens. *Contingit frequenter, quod illi, qui essent magis idonei ad eiusmodi officia exercenda, sint pauperes, vt emere non possint*, & paulò post. *Sequitur igitur, quod vt plurimum illi officia in terra vestra suscipiant, qui sunt peiores, ambitiosi, & pecuniæ amatores.* Quod præsceferat Iustinianus *in auth. vt iudices sine quoquo suffragio §. an certè.* Adijcio Platonem *dialog.5. de legibus circa finem.* & sensisse, & optima ratione probasse, non posse fieri, vt valdè diuites simul sint probi. Magis autem ineptum Magistratui reddit improbitas, quam paupertas. Atque in omni euentu, diuites, & potentiores, multò maioribus vitijs sunt obnoxij, quam pauperes. Nam quamuis egestas quandam præbeat occasionem furtis, ac rapinis, *Prouerb. 30. n.8. & 9.* & ad eum locum Salazar *n.83.* longè tamen maiora sunt ditiorum, & potentiorum latrocinia, vt non minus verè quam eleganter respondit Pirata Alexandro apud D. Augu. *de ciuitate Dei lib. 4. c.4.* multoque grauius furto malum est Dei contemptus, & superbia, damnosiusque Reipublicæ, & administrationi iustitiæ, in quæ vitia diuitiæ prouocant, & alliciunt, *dicto c. 30. Prouerbior. Ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam quis est Dominus?* Salazar *vbi supra ex n.71.* adnotauit Lorinus *in c.2. Sapientiæ vers.10. verb. pauperem iustum.*

11 Si autem cõsulamus exempla rerum publicarum, quæ in toto terrarum Orbe maximè floruerunt, idipsum vsu receptum inueniemus. Notum est in republica Hæbreorum ab ipso Deo instituta, aditum ad summa loca inopibus patuisse. Moyses ex ouium pastore factus est populi Gubernator. Erat autem proculdubio pauper, alioquin non dixisset de eo Paulus ad Hæbreos 11. *Negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi.* Sauli agricolæ pauperi, quod licet colligere ex narratione *lib.1. Reg. cap.9.* Regnum est delatum, *c.10.* Dauid fratrum minimus, & abiectissimus, ouium etiam Pastor, in Regem vnctus est, *1. Reg. 16.* Ieroboam quoq; Salomonis seruus, filius viduæ, transfuga, & quod ex ijs infertur, pauper, autore Deo factus est Rex decem Tribuum Israel. 3. Reg. 11. Imò verò ordinaria, & consuetissima Dei prouidentia exaltantur pauperes, & humiles, idque quasi Deo proprium tribuitur Psalm. 112. *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in Cælo, & in terra. Suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui*, & Lucæ 1. in Cantico Sanctissimæ Dei Genitricis. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes*, notauit Marquez *de Gubernatore christiano lib.1. c.3. §.4.* referens hæc, & alia exempla. Quo fit, vt manifesti detractores sint diuinæ prouidentiæ, qui inopes ab honoribus excludunt, in quos rectè cadit illud Prouerbior. 17. *num.5. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius*, & contra eos exclamat Iacobus Apostolus *in sua epist. c.2. n.5. & 6.*

12 In Romana autem Republica, quam potest quæuis rectè instituta imitari, sibiq; imitandam proponere, cùm eius mores commendent sacræ literæ 1. Machab. *cap.8.* & D. August. *lib.5. de Ciuitate Dei c.12.* quibus meruisse ait, vt Deus eius augeret imperium, & eum sequutus D. Tho. *de regim. Princip. lib.3. c.4. cum seqq.* paupertas nunquam fuit viris probis impedimento, quo minus supremos Magistratus assequerentur. Multa videri possunt exempla apud Titum Liuium ab Vrbe condita *decade lib.1. cap.2.* Publius Valerius Publicola quater Consul creatus, item Menenius Agrippa Consul Romanus, legatus patrum ad plebem de componenda pace, reductorque plebis Romanæ in Vrbem, cuius fuit celebris ille apologus de ventre, & cæteris membris dissentientibus, decessere copijs familiaribus adeo exiguis, vt funeri sumptus deessent, & de publico fuerint elati: augusta res fuit in vita, quibus tàm tenuis fuit in morte. Hæc, & alia exempla congessit Valerius Maximus *lib.4. c.4.* retulit quædam D August. *lib.5. de Ciuitate Dei c.18.* quorum etiam meminit ad hanc rem confirmandam Petrus Gregorius *de*

Repu-

Republica lib.4.c.5.num.18. verſ.ſed putarem.

13 In Athenienſium Republica Grecarum ſapientiſſima, & florentiſſima, à qua Romana planè deriuata eſt, cùm ab ea leges primas acceperit, *leg.2.§.ex actis deinde Regibus ff.de orig.iuris §.& non ineleganter, instiut.de iure natural.gent. & ciuil.* idem factum fuiſſe teſtis eſt Plato, eam vel ob hoc ſummopere laudans in Menexeno, vel Epitapcio. *Vbi(inquit) neque parentum debilitate, nec paupertate, vel ignobilitate, quiſquam reijcitur, neque contrarijs de cauſis honoratur, vt in alijs ciuitatibus fieri ſolet, ſed hæc eſt ſumma, quicumq; ſapiens, & bonus habetur, dominatur, & imperat.*

14 Quod ſi vnquam vel apud Romanos, vel Athenienſes excluſi ſunt pauperes à Magiſtratu, non ob paupertatem excluſi ſunt, ſed quod virtus eorum, & fides non eſſet probata, & prudenter timeri potuerit de moribus eorum; vt de ijs, qui cupiditatis, & auaritiæ nomine malè audirent, & ſuſpecti eſſent, rapinis vaſtaturos eſſe Prouincias.

15 Tandem, quod eſt maius omnibus, autor ſalutis noſtræ Ieſus Chriſtus Dominus noſter, cuius omnis actio eſt noſtra inſtructio, *capit.Deus omnipotens 20. Secunda quaſt. 1. cap.cum paſtoris 58.eadem cauſa q.7 capit.legitur 25. diſtin. 81.gloſ.in c.it.de conceſſ.præb.in extrauag. Ioan.22,verbo.in ſuis actibus.* cùm inſtituit Eccleſiæ ſuæ miniſtros, elegit pauperes, & ex hominibus opinione vulgi abiectis, & humilibus, creauit ſupremos Eccleſiæ Gubernatores, quos fecit Paſtores, & Iudices: eo ipſo manifeſtè oſtendens, non eſſe Deum perſonarum acceptatorem. Atque ex eo tempore in Eccleſia Catholica ad ſummas eius dignitates, & ſupremum Pontificatum, aditus patefactus eſt, & expedita fuit via pauperibus viris bonis, morum tamen nobilitate præſtantibus, & animi dotibus præclaris excellentibus. Facit tex.*in c.venerabilis 37.de praben.*

16 Illud, quod ad hoc attinet monuerim, cenſeri non poſſe inopem Magiſtratum, cui conſtitutum eſt ſalarium publicum, & deſignata emolumenta, quibus ſe, & familiam alere poſſit. Quod animaduertit D. Thomas *de regim.Principum lib.4.c.20.*tunc libenter admittens pauperem ad Magiſtratum, quando poteſt ſe ſtipendio publico alere: quod tamen in noſtra Republica plerumque contingit. Et enim, qui plus deſiderat, quam ſatis eſt, nihil ſatis eſt. Quoniam diuitiarum appetitus infinitus eſt, quippe cum fine careat, vt ſubtiliſſimè docuit Ariſt. *lib.1.politicorum, ſeù de Republica cap.8.& 9.& lib.2.c.7.* in quo non eſt impedimento paupertas publicis muneribus, & honoribus, ſed cupiditas nimia, & immoderata, cui non magis eſt obnoxia inopia, quam copia, vt ipſa experientia oſtendit, & nos ſuperius notauimus.

17 Altera ratio eſt, quoniam ſi amplectamur expoſitionem eorum, qui nomine *potentium in d.c.18.* Exodi, diuites intelligunt, fieret vt in illo conſilio Iethro, tâ prudenti, quam comprobauit ſapientiſſimi Moyſis approbatio, & obſequium, cùm mentio facta fuerit de qualitate diuitiarum, parum aut nihil attinenti ad ſubeundum Iudicis munus, vt ex antedictis conſtat, omiſſa fuerit qualitas prudentiæ, & ſapientiæ præciſè neceſſaria, & in qua præſertim conſiſtit habilitas ad ſuſcipiendum Magiſtratum. Quod ex eo colligitur, quoniam Salomon initio Regni ſui ſola ſapientia egere ſe iudicauit, vt tàm numeroſi populi Iudex eſſe poſſet, *lib.3.* Regum *c.3.*quam cùm ſolam ſupplex à Deo poſtulaſſet, grata fuit, & exaudita oratio eius, vt facer textus notat, & ad eum gloſſa, & interpretes. Quid quod ipſe Moyſes, qui conſilium ipſum ſequutus eſt, narrans, quid à ſocero hortatus fecerit, quidque eius ſuaſu faciendum iudicauerit Deuteronomij *1.ex n.9 Thoma Carleualij de Iudicijs.*

ſic ait. *Dixique vobis illo tempore, &c. non valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, & pondus ac iurgia. Date ex vobis viros ſapientes, & guaros, & quorum conuerſatio ſit probata in Tribubus veſtris, vt ponam eos vobis Principes. Tunc reſpondiſtis mihi, bona res eſt, quam vis facere. Tulique de Tribubus veſtris viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos Principes, &c.* Quo in loco gloſſa interlinearis, & ordinaria, & Nicolai Lyrani id animaduertunt. Et Philo Iudæus *libro de creatione Principis.* cum dixiſſet, eſſe officium ſummæ poteſtatis, eligere aliquot adminiſtrationis, redendique iuris ſocios, quia vnus ſolus non ſufficit tantam negotiorum molem, ac multitudinem ſuſtinere, ſubdit. *Proinde aſſumendi ſunt optimates, ſelecti, ſpectatæ prudentiæ, fortitudinis, iuſtitiæ, pietatiſque incorrupti, & ante omnia infenſi ſuperbiæ. Nam huiuſmodi viri maximè idonei ſunt ad ſubleuandum ope ſua bonum, honeſtumque Principem.*

18 Certè ij omnes, quos ſuperius num.2. retulimus, exiſtimant prudentiam, & ſapientiam eſſe Gubernatoribus, & Iudicibus maximè neceſſariam, vt officio ſuo ſatisfaciant. Ea in Principe, & Gubernatore commendatur in ſacris literis ſæpiſſimè, præſertim in libris Prouerbiorum, Sapientiæ, & Eccleſiaſtici, & oſtenditur quam pernicioſa ſit Reipublicæ, Principis, & Gubernatoris ignorantia, & imprudentia. Ariſtoteles *lib.3. de Republica cap.4. Virum (inquit) facultate præditum ciuitatis regendæ neceſſe eſt, eſſe prudentem.* Et ex doctrina eius *lib.1. de Republica c.5.& 6.*planè colligitur, ſapientiores, natura dominos eſſe ignorantium, iſtoſque eſſe natura ſeruos, quaſi ad ſeruiendum natos, illos ad imperandum. Cuius doctrinæ meminit Tiraquellus multis additis eam confirmans *in ll. connub. gloſ.1.p.num.50.* D.Thom. *de eruditione Princip. lib.1.cap.2.* multis probat, habenti poteſtatem terrenam, neceſſariam eſſe ſapientiam, vbi congerit multa Sacræ Scripturæ loca, quæ id docent. Huc pertinet Platonis ſæpè repetita ſententia *dialogo 5.& 6.de Republica, & Epiſt.7. libro 36.* infelicem eſſe Rempublicam, in qua, vel Philoſophi non regnant, vel Reges non philoſophantur, quam non improbandam ſenſit Philo Iudæus *libro 2. de vita Moyſis in princip.* Ariſtot. item *lib.2.Rethoricorum ad Theodecten cap. 23.*autor eſt, ſimulatque Thæbis Præſides Philoſophi electi ſunt, fælicem fuiſſe ciuitatem. Cui conſonat D.Auguſt. *lib.5.de Ciuitate Dei capit.19* cùm ait. *Illi autem qui vera pietate præditi benè viuunt, ſi hanc ſcientiam regendi populos conſectati ſunt, nihil eſt fælicius rebus humanis, quam ſi Deo miſerante habeant poteſtatem.* Et Aurelius Caſſiodorus *libro 6.variarum Epiſt.10. Sapientia eſt(ait) quæ honores meretur, totum aliud extrinſecus venit. Sola eſt prudentia, quæ rebus omnibus præponitur, quando in homine fæliciter inuenitur.* Qui nam verò fuerint Philoſophi celebres, qui rebus publicis optimè, & laudabiliſſimè præfuerint, refert Ælianus *de varia hiſt.lib.3.c.17.* Non eſt igitur veriſimile, omiſſam fuiſſe rem tàm patentem, tam notam, & quæ ante omnium oculos obſeruetur.

19 Tandem vt finem faciam, par eſſe omnes exiſtimant, vt is, qui cæteris eſt præficiendus, & mentis, & morum dotibus cæteris antecellat. Plato *dialogo 4. de legibus, ait. Quemadmodum in gregibus, non bobes bobus, nec capris capras præficimus, ſed nos melius genus ipſis dominamur, ſic nec hominibus homines, ſed aliquod præſtantius genus dæmonum eſſe præficiendum: alioquin ſi ciuitatis mortalis aliquis dominetur, nullam vnquam malorum, laborumque fore requiem.* Et D.Gregor.*p.2.paſtoralis c.1. Tantum (ait) debet actionem populi actio tranſcendere præſuli, quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris.* In eamdem rem hæc habet Seneca *Epiſtola 90.Naturæ eſt potioribus deteriora ſubmittere.*

Mutis quidem gregibus, aut maxima corpora præsunt, aut vehementissima. Non præcedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris cæteros mares vincit. Elephantorum gregem excelsissimus ducit. Inter homines pro summo est optimus. Animo itaque rector eligebatur, ideoque summa fælicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. Et paulò post. *Illo ergo sæculo, quod aureum perhibetur, penès sapientes fuisse Regnum Posidonius iudicat.* Et Cassiodorus *lib. 4. variarum c. 3. Tales enim (ait) prouehere Principem decet, vt quoties procerem suum fuerit dignatus aspicere, toties se cognoscat recta iudicia habuisse. Moribus enim debet esse conspicuus, qui datur imitandus.* Et Paulus Iurisconsultus *in l. honores 7. in princip. ff. de Decurion. & eorum filijs.* Honores potioribus quibusque, non spectato ordine temporis, ac iisdem munera esse iniungenda præcepit. Cum quo conuenit Rubrica *Cod. de potioribus ad munera nominandis lib.* 10. & apud nos notatu digna, *l. 17. tit. 3. lib. 7. recopilat.* In eamque rem multa eruditè congessit Cassenæus *in Catalogo gloriæ mundi p. 10. considerat. 8. & p. 11. considerat. item. 8.* Plato autem *dialogo 3. de legib.* Hominibus incontinentibus, qui cùm sciant, quæ recta sint, perturbationibus se vinci permittunt, & affectibus præcipites aguntur, aduersus ea, quæ honesta sentiunt, quasi essent ignorantissimi, etiam si acutissimi, & disertissimi sint, nihil ad Principatum pertinens committendum esse, arbitratus est.

20 Quoniam verò ij, ad quos Reipublicæ administratio pertinet, postposita propria vtilitate aliorum commodis semper inuigilare debent, iuxta text. *in l. pupillus 239. §. munus ff. de verbor. signif.* Et quæ ad eum locum notat Rebuffus, quod arti gubernatoriæ cum alijs commune est, nam qui ex qualibet arte rectè acturus est, nũquam in suum proprium commodum agit secundum ipsius artis imperium, sed in aliorum, quibus ars deseruit, vtilitatem, vt in Medicina, vel nauis gubernatoria contingit: & tales homines, quales sunt necessarij, & qui hoc agant, non facilè, nec frequenter inueniuntur, (tantum abest, vt eiuscemodi sint; tàm numerosi greges ambientium palacia, & domos Consiliariorum frequentantium, & intercursantium) non enim pecunia, aut honore ducti boni viri imperare volunt, quippe cum, nec mercenarij sint, nec cupidi, aut ambitiosi videri patiantur: nulli enim nisi ambitiosi spontè Magistratum petunt, qui eò se ostendunt indigniores, quò magis ambiunt, cùm non sit alienum à turpitudine, vt quis spontè ad imperandũ accedat, neque expectet necessitatem. *cap. vltimo 1. quæst. 6. cap. in scripturis cum seqq 8. quæst. 1. cap. vos autem 16. quæst. 1.* inde fit, vt statuant peritiores Politici, Magistratus non esse deferendos petentibus, sed inuitos trahẽdos eos, qui idonei sunt, vt velint, nolint, Magistratum gerant. Hæc omnia ita docuit Plato *dialogo 1. de Republica paulò ante finem.* Aristoteles *lib. 2. de Republica cap. 9.* reprehendens in Republica Lacedemoniorum, quod solùm deferret Magistratus petentibus, quoniam hoc sic facere ciues ambitiosos. D. Thomas *opusculo 21. de regimine Iudæorum §. quinto quærebatis.* Petrus Gregorius *lib. 4. de Republica cap. 5. num. 4.* Magister Ioannes de Auila *Tract. 4. epistolary spiritualis Epist. 1. §. 1.* idque quod attinet ad Episcopos, statuerant Imperatores Leo, & Anthemius *in l. si quemquam 31. Cod. de Episcopis, & Clericis.* Iusta quidem ratione, nam teste D. Augustino. *libro 19. de Ciuitate Dei cap. 19.* relato *in c. qui Episcopatum 8. qu. 1.* cui consonat D. Thom. *quodlibeto 2. art. 11. & 2. 2. quæst. 185. art. 1. locus superior, sine quo regi populus non potest, & si ita teneatur, atque administretur, vt decet, tamen indecenter appetitur.* Bernardus quoque *lib. 4. de consideratione ad Eugenium cap. 4* inter multa, quæ in electione coadiutorum scrutari Episcopum oportet, hæc monet. *Sanè huic negotio non se ingerat rogans, consilio, non prece agendum est.* Et paulò post. *Pro quo rogaris sit suspectus, qui ipse rogat pro se, iam iudicatus est. Nec interest, an per se, an per alium quis roget. Clericum curiam frequentantem, qui non sit de curia, ad idem nosti pertinere ambientium genus.* Et paulò post *Verbosulum adolescentem, & studentem eloquentiæ, cùm sapientiæ sit inanis, non aliud, quàm iustitiæ hostem reputes.* Et paulò post. *Et hoc tibi persuade, qui admittendi sint, difficilè in curia posse probari, & ideo si fieri potest, viros probatos oportere deligi, non probandos. Nos in Monasterijs omnes recipimus spe meliorandi: at curia bonos faciliùs recipere, quàm facere consueuit. Quod si plures in ea defecisse bonos, quàm malos profecisse probauimus quærendi sane, quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur vtpotè iam perfectis. Itaque non volentes, neque currentes assumito, sed cunctantes, sed renuentes: etiam coge illos, & compelle intrare.* Hæc Bernardus. Quem credamus præcepta dare sæcularibus, de eligendis, & assumendis ad Magistratus. Eò quoque pertinent, quæ scribit Cassiodorus *lib. 6. variarum capit. 10.* Verùm clament leges licet, fremant Patres, Doctores, & Politici, ratissime hæc antiquitus obseruata sunt; in posterum autem sæculis nostris in deterius ruentibus, qua ratione obseruanda sperabimus?

21 Neque tamen prætermittenda est hac de re rememoratu digna Platonis adnotatio, ab acerrimo eius ingenio profecta, excusantis bonos viros, qui quoslibet Magistratus ambiant, & vt more nostro loquar, limitantis prædictam doctrinam. Cum enim præmisisset, turpe esse, spontè sua ad imperandum accedere, neque expectare necessitatem, quam cùm mulcta bonis viris imponi oportere, quo compellantur accipere Magistratum, *dicto, dialogo 1. de Republica,* concludit in omni ferè Republica (vtinam non in nostra) illis mulctam esse indictam, nisi Magistratus quærant, & procurent. Quænam verò sit mulcta ista, his verbis declarat. *Maxima verò mulctarum est, administrationi malorum subijci, nisi ipse acceperit Reipublicæ gubernaculum. Hanc vtique pænam timentes Magistratus capere boni homines mihi videntur, si quando capiunt: & tunc ad eos accedunt, non tamquam ad bonum aliquod, neque tamquam ex ijs voluptatem aliquam capientes, sed tamquam ad rem necessariam, cum neque melioribus, neque similibus se committere valeant.* Hæc Plato satis argutè. Addo ego, mulctam istam multo auctiorem, grauioremque ac penè intolerabilem grauibus viris, & doctis hominibus impositam quoque esse, nisi quærant Magistratus, quibus eueniet, non vt tam malis solum, sed vt ignorantibus, & stultis subijciantur, quod nonnumquam euenit, euenietque sæpissimè, nisi præcaueant, quibus id curæ est. Nam stulti instant oportunè, importunè, exquisitasque adhibent diligentias ad consequẽdas dignitates, quibus sunt indigni, vt merita, diligentia, & importunitate, vtinam non auro, suppleantur. Quo fiet, vt malum illud, quod vidit, & doluit Sapiens *Ecclesiast. 10. n. 5.* dicens. *Est malum, quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie Principis, positum stultum in dignitate sublimi,* nõ quasi per errorem accidere, sed quasi consulto procurari videatur, tàm erit frequens, cum *stultorum infinitus sit numerus,* Ecclesiastes 1. *& pecuniæ obediant omnia.* Ibidem *cap. 10.* Verum dicamus cum Origene *homilia 4. in libr. Iudicum,* cuius verba referuntur *in cap. audacter 18. octaua q. 1.* Et apud glossam ordinariam in *c. 4. Iudicum in princip. Audacter fortassis aliquid dicimus: tamen quod*

scri-

scriptum est diximus. Non semper Princeps populi, & Ecclesiæ Iudex per Dei arbitrium datur: sed prout merita nostra deposcunt. Nimirum aliquando Deus *regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi* Iob 34. *nu.* 30. Notat ad eum locum D.Greg. *lib.*25. *moral.c.*14.15. & 16. omninò videndus. Et D.August. *lib.*5. *de ciuitate Dei cap.*19. Et D.Thom. *opusc.* 20. *de regim. Principum lib.*3. *c.*7.

22 Vnum non tacebo, cuius esse memores velim eos ad quos ea res pertinet, si Sacra Scriptura, si Sancti Patres, si Politici, si doctores, has dumtaxat qualitates agnoscunt, quibus redditur quis idoneus publicis muneribus: item si D.Thomas. 2. 2. *q.*65. *art.*1. quem cæteri Theologi vnanimes sequuntur, docet, in eo consistere personarum acceptionem, vitium, iustitiæ oppositum, quod in distributione munerum spectetur in persona qualitas, ex qua non oritur dignitas eius, ob quam debitum sit ei munus: si itaque hæc vera sunt, excusari non posse à graui culpa in re grauissima eos, qui hasce qualitates non inueniunt, nisi in suis, vel suorum amicorum consanguineis, & qui ad dignitates, & officia non promouent, nisi suos amicos, & consanguineos, & socios, vel consanguineos, & amicos suorum amicorum, sociorũ, & consanguineorum, vel promouendos proponunt. Quasi officia ista, & dignitates iure maioratus deferrentur, primum lineæ descendentium, post transuersalium, tandem amicorum, vt rarò videantur emergere, nisi qui aliquo horum graduum contingant promotores. Caueant superiores, ne illa in Republica permittantur, quæ nisi extirpentur, & eradicentur funditus, maxima illi imminet calamitas. Viuius *decis.*455. *ex nu.* 1. multa in hanc rem congessit, quo comendaret modum in electionibus seruandum adducens, *cap. Moyses, & sequẽtia* 8. *q.*1. quæ tota *cum quæst.*2. mirè facit ad id, de quo agimus, & ad detestationem huius vitij acceptionis personarum aduersarij iustitiæ distributiuæ ex vno extremo, quod nostra ætate vidimus frequentissimum. Sed referamus cumulatissimam gratiam eorum zelo, qui nobis sunt præpositi quorum diligentiæ, egregijsq; conatibus debemus, quod melius esse valemus, quod aliqua videtur esse morbi remissio. Nonne post tot discrimina vidimus publica munera rectè collocata, subleuatos viros bonos, graues, & doctos viros prouectos, leuataque præterita mala, imò correcta, ablatis lupanaribus, & vestium luxuria, & immoderato sumptu?

23 Cæterum non ommittam, longè peius esse alterum extremum vitium eidem iustitiæ distributiuę ex aduerso oppositum, quod nostra quoque ætas vidit, vt nullis non fuit referta malis, quo se adstringunt difficiles quidam, & acerbi, sibi solis nati, qui consanguineos suos, amicos, & clientes, ob eam ipsam rationem, etiam si dignissimi sint, excludunt à muneribus, & honoribus, vt appareant hominibus iustiores & à carnis affectibus alieni, cum intus pleni sint inani gloria, & hypocrisi. Quos iure reprehendit glossa penult. & additio ibi. & in casu positione, *in c.*1. *de concess. præbend. in* 6. Et Rebuffus *in tract. de priuilg. scholasticorum priuileg.* 69. *num.* 163. *vers. aduertendum est*, meminit collega noster Cons. Scipio Rouitus, post hæc scipta visus *in pragmat. Regni Rubrica de sale vendendo. num.* 16. Certè primum illud vitium frequentiùs est, sed humanum; hoc frequens minus, sed serium, & diabolicum.

24 Non erat ab hoc loco aliena illa quæstio frequentissima, Vtrum electio, nominatio, vel præsentatio ad officium, vel beneficium, sęculare, vel ecclesiasticum, ita fieri debeat, vt assumatur dignior, digno prætermisso sub pœna peccati mortalis, vel licitè possit assumi dignus, prætermisso digniori? In qua tametsi duæ sint extremæ sententiæ, altera affirmans licitè posse assumi dignum prætermisso digniori: altera negans: tertia item distinguens electionem à præsentatione, & quoad illam, asserens esse veriorem secundam sententiam, quoad hanc verò; primam: frequentior tamen, & tutior iuri, & veritati conformior, vtiliorque Reipublicæ opinio est, tàm in præsentatione, quàm nominatione, vel electione, secundam sententiam esse veram; tenerique sub præcepto iustitiæ eos, quibus ius est præsentandi, nominandi, vel eligendi, assumere digniores prætermissis dignis. Res est à multis tractata, vide de illa si placet *cap. licet ergo* 8. *quæst.*1. & *cap. illud, ibidem. cap. quoniam, de iure patronatus*, glos. ibi *verbo maioribus*. Panormitan. *in cap. constitutis* 46. *numero* 1. & 7. *de appellation.* & ibi Philip. Franc. *num.* 4. & *sequentibus*. Philip. Decium *numero* 12. & 13. Federicum de Senis *cons.*95. *numer.*1. Tridentinum Concilium *sess.*24. *decret. de reformat. cap.*1. & 18. Diuum Thomam 2. 2. *quæst.*63. *art.*2. *ad* 3. Sotum *de iustit. & iur. lib.*3. *quæst.*6. *art.*2. & 4. Lesium *de iustitia, & iure lib.*2. *cap.*34. *dubitat.*14. & *capit.*32 *dubitat.*3. Salon *de iustitia, & iure. d. quæst.*63. *artic.*2. *controuersia* 3. & *sequentibus*. Gabrielem Vazquez *in opusculo de beneficijs cap.*2. §.3. *per totum*, & vide ibi *dubi.*13. & *sequentibus*, latè, & benè, nisi quod displicet singularis quædã eius opinio, censura, & reprehensione digna, qua conatur assignare discrimen inter beneficia, & officia sæcularia, quoad obligationem iustitiæ distributiuæ, sed sine fundamento, quod eius pace dictum sit. Lambertinum *de iure patronatus lib.*2. *part.*1. *q.*10. *artic.*3. Couarruui *in regula peccatum* 2. *part.* §.7. *num.*3. *cum sequentibus*. Nauarrum *in manuali cap.*17. *ex num.*72. Garciam *de beneficijs* 7. *par. capit.*16. Gutrierez *libr.*2. *canonicarum quæstionum. cap.*11. Molinam *de primogen. lib.*2. *cap.*5. *num.*46. & *sequentibus*, & *nu.*50. & *numero* 69. Gratianum *decis.*97. *num.*21. & *disceptat. forensi. tomo* 2. *capit.*211. *ex num.*8. Raudensem *decis.*34.35. & 36. Mastrillum *de Magistratibus lib.*2. *cap.*1. *num.*63. & *sequentibus*. Cæuallos *in speculo pract. quæst.*659. *num.*1. & 2. *lib.*2. Marquez *in lib. del Gouernador christiano lib.*1. *c.*20. §.4.

25 Concludam ex tollendo summis laudibus nostrum mirabile sæculum, quod cùm antiqua fuerint tàm sterilia, & infecunda, vt vnus, vel alter dumtaxat, vir strenuus reperiretur, qui posset ad publica munera dignè assumi, & cui tuto committeretur Respublica administranda, vtque Diogenes referente Plutarco *in apophtegmatibus Diogenis lib.*3. *num.*63. Obambulans in medio Athenarum foro accensa lucerna vnum hominem quæreret, non inueniret, percunctatusque (vt refertur ibidem *nu.*13.) in qua parte Greciæ vidisset viros bonos, responderet viros nusquã se vidisse: tamen hoc nostrum tàm abundans est viris, an candidis aliorum esto iudicium, candidatis dico, Magistratus petentibus, qui se non impares existimant oneribus, dum annexi sint honores pecuniæ, commoditates, quamuis inde incommoditates, & iniuriæ aliorum oriantur immo verò, & superiores multis multorum officiorum oneribus; vt nihil sit hodie in nostra Republica magis superuacaneum, quam homines nullius rei tanta copia, tamque immodica abundantia, quam istorum candidatorum Magistratus ambientium. Testes sunt domus, & familiares officia conferentium. Fœlix verè sęculum; in quo abundant, quæ tot anterioribus sęculis sunt desiderata. Faxit Deus? sed de istis satis. Madriti Ianuarij 25. anni 1622.

SVMMA

SVMMA DISPVTATIONIS
Secunda.

1 *LEx 20.tit.21. libr.4. recopil. in iudicijs frequentissima, præsertim, executiuis, occasionem præbuit huic disputationi, & tractat. de foro competenti.*
Doctrina de foro competenti diffusa, est ac difficilis.
2 *Plurimi modi sortiendi forum traduntur remissiuè.*
Reliqua inuenies post num. secundum.

DISPVTATIO II.

De Iudice legitimo, & competenti in quauis causa ciuili, & criminali.

Ad l.32.tit.2.p.3. & l.20.tit.21.lib.4. recopilationis, & multas alias Regni Castellæ, & iuris communis.

1 NVlla lex in iudicijs, præsertim executiuis, frequentiùs occurrit, quam *l.20.tit. 21. libr.4. recopil.* ad cuius explicationem, cum quarundam obseruationum occasione accingi, esset in animo, præsupponendam duxi integram doctrinam de foro competenti, sine qua rectè intelligi non potest. Ea autem vt est in negotijs frequentissima, ita in iure difficilima, si quæ alia, valdèq; ampla, diffusa, ac sinuosa, tum rerum copia, tùm ambiguitate quæstionum, & varietate sententiarum. Hac de causa opere pretium existimaui, (quod futurum, sit vtilissimum) eam in ordinem redigere. Nam & si nihil noui afferam (afferam autem quàm plura non contemnenda) præter methodum, & dispositionem materiæ, quam indigestio ipsa reddit difficilem, & ferè insuperabilem, oleũ, & operam non perdidero, neque perdidisse videbor. Doctrina igitur, quæ se ipsam commendat, lubenti, & quod consequens est, patienti animo, & grato auditu suscipienda est, neque tractatio eius prolixa censenda, cui quidquid adimatur, sit planè defuturum.

2 Satis autem indicant istius disputationis latitudinem, leges, & Doctores tractantes de foro competenti, siquidem plurimos enumerãt modos sortiendi forum, ex quorum vnoquoque Iudex, apud quem reus conuenitur, legitimus, & vt vulgò dicitur, competens existimandus est. In primis *l.32.tit.2.par.3.* enumerauit quatuordecim modos sortiendi forum. Speculator *lib.2.tit. de competentis Iudicis aditione §. generaliter*, retulit quinquaginta duos. Marianus Soccinus, qui omnium copiosissimè, & elegantissimè hanc materiam prosequutus est, in suis commentarijs tituli de foro competenti in rubrica *ex n.* centum, & nouem congessit alphabetico ordine, quo nullũ se dixit inuenisse aptiorem, vt in eum tantam multitudinem redigeret. Reassumpsit Scaccia æditus post hoc opus scriptum *de sententia, & re iudicata glos.7.q.1.num.28.* Non sum ego dicturus omnia; nam quis posset? Sat erit egisse de frequentioribus, & magis præcipuis. Atque ne prolixitas tam diffusæ disputationis tedium pariat, in varia membra secanda est, diuidendaque in tot quæstiones, quot sunt modi sortiendi forum, de quibus sum acturus. Erunt autem octo. Primus forus domicilij. Secundus originis. Tertius rei sitæ. Quartus contractus. Quintus hæredis, & successoris. Sextus priuilegij. Septimus delicti. Octauus prorogationis.

SVMMA QVÆSTIONIS
Prima.

3 *In loco domicilij quiuis sortitur forum in ciuilibus, & criminalibus.*
4 *Forus domicilij quibusdam qualitatibus præstat cæteris foris.*
5 *Forus domicilij est vniuersalior cæteris.*
6 *In foro domicilij quis conuenitur omnibus actionibus, & de contractibus, & delictis intus, & extra gestis.*
7 *Forus domicilij concurrit cum cæteris foris.*
8 *Ratione domicilij quis dicitur propriè subditus, non ratione contractus, vel delicti.*
9 *Forus domicilij in ciuilibus est cæteris foris potentior.*
10 *Forus domicilij præfertur cæteris foris.*
11 *Domicilium quando, & ex quibus indicijs præsumatur acquisitum, in quo differat ab habitatoine, quando amittatur, & transferatur remissiuè.*
12 *Domicilium differt ab habitatione, & habitatio tribuit ius parochiæ non fori.*
13 *In foro domicilij conueniri potest reus præsens, & absens, in cæteris tamen foris solùm præsens regulariter.*
14 *In foro domicilij aduersus absentem proceditur ad diffinitiuam, & executionem eius; in cæteris foris ad solam possessionem ex primo decreto.*
15 *Ad missionem in possessionem est necessaria legitima citatio.*
16 *Iudex an possit citare reum in territorio alieno existentem verbaliter, & quid quidam senserint.*
17 *Literarum hortatoriālium rara mentio apud Iurisconsultos in ciuilibus, aliqua tamen in criminalibus.*
18 *Cùm duo territoria subsunt vni Principi, cur Iudex vnius possit verbaliter citare in territorio alterius, & adducitur l.7.tit.3.lib.4.recop.*
19 *Citatio in territorio alieno etiam verbalis sine requisitorijs literis non valet, si territoria subsint diuersis Principibus.*
20 *Referuntur Doctores pro ea sententia.*
21 *Sententia eorum, qui in omni casu existimant requiri literas hortatorias ad citationem in alieno territorio.*
22 *Expenduntur textus in l.1.§.Præsides ff. de requir. reis. & in §. si quis verò comprehensorum, in Auth. vt nulli iudicum, & num.23.*
24 *Distinguuntur quatuor casus, & in primo statuitur, non posse extra territorium Iudicis expediri decretum de citatione facienda.*
25 *Iudex in alieno territorio non potest citare realiter, & non iure captus debet in pristinam libertatem restitui, etiam si duceretur ad Iudicem, qui eum iure carcerare potuisset.*
26 *Iudex potest in alieno territorio citare inuocato auxilio per literas requisitorias: & quæ solennitas requiratur in eis in ciuilibus.*
27 *Verius est de iure, Iudicem posse citare reum in alieno territorio subdito suo Principi verbaliter propria auctoritate: sed vsus in contrarium præualuit, cui tutius est acquiescere.*
28 *Iudex qui habet generalem iurisdictionem in tota Prouincia, potest citare in quolibet territorio propria auctoritate.*
29 *Iudex, cuius iurisdictio nulli territorio cohæret, citat in quolibet territorio propria auctoritate.*
30 *Explicantur verba textus in cap. Romana §. contrahentes de foro competenti in 6.*
31 *Expenditur contra prædictam resolutionem textu in l.7.tit. 3.lib.3.*

3.lib.4.recopilat.

32 *Explicatio Azeuedi refertur.*

33 *Reijcitur, & impugnatur, & notatur discrimen inter caussam impulsiuam, & finalem, & num. 34.*

35 *Refertur alia explicatio Gratiani, & impugnatur, & numero 36.*

37 *Citatio, si fieret in alieno territorio sine hortatorijs, deberet sustineri.*

38 *Quibus remedijs sit vtendum, si Iudex nolit obsequi literis hortatorialibus.*

39 *Reccuri debet ad superiorem requisiti, qui eum compellat.*

40 *Notatur discrimen inter Iudicem ecclesiasticum, & secularem, requirentes, & eosdem requisitos.*

41 *Recusante Iudice obsequi hortatorialibus, Iudex requirens poterit proprio auctoritate citare in eius territorio verbaliter.*

42 *Requirens iure poterit non obedire hortatorialibus eius Iudicis, qui suis non obedierit.*

Denegata administratione iustitiæ in executione hortatorialium deuenitur ad represalias; & ad bellum; sed pedetentim ijs remedijs vtendum, & in causis grauissimis.

43 *Reus vbi habet domicilium generale etiam conuenitur, scilicet in Patria communi.*

44 *Fallit in casibus, in quibus habet locum priuilegium reuocandi domum: & qui sint remissiuè.*

45 *Proponitur quæstio vbi conueniatur vagabundus.*

Terminos quæstionis prius exponendos, quàm quæstio dissoluatur.

46 *Vagabundus quis dicatur?*

47 *Vagabundus vbicumque conuenitur.*

Cætera inuenies post numerum 47.

QVÆSTIO PRIMA

De foro domicilij.

3 STatuenda est conclusio, & regula generalis; in loco domicilij quemuis sortiri forum vt apud eius loci Iudicem ordinarium conueniri possit; & ille sit Iudex competens, & legitimus, in omnibus causis eorum, qui domicilia habent in territorio, subdito ipsius iurisdictioni, tam ciuilibus, quam criminalibus. Eam probat textus *in leg.hæres absens 19.§.si quis tutelam, & §. proinde, & §. illud sciendum est, l.si fideicommissum 50.§. sed & rescriptum est,ff.de iudicijs.* Glossa magistra in verbo *debebit, in d. §.proinde.* & ibi Legistæ omnes, & textus *in cap. licet ratione, vltimo de foro compet.* vbi Bernardus *verbo, aut domicilij, l.32.tit.2.p.3.* & ibi Gregorius *glossa 12.* Speculator *dicto lib.2.tit.de compet.Iudicis aditíon.§.1.nu.29.in fin. vers.quadragesimus, & §.sequitur nu.1.* Abbas Panormitan *in c.1.nu.6.& in cap.vltimo, ex num.37.de foro compet.* vbi Marianus Soccinus *ex nu.6. vers.glos.3.* omnino videndus quia eleganter, & copiosè omnia huc attinentia prosequitur. Ias. *in vers.plus autem, num. 19.& 20. institut. de action.* Antonio Gomez *tomo.3.variar.cap.1. num.87.* Farinac. *in praxi crim.quæst.7.ex num.1.* D.Riccius *collectan. 615.*

4 Habet autem forus domicilij speciales quasdam qualitates, & attributa, quæ Doctores referunt, quibus cæteris foris præstat.

5 In primis est generalior, & vniuersalior cæteris foris, secundum Abbatem Panormitanum *in d.cap.1.numero 6.* Marianum Soccinum *in d. cap. vltimo num. 45.* Felynum *ibi numer.23.de foro competenti.* Bernardum Diaz *in practica crimin. canon.cap.9.in principio,* Decianum *tractat. crimin.lib.4.cap.16.num 9.*

6 Ex quo prouenit, vt in foro domicilij quis conueniri possit, & agi aduersus eum, omnibus actionibus, realibus, & personalibus, ac de rebus sitis, intra, vel extra locum domicilij, de contractibus ibi, & alibi gestis, & de quibusque delictis ibi, & vbicunque commissis. Notat Abbas *in d.c.vltimo nu.38.de foro comp.* Gandinus *de maleficijs, Rubrica vltima.* Farinac. *in praxi crim. d. quæst.7. ex nu.19.* Sesse *decis.100.num.8.libr.1.* Bernardus Diaz vbi supra.

7 Secundo item, concurrit forus domicilij cum alijs foris. Iuxta textum *in d.l. hæres absens, §. vltimo ff. de iudic.* & ibi Doctores. Barbosa, *num. 3. & 20.* Marianus Soccin. *in c.dilecti, 17 nu.7.in princip.& in d.c.licet ratione, vlt. nu.8.de foro compet.* Felyn. *ibi num.23.* Ripa *in c.1.nu. 63. de iudicijs.* Gregorius Lopez *in d.l.32.tit.2.par.3.glos.10. vers.tertio limita.* Sesse *d.decis.100.nu. 5.& 6.*

8 Tertio item, ratione domicilij, quis dicitur propriè subditus Iudici loci domicilij, non verò ex vlla alia subiectione, ratione contractus, vel delicti. Glossa celebris *in clem.1.verbo subditos, de foro comp.* Abbas Panormitanus *in d.c.1.nu.6.* Marianus Soccinus *n.4. & in c. licet ratione, vlt.n.8.de foro comp.* vbi Felyn. *nu. 23.& 24.* Idem Felyn. *in cap.dilectus filius, el 2.num.13.de rescript.* Decius *in cap. ad nostram, el 1.num.9.& 10.de appellat.* Baldus *in l.vltima, nu.2.C.si à non competente Iudice.* Alexand. *in additione ad Bart.in l.assumptio, §.1.num. 2. verb. item in eo, ff. ad municip.& de incol.* Rolandus à Valle *tract.de lucro dotis, q.22.nu. 21.* Tiraqu. *de retract.lignag.§.9.glossa 2.num.22.* Gail, *obseruat. pract.lib.1.obseruat.56.nu.8 in fin.lib.2. obseruat.36.nu.15.& lib.de pignorationib.obseruat.15.num.7.* Decian. *tract.crim.lib.4.d.c.16.num.9.* Bossius *tit. de crimine læsæ Maiestatis, num.95.* Barbosa *in d.l.hæres absens, §. vltimo, num 39 ff.de iudicijs.* Sesse *dicta decis.100.num. 6.* Parisius *consil.12.nu.14.par.3.* Natta *consil.4.nu.1.lib. 1.* Laurentius Siluanus *consil.25.nu.14.& 15.*

9 Quarto item, forus domicilij in ciuilibus est cæteris foris potentior, & principalior. Glossa *in cap.statutum 11.verb.vnam dietam, in §.1. de rescrip.in 6.* Baldus *in l.de quibus nu.74.ff.de legibus.* Paulus Castrens. *in l.1.num.2. C. vbi de crim.agi oport.* Decius *cons.352.num.2.* Rolandus à Valle *tract.de lucro dotis q. 22.num.16.* Decianus *tractat. crim.lib.4.c.16.n.9.vers.sed notandum.* Barbosa *in d.l.hæres absens, 19.§.fin.nu.34.ff.de iudicijs.*

10 Quinto tandè, forus domicilij ob istas rationes, & quia est fortior, & magis naturalis, præfertur cæteris foris. Barbosa *in d.§.fin. num.40. & seqq.* Sed distinguendi sunt duo effectus fori domicilij, vt hæc doctrina penitus declaretur. Primus est, vt quis possit in eo conueniri, & ad iudicium prouocari apud eius Iudicem: secundus vt possint domiciliario decerni honores, & munera. Quoad primum effectum, præfertur forus domicilij cæteris foris, etiam foro originis in ciuilibus, nam in criminalibus cedit foro delicti, vt suo loco dicemus. Quoad secundum verò effectum, forus originis præfertur foro domicilij, vt probat textus *in l.libertus.17.§.præscriptio in fin.ff. ad municip. & de incol.* Et notat glossa *in l.ciues, verbo, allectio C.de incolis lib.10.* Et iterum glossa vltima *in l. 1. Cod. de municipib.& originar eod.lib.* Ratio autem est, quia obligatio ad munera personalia subeunda, prius fuit contracta apud locum originis, quàm in loco domicilij. Quã distinctionem, & doctrinam commendat, & non obliuiscendam dicit Ias. *in l.si arrogator. nu.48.ff. de adoption.* Sequitur Rolandus *de lucro dotis dict. quæst.22.num. 27.* Et Barbosa vbi supra.

11 Domicilium verò, quando, & ex quibus iudicijs præsumatur, aut censeatur contractum in aliquo loco, & in quo differat domicilium, ab incolatu, & habitatione, & possit ne quis habere duo domicilia, & quando, & ex quibus domicilium ammitratur, & transferatur in alium locum, & de alijs quæstionibus pertinentibus ad istã materiam, vide textum in l. assumptio, §. iuris prudentibus, l. non vtique, l. domicilium ff. ad municip. & de incol. l. ciues Cod. de incol. li. 10. l. 32. tit. 2. par. 3. & ibi glos. 12. & 13. & glossas iuris communis in prædictis locis, & ad ea Doctores, Marianum Socinum latissimè omnia tractantem in d. c. licet ratione, vltimo, ex nu. 27. de foro competenti. Rebuffum tomo 3. in Constit. Regi tract. de domicilij electione. Decianum tract. crim. libr. 4. c. 16. num. 8. Menochium de præsumption. lib. 6. præsump. 42. & de arbitrarijs Iudicum libro 2. centuriâ 1. casu 86. Gratianum disceptationum forensium tomo 1. c. 181. ex num. 1. Farinacium in fragmentis criminalibus litera D. verbo domicilium ex num. 193. Cardinalem Tuscum litera D. conclusione 599. tomo 2. Rotam diuersorum decis. 150. par. 2. Trinisanum decis. 23. libro 1. Gail obseruat. practic. lib. 2. obseruat. 35. num. 7. & seqq. & obseruat. 36. D. Riccium collectanea 615. post medium. Barbosam in d. l. heres absens §. finali ex numero 70. ff. de iudicijs.

12 Illud tamen hic admonendum occurrit, cùm domicilium, & habitatio longè inter se differant, nàm domicilium habet, qui in aliquo loco animo permanendi cum suis fortunis consistit, l. ciues C. de incolis, lib. 10. habitationem verò habere potest quis, etiam sine animo permanendi, dummodo non habitet tanquam hospes; quæ distinctio colligitur ex l. 1. §. habitare ff. de ijs, qui deiecerunt, vel effuder. vbi notat Albericus nu. 10. Federicus de Senis cons. 254. nu. 6. Bart. in l. 4. §. prætor ait, num. 24. ff. de damn. infect. Felyn. in cap. quoniam, nu. 2. de offic. ordinarij. Rebuffus in repetition. cap. extirpande, §. qui verò, nu. 134. vers. pro intelligentia. & num. 135. de præbendis. Menoch. de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 42. num. 2. Carauit ad Ritum 301. ex nu. 30. non requiri, vt aliquis sit Parochianus alicuius Parochiæ vt in ea habeat domicilium presè, & propriè sumptum, sed sat est, si habeat habitationem. Quare si pupillus, relicto paterno domicilio, & nullo nouo expresse constituto, adhibita tutoris auctoritate (quæ in eo constituendo requiritur, vt docuit Bart. in l. 1. num. 7. ff. de tutor. & curat. datis ab his. Salicetus in l. 1. C. vbi petantur tutor. Gregorius Lop. in l. 12. tit. 16. par. 6. glos. 2. quod ideo contingit, quia minores ex constitutione domicilij manent obligati ad soluẽda onera incolis imposita, qui tamen sine auctoritate tutoris, vel curatoris obligari non possunt, §. neque instit. de auctoritate tutorum) si inquã, relicto paterno domicilio minor traducatur, educationis causa, ad domum tutoris, vel curatoris, in qua cum eo habitet, efficietur Parochianus illius Ecclesiæ, ad quam domicilium tutoris, vel curatoris pertinet: itaut eidem quarta Parochialis debeatur omissa Ecclesia Parochiali sui domicilij, iuxta textum in c. 1. & 2. de sepultur. & in c. vltimo, de testamentis. Tradit Federicus de Senis cons. 253. & 254. Rebuffus vbi supra nu. 136. Mascardus de probation. conclus. 535. domicilium præsumi, ex nu. 30. Thomas Sanchez de matrimonio libro 3. disputat. 23. num. 12. & seqq. Idem etiam procedit, in obligatione soluendi decimas personales, persoluendæ enim sunt Ecclesiæ Parochiali habitationis pupilli, vel minoris, non paterni domicilij, argumento textus in cap. quæsti sunt. 16. q. 1. & in cap. ad apostolica, de decimis Notat Rebuffus d. n. 136. Idem prorsus dicendũ est de scholasticis, qui causa studiorum in loco aliquo, & de Aduocatis, & alijs Officialibus, qui negotij, vel officij causa, in curia commorantur. Qui non censentur ibi domicilium contrahere, l. 2. C. de incolis lib. 10. Notat Franciscus Suarez in tertiam partem D. Thomæ, tomo 4. disput. 25. sectione 2. nu. 6. Quo fit, vt non possit argui de habitatione ad domicilium, neque de iure Parochiæ, ad ius fori, quod qui sortitur alicubi, non ex habitatione, quemadmodum ius Parochiæ, sed ex domicilio sortitur, iuxta superius tradita. Est verò magni effectus ista doctrina, ad discernendum, quis Parochus interesse possit, & debeat, in matrimonio contrahendo, iuxta Concil. Tridentin. sess. 24. decreto de reformat. matrim. c. 1. de qua in causa quadam ardua matrimoniali, vidi conuerti.

13 Amplia primo, prædictam conclusionem, & regulam principalem, vt in loco domicilij conueniri possit quiuis reus, non solùm præsens, sed etiam absens. Nam non est necessaria eius præsentia in eo loco, vt possit ibi conueniri, cùm tamen regulariter sit necessaria in loco cuiuslibet alterius fori ad facultatem conueniendi. Ita probat textus in l. dies cautioni, 4. §. prætor ait, ff. de damno infecto, & in §. si verò etiam quidam, in Auth. de exiben. reis, collat. 5. & in cap. causam, de dolo, & contumac. Adnotauit Paul. Castrens. in d. l. hæres absens, in princip. numero 1. & in §. 1. nu. 8. ff. de iudicijs, & in l. 2. §. legatis, num. 3. ff. eod. & in l. 1. num. 3. ff. de eo, quod cert. loco, & in l. 2. nu. 4. & 6. C. de iurisd. omn. Iud. Alex. in l. cum quædam puella, 19. nu. 5. Oroscius ibi num. 5. ff. de iurisd. omn. Iud. Idem Castrens. consil. 413. viso dicto casu, nu. 4. circa medium 2. p. Panormitan. in c. licet ratione, vltimo, nu. 41. Marian. Soccin. num. 46. & 50. de foro comp. Barbosa in d. l. hæres absens, §. fin. nu. 37. & seqq. Gail obseru. practic. lib. 2. obseruat. 36. num. 12. Decian. tract. crim. lib. 4. c. 16. num. 12. Sese decis. 100. num. 8. & 9.

14 Ex quo infertur, quod licet aduersus absentem a locis, in quibus sortitur forum, alio modo, quam ratione domicilij, solùm procedi possit ad possessionem ex primo decreto, bonorum, quæ possidet in territorio Iudicis, eius fori, nisi compareat se defensurus, vt in d. l. hæres absens, §. 1. vbi notant Scribentes, præsertim Paulus Castrens. & in cap. Romana, §. contrahentes, de foro comp. in 6. vbi Canonistæ. Couarr. in pract. c. 10. num. 4. & nos dicemus inferius hac eadem disputatione, vbi agemus de foro contractus quæst. 4. item procedi possit ad possessionem ex secundo decreto, & ad diffinitiuam sententiam, in illis casibus, in quibus lite non contestata ad illam procedi potest, quos enumerat glossa prima in c. quoniam frequenter, vt lite non contestata. Et ibi Marianus Soccinus, vltra eam, qui congessit ex num. 8. octuaginta duos casus, quibus conuenit, l. 1. & sequentes vsque ad 7 tit. 16 par. 3. tamen in foro domicilij proceditur aduersus absentem ad condemnationem omnimodam, & executionem eius. Quam doctrinam tradit multum commendans, & sibi arrogans Paul. Castrens. in d. l. hæres absens, §. 1. nu. 2. 5. & 8. ff. de iudicijs, & in l. 1. num. 3. ff. de eo, quod certo loco, & in l. 2. num. 4. 5. & 6. Cod. de iurisd. omn. Iud. Quem sequitur Barbosa in d. l. hæres absens, §. fin. num. 37. & 38.

15 Sed hic occurrit difficultas, cùm ad missionem in possessionem bonorum, quæ quis habet, & procedendum in causa quouis modo, necessaria sit præuia legitima citatio, l. nam & ita diuus, 39. ff. de adoption, l. de vnoquoque 47. ff. de re iud. cap. Romana. §. contrahentes. ibi, si eorum auctoritate citati de foro compet. in 6. Quonam modo procedere debeat Iudex domicilij aduersus absentem à suo

terri-

territorio, & quomodo possit ipsum legitimè citare, & ad iudicium vocare, cùm extra territorium ius dicenti impunè non pareatur, *l. vltima ff. de iurisd. omn. Iud.* Quæ eadem quæstio generalis est, & communis de quocũque Iudice competenti, procedente aduersus absentem à suo territorio, sibi tamen subiectum, alia ratione, quam domicilij, videlicet contractus, rei sitæ, delicti, vel quauis altera.

16 In qua difficultate duæ fuerunt principales opiniones. Prima, distinguit, an territoria duorum Iudicum (scilicet eius, qui de causa cognoscit, & eius, qui præest loco, in quo reus adest) quæ sunt distincta ratione iurisdictionis, subsint eidem superiori: an verò ista duorum Iudicum territoria sint subdita diuersis superioribus. (superiores verò vocamus supremos Dominos, vel Respublicas liberas.) Primo casu ait, posse vnum Iudicem citare verbaliter in territorio alterius: in secundo casu non posse, sed debere mittere literas deprecatorias, vel requisitorias, quas vocant, ad Iudicem alterius territorij, quibus deprecetur, & requirat, vt per suos apparitores, & ministros reum citet, & ad iudicium Iudicis requirentis vocet.

17 Harum literarum, tametsi apud Ioris consultos nulla aut rarissima mentio in ciuilibus fiat, & solùm inueniatur in criminalibus caosis, vt *in l. 1. § si autem grauius, aliàs §. præsides ff. de requirendis reis, & in §. si verò quis, in Auth. vt nulli Iudicum collat. 9.* apud Imperatores tamen earum mentio reperitur in causis ciuilibus, *in l. properandum §. sin autem reus, Cod. de iudicijs.* ibi *Siue ipse Iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest, siue per relationem ad maiorem.* iuxta secundam interpretationem glossæ *ibi, verbo, ad maiorem.* quam approbant Cynus *nu. 9. & 10.* Angelus *num. 1* Salicetus *nu. 19.* Paulus *nu. 4. & 5.* qui dicit esse textum meliorem de iure. Ias. *num. 2.* & obseruant communiter Scribentes *in leg. à diuo Pio 15. §. sententiam Romæ ff. de re iud.* & Hippolytus de Marsilijs *singul. 138.* apud Pontificem autem fit etiam in ciuilibus harum literarum commemoratio *in d. cap. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in 6.* ibi *Loci diœcesanus ad denunciationem ipsorum faciat eiusmodi missionem.* Vbi notant Pontificij, & Franciscus Molinus *de brachio sæculari lib. 2. c. 22.*

18 Hanc igitur sententiam, & distinctionem tradit Bart. *in l. 1. §. 1. num. 3. ff. de requirendis reis, & in extrauaganti ad reprimendum, verb. per edictum num. 9.* & quoad primam partem probat. Quoniam cùm duo territoria subsunt vni Principi, Princeps superior videtur permittere, vt vnus Iudex verbaliter citet in territorio alterius, *l. omnes 31. §. executoribus, vers. verum si apparitor, C. de Episcopis, & Clericis.* Cæterum citatio realis, idest captura personæ, non est permissa in alieno territorio, sed fieri debet à Iudice in suo proprio territorio commonito literis requisitorijs alterius Iudicis, iuxta *Auth. si verò criminis, C. ad leg. Iul. de adulter.* Certè quoad istam primam partem, de iure Regni Castellæ videtur apertè probari hæc sententia, ex textu expresso *in l. 7. tit. 3. lib. 4. recopil.*

19 Quoad secundam verò partem probatur ex textu *in clem. pastoralis, §. esto igitur, vers. vt illud tanquam notissimum, & §. nos quoque de re iudic.* vbi requisitoriæ ad citationem verbalem requiruntur, & sine illis citatio in territorio alieno supremi Principis, & alteri non subiecti non valet.

20 Eidem sentetiæ subscribunt Cyn. *in l. vlt. nu. 4. ff. de iurisd. omn. Iud. & in d. l. omnes, nu. 2. C. de Episcopis, & Cleric.* Baldus *in d. l. vlt. num. 13. & seqq. ff. de iurisd. omn. Iud. & in d. l. omnes, §. verum si apparitor num. 1. & 2.* Albericus *in l. vlt. nu. 2. ff. de officio Præfect. verb.* Ioannes de Imola *in leg. in tempus, 61. nu. 4. ff. de hæred. instit.* Paulus Castrens. *in d. l. vlt. nu. 4. ff. de iurisd. omn. Iud.* & ibi Angel. *nu. 6.* Alex. *num. 13.* Ias. *numero 24.* Barth. Socc. *nu. 10.* Oroscius *numero 11.* Angelus *de maleficijs, verb. Iudex commisit. nu. 11.* Oldradus *cons. 88.* Franciscus Marcus *decis. 179. num. 3. & seqq. 2. par.* Ioannes Andræas *in d. cap. Romana, §. contrahentes, nu. 2. cum seqq. de foro comp. in 6.* Geminianus *ibi, num. 12. & seqq.* Ancharanus *nu. 3.* Philippus Francus *num. 10. cum seqq.* eandem sequitur Panormitanus *in cap. licet ratione, vltimo, num. 41. de foro compet.* qui subdit, posse Iudicem in suo territorio decernere citationem, licet nuncius exequatur extra territorium, cùm enim illa nuncij executio non sit actus iudicialis, potest extra territorium exerceri. Eidem videtur adhærere Marianus Soccinus, post longam disputationem, & multas distinctiones factas *in cap. dilectiv. ex nu. 23. ad 25.* satis prolixè, & confusè, *de foro compet.* clariùs eidem adhæret, *in cap. sane si Episcopi, num. 13. eod. titul.* eam tenet Boissius *tract. crim. tit. de citationibus, num. 20. & seqq. & nu. 26.* Montaluus *in l. 4. tit. 3. lib. 2. fori glossa penult. magna in verbo, fagan del Iusticia. col. 4. vers. quid ergo dicendum.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 2. lib. 3. ordinem gl. 1. quæst. 3. col. 816.*

21 Secunda opinio est, si territoria sint distincta ratione iurisdictionis, etiam si vni superiori sint subdita, nihilominus non posse Iudicem vnius territorij citare in territorio, alterius, misso ad eam citationem faciendam suo nuncio, vel tabellione, & citationem itam factam non valere, nec arctare citatum ad cõparendum; sed debere mittere literas ad Iudicem alterius territorij, quibus ab eo petat; & eum requirat, vt citet suum subditum ibi existentem, & hoc dumtaxat modo factam citationẽ valere. Ita sentit Speculator *lib. 2. tit. de competen. Iud. addition. §. generaliter 1. num. 5. & lib. 3. tit. de accusatione, §. qualiter num. 12.* Felin. *in cap. licet ratione, vlt. num. 1. cum seqq. de foro comp.* in eandem videtur inclinare Marianus Soccinus *in capit. postulasti, num. 13. eod. tit.* Hippolytus de Marsil. *in l. extra territorium, nu. 34. & 35. ff. de iurisd. omn. Iud. & singul. 138. & 203.* Ioannes Faber *in §. fin. num. 10. in fin um. inst. de pœna temer. litigant.* Sallicetus *in l. omnes, §. executoribus num. 1. C. de Episcop. & Cleric.* Iacobus de Bellouiso *in repet. d. §. contrahentes, num. 139. cùm ex nu. 131.* latè tractasset *in cap. Romana, de foro comp. li. 6.* & vide ibi vsque ad *numer. 144.* Rebuffus *tomo 2. in Constit. Regi tract. de literis requisitorijs, art. vnico, glos. 3. num. 11. 12. & seqq.* Couarr. *in pract. c. 10. nu. 7.* qui testatur de praxi, & vsu huius Regni Petrus Follerius *in pract. crimin. 1. par. secundæ partis. Rubrica vel eos verbaliter citari faciat. num. 27.* Iulius Clarus *libr. 5. sententiarum §. fin. q. 31. num. 20.* qui ait, in Ducatu Mediolanensi non seruari opinionem Bartoli, sed citationes fieri per literas subsidiales. Marãta *in praxi 6. p. tit. de citatione nu. 40. & 41.* Gratianus *regula 491.* Azeuedus *in l. 3. nu. 32. tit. 3. lib. 4. recopil.* Et Barbosa *in d. l. hæres absens §. fin. num. 84. & seqq. ff. de iudicijs* Paz *in praxi, 1. tomo, 4. p. c. 2. nu. 9.* Molinus *de brachio sæculari lib. 2. c. 23. ex nu. 1. ad 9.*

22 Pro hac sententia in primis adducitur textus. *in d. leg. 1. §. præsides, ff. de requirendis reis.* vbi statuitur, vt Iudices loci delicti, mittant litteras ad Magistratus locorum, vbi rei consistunt, ad eoscitandos, cùm tamen eo tempore Imperio Romano subiectę essent omnes Prouinciæ Orbis, in quibus illud ius ciuile vigebat.

23 Pro eadem sententia, & eodem modo expendit Barbosam, vbi sopra, *num. 86.* textum *in §. si quis verò comprehensorum, in Auth. vt nulli Iudicum collat. 9.* ex quo desumpta est

pta est *Auth. si verò criminis*, *C. ad l. Iul. de adulter.* in quo requiritur epistola publica, missa ad Iudicem loci, vbi reus degit, idest, literæ deprecatoriæ, seù requisitoriæ, vt reus citetur, cùm tamen vt dictum est, eo tempore Prouinciæ vni superiori, videlicet Imperatori Romano, subditæ essent.

24 Quid dicendum in tanta varietate? Et cum quadruplex casus hic occurrat, vtriusque sententiæ Doctores in trium decisione conueniunt, in resolutionem verò alterius tota dubitatio versatur. Primò, certum est, iuxta primæ, & secundæ sententiæ sectatores, decretum Iudicis de citatione facienda, non posse extra territorium Iudicis decernentis expediri, quod hic sit actus iurisdictionis, quæ extra territorium exerceri non potest, *l. vltima, ff. de iurisdict. omn. Iud.* Marian Socc. *in Rubr. de dilation. art. 4. num. 1. & 3.* Guido Papæ *dec. 275. nu. 2.*

25 Secundo, certum est, Iudicem in alieno territorio nō posse citare realiter subditum suum auctoritate propria, idest capere, vt in carcerem ducat. Quod adeo verum est, vt si de facto ad capturam, procederet, & eum caperet, ante omnia esset relaxandus, & tanquam non iure libertate sua naturali spoliatus in pristinam libertatē restituendus. In quo articulo adde ad præcitatos Authores Anton. Gomez *tomo 3. variar. cap. 9. nu. 4. & 5.* & Caballum *resolut. crim. cas. 291. per totum*. Qui id ampliat etiam si eo modo captus, ductus esset ex loco, vbi non iure captus est, ad Iudicem loci delicti, vbi iure capi potuisset: quem refert, sequiq; videtur Regens Rouitus *in prag. 5. nu. 11. vbi de delicto quis debet conueniri*, tametsi in facti contingentia vlterius cogitandum moneat Verùm pro ampliatione Caball. facit decisio Vincent. de Fräch. 415. Peguer. *dec. 133.* quos sequitur Regens Tapia *in Ritum 285. num. 12. sub Rubr. 19. libr. 4. Iuris Regni Neap.* Caualkos *de cognitione per viam violentiæ, 2. par. quæst. 5. num. 31.* tametsi inferius *quæst. 64. num. 14.* referat contrariam decisionem Consilij Regij Patrimonij Castellæ. In qua tamen cùm petebatur relaxatio, res non erat integra, nec manebat in eodem statu. Eandem superiorem resolutionem sequitur Rolandus *consil. 60. ex nu. 9. volum. 2.* & Farinac. *in praxi quæst. 7. num. 40. & 41.* pro qua videndus est Bartolus latè tractans *quæst. 6. lapus*.

26 Tertio certum est, Iudicem posse subditum suum in alieno territorio existentem citare verbaliter, seù realiter, videlicet capere, inuocato per literas requisitorias auxilio Iudicis extranei præfecti ei territtorio, in quo subditus degit, & eo requisito, vt per proprios ministros, & apparitores, vel nuncios, & tabelliones citet, & citari faciat, seù capi, & ad se remitti in ijs casibus, in quibus remissio de iure locum habet. Quæ tamen literæ requisitoriæ, vt solennes sint, & obligent Iudicem eas recipientem ad eis obsequendum in ciuilibus, debent continere insertum libellum partis aduersæ, vel testimonium illud referens, quod fidem faciat Iudici vt citatio arctet citatum ad comparendum per se, vel procuratorem ad se defendendum, & satisfaciendum, aduersarij petitionibus. Quod si petatur aduersus reū executio, continere debet insertum instrumentum obligationis publicæ, vel chirographi recogniti, vel sententiæ, & rei iudicatæ, vel alterius cuiuslibet habentis executionem paratam, quo constet, non solùm reum posse cogi executionè ad satisfactionem creditoris, sed etiam Iudicem eas literas mittentem esse legitimum, & competentem, vt de causa cognoscat. Quod si libellus sit oblatus, vel executio sit petita ab aliquo procuratore nomine actoris principalis, inseri debet literis copia authentica mandati, vel eius testimonium, seù fides authentica, quibus constet actorem esse legitimum Notat Couarr. *practic. d. cap. 10. num. 7. in fin.* Parlador. *libr. 2. rerum quotid. cap. fin. 2. par. §. 1. nu. 7. & §. 2. n. 4. & 5.* Rodriguez de executione *capit. 2. numero 10.* Molinus *de brachio sæculari lib. 2. capit. 24.* In criminalibus verò, requisitoriæ literæ continere debent probationem corporis delicti, (quod dicitur) & probation..m, qua constet reum contra quem petitur citatio realis, seù captura, esse verè delinquentem, & Iudicem requirentem esse legitimum eius causæ Iudicē, vt obseruat idem Couarr. vbi supra, *c. 11. nu. 8.* & nos fusiùs dicemus infra agētes de literis requisitorijs, *quæ. 7. ex nu. 757.* Hactenus omnia vera sunt, & indubitata.

27 Quarto tota difficultas, & dubitatio in eo versatur, an possit Iudex in suo territorio existens, qui decreuit citationem aduersus subditum in alieno territorio existentem, mittere nuncium, & ministrum suum, apparitorem, vel tabellionem in territorium alienum, vt ibi nulla petita Iudicis eius venia, citet verbaliter tātum subditum suū ibi commorantem. In qua, vt meum interponam iudicium, censeo primam opinionem Bartoli esse de iure veriorem, & maiori, frequentiorique auctoritate fulcitam: Secundam verò Speculatoris, tutiorem, & ab omnibus incommodis liberam, quæ ideo iure in vsu, & practica præualuit, à qua, vt magis tuta, in consulendo, & practicando recedendum non est.

28 Quæ tamen secunda sententia limitanda est primò, cùm Iudex aliquis habet generalem iurisdictionem in tota Prouincia, nam poterit per suos officiales citare in tota Prouincia, quamuis sit diuisa in diuersa territoria ratione iurisdictionis. Id probat textus ita intelligendus, *in d. l. omnes, 31. §. executoribus, vers. verum si apparitor, Cod. de Episcopis, & Clericis.* vbi notat Salicetus *numer. 1.* Bart. *in extrauaganti ad reprimendum. §. per edictum, nu. 10. quomodo in crim. læsæ Maiest. procedatur.* Felyn. *in d. c. fin. nu. 1. vers. fallit. 2. de foro comp.* Rebuffus *tomo 2. in Consit. Regi, tract. de literis requisitorijs, artic. vnico, glossa 3. num. 20.* Barbosa, vbi supra, *num. 87.* eo quoque videtur pertinere textus *in l. 2. C. de officio præfect. Vrb.* qui adducuntur pro prima sententia. Et ob hanc rationem, iure Castellæ, Consilium Regij Patrimonij citat in toto Regno, & eius Prouinciis, quia habet generalem iurisdictionem in omnes. Et ob eandem, Consilium Sanctæ Cruciatæ citat in toto Regno, imò in omnibus Regnis Regiæ Coronæ, ad quæ se extendit gratia Cruciatæ.

29 Secundò limita, vbi iurisdictio citantis nulli territorio cohæret, vt contingit in Iudice delegato à Papa, vel Rege, qui existens in vno loco citat existentes in alijs territorijs, quoniam eius iurisdictio se extendit ad omnia loca, ad quæ se extendit iurisdictio delegantis. Ita Felyn. *in d. capit. fin. num. 1. vers. fallit. 3.* Rebuffus *tomo 2. in Const. Regi, tract. de litteris requisit. art. vnico. glos. 3. nu. 19.* Atque ita praxi receptum est, & id ego sæpissime sum expertus, qui dum munere delegati fungebar, quo multis annis functus sum, extra, & intra Curiā Regiam, expediui mādata citatoria in omnia loca Regiæ Coronæ Castellæ sine vlla Iudicum ordinariorum repugnantia. Cùm verò se obtulit occasio expediendi mandata in Regna Nauarræ, & vtriusque Siciliæ, impetrata sunt regia rescripta, quibus iubebantur seruari ea mandata, expedita per suprema Consilia Castellæ, & Italiæ: quemadmodum nunc obseruat praxis, in mandatis expeditis per Iudices Castellæ exequendis in Regnis Indiarum, quæ non mandantur executioni, nisi impetrato regio rescripto in supremo Indiarum Consilio, quo seruari iubentur, quatenus de

iure

iure locum habent, cuius stili sæpius fui testis. Tertiam limitationem istius sententiæ addemus inferius num.41.

30 Ex quibus intelligitur, quomodo sint explicanda verba textus *in d.cap. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in 6. ibi. Si eorum auctoritate citati*. Quibus multi credunt significari, Iudicem loci contractus posse sibi subditum ratione contractus à suo territorio absentem citare in alieno territorio auctoritate propria, & sine interuentu Iudicis eius territorij alieni. Quæ expositio pugnat cum prædicta secunda sententia. Sed verius est citationem, factam in alieno territorio per Iudicem eius, requisitũ per literas Iudicis loci contractus factam videri auctoritate Iudicis requirentis, quoniam videtur eius iussu facta, *l. à diuo Pio, §. sententiam Romæ, ff. de re iudic.* iuxta lecturam Florentinam. Et in hoc iuris articulo iudex requirens censetur iubere, & esse maior, requisitus autem minor, & merus executor Iudicis requirentis vt obseruat Bart. *in l. interdum, 16. §. idem autem, nu.1. ff. de publican. & vectigal. & in d. l. à diuo Pio, in princip. ex num.6.* & Doctores ibi, *& in §. sententiam Romæ.* Oroscius *in l. cùm quadam puella, 19. in princip. nu.18. ff. de iurisd. omn. Iud* Rebuffus *tomo 2. in Constit. Regi tract. de literis requisit. art. vnico, glos. 2. numer. 13. & 14.* Mandelus Albensis *cons. 208. num. 16.* Bouadilla *lib. 2. polit. c. 18. n. 82.* Quam expositionem *d. §. contrahentes,* amplexus est Barbosa *in d. l. hæres absens, §. 1. nu. 91.*

31 Solum videtur negotium facessere, *d. l. 7. tit. 3. lib. 4. recop.* quæ est textus expressus pro prima Bartoli sententia. Nam si imperturbato animo inspiciatur, cùm superuenerit post prædictam Doctorum controuersiam, cuius etiã lex ipsa expressè meminit, & late fuerit super quæstione dubia iuris, quam Angelus *in l. vltima, num. 6. ff. de iurisd. omn. Iud.* dixerat, egere decisione Cæsarea, cui plurimi assentiunt, credendum est, & ego id persuasum habeo, emanasse ad hanc controuersiam decidendam, cùm, & ipsa lex dicat, *y nos por quitar esta duda, &c.* & se conformasse cum opinione magis communi Bartoli, & sequacium. Verùm cùm eã praxis, & vsus fori non admiserit Doctores nostri, qui frequenter leges sibi subijciunt, non se legibus, varias eius interpretationes commioiscuntur.

32 Axeuedus in *d. l. 7.* ait legem illam, eo solo casu practicandam esse, quo reus fraudulenter iudicium subterfugit, & eo fine in alienum territorium se confert, idque constat iudicialiter Iudici de causa cognoscenti: aliàs nõ posse Iudicem vnius territorij citare in alio subditum suũ Mouetur ex initio illius legis, quod ita habet *Acaece muchas vezes, que algunos por su voluntad, y por no cumplir de derecho alos querellosos ante el alcalde de cuya iurisdicion son, se van a otros lugares de otras iurisdiciones.* In qua eadem sententia videtur esse Follerius *in pract. crim. 1. part. secunda partis, Rubr. notatos capiat, num. 3.* loquens in fortiori casu citationis realis, cuius in eo facultatem iudici concedit extra territorium: & multi quos refert Caballus *resolut. crim. casu. 191. nu. 5. & 6.* à quibus tamen ipse discedit, cum plurimis, quos congerit.

33 Mihi non satisfacit, primò, quia ista verba, non tàm significant rationem, & causam legis finalem, quàm impulsiuam, & motiuam, eam autem non est necessariũ tàm latè patere, quàm legis decisionem, quippè cum ea cessante, nihilominus obseruanda sit legis, & cuiuscunque dispositionis decisio, iuxta latè tradita à Tiraquello *in tract. de cessante causa limitat. 1. ex numer. 1.* Didaco Couarr. *libr. 1. variar. cap. 20. numer. 1. vers. contrariam sententiam, & numer. 2.* Sebastiano Medices *tract. de legibus, & statutis, par. 4. quæst. 1. num. 2. 3. & 5.* Card. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. c. 12.* Francisco Suarez *de legibus lib. 3. cap. 20. num. 11. & 12. & lib. 6. cap. 5. ex numer. 5. ad 8.* fuisse verò istam causam impulsiuam, & non finalem, ex contextu constat. Cum enim initium legis declarauerit, ex qua occasione motus legislator legem tulerit, in corpore ipso legis indicatur finis legis latæ, ibi. *Nos por quitar esta duda, y alongamiento de pleito, que por esta razon podia suceder, mandamos, &c.* Quæ plane ratio est vniuersalior, & amplior, pluraque comprehendens, quam contenta in legis initio, exponitque, & declarat, quod nam bonum publicum fuerit intentum à legislatore per legis constitutionem. Cùm autem finis sit, cuius gratia aliquid fit, vt docet Aristoteles *lib. 2. phisicorum, textu. 29. & 31. & lib. 5. metaphisicæ, textu. 2. & 3.* & omnes peripatetici post ipsum, requiratque ad sui naturam duas conditiones, quas idem Aristoteles exegit *lib. 2. phisicorum, c. 2. textu. 23. & lib. 1. moralium ad Nicomachum, c. 1.* & in ijsdem libris de moribus sæpissimè, videlicet vt sit vltimum, in quod tendit appetitus agentis, & sit optimum, quod appetitur (quod nos latè explicuimus, *1. par. naturalis philosophiæ, tractat. 2. disput. 4. quæst. 2. membro. 1.*) & duo sint in hac lege, quæ videntur de ratione finis contendere, alterum videlicet, ne fiat frans iurisdictioni Iudicis de causa cognoscentis, aut damnum inferatur litiganti, alterum, vt tollatur antiqui iuris dubitatio, & lites breuientur, quod ad bonum publicum pertinet, *l. properandum, in principio, C. de iudic.* notat Bart. *in l. 1. nu. 3. & 22.* per text. ibi, *C. de nouo Codice fac.* Baldus in *eadem l. in principio, num. 4. & 5. & §. fin. num. 31.* hoc secundum præponderat primo, illudque vincit. Quoniam hoc habet rationem boni, quod procuratur: illud verò, primum rationem incommodi, quod fugitur. Malum autem fugitur propter bonum, vt notat D. Thomas *1. 2. q. 23. art. 3. in corpore*. Quare fuga mali finis rationem habere non potest, sed boni adeptio. Ita fit, vt prima ratio pertineat ad causam impulsiuam, secunda ad finalẽ. Confirmatur etiam ex eo quoniam illa lex fauorabilis est, vtpotè lata ob tollendas litium dilationes, & decidendam antiqui iuris dubitationem, quæ indigebat decisione regia. Si verò ratio legis esset, quam reddit Azeued. illa lex esset potius odiosa, facta in odium fraudis subterfugientis iudicium.

34 Secundò, quoniam lex ista 7. erat in veteri ordinamento, *l. 5. tit. 2. lib. 3.* & initium eius paulò aliter legebatur per disiunctionem. *Acaece muchas vezes, que algunos por su voluntad, o por no cumplir de derecho alos querellosos, &c. se van a otros lugares.* cum qua litera non conuenit interpretatio Azeuedi. Legis enim decisio, non solùm cõprehendit causam iudicium dolo subterfugientis, sed etiã eius, qui sponte sua à loco iudicij abest sine fraude. Atque tametsi in noua recopilatione legatur per copulatiuam. *Acaece muchas vezes, que algunos por su voluntad, y por no cumplir de derecho.* tamen copulatiua non ita, est accipienda, vt significet duas eiusdem casus qualitates, & vt intelligatur lex loqui de vno, & eodem casu, quo quis ob voluntatem suam, & simul vt ledat ius aduersarij, abest à loco iudicij. Alioqui superflua essent, & nullum haberent effectum illa propria verba, *por su voluntad,* quod credi non debet, *l. 3. §. 1. ibi. nec frustra adijcitur, ff. de iureiuran. cap. in his, de priuilegijs, cap. si Papa, ibi. cùm verba aliquid operari debeant, eod. tit. in 6. cum simil.* Felynus *in capit. Rodulphus, 35. num. 5. de rescript.* Mietes *de maior. 1. p. q. 60. num. 5. & sequentib.* Simon de Pretis *de interpret. vltim. volunt. libr. 2. interpret. 3. dubitat 2. solut. 5. ex num. 1. fol. mihi 273.* Mantica *de tacit, & ambig. con-*

uent. lib.2.tit. 12.*ex num.*1. Sed accipienda est copula continuatiuè, vt coniungat duos casus, vnum quo aliquis reus sponte abest, alterum quo abest fraudolenter à loco iudicij, eosque æquiparet, sunt enim quoad id re vera pares, quod litiganti æquale damnum infert colligatoris absentia, siue ex vna, siue ex altera causa, & significet de illis tanquam de similibus, & æquiparatis ob damnum illatum actori, idem ius esse statuendum. Qua ratione accepta copula, *&*. non differt adisiunctiua contēta in litera legis ordinamēti, & vna lex cum alia ex omni parte conuenit, quod potius existimandum est, quam correctam esse legem ordinamenti à lege recopilationis, *c.cum expediat*, 29.*de elect. in* 6. Et ea ratione accipiendā esse copulam, *&*, cùm inseritur inter duas orationes, quarum quælibet habere potest sensum separatum ab alia, quemadmodum in hac lege fit, docet *Bart. in l.*1. *num.*2. *ff.de iustitia, & iure, & in l.si is, qui ducenta*, 13.*§. vtrum, num.*5.*ff.de rebus dubijs* Alciatus *in l.sæpe* 53. *num.* 4.*ff. de verborum significat.* Felynus *in cap.*2.*num.*38.*colum.*4.*vers. fallit* 6.*de rescript.* Ludouicus Roman. *consil.* 104.*num.* 4. Plotus *de in litem iurando*, §.6.*numero* 34. Decius *in dicto cap.*2.*num.*55. Ripa *nu.* 56.*de rescript.* indicat Tiraquel.*de retractu lignag.*§.1.*glossa*.20.*nu.*3.*in fine*, & refert Tuscus *litera Cod.conclus.* 1035.*ex numero* 93.*tomo* 2. Verba verò illa, *por su voluntad*, posita in ista *leg.* 7. excludere videntur casum, quo quis necessitate compulsus abest, nam generaliter quotiescumque quis ex necessitate, non ex voluntate abfuit oportet ei subueniri, vt ait Iurisconsl.*in l. sed & si per Prætorem*, §.*fin. in fine, ff. ex quibus caus.maior.*

35 Gratianus *regula* 491.aliter interpretatur, *d.l.*7. videlicet, vt cùm lex dicit, *pueda ir porsi, o embiar por su certa*, permittat Iudici mittere literas requisitorias extra territorium ad vocandum in iudicium suum subditum ibi commorantem. Sed hæc interpretatio iure displicet Azeuedo. Quam ego duabus potissimum rationibus reijciendam existimo, Primò, quoniam lex de re indubitata disponeret, & eius decisio caderet super certo, contra textum *in leg. Domitius labeo*, 27.*ff. de testamen.l. quod labeo, ff. de de Carbonian. edict.* & notata à Ioanne Lupo *in repetit.cap.per vestras, notab.* 3.§.19.*num.*1.*&* 2. *de donat.inter.* Præsertim cùm legislator dicat, decidere se antiquam de hac re controuersiam, & inde ortam dubitationem. Quæ tamen non versabatur in eo, an posset Iudex citare subditum suum extra territorium missis literis requisitorijs ad Iudicem loci vbi reus inuenitur, vt dixi superius nu.26, Quare potius existimo, legem loqui de mandato citatorio misso à Iudice decernente per propriū nuncium, vel tabellionem, vt fiat notum reo à territorio absenti, vt rectè interpretatur Azeuedus.

36 Secundò, quia cùm lex concedat Iudici facultatem per se ipsum citandi in alieno territorio, aut per literas missas; etiam si daremus verba illa, *por su carta*, referenda esse ad literas requisitorias, negari non potest, licere Iudici, qui per se ipsum potest citare, per suū etiam nuncium, vel tabellionem citare, Cùm regulare sit posse quēque per alium facere, quod potest facere per se ipsum, *cap.potest quis*, 68.*de reg.iur in* 6. quod planè in eandem difficultatem recidit.

37 Ea, quæ hactenus dicta sunt, ex consequenti confirmāt id, quod asserui videlicet hanc sententiam esse veriorem, non solùm attento iure communi, verùm etiam regio. Nihilominus tutiorem partem, quæ vsu, & praxi Tribunalium approbata est, amplecti solemus. Si tamen citationem in alieno territorio fieri contingeret, mandato Iudicis superioris, in ius vocati, & post quæstio incideret de eius validitate, eam pronunciare iure firmam, & validam, non dubitarem.

38 Huc pertinet illa quæstio, quibus remedijs vtendum sit, si Iudex nolit mittere literas requisitorias ad Iudicem alieni territorij, vt in eo citatio rei ibi degentis fiat; vel sententia ab ipso lata executioni mandetur: aut Iudex requisitus circa expeditionem citationis, vel exequutionem decreti immisionis in possessionem bonorum, quæ reus habet in territorio Iudicis requisiti, aut sententię latæ à requirente, cuiusuisue alterius actus ad iudicium pertinentis ab eodem prouisi, nolit, aut negligat assentiri requirentis precibus, officiumque suum, & auxilium, aut brachium (nam ita vocant) impartiri, quo literę requisitoriæ, hortatorię aut subsidiales ad ipsum missę, effectum sortiantur?

39 Bartolus *in l.à diuo Pio*, 15. §.*sententiam Romę, num.* 5. *ff.de re iudicijs*. cui nullius contradicit, vt testatur Alexan. *ibi, nu.*14. docet, hoc casu adeundum esse superiorem requirentis, à quo petendum esse, vt eum cogat, & compellat literas requisitorias mittere: item superio requisiti, vt eum compellat exequi literas requisitorias ad eum missas. Et rursus addit, Iudicem negligentem exequi decretum requirentis, vel repugnantem, teneri parti ad interesse, quemadmodum teneri solet, cùm facit litem suā, *l.vltima, ff.de var.& extraor. cognit. & instit. de oblig. quæ ex quasi delicto, in princip.* sequitur Couarr.*pract.c.*10.*num.*1.2.*&* 7.*circa medium*, qui testatur de vsu Tribunalium superiorum, Rebuffus *tomo* 2.*in Constit. Regi.tract. de literis requisitorijs, art.vnico, glossa* 3. *nu.* 6. Paz *in praxi* 1. *tomo* 4.*par.c.*2.*nu.*10.*&* 11. Gratianus *discept.forens. tomo* 2.*c.*389.*nu.*1.

40 illud notandum est, quod si Iudex sæcularis requisitus ab Ecclesiastico, precibus requirentis non consentiat, & brachium suum impartiri recuset, poterit per censuras Ecclesiasticas compelli, opem ferre, auxiliumque; præstare, vt probat textus *in c.*2.*de malediEtis, & in cap. licet*, vbi notat glos.*verbo compellendos, de iureiuran. lib.*6.*& in cap.cum quidam, &* ibi glossa, *verbo, compellantur, & verbo, per superiores, de exceptionibus, eodem lib.*6. Molinus *de brachio sæculari lib.*1.*c.*14. cum multis, quos refert: dum tamen Ecclesiasticus, cum primum ad sæcularem literas dirigit, vtatur debita vrbanitate precibus agens cum Iudice sæculari, non præceptis, vt tradit Salicetus *in Auth.si verò criminis, nu.*3.*circa finem*. *C.ad.l.Iul.de adul.* Alioqui si literæ sint præceptorię, non deprecatoriæ, iuxta multorum sententiam poterit sæcularis renuere exequutionem earum & in Hispania interposita appellatione ad Ecclesiasticum superiorem, inuocari solet regium auxilium violentiæ, eoque modo causa ad Regiam Curiam, seu Cancellariam trahi, & in ea Ecclesiasticus moneri, vt vrbanus sit, & præceptis desistat; æquum enim est, vt debitus honos Iudicibus deferatur, *cap. vt debitus honos, de appellation.* tractat. Gratianus *disceptat forens. tomo* 1.*c.*184.*nu.* 55. ita obseruat Cæuallos *in speculo practic.lib.*4.*quæst.*897.*nu.* 1004. & Marta *tract. de iurisdict. part.*2.*c.*52.*ex numer.*1.*& numer.* 12. vbi ait, literas præceptorias non esse in vsu in Curia Romana, consonat Farinac.*in praxi crim.quæst.* 97.*num.*82.*vers. & quamuis.* Salcedo *ad practic.Bernard.c.*151.*num.*9.*vers.in hac tamē, additio Ghiachari ad Iul.Clar.lib.*5.*sent.*§.*fin.q.*37.*num.* 10. Carolus de Grassis *de effectibus clericatus*, 1.*effectu, num.* 1017. & omnium optimè Franciscus Marcus *decis.* 147. 1.*part.* tametsi vt verum fatear, melius esset istis nenijs non immorari, ex traditis ab Erasmo Cochier *de iurisdict.*

tomo

tomo 2.p.2.q.46. ex num.4. & ad iustitiam properantem scrupulos istos in super habere. Dixi, *cùm primum ad sæcularem literas dirigit.* quoniam si post primas literas Ecclesiastici vrbaniter missas, sæcularis eis obsequi distulerit, aut repugnauerit, poterit Ecclesiasticus mittere secundas præceptiuas sub pœna excommunicationis, & nō poterit censeri inurbanus. Cùm autem Iudex sæcularis possit item inuocare auxilium Ecclesiastici in multis casibus, iuxta textum *in Auth. sed hodie, Cod. ad l. Iul. de adulter.* & egregium textum *in capit. dilecto, 6. in fin. de sent. excomm. lib. 6.* & ea, quæ notant Marian. Soccin. *in c. cùm sit generale, nu. 24. de foro compet.* Panormitan. *in cap. 1. num. 10. & 14. de offic. ordinar.* Alciat. *ibi, nu. 25. & 123.* Nauarrus *in cap. cùm contingat, remedio 1. nu. 6. de rescript. tomo 2.* Salcedo *ad pract. Bernard. d. c. 151. numer. 10.* Paz *in praxi, tomo 2. in præmio, num. 4.* Matt. *de iurisd. 2. par. d. c. 52. num. 12. vers. multoties.* Auiles *in c. 20. prætor. verbo, vsurpan. ex nu. 17.* Bouadilla *lib. 2. politicæ, c. 17. nu. 130.* Franciscus Molinus *de brachio sæculari, libr. 1. capit. 19.* Grassis *d. 1. effectu, num. 1032.* Michael Agia *de exibendis auxilijs, conclus. 7.* Farinac. *d. q. 97. nu. 84.* si Iudex Ecclesiasticus requisitus à sæculari auxilium suum denegauerit, non poterit ab alio sæculari ad illud impartiendum compelli, sed recurrendum est ad Ecclesiasticum superiorem denegantis, videlicet Metropolitanum, aut alterū, à quo petendum est, vt cogat inferiorē suum ad impartiendum brachium, & auxiliū sæculari, vt eius decretum exequutioni mandetur, vt probat textus *in d. c. cùm quidam,* & ibi glos. *verbo, per superiores, de exception. lib. 6.* Cuius discriminis ratio est, quia sæcularis Iudex obsequendo, Ecclesiasticus verò solum patrocinando huiusmodi auxilium impartitur. Ita Ias. *in l. à diuo Pio, 15. §. sententiam Romæ, n. 15. & 16. ff. de re iud.* Panormit. *in d. c. 1. nu. 11.* Alciatus *nu. 26. & 123. de offic. ordinar.* Rebuffus *tomo 2. in Constitut. Regi. tract. de literis requisitorijs, artic. vnico, glossa 3. num. 8.* Couarr. *practic. d. c. 10. nu. 1. vers. eadem ratione.* Salcedo *ad Bernardum, d. c. 151. n. 10.* Parladorius *lib. 1. rerum quotid. cap. fin. 2. p. §. 2. nu. 3.* Segura Daualos *in directorio Iudicum Ecclesiasticorum. 2. par. cap. 14. ex num. 32.* late vsque ad finem capitis Bouadilla *libr. 2. politic. c. 17. nu. 80.* Matt. *de iurisdictione, 2. p. d. c. 52. num. 13.* Pereira *de manu regia 2. p. c. 52. num. 33. vers. quartus casus.* An verò possit Iudex sæcularis, cuius auxilium inuocatur ab Ecclesiastico, examinare processum Ecclesiastici, & iustitiam decreti, vel sententiæ, cuius exequutio petitur, vel teneatur potius sine vllo examine exequi, tractant Doctores in *l. Magistratibus, ff. de iurisd. omn. Iud.* & nos fusè differemus infra *q. 7. sect. 1. ex nu. 772.*

41 Secundò idem Bartolus *in extrauagan. ad reprimendum, verbo, per edictum, nu. 12.* quem sequuntur Ias. *in leg. cùm quadam puella, 19. in princip. numer. 19. & in l. extra territorium, 20. n. 13. ff. de iurisdict. omn. Iud.* vbi Hippolyt. de Marsil. *num. 21. & 153.* & Oroscius *num. 19.* qui dicit crebriorem sententiam, idem Ias. *in l. à diuo Pio, 15. §. sententiam Romæ, nu. 19. ff. de re iudic.* & idem Hippolytus *singul. 203.* Rebuff. *tomo 2. in constit. Regi. tit. de literis requisitorijs, artic. vnico, glossa 3. num. 6.* eo casu quo Iudex requisitus denegaret exequutionem literarum requisitoriarum, credit posse Iudicem requirentem propria authoritate citare in territorio requisiti, & mittere proprium nuncium in locum alienæ iurisdictionis ad vocandum in iudicium suum subditum, sic limitata traditione communi vsu recepta; quod Iudex extra proprium territorium citare non possit. Quæ est tertia limitatio addenda duabus alijs, de quibus supra *n. 28. & 29.*

Tertio, Bartolus in eodem loco *d. n. 12.* quem sequuntur Ias. nuper relatus, & Hippolyt. de Marsilijs *d. sig. 203.* Rebuffus *d. glos. 3. nu. 2.* ait, Iudicem requirentem, cuius literas deprecatorias requisitus exequi recusat, posse citare reum absentem per edictum, iuxta textum *in clem. 1. de iudic.* Verum quoniam gloss. ibi, *verbo Papa,* & Zabarella ibidem in principio, Imola, Ancharanus. *nu. 9.* & Felynus *in c. quoniam frequenter, 5. numer. 13. vt lite non contestata,* dicunt, textum *in d. clem. 1.* procedere in solo Papa; declarant Baldus *in l. consentaneum, num. 2. C. quomodo, & quando iud. & in l. si accusatoribus, 4. num. 15. C. de accusation.* Alexan. *in additione ad Bartol. in l. 1. §. præsides, verbo, canonistarum. ff. de requiren. reis,* & Maranta *in praxi, par. 6. tit. de citatione, num. 83. & 84.* edictum huius citationis debere constitui in locis publicis eius ciuitatis, vel oppidi, vbi reus habitat, vel moratur: nec sat esse apponi edictum in loco, vbi moratur Iudex requirens: specialeque esse in edicto, Papæ, vt appositum Romæ arctet citatos degentes in locis extraneis, iuxta textum *in d. clem. 1. de iudic.* Et citationem eo loci affigendam, vbi verisimiliter ad notitiam citati peruenire possit, rectè tradit Gail *pract. lib. 1. obseruat. 55. nu. 3. & 4.* & vbi tutus non est accessus, edictum in locis vicinis est affigendum, vt notat idem Gail *d. lib. 1. obseruat. 57. ex numer. 1. ad 3.* & recolegit D. Riccius *collect. 2212.* Quare Barbosa *in d. l. hæres absens, 19. §. 1. num. 95. & 96. ff. de iudic.* Post Oldradum *cons. 43. nu. 7.* & Felinum *in cap. cognoscentes, 2. n. 8. de constit.* vniuersim negauit, locum esse citationi per edictum, quoties est certus locus, in quo moratur absens citandus.

42 Quarto, addit Rebuffus *d. tit. de literis requisitorijs, art. vnico, glos. 2. num. 10.* Iudicem requirentem, cuius literas requisitus exequi distulit, aut noluit, non teneri postea in simili casu, exequi requisitorias illius Iudicis, qui ad eum missis obsequi, & consentire noluit. Quod enim iuris in alium statuit, eodem iure vti debet. *Rub. ff. quod quisque iuris, cap. cùm omnes, de constit.* Et ideo credit in literis requisitorijs opponi solere clausulam, *nos offerentes in similibus vobis complacere.* Quam sententiam sequitur Iacobus de Bellouiso *in repet. §. contrahentes, nu. 147. in fin. in c. Romana, de foro compet. in 6.* Follerius *in pract. crim. 1. p. secundæ partis. Rubr. notatos capiat, num. 26.* licet dubitet Pereira *de manu regia 2. p. c. 52. num. 34. vers. quarto denegari.* Quod remedium est conforme doctrinæ Bart. notatu dignæ, *in d. §. sententiam Romæ, numer. 4.* cui nullus contradicit, vt ibidem notant Alexand. *nu. 13.* & Iaso *num. 14.* videlicet, posse Iudicem, qui sententiam tulit, eam exequi denegando iurisdictionem suam subdito, donec sententiæ pareat. Est enim quidam modus compulsionis, denegatio audientiæ, & pœna contumaciæ priuatio beneficiorum iuris, quorum qui capax est, quæ inferri solet inobedientibus, donec resipiscant, & Iudicis mandatis obediant, valde similis excommunicationi Ecclesiasticæ. Probat vbi supra Alexander optimis textibus. Primo *in leg. sed, & si per Prætorem. 26. §. sed & si dum decreto,* vbi notat Baldus *num. 2. 5. & 6.* Albericus *num. 9. ff. ex quibus caus. maior.* idem Albericus *in l. iusiurandum, & ad pecunias 35. §. ait Prætor, nu. 6.* post glos. ibi. *verbo, non dabit, ff. de iureiurand.* vbi enumerat plurimos casus, in quibus denegari potest iurisdictio. Secundo ex textu *in cap. ex literis, 11. de constit.* Eandem sententiam amplectuntur Follerius *in practic. crim. 1. par. secundæ partis, in d. Rubr. notatos capiat, d. nu. 26. & in Rubr. banniantur, nu. 55.* Asinius *in tract. de executionibus, §. 3. capit. 326.* Vincent. de Franchis *decis. 193. nu. 15. & 16. & 281.* Carol. de Grassis *tract. de*

*effectibus clericatus, 1. effectu, nu.*794. Iuxta quam doctrinam post hæc scripta, me referente decisum est in S. C. iunctis duabus Aulis, die 1. Iunij anni 1627. in causa Ioannis Baptistæ Ambrosini, cum illis de Massa, denegandam esse audientiam illis de Massa super alimentis petitis, donec obedirent decreto lato ab eodem S. C. coram Cioffo Actuatio, & allegata sunt ista eadem, quibus S. C. acquieuit.

Quinto denegata iustitiæ administratione in exequendis roquisitorijs literis iustè, & solenniter expeditis, deueniri posse credunt Doctores ad represalias aduersus Dominum, vel Iudicem requisitum, tanquam ad remedium subsidiarium, & vltimum. Sic notat Doctores in *Auth. sed omnino, C. ne uxor pro marito*, agentes de casibus, in quibus esse solet locus represalijs, vbi Baldus *nu.* 38. *&* 39. Bart. *in tract. de represalijs, q.* 1. *nu.* 4. *&* 7. *& q.* 2. *in princ.* Io. Iacob. à Canibus *tract. de represalijs,* 1. *par. in Rubr. de iniurijs, & damno dato, num.* 15. *tomo* 12. tract. Martinus Laudensis *tract. de represal. nu.* 57. *eod. tomo* Guido Papæ *decis.* 32. *nu.* 2. Franciscus Marcus *dec.* 767. *nu.* 5. 1. *p. & decis.* 359. *nu.* 1. 2. *p.* Peguer. *dec.* 11. *n.* 7. 8. *&* 9. Bellug. *in speculo Principum, Rubr.* 11. *§. iam supra, nu.* 3. 4. *&* 5. & ad eum locum Borrellus, *verbo, Represalijs, ex vers. secundo limita.* Lancellottus Conradus *in templo omnium Iudicum, lib.* 1. *c.* 1. *§.* 3. *vers. vigesimoquinto, num.* 3. Ancharanus *cons.* 140. *primum dubium, nu.* 3. Angelus Clauasius *in summa, verbo, represalia, n.* 1. Siluest. *in summa, verbo, Represaliæ, nu.* 3. Caietanus *in summa, eodem verbo.* Molina *de iustitia, & iure tract.* 2. *disput.* 121. *§. confirmari.* Caballus *resolut. crimin. casu* 91. *nu.* 24.

Sextò, videtur etiam aduersus Rempublicam, aut superiorem loci, vbi denegatur iuxta exequutio literarum requisitoriarum, deueniri posse ad bellum, & esse hæc iusta belli causa, iuxta text. *in capit. Dominus noster,* 23. *q.* 2. & tradita ab Innocentio *in cap. olim causam,* 12. *ex nu.* 8. *de restit. spoliat.* D. Thom. 2. 2. *q.* 40. *art.* 1. Anchar. *vbi supra.* Victoria *relect.* 6. *de iure belli, nu.* 13. Molina *de iustitia tract.* 2. *disput.* 102. *&* 104. *vers. septima, & vers. quinta.* Castro *de iusta hæreticorum punitione, lib.* 2. *c.* 14. *§. tertia iusta belli causa, cum sequentibus,* 4. 5. *&* 9. Couarr. *in cap. peccatum, de regul. iur. in* 6. 2. *p. relectionis, §.* 9. *num.* 4. & colligitur ex præcedentibus nam represaliæ species belli sunt, & ex ijsdem causis iustæ redduntur, & se habent velut belli appēdix. Rectè autē monet Caballus *d. cas.* 291. *n.* 25. in adhibendis istis remedijs requiri altiorem indaginem, & cum sint grauissimi ponderis, & maximum damnum Reipublicæ afferre soleant, non nisi in rebus maximi momenti sunt adhibenda, cunctāterq; & pedetentim amplectenda. Quæ omnia memoria digna sunt, & pertinent ad primam ampliationem traditam supra nu. 13.

43 Amplia secundò, propositam conclusionem, & regulam principalem, vt non solùm quis possit conueniri, vbi habet domicilium particulare; sed etiam vbi censetur habere domicilium generale, & cōmune: videlicet in Regia Curia, quæ censetur communis patria omniū subditorum, *l. Roma, ff. ad municip. & de incol.* elegans text. *in leg. sed & reprobari, §. Romæ, ff. de excus. tut. & in l. vlt. de interdi. ff releg. l.* 4. *tit.* 3. *p.* 3. *c. vlt. de foro comp.* vbi Marian. *nu.* 12. 15. *&* 63. Speculat. *lib.* 2. *tit. de cōpet. Iudic. adit. §. sequitur n.* 2. Couarr. *practic. c.* 5. *in princip.* Farinac. *in praxi crim. q.* 7. *n.* 12. qui plurimos refert, Barbosa *in l.* 2. *§. legatus, ex nu.* 10. *ff. de iudicijs.*

44 Limita istam secundam ampliationem, in omnibus personis, & casibus, in quibus habet locum priuilegium reuocandi domum, vt probat textus *in l.* 2. *§. legatis, cum sequentibus, ff. de iudicijs,* & ibi notant Doctores, & Barbosa, qui tamen ex professo tractat, *ex numer.* 48. *& in cap. vlt. de foro compet. vbi gloss. vlt.* Panormitanus *ex nu.* 45. Felinus *numer.* 25. Marianus *ex numer.* 60. *ad* 90. qui de hoc priuilegio, & iure reuocandi domum susissimè agit, apud quem vsque ad satietatem inuenies, quando existens, in Curia excusetur, vel non excusetur à sustinendo iudicio. De iure nostri Regni est textus *in leg.* 4. *tit.* 3. *par.* 3. vbi Gregorius notat. Couarr. *practic. d. cap.* 5. Antonius de Mattheis *tractat. de prorogatione iurisdictionis, est numer.* 48. *tomo* 3. *tract.* 1. *par.* nouissimè Anastasius Germon. *tract. de legatis, lib.* 3. *ex c.* 4.

45 Quæstio tamen hoc loco se se offert, vbi sit conueniēdus vagabundus, seu vagus? sed cum prius exponi oporteat quæstionis terminos, quam quæstionem dissolui, *ex l. Domitius Labeo, ff. de testamen. l. vt responsum, C. de transaction.* prius declarandum erit, quis dicatur vagus, seu vagabundus.

46 Dicitur autem vagabundus, qui nullibi habet certum domicilium, vbi moretur, & nullibi fixam habitationem incollit. Ita sentit glossa *in leg. dies cautioni* 4. *§. Prætor ait, verbo, habitationem habeat, ff. de damno infecto,* quam sequitur ibi, Bartolus *numero* 34. Panormitanus *in dicto capit. vlt. numero* 13. Marianus *numero* 57. *de foro competenti.* Duenas *regula* 378. *limitat.* 4. *in fine, versic. porro quis propria.* Mascardus *de probationibus, conclus.* 1403. *vagabundum numero* 2. *volum.* 3. Decianus *tractat. crimin. libr.* 4. *capit.* 13. *ex numero* 1. Peguera *decis.* 3. *numero* 9. Iulius Clarus *libr.* 5. *sentent. §. fin. quæst.* 39. *numero* 8. Farinacius *in praxi crimin. quæstion.* 7. *numero* 15. Thomas Sanchez *de matrimonio, libr.* 3. *disputat.* 25. *numero primo & sequent.* Borrellus *ad Bellugam in speculo Principum, Rubr.* 11. *§. ex quo prædiximus, additione* 1. *colum.* 3. *versic. vagabundus.* Barbosa *in d. leg. hæres absens, §. proinde, in articulo de foro delicti, ex numero* 14. *ff. de iudicijs.* Capiblancus *in pragmat.* 8. *part.* 2. *numero* 223. *de Baronibus.* Dixi, *domicilium vbi moretur*; nam cum domicilium duplex sit, alterum originis, alterum habitationis, vt quis dicatur vagabundus, non inspicitur, an habeat domicilium originis; quamuis enim illud habeat, erit vagabundus, si non habet domicilium habitationis, & fixam sedem, in qua permaneat, & vagetur per mundum iuxta sententiam communiorem, & veriorem. Quod reprobata contraria expenderunt Marianus, Clarus, & Farinacius, vbi supra, Caballus *resolut. crimin. centuria* 2. *casu* 178. *numero* 4. Tuscus *litera V. conclus.* 10. *numer.* 2. Azeuedus *in l.* 1. *numer.* 3. *tit.* 12. *libr.* 8. *recopilat.* Bouadilla *lib.* 2. *polit. cap.* 13. *numer.* 33. In qua re oportet aduertere, carentiam domicilij propriè dicti, vt distinguitur ab habitatione, ixta notata à me supra, numer. 12. non sat esse, vt quis censeatur, & sit vagabundus, nam qui habitationem fixam habet alicubi, tametsi propriè domicilium non contraxerit, non potest dici vagabundus. Alioquin officiales Curiæ, Aduocati, & Scholastici, qui in alijs locis Regni domicilium non habent, censerentur vagabundi quod est absurdum. Itaque hoc loco domicilium habitationis pro fixa habitatione accipimus. Quo fit, vt Doctores communiter dicant, vagabundum esse, qui per mundum vagatur, & nullibi habet fixam habitationem. Et Bossius *tit. de foro competenti, numero* 70. in definitione vagabundi nullam domicilij mentionem fecit, sed vagabundum à vagando dictum eum esse ait, qui per mundum vagatur, & Caluinus in lexico, vagabundum ait esse eum, qui crebro vagatur, & cui nec certum domicilium, nec constans

est

est habitatio, quod Ioannis Spiegelij, & Padulphi Prateij auctoritate confirmat.

47 Igitur, cùm de hoc dubitatur, vbi sit conueniendus, dicendum est vagabundum vbicumque reperitur, ibi posse conueniri ciuiliter, & criminaliter, & in eo habere locum, vulgare dictum, *vbi te inuenero, ibi te iudicabo*. Probat apud nos textus *in d.leg. 32. tit. 2. par. 3. versic. ela encena, & in l. 15. tit. 1 par. 7.* de iure communi textus cũ glossa, & doctoribus ibi *in l. 1. Cod. vbi de criminibus agi opōrt.* docuit glossa magistra *in verbo, debebit, in l. hæres absens, §. proinde, ff. de iudicijs.* Marianus Soccinus *in d. cap. vltimo, num. 58. de foro compet.* Couarr. *practic. capit. 11. num. 7. & num. 10. circa medium, vers. attamen est animaduertendum.* Farinacius *in praxi crim. d. quæst. 7. ex nu. 13.* qui plurimos refert, Tuscus *litera V. d. conclus. 10. numero 4.* Bouadilla *lib. 2. polit. cap. 13. numer. 34.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in articulo de foro delicti, numer. 11.* & nos iterum dicemus infra *quæst. 7. numero 746. & numer. 816. cum sequentibus.* & vide limitationem huius doctrinę eximiam ibidem *numero 847.* Hæc dicta sint de foro domicilij. Madriti vltima die Decembris anni 1623.

SVMMA QVÆSTIONIS
Secunda.

48 RAtione originis propria sortitur quisque forum.
49 Originarius dicitur aliquis multis modis.
50 Forum sortitur quiuis, etiam in origine paterna.
51 Item in auita: sed non in origine atani, aut superiorum ascẽdentium.
52 Quo argumento probaueris glosa non sequi descendentes originem vltra auitam.
53 Nepos sequitur aui originem, si eo viuo sit conceptus.
54 Nepos sequitur aui originem si nascatur in potestate aui.
Ex matrimonio cum benedictionibus Ecclesiæ liberatur filius à patris potestate de iure Castellæ.
55 Verius est nepotem sequi originem auitam, etiam si nascatur extra potestatem aui.
56 In loco originis propriæ, paternæ, vel auitæ, ciuis originarius sortitur forum in ciuilibus, & criminalibus.
57 In loco originis sortitur forum ciuis originarius, vt possit vocari ibidem ad honores, & munera, & numer. 58. & 59.
58 Qui adeptus est senatoriam dignitatem non vocatur in loco originis ad honores, & munera.
60 Qui senserint non posse ciuem originarium cõueniri ciuiliter, & criminaliter in foro originis, saltem ex consuetudine recepta.
61 Reijcitur prædicta sententia, & eius fundamentis satisfit.
Doctori attestanti de consuetudine non est credendum, & numero 62.
63 Originarius non potest conueniri in loco originis, nisi ibi inueniatur.
64 Originarius absens promouetur ad honores in loco originis, & remittendus est ad eum, vt munere fungatur.
65 Mulieri nuptæ in propria origine munera non iniunguntur, neque ibi potest conueniri.
66 Origo per matrimonium non amittitur, sed eius effectus suspẽduntur.
67 Quæstio celebris, & difficilis proponitur quis censendus sit ciuis originarius.
68 Vtilitas eius multis exemplis commendatur.
69 In Episcopatu Giennensi virtute indulti apostolici impetrati Thoma Carleualij de Iudicijs. à Cardinali D. Gabriele Merino Episcopo Giennensi beneficia curata non conferuntur, nisi orginarijs.
70 Laudatur Baeça Authoris patria.
71 Baetia dicta à Batica soluto diphtongo, & laudatur Illustrissimus D. Sanctius de Auila, & Toledo Episcopus Giennensis.
72 Laudato Academia Baecensis.
73 Laudatur Bernardinus Carnenarius patruus, Authoris Collega imperialis Collegij Granatensis insignis Theologus, & in Baecensi Academia primus Magister, Doctor, & Professor, celeberrimus Sacræ Scripturæ Interpres, & sanctitate vitæ conspicuus.
Ad Administratores Baecensis Academiæ pertinet nominatio Cancellarij, qui gradus conferat iuxta decisionem Rotæ.
74 In Baecensi Academia Author bis publice professus est ingenuas artes, & studiorum eius discursus refertur.
Laudatur celeberrimus D. Franciscus Sarmiento Episcopus Giennensis.
75 Commendatio sui quandoque licita, & quando.
76 Proponitur quæstio quis censendus sit ciuis, & in quo consistat ciuilitas.
77 Platonis, Aristotelis, & vlpiani sententia ciuis est, qui participat in Ciuitate honores, & munera.
78 Ciuilitas differt à subiectione Magistratus quoad iudicia.
79 Ciuis diffinitio examinatur, & tradita reijcitur.
80 Ciuis est, qui in ciuitate, vel municipio domicilium contraxit.
81 Ciuis apud Iurisconsultos distinguitur ab incola, & in quo, & aliquando indistinctè accipitur ciuis pro incola.
Ex quo intelligatur quis domicilium contraxisse.
82 Nomen ciuis duobus modis accipitur, pro incola, & pro ciue originario.
83 Clerici censendi sunt ciues, quamuis sint exempti à seculari iurisdictione.
84 Ratio originis aliquid superaddit ad ciuilitatem.
85 Quis potest esse ciuis in duabus ciuitatibus, quemadmodum apud eas duo domicilia habere.
86 Si ex propria origine, & paterna resultant contrariæ qualitates vincit qualitas paterna, & inter qualitates paternam, & auitam vincit etiam paterna regulariter.
87 Sententia antiquorum de principali quæstione Gorgię Leontini, & Vlpiani. & Atheniensium lex à Pericle lata.
88 Propria cuiusque origo natiuitate contrahitur.
89 Distinguuntur duæ natiuitates.
90 Quatuor difficultates proponuntur, ad quas reducitur controuersia propositæ quæstionis.
91 Sententia eorum, qui credunt quocumque modo contingat natiuitas facere ciuem originarium.
92 Verius est ex natiuitate casuali non effici, quem ciuem originarium, sed ex natiuitate in loco paterni domicilij.
93 Expenditur textus in l. filios, C. de municipib. & originar. lib. 10.
94 Refertur, & impugnatur solutio glosæ.
95 Reijcitur inepta subtilitas Petri Barbosæ.
96 Soluitur primum argumentum contrariæ sententiæ ex textu in l. ciues, Cod. de incolis, lib. 10. & in l. 1. ff. ad municipal.
97 Non efficitur quis ciuis originarius ex sola destinatione patris.
98 Ostenditur quid seruandum sit de iure Castellæ, & explicatur, l. 19. tit. 3. lib. 1 recop.
99 Indigenæ Regni Nauarræ Censendi sunt naturales Castellæ quoad capacitatem beneficiorum, & officiorum sæcularium, vt est praxi receptum.

100 *Decisio dictæ legis extendenda est ad originarios digressum, nisi aliter statutum sit in constitutionibus synodalibus.*

101 *Filius non sequitur originem matris, aut auorum maternorum de iure communi, & de iure Castellæ, sed aliter seruatur in Regno Franciæ.*

Filius vulgo quæsitus matris originem sequitur.

Filij bastardi legitimati sequuntur originem patris.

102 *Vt filius acquirat originem in ciuitate, vel Regno, in quibus pater habet domicilium, non requiritur vera, & realis natiuitas in eo loco, sed satis est natiuitas ibi contingens iuris fictione, & confirmatur exemplis adductis à Paulo Felino, & Menochio.*

103 *Pecorum fugatorum, quæ in aliena Parochia parturiunt, decima solui debet Parochiæ, ex qua sunt fugata.*

104 *Castellano transferente se in aliud Regnum, & post domicilium ibi quæsitũ procreatis filijs, an filij censendi sint exteri, vel Castellani, & quid si procreentur ante domicilium quæsitum.*

Occurrente quæstione an aliquis sit originarius, cui incumbat probatio qualitatum ad originem requisitarum, an ei, qui se dicit regnicolam, an ei, qui dicit illum exterum.

105 *Subtilis obiectio contra propositam doctrinam, & illi satisfit, tradita notabili limitatione, & nu. 106.*

107 *Quando filius nascitur translato patris domicilio in alium locum non dicitur originarius loci domicilij deserti.*

108 *Cùm agitur de legibus, aut statutis admittentibus, aut excludentibus aliquos ad officia, aut honores ex hac qualitate originis, agitur de materia in qua nullius detrimentum versatur, & per consequens istæ leges, & statuta benignè, & non rigidè sunt interpretanda.*

109 *Ciues originarij ciuitatis censentur nati in suburbijs, aut vico, vel comitatu ciuitatis.*

110 *Origo non solùm contrahitur natiuitate naturali, sed etiam ciuili vt emancipatione, adoptione, & manumissione.*

111 *Origo etiam contrahitur natiuitate spirituali, vt baptismo.*

112 *An natiuitas, quæ facit originarium, communicet omnes effectus originis, & referuntur diuersæ sententiæ, & earũ fundamentum. & nu. 113. 114. & 115.*

116 *Reijciuntur, & ostenditur originarium semel factum participare omnes effectus originis.*

117 *Ciues absentes à loco originis, an gaudeant priuilegijs, & immunitatibus originis, res fuit controuersa inter quatuor egregios consulentes modernos, Cefalum, & Decianum ex vna parte Rolandum, & Surdum ex altera.*

118 *Satisfit fundamento priorum sententiarum.*

119 *In Regno Castellæ est quædam alia origo anomala, & irregularis, vt possit quis exercere commercia in Regnis Indiarum.*

120 *An origo possit amitti, & qui senserint posse, varijque dicendi modi, & num. 121. 122. & 123.*

124 *Originem amitti non posse verior sententia.*

Si quis reperiatur mortuus in aliquo loco, & non constet esse aliunde præsumitur inde esse originarium, & ibi habere domicilium vnde originem ducit, & habere originem vbi habitat.

125 *Doctores eam sententiam sequentes referuntur.*

126 *Reijcitur, & impugnatur solutio Afflicti ad text. asserentes originem mutari non posse.*

127 *Originem mutari non posse habendum pro regula. Et an originarij gaudeant priuilegijs loci originis, pendet ex duobus principijs, voluntate, inquam, & potentia disponentis.*

128 *Ad percipiendam voluntatem concedentis priuilegia, vel immunitates inspicienda sunt verba statuti, vel priuilegij.*

Statutũ vel priuilegium ciuitatis extra territorium vires non habet.

129 *Ostenditur ad quem effectum sit vtile examinare, an origo ex translatione domicilij amitatur.*

130 *Originarius cuiusque Regni, & prouinciæ etiam si mutet domicilium in aliud Regnum, ratione originis manet subditus Regi Domino suæ patriæ, & si eum offendat incurret crimen lesæ Maiestatis.*

In originarijs Hispanis erga Regem speciale ius est, alijs non commune, ex l. 26. tit. 13. par. 2.

131 *Origo amittitur ipso facto ex proditione patriæ vel Regis, cui patria est subdita.*

132 *Ex minoribus delictis in pœnam amittit quis originem, ne possit in eius loco ad dignitates, & honores promoueri, vt si quis à Senatu propter turpitudinem remoueatur.*

133 *Propter inobbedientiam, & contumaciam regiorum præceptorum imponitur pœna amissionis originis, & naturalitatis.*

134 *Origo ammittitur si originarius ex iusta causa renunciauerit origini & ab ea se exemerit, quod hispanè dicitur* desnaturalicarle, *quod facere potest quis in casibus relatis in l. 5. tit. 24. par. 4. Primo, si Rex iniustè insidiaretur vita vasalli. Secundo, si Rex cum vxore vassalli cõmittat adulterium. Tertio, si Rex vassalli bona iniustè auferat, & nolit administrare ei iustitiam.*

Rex negligens facere iustitiam potest administratione Regni priuari.

135 *Origo amittitur si quis patriam periclitantem deseruerit.*

136 *Origo amittitur si Ciuitas originis perierit.*

137 *Origo amittitur quoad fauorabilia si quis ei expressè renunciat, non verò quoad munera, & onera, & in præiudicium patriæ, & nu. 138.*

139 *Origo amittitur per matrimonium, & quatenus.*

140 *Origo amittitur quoad onera per adoptionem senatoriæ dignitatis, non quoad honores.*

141 *An origo semel amissa possit recuperari, & quid in Regnis Portugalliæ, & Aragoniæ.*

142 *In Regno Castellæ origo semel amissa non recuperatur, nisi per priuilegium. Cætera inuenies post num. 142.*

QVÆSTIO SECVNDA

De foro originis.

Ad l. 19. tit. 3. lib. 1. Recopilationis.

48 Statuenda est in primis, regula, & conclusio generalis. Ratione originis propriæ sortitur quis forum, *leg. 1. in principio, leg. assumptio. 6. § filius, & §§. sequentibus, l. Libertus, 17. § patris, leg. incola, 29. ff. ad municipalem, & de incolis, l. 1. l. origine, l. vltima C. de municipibus, & originarijs, lib. 10. l. 32. vers. la primera,* & ibi Gregorius Lopez *glossa 4. tit. 2. partita 3.* Speculator *lib. 2. tit. de competentis Iudicis aditione § generaliter, 1. nu. 33. vers. quadragesimus secundus.* Marianus Soccinus *in Rubr. de foro competenti, n. 15. vers. octuagesimo secundo.* Hippolytus de Marsilijs *singul. 404.* Bernardus Diaz *in pract. crim. canon. cap. 8. num. 1.* Farinacius *in praxi crim. q. 7. nu. 1. & nu. 9. cum sequen.* Antonius Thesaurus *dec. 90.* Gaspar Antonius Thesaurus *li. 4. quæst. forensium q. 55.* Iosephus Ludouicus *dec. Lucens. 16.* Bellonus *decis. 104. n. 7.* & ordinarij Scribentes in prædictis locis. Cardinalis Tuscus *litera F. conclus. 436.*

49 Dici-

49 Dicitur autem quis originarius multis modis, quorum decem enumerat, l. 1. titul. 20. p. 2. & l. 2. tit. 24. partit. 4. ad quas videndus est Gregorius Lopez, & notanda simul, quæ nos inferius afferemus.

50 Amplia primò, prædictam conclusionem, & regulam, vt non solùm sortiatur quis forum in origine propria, sed etiam in paterna. Ita probat text. in d. l. assumptio, §. filius, ff. ad municip. & de incol. & in l. filios, C. de municip. & origin. lib. 10. sentit glossa 1. in l. 1. ff. ad municip. & de incol. Speculator lib. 2. tit. de compet. Iud. adition. §. 1. num. 33. Bartolus in d. §. filius, num. 2. ad finem. Baldus in l. 2. num. 4. Salicetus num. 5. in fin. Paulus num. 5. C. de iurisdict. omn. Iud. glossa in c. 1. verbo, alienigenas, de vsur. in 6. Panormitanus in cap. significauit, num. 7. de Parochijs. Marian. Socc. in Rub. de foro comp. nu. 15. vers. octuagesimo secundo, in princ. Barbosa in d. l. hæres absens, §. proinde, in artic. de foro originis, nu. 24. cum seqq. ff. de iudicijs. Boerius decis. 13. nu. 5. Afflict. dec. 384. num. 4. Rota Romana diuersorum decis. 414. 1. p. Antonius Faber lib. 9. Cod. tit. 30. definit. 24. nu. 4. Salcedo ad practicam Bernardi Diaz, c. 54. nouè edito, nu. 25. D. Riccius collect. 925. prope finem, vers. limita tamen.

51 Amplia secundò, vt non solùm in paterna origine sortiatur quis forum, sed etiam in auita. Nam aui originem sequitur nepos: non autem originem vlteriorum atauorũ, & parentum. Primam partem affirmatiuam istius ampliationis probat textus in d. l. assumptio, 6. §. Libertini, ibi, item qui ex his nascuntur, & in l. Libertus, 17. §. in adoptiua, ff. ad municip. & amplectitur Bart. in d. §. filius, nu. 1. & ibi Albericus nu. 1. & 2. & in d. §. in adoptiua. Marian. Soccin. in Rubr. de foro comp. num. 15. vers. quid autem. Laurentius Siluanus cons. 1. num. 91. Boerius decis. 13. nu. 6. & 7. Barbosa in d. art. de foro originis, num. 27. & 28. discedentes à glossa in d. §. filius.

52 Secundam verò partem negatiuam probat glossa in d. l. assumptio, §. filius, verbo, non domicilium sequitur, ff. ad municipal. & orig. lib. 10. quam sequuntur communiter Doctores, eo argumento: Quoniam alioqui si nepos, aut descendens sequeretur originem atauorum, & superiorũ ascendentium oporteret nos quærere agrum Damascenum vbi à multis existimatur creatus Adam primus humanæ naturæ parens, vt refert Augustinus Tornielus in annalibus sacris, prima mundi ætate, die 6. num. 12. & tractat Archidiaconus in cap. illud, num. 4. distinct. 40.

53 Limita primò, dictam secundam ampliationem, vt nepos ita demum sortiatur forum in origine aui, si viuo eo sit conceptus: secus si conceptus sit eo mortuo. Ratio est, quia conceptus auo mortuo nullo iure cognationis auo iungitur. Ex quo consequens est, vt cùm ex persona sua non admittatur ad bona, & hæreditatem aui non sequatur quoque eius originem: vtpotè radice coniunctionis dissoluta dissoluantur quoque cæteræ colligationes appendices, §. cum autem quæritur, inst. de hæred. quæ ab intest. defe. Istam limitationem tradit Cynus in l. 2. num. 2. Cod. de iurisd. omn. Iud. vbi Albericus num. 3. in fin. & inclinant Baldus, & Salicet. tametsi de hac limitatione minùs expressè loquantur ibi. docet Bart. in d. §. filius, num. 1. in fin. Ioannes de Platea in l. filios, num. 2. C. de municip. & origin. lib. 10. Lucas de Penna ibi num. 1. Marian. Soccin. vbi sup. in d. vers. quid autem. Surdus cons. 343. nu. 28. lib. 3. Barbosa in d. art. de foro originis, num. 28. & 31.

54 Limita secundò, dictam secundam ampliationem, vt nepos sortiatur forum in origine aui, eamque tunc sequatur, cùm nascitur in potestate aui: secus si in eius potestate non nascatur. Ita sentit Bart. in d. l. assumptio. §. filius num. 1. in fin. ff. ad municip. Ioannes de Platea in d. l. filios. nu. 2. Lucas de Penna, ibi num. 1. in fi. C. de municip. & orig. lib. 10. quam sententiam, vt indubitatam videtur præsupponere Gregor. Lopez in d. l. 32. tit. 2. p. 3. glossa 4. qui ex eo ait hodie apud nos Castellanos ferè locum non habere prædictam secundam ampliationem, quia nepotes legitimi plerumque non nascuntur in potestate auorũ. Quippe cum ex contractu matrimonij cum benedictionibus Ecclesiæ filius liberetur a patria potestate, iuxta l. 47. Tauri, quæ est l. 8. tit. 1. lib. 5. recopil. & consequenter filios suos in potestate habeat. Quo fit, vt nepos ex legitimis procreatus nuptijs non cadat in potestatem aui ad similitudinem nepotis concepti ex filio emancipato, §. illud autem, versic. quod si post emancipationem, Institut. quibus modis, ius patriæ potest. solui. quam eandem sententiam ex eodem fundamento, iuxta iura Castellæ sequuta est Rota Romana diuersorum dec. 359. num. 2. 1. p. Cęsar de Grassis dec. 5. qui filij sint legitimi, aliàs decis. 180. & Hieronymus Gonzalez in regulam 8. Cancellariæ, glossa 9. §. 21. numer. 98. & 99.

55 Sed ab hac limitatione recedit Barbosa in d. art. de foro originis, num. 30. expendens aduersus eam tex. in d. l. Libertus, §. in adoptiua, ff. ad municip. vbi nepos sequitur originem aui naturalis quantumcumque sit natus in adoptiua familia; quo casu certum est non nasci in potestate aui naturalis, d. §. illud autem scire, Inst. quib. mod. ius patriæ potest. solui. Ergo ea tantum ratione nepos sequitur originem auitam, quia est conceptus viuo auo, etiam si extra eius potestatem, & quia adoptio non mutat originem naturalem, l. ordine. §. ius originis, ff. ad municip. & de incol. Cuius sententiæ ego quoque ea ratione ductus subscribo.

56 Amplia tertiò, prædictam regulam, & conclusionem principalem, vt ratione originis propriæ, paternæ, vel auitæ, non solùm sortiatur forum ciuis originarius in loco originis, quoad ciuilia, sed etiam quoad criminalia; vt ibi quoad omnia possit conueniri, & Iudex loci originis sit competens, & legitimus, vt in omnibus causis ciuis originarij sui territorij, & iurisdictionis, possit procedere, de illisque cognoscere. Ita sentiunt Doctores, quos retulimus supra num. 48. & nos plenius examinabimus, quod attinet ad cognitionem criminalẽ inferius agentes de foro delicti ex num. 735.

57 Sub amplia, & declara, prædictam tertiam ampliationem, vt cùm duplex effectus possit considerari huius fori originis; alter vt in eo possit ciuis originarius vocari ad honores, & munera; alter vt in eo possit in ius vocari, & conueniri de quauis actione cõtra ipsum in iudicium deducta, vt planè desumitur ex glossa in d. l. assumptio, §. 1. verbo, non domicilium sequitur, ff. ad municipal. & de incol. & communiter Doctoribus: quicumque forum originis sortitur in aliquo loco, quoad ambos istos effectus forum sortiatur: videlicet vt possit in eo loco vocari ad honores, & munera, item ad iudicium super quauis actione ciuiliter, vel accusatione criminaliter intentata.

58 Quoad primam partem istam sub ampliationem probat textus in l. municeps, 23. l. ordines, 15. §. ius originis, ff. ad municip. l. 1. C. vbi petantur tutor. vel curat. l. 1. C. de municip. & orig. lib. 10. l. priuilegio, 6. C. de incol. eod. lib. eamque vt certam præsupponit Siluanus cons. 1. num. 101. & 102.

Sed limitanda est prima hæc sub ampliationis pars, vt quod dicitur in loco originis posse quem vocari ad honores, & munera, locum non habeat in eo, qui adeptus est senatoriam dignitatem. Nam ille retinet quidem ius honorum in loco originis; onerum autem redditur immunis. Quod notauit Oldradus cons. 169. nu. 1. vers. fallit tamen. Rebuffus tract. de Consiliarijs Regum, nu. 28. Tuscus

litera

litera D.concl.595.num.4.quod probat textus in d.l.municeps, in princip.

59 Quoad secundam partem probatur, ex l.incola, 29.ff.ad municipal iuncta glossa penult.ibi.& in l.1. verbo muneribus, C.de municip.& orig.lib.10.& in d.l.hæres absens, verbo, debebit, in §.proinde, ff.de iudic.vbi notant communiter Scribentes, apud nos est textus in l.32.tit.2.p.3.vers. la primera. vbi expendit Gregorius glossa 4. tradit Bartolus in d.l. assumptio, §.filius, nu.2.ff.ad municip.omnino videndus, quia doctissima distinctione, vt solet complectitur omnes casus. Albericus ibid.num.6.Baldus in l.vlt. num.2.C.si à non compet.Iud.Alex.in l.cum quadam puella, 19.in princ.num.5 Decius num.5.ff.de iurisd.omn.Iud.Marianus in Rub.de foro compet.num.15.vers.octuagesimo secundo. Quæ eadem fuit sententia Cyni in l.iuris ordinem, 2.num.3. Alberic.num.4. Baldi num.4.Saliceti num.6.Pauli num.5.C.de iurisdict.om.ind.quam sequitur Lucas de Penna in d.l.filios, num.1. C.de municip.& orig.lib.10. vbi per omnia assentitur distinctioni Bartoli.Boerius, decis.13. num.13. Antonius Faber lib.9.Cod.tit.30.definitione, 24.ante nu.12.Crauetta cons.441 num.4.vol.3.Caldas in consilio pro D.Ioanne de Tassis, nu.9. post repet.l.si curatorem, Barbosa in d.l.hæres absens, §.proinde, in art.de foro originis, ex num. 24.ff.de iudicijs. Bellonus decis.104.num.7.

60 Sed contrariam sententiam, imò in foro originis non posse originatium conueniri ciuiliter, vel criminaliter; sed dumtaxat vocari ad honores, & munera, asserui glossa in d.l.assumptio, 6. §. filius, verbo, non domicilium sequitur. Azo, in summa, C.de iurisdict.omn.Iud. num.28. Hostiensis in summa de foro compet.num.6.Speculator lib.2.tit.de competentis Iudicis aditione, §.1.num.34.Iacobus Rebuffus in l.1.num.3.C.de municip. & orig.lib.10.

Barbosa autem vbi supra, num.35. quamuis agnoscat, de iure communi receptissimum esse, quod originarius ita sortiatur forum in loco originis, vt ibi conueniri possit ciuiliter, & criminaliter, tamen credit consuetudine obtentum esse, vt in foro originis propriæ, vel paternæ non sortiatur quis forum, vt possit ibi conueniri. Adducit pro confirmatione suæ sententiæ, l. 15. tit.1. partita 7.& ibi Gregorium glossa vlt. & eius consuetudinis testem Thesaurum dec. 90. ad fin.

61 Nihilominus non est recedendum à priori sententia, quæ verior est, & communior. Nam glossa, & alij, qui ab ea recesserunt nihil adducunt, quo suam sententiam confirment, & vt ingenuè dicam loquuntur ex capite. Tantum autem valere debet auctoritas humana, quantum valet ratio: vt desumitur ex textu in cap.ego soli, cum alijs, distinct.9.notant Mascardus de probation.conclus.843.glossæ auctoritas num.15.vol.2. Simon de Pretis de interpretatione vltimar.volunt. in præmio nu. 15.Tuscus litera A.conclus.490.num.2.Salon de Paz in l.1. Tauri, num.628. cum seqq.

62 Neque obstant, quæ adducit Barbosa, cuius sententia, quod attinet ad consuetudinem illam iudicio meo, vt doctissimi viri pace dicam, fide caret. Nam illa, l.15.tit.1.p.7.de consuetudine nullum habet verbum. Cùm verò significat nullum Iudicem posse cognoscere de delicto, nisi Iudicem loci delicti commissi, vel domicilij, vel loci, vbi reus habet maiorem partem fortunarum suarũ, vel prorogatæ iurisdictionis, præter quam si reus sit vagabundus qui in quocumque loco, in quo inuentus fuerit, potest accusari; debet ita explicari, vt conueniat cum l.32.tit.2.p.3, vers.la primera, & cum iure communi. Nam leges partitarum, numquam censeri debent ius commune corrigere, nisi cùm id exprimunt, vt obseruat Gregorius Lop. insignis earumdem commentator, in l.9.tit.13.p.6.glossa 3. per textum ibi, qui est notatu dignus, & in l.10. tit.5.ead. par.6.glossa 10.Couarr.lib.1.variar.c.14.num.5.& de matrimonio, 2.p.c.7.§.7.num. 4.Peralta in l. si quis, in princip. testamenti, num.38.ff.de leg.3.Pelaez de maioratib.1.p.q.1 num.74.in noua impressione, num.277.& sequent. Salon de Paz in l.1.Tauri, n.571.cum sequent. Gutierez lib.3.pract. q.29.num.6.Amesqua de potestate in se ipsum, lib.1.c.23.n.39.Carrasco ad nouam recopilationem, c.8. num.91. Igitur vel interpretemur, cùm lex agit de loco, in quo reus habet domicilium, sub domicilio comprehendisse domiciliũ originis, & habitationis, vel non meminisse loci originis (quod satis est verisimile) quia in eo rebus absens conueniri, aut accusari non potest, vt inferius dicemus. Gregorius autem in illa glossa vltima locum originis omisit, quoniam paulò ante in glossa 5.de illo egerat referens opiniones Doctorum circa potestatem Iudicis loci originis, quo ad delicti punitionem. Tandem, quod attinet ad decis.90. Antonij Thesauri, non inuenio, quid in ea dicatur de fideli consuetudine, imò verò ibi agit de comparatione fori originis cum foro delicti, & in criminalibus forum delicti foro originis præfert, relatis opinionibus Doctorum de hac re, & concludit, cùm territoria sunt sub vno Principe, Iudicem originis, cogendum a superiore, vt reum remittat ad locum delicti, quæ omnia nihil faciunt pro Barbosa. Sed tametsi testaretur de ea consuetudine fidem non faceret apud nos. Nam Doctori attestanti de consuetudine solùm creditur quoad suam patriam, aut Curiam, & locum, in quibus versatus est, non quoad alios, vt obseruarunt Rodericus Suarez in proœmio legum fori, num.17.in fin.Ioannes Lupus in Rub.§.21.nu.1.de donat.inter. Anton. Gabriel lib.1.communium, tit.de probation.conclus.4.num.3. Mascardus de probation.conclus.426.nu.19.& conclus.529 num.6.vol.1.Tuscus litera D.conclus.558.num.15.& seqq. tomo 2.cum plurimis omissis. Vt omittamus, item communem esse opinionem, Doctori attestanti de consuetudine fidem habendam non esse. An verò possit Iudex originis punire originarium, & aduersus ipsum procedere ob delicta extra locum originis commissa, quod ad hunc locum pertinere videbatur, tractabimus inferius in quæstione de foro delicti, 7.num.735.cum seqq.

63 Limita nunc primam regulam, & conclusionem principalem propositam, vt non possit originarius conueniri in loco originis, nisi ibi inueniatur, nam necessaria est in loco originis præsentia rei, vt aduersus ipsum procedi possit: & quod consequens est, Iudex originis non est legitimus, & competens ad procedendum aduersus absentẽ. Ita sentit glossa vltima, in verbo muneribus, in d.l.1.C. de munic.& orig. lib.10. Bartolus in l.assumptio.§.filius, num.2. in fin.ff.ad munic.& de incol.Baldus in Rubrica, num.1.in fin.C. si à non compet.Iudic. Angelus in d.l.hæres absens, §.si quis tutelam, num.4.& 14.ff.de iudicijs. Paulus Castrens. ibi nu.8.& in l.2.nu.6.C.de iurisd.omn.Iud. Alexan. in l.cum quadam puella, 19.in princ.num.5.ff.de iurisd.omn.Iud. vbi Decius num.5.dicit communem. Panormitan.in c.significauit, num.6.de Parochijs. Felynus in c.vlt.num.24.in princ.de foro compet.idem Decius in c.1.1.lectura, num.158.& 159. de iudicijs.Ripa ibi, num.64.vers.quarto amplia. Alciatus n.33.Barbosa in l.2.§.legatis, nu.7.ff. de iudicijs, & in d.l.hæres absens, §.proinde, in art.de foro originis, num.37.Lucas de Penna in l.filios num.1.C.de municip.& orig.lib.10. Franciscus Aretin.in l.cum specialis, penult.nu.1.C. de iudicijs. Afflict.dec.384.num.6.Gail obseruat.pract.lib.2.obseruat.36. num.11. Tuscus littera D.conclus.592.num.15.& littera F.conclus.537.num.12.tomo 4.Bellonus dicta decis.104.num.7.

Ber-

Bernardus Diaz in pract. crim. canon. c. 8. num. 1. in fin. apud nos probat textus expressus in l. 32. tit. 2. p. 3. & ibi notat Gregorius Lopez glossa 5. Ex quo credendum est falli Marianum Socinum cum in Rubr. de foro compet. num. 15. vers. concludе igitur, existimauit quemlibet posse in origine propria conueniri, etiam si ibi non reperiatur, nam præterquam quod eius opinio est singularis, eam nullo fundamento confirmat.

64 Sublimita præcedentem limitationem, vt in loco originis possit originarius, quamuis absens, & ibi non inueniatur, promoueri ad honores, & vocari ad munera, quæ absentibus etiam conferuntur, & indicuntur, cap. si tibi absenti, 17. de præbend. in 6. Tuscus litera A. conclus. 39. lit. B. conclus. 85. & litera C. conclus. 433. quibus nihilominus fungi compellendus erit. Notat Franciscus Aretin. in d. l. cum specialis, penult. num. 1. C. de iudicijs. & Petrus Barbosa in d. art. de foro originis, num. 38. Atque si in eum sensum accipiatur sententia Mariani Socini proximè relati, vera erit. Aretinus pro hac sublimitatione refert Speculatorem, apud quem tamen eam non inueni. Verùm eam planè probat textus in l. 1. C. de municip. & orig. lib. 10. vbi glossa vltima. Item glossa in l. ciues, verbo, allectio, C. de incolis, eod. lib. item glossa vltima in l. in adoptionem, la 1. C. de adoptionib. quatenus præsupponunt posse, quem in duabus ciuitatibus simul vocari ad munera, cùm tamen simul non possit in duabus ciuitatibus præsens esse. Appositissimi exempli absentis promoti meminit Cassenæus in cathalogo gloriæ mundi, 10. p. considerat. 4. §. non erant inter alios omittendi. vbi refert Adrianum de Traiecto ob eius eminentem scientiam, & virtutem, licet numquam fuisset Romæ visus, nec cognitus à Cardinalibus, fuisse electum Romanum Pontificem, quo tempore erat in Hispania, quod eodem modo retulit in eius vita Onuphrius Panuinus in additionibus ad Platinam de vitis Pontificum. Cùm verò Iudex originis compulsurus fuerit absentem ad subeundos honores, vel munera, iuxta l. si quis Magistratus, 9. ff. de muner. & honor. & notata à Ioanne de Platea in l. ex omnibus, 31. per textum ibi. C. de Decurionibus, & filijs eorum, lib. 10. Alexand. in l. libertas. 36. ex num. 4. ff. solut. matrim. & in additione ad Bart. in l. munerum, §. iudicandi, verb. tabellio compellitur, ff. de muner. & honor. Auendano de exequend. mandat. 1. p. c. 19. num. 24. Bouadilla lib. 1. politicæ, cap. 15. num. 42. cum seqq. Farinac. in praxi crim. q. 78. num. 5. vol. 2. id faciet missis requisitorijs literis ad Iudicem loci domicilij, vbi inhabitat is, qui ad honores, vel munera in sua origine vocatur, quibus petat, vt eum ad se remittat iniũcto munere functurum. Iste est enim vnus ex casibus, in quibus in ciuilibus remissio locum habet, cùm regula sit in contrarium, argum. l. 1. & 2. C. vbi quis de curiali, vel cohortali. & eorum, quæ notant Marianus Socin. in cap. dilecti filij, n. 43. de foro compet. Bartholom. Socin. litera R. regula 5. septima fallent. aliàs est regula 416. Bernardus Diaz regula 642. fallentia 6. & ante omnes Angelus in d. l. hæres absens. §. si quis tutelam, num. 4. ff. de iudicijs. Alioqui non poterit extra territorium vti remedijs iuris, quibus quis est compellendus, l. vlt. ff. de iurisd. omn. Iud. iuxta dicta superius hac eadẽ disputatione ex num. 25. & 26.

65 Limita secundò, principalem conclusionem, & regulã, vt mulieri nuptæ in propria origine, & patria munera iniungi non possint, neque ibi possit conueniri, l. vlt. §. item rescripserunt mulierem. ff. ad municip. & de incol. l. vnica, C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. l. vlt. C. de incol. eod. lib. Rationem huius limitationis reddunt multi, nec inferioris notæ Doctores, quoniam ita vxor transit in domicilium mariti, vt videatur ciuilitatem, & originem in effectu amisisse, & ex consequenti mutasse forum originis: eãque iste casus specialis, in quo amittitur origo, cũ regulariter amitti nequeat, vt inferius dicendum est. Ita Bart. in d. §. item rescripserint mulierem, num. 4. & in l. cùm quædam in princ. nu. 2. ff. de iurisd. omn. Iud. & ibi Decius num. 6. Iaso. nu. 1. cum seqq. Soc. num. 2. & 3. Baldus in l. 2. num. 4. in fin. C. de iurisd. omn. Iud. Marianus Socin. in Rubr. num. 13. & in c. vlt. num. 52. vers. aduerte etiam, de foro comp. Paul. Castren. cons. 89. num. 2. 2. p. Tiraquel. in leges connubial. gloss. 1. p. 1. nu. 30. Bossius tit. de foro comp. num. 34. in fin. Thesaur. decis. 123. ex num. 9. & num. 12. Dueuas regula 377. cum alijs, quos refert, Surd. dec. 330. num. 16.

66 Verùm hæc ratio sano modo intelligenda est, verius est enim, mulierem nubendo propriam originem non amittere, quæ amitti non potest. l. assumptio, 6. in princ. ff. ad municip. l. origine, & ibi, Bart. Cod. de municip. & orig. lib. 10. Sed effectus fori originis per matrimonium suspendi, & eatenùs liberari mulierem ab honoribus, & muneribus, & foro propriæ originis, quatenus auocaretur propter illa à seruitio, & cohabitatione viri, alijs autem effectibus, & oneribus procedentibus ab origine remanere obnoxiã vt se ipsum explicans notat ipse Bart. in d. §. item rescripserunt mulierem, num. 5. & in l. vnica, num. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. sequitur Alex. cons. 100. num. 1. lib. 3. Iaso in l. si arrogator, num. 44. in fin. ff. de adoption. & relati à Thesauro d. dec. 123. num. 1. Marianus, & Decius vbi supra, idem Decius in l. 1. num. 17. C. vnde vir. & vxor. Ioann. de Platea in l. origine, num. 1. C. de municip. & orig. lib. 10. Maudelus Albensis cons. 23. num. 10. & 11. Franchis dec. 416. num. 2. 4. & sequent. & dec. 546. num. 19. & 20. & nu. 29. 30. & 31. Tiraquell. vbi supra num. 30. & 37. Beccius con. 149. num. 26. & 27. lib. 2. Greg. Lop. in d. l. 32. tit. 2. p. 3. gl. 7. Barbosa in d. l. hæres absens, §. proinde, in art. de for. orig. n. 41. & 42. ff. de iudic.

67 Huc pertinet enodatio celebris illius dubitationis quis sit censendus ciuis originarius alicuius Ciuitatis, aut etiã Prouinciæ vel Regni. Quæ neque apud veteres, neque apud recentiores facilem habuit expeditionem, cùm sit difficile explicatu, ex quo contrahatur ratio ista originis, à qua quis originarius dicitur.

68 Est autem eius examen cum primis vtile, & necessariũ propter frequentiam legum, statutorum, & priuilegiorum, quæ originarios admittunt ad officia, vel beneficia; aut immunitates, à quibus excludunt exteros, & alienigenas à Ciuitate, Diœcesi, vel Regno, quædam item prohibentur originarijs, quæ exteris, & alienigenis permittuntur. Apponamus exempla, quò magis quæstionis vtilitatem commendemus. Iure communi prohibitum est ijs, qui officium in aliqua Prouincia administrant, inde oriundam vxorem ducere, l. si quis officium, 38. in princ. ff. de ritu nuptiarum, l. 2. tit. 14. p. 4. Item & matrimonijs filiorũ consentire, l. qui in Prouincia 57. in princ. ff. eod. tit. & iuxta ea iura in regijs rescriptis, & ordinationibus Indiarum interdictum est Præsidibus, & Auditoribus regiorum auditoriorum, quæ sunt in illis Prouincijs, ne ipsi, aut filij, filiæque eorum, matrimonium contrahant cum subditis iurisdictioni eius auditorij, in quo ipsi officium exercent, sub pœna priuationis officij ipso iure. Item in l. 4. tit. 6. lib. 3. recopil. prohibitum est, ne correctores Regni habeant vicarios, aut apparitores domiciliarios, aut originarios locorum suæ iurisdictionis. Item originarijs quorumdam locorum Regni Granatensis, & aliarum ciuitatum Regni, concessa est immunitas à gabellis rerum sui laboris, & cultus, hispanè dicimus, labranza, y crianza, ex priuilegijs regijs vsu comprobatis. Item in leg. 14. & seqq. vsque

ad

ad 23. inclusiuè, tit. 3. lib. 1. recop. statutum est, ne officia, aut beneficia Regni Castellæ exteris, seù alienigenis conferātur. Idem *in l. 2. tit. 3. lib. 7. recop.* continetur, *& in l. 1. tit. 4. eod. lib.* annotauit Bottellus *de Regis Cathol. præstantia, c. 51. num. 1. & 2.* post Couat. *pract. c. 35. num. 5.* Item *in l. 5. tit. 2. & l. 1. tit. 3. eod. lib. 7.* statuitur, ne officia Decurionatus conferantur à Rege, nisi originarijs Ciuitatis, cuius fuerit Decurionatus in ea habitantibus, aut domiciliarijs earum, vt expendit Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, num. 369. cum seqq.* Quæ iura, priuilegia, & constitutiones sine explicatione huius difficultatis intelligi non possunt. Item in Episcopatibus Burgensi, Placentino, & Calagurritano, consuetudine obtentum est, vt beneficia sint patrimonialia, & ad ea dumtaxat admittantur earum Diœcesum originarij. Quam consuetudinem confirmatam esse priuilegijs Apostolicis testatur, *l. 21. tit. 3. lib. 1. recop.* eamque per omnia obseruari iubet. Eamdem consuetudinem seruari in Regno Granatensi autor est Pelaez de maioritatib. *1. 1. p. q. 51. num. 28. in noua impressione, num. 288. cum seqq.*

69 Eadem consuetudo introducta virtute indulti Apostolici impetrati, vt fert traditio, ab insigni viro Cardinali D. Gabriele Merino Episcopo Giennensi, viget, & inuiolabiliter obseruatur in Episcopatu Giennensi, cuius originarius erat Cardinalis, quoad beneficia curata, quæ ibi vocantur prioratus. In quorum institutione, & collatione seruatur decretum Concilij Trident. *sess. 24. decr. de reformat. c. 18.* nam quolibet vacante, per edicta publica vocātur, qui examinari volunt, & adeptioni beneficij se opponere. Iuxta indultum verò Apostolicum prædictum moribus confirmatum, qualitates cuiuslibet oppositoris esse debent, vt in primis sit originarius illius diœcesis, deinde insignitus cum minimum gradu Bacalaureatus in Theologia, vel iure canonico in Vniuersitate approbata.

70 Obseruantiæ autem eius consuetudinis ego sum oculatus testis, quoniā in ea Diœcesi sita est Baeza patria mea, multis nominibus inter Bæticas ciuitates insignis. Quòd tempore Regni Gothorum fuerit ciuitas Episcopalis, & caput diœcesis, vt enumerans diuisionem Episcopatuum Hispaniæ, tempore Regis Vuambæ, circa annum Christi sexcentesimum octuagesimum, refert diligentissimus, & eruditissimus historicus Ioannes Mariana *in historia hispana, lib. 6. cap. 15.* & ex ijs, quæ idem *c. 16.* dicit accepisse se à Rasis Arabe, colligitur à tempore Constantini Magno fuisse etiam caput diœcesis, & Episcopalem Ciuitatem, quod antiquitatem, & nobilitatem eius arguit. Quòd prima ex Bæticis ciuitatibus fuerit ab Arabibus recuperata, circa annum Christi millesimum centesimum quadragesimum sextum, tempore Regis Alfonsi Septimi, vulgò dicti Imperatoris, vt refert idem Mariana *lib. 10. historia, c. 18.* Stephanus Garibai *lib. 12. compendij historiales Hispaniæ cap. 6.* Hieronymus Zurita *lib. 2. Annalium Regni Aragoniæ cap. 6.* ac breui amissa, iterum recuperata ab eodem Rege anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo septimo, ex eodem Mariana *lib. 11. cap. 4.* Garibai vbi supra, *c. 9.* Zurita *eod. lib. 2. c. 18.* tandem post iterum amissam, iterum à Rege Alphonso Octauo recuperata, circa annum Christi millesimum ducentesimum duodecimum, celeberrimo, ac miraculoso prælio confecto cum Arabū Rege, in saltu Marianorum montium, quem vulgariter appellamus *las naues de Tolosa*, quod huc vsque celebrat Ecclesia Hispana sub nomine triumphi Crucis decimasexta die Iulij, quæ idem Ioannes Mariana refert *lib. 11. historiæ, cap. 24. & 25.* Garibai *d. lib. 12. cap. 33.* Zurita *d. lib. 2. c. 61.*

71 Quòd tamquam Bęticæ præcipua, & capitalis Ciuitas nomen totius Prouinciæ sibi arrogauerit. Baetia enim à Bætica non differt, nisi solutione diphtongi: vt tam ingeniosè, & acutè, quàm verisimiliter expendit Illustrissimus nobilitate sanguinis; non minus illustris doctrina, eruditione, scripturæ sacræ peritia, gratia sermonis, & sanctitate vitæ, morumque suauitate, numquam satis laudatus D. Sanctius de Auila, & Toledo Carthaginensis, Giēnensis, Seguntinus, tandem Placētinus Episcopus, patruus Marchionis de Velada, qui nunc viuit, in sermone prædicato in sua Cathedrali Ecclesia Baecensi in festiuitate anniuersaria Ciuitatis in gratiarum actionem suæ recuperationis. Quem honoris causa nominaui; contentus eius laudes breuiter perstrinxisse, quas ne longo quidem sermone referre possem, in signum grati animi erga benemeritissimum patronum. Quòd par sit ciuium nobilitas, Ciuitatis antiquitati, qua nulli Bæticarum inferior, superior plurimis, paucissimas pares recognoscit. Quòd ex illa insignes viri in bello, & pace, fortitudine, & literis prodierint: cuius rei testes sunt, quotquot fuerunt exercitus Hispanorum Regum, apud Belgas, Gallos, Germanos, Hungaros, Italos, & Arabes; testes item florentissimæ huius
72 Regni Academię. Quod habeat florentissimam Academiam, quæ si auditorum numero quibusdam impar est, qualitate, & sufficientia nulli inferior, superior pluribus. Quam instituit, ac fundauit Apostolicus ille vir, & immortali dignus memoria Magister Ioannes Auila euangelicus præco post Apostolos nulli secundus, de cuius canonizatione dum hæc scribo, agitur in hac regia Curia, instantibus pijs quibusdam Sacerdotibus, vtinam consequantur, quod procurant, quo colatur ab vniuersa Ecclesia sanctissimus homo. Ille quosdam ex discipulis suis Baezam aduocauit, vt iaceret fundamenta illius Academiæ. Inter quos Bernardinum Carneuarium patruum meum collegam tunc Imperialis, & Regij Granatensis Collegij, addictissimum sibi, singularem virum ingenio, doctrina, exemplo, vt taceam ortum ex antiqua, patritia, & nobili familia Carneualiorum, ab Insubria, seù Mediolano Longobardię Metropoli originem ducente, in eaque Prouincia satis frequenti, ac nota. Qui primus fuit eius Academiæ ingenuarum artium Magister, & Theologiæ Sacræ Doctor, & Professor, & per triginta, & ampliùs annos Scripturæ Sacræ celeberrimus, & peritissimus Interpres: vnusque ex duobus eius Academiæ patronis, & administratoribus, ad quos pertinet iam inde ab institutione, ex Apostolicis priuilegijs, professorum omnium nominatio, & electio, salariorum designatio, & nominatio Cancellarij, qui gradus conferat, vt post lōgam litem cum scholastico Giennensi decisum extat apud Rotam diuersorum *decis. 503. p. 1.* quę est apud Cæsarem de Grassis *decis. 13.* seù *2. de electione.* vt omittam multos alios eius Academiæ illustres, & gloriosos filios, redolentes spiritum institutorum suorum, & mores, excellentesque ingenio, & doctrina, tùm nostra, tùm superiore ætate, quos
74 recensere longum esset. In ea Academia ego publicè ingenuas artes bis sum professus. Primum, à decima die Septembris anni 1594. vigesimo ætatis meæ incipiente, suasu, & patrocinio egregij illius, celeberrimique & omni æuo memorandi viri D. Francisci Sarmiento Episcopi Giennensis, non minùs vitæ sanctitate, candoreque animi, quam ingenio, & doctrina, omnigenaque iurium, & sacræ Theologiæ eruditione insignis. Cuius memorię plurimum me debere recognoscam, dum vixero, eo quòd dum dixit, magno me amore, & fauore fuerit prosequutus. Secundo, ab eadem die decima Septembris reuoluta anni 1600. cum magno Doctorum hominum, tùm pa-

triæ

triæ ipſius meæ, tùm totius Prouinciæ applauſu, & approbatione. Habuique diſcipulos, qui in potioribus huius Regni Academijs, Salmaticenſi, & Complutenſi fuerunt probatiſſimi Magiſtri: atque non ſemel inuitatus à Patronis, vt Sacram Theologiam docerem, feciſſem quidem id, niſi neſcio, quo impulſu, iuris ciuilis profeſſio me à prioribus meis ſtudijs auocans à priori via, & curſu depulſum ad ſe attraxiſſet, cui vt incumberem, patriam relinquere, & Salmanticam adire oportuit: vbi ſub doctiſſimis præceptoribus, ei facultati dedi operam, donec peractis conſuetis annorum curriculis, ſtudijs eius finem impoſui. Ita tamen ad diſciplinæ nouæ ſtudium traduxi animum, ne per eam priores in obliuionem venirent: neque enim decebat, ſic induere ciuile ius, vt exuerem Theologiam Sacrã, & ingenuas artes, politioreſque literas, in quibus à primis annis fueram educatus, imbutuſque ab ineunte ætate.

75 Nolim autem videri reprehenſione dignus, quod ad Patriæ meæ, & Academiæ, in qua educatus ſum laudes diuerterim: à qua me excuſat tùm Vlpiani exemplum, qui quaſi quæſita occaſione patriam ſuam eximijs ornauit laudibus, *in l. 1. in prin. ff. de cenſib.* tum quòd quis nec ſibi, nec parentibus ſolùm, ſed patriæ etiam, & Reipublicæ ſuæ naſcitur, *l. 1. §. & generaliter, in fin. ff. de ventre in poſſ. mitten.* & teſtatur Plato *lib. 36. Epiſtola 9.* quam commemoraſſe, & eius laudes taticuiſſe, ſine ingrati animi nota non potuiſſem: aut quod mei commendationem inſeruerim, Aſtydamæ in modum, iuxta vetus prouerbium, contra præceptum Sapientis, *Prouerb. 27. nu. 2. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.* Sed nonne Beatus Iob ſuas laudes prolixè enumerauit, imò & amplis exagerauit verbis, *c. 29. 30. & 31.* Nonne ſanctus Rex Ezechias, *Iſaiæ 38 num. 3.* Denique & ſanctus Paulus *2. Corinth. c. 11. & 12. & 2. ad Thimot. 4.* ? Nonne & Iuſtinianus Imperator (vt ad eum deſcendam) commendauit ſe ſe ampliſſimis verbis, *in l. vnica, C. de nouo Cod. faciendo,* & ex eo loco notauit Bald. *ibi, num. 9.* & Albericus *num. 6. & 7.* & Oroſcius *in l. obſeruare, 4. nu. 10. ff. de officio Proconſ. & Leg.* Caſſenæus *in cathalogo gloriæ mundi 1. p. conſiderat. 59.* commendationem ſui licitam quandoque eſſe? Id certum eſt, licere, & indecentem non eſſe commendationem ſui, laboribus, & infortunijs oppreſſo homini, dùm collapſum inter aduerſa ad ſpem animum reformat, ex doctiſſimi, & ſanctiſſimi Gregorij doctrina, in præfatione expoſitionis libri Iob *cap. 3. circa fin.* quem ſequutus eſt D. Thom. *opuſc. 19. cap. 13.* & D. Antoninus *2. p. ſumma, tit. 4. cap. 4. §. 2.* Sed & ignoſcendum eſt, ſi qua ſit culpa ei, qui cum ab alijs commendari poſſit, & debeat, commendatio ab ipſo expectatur, dicente Paulo, *2. Chorint. 12. num. 11. Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis, ego enim à vobis debui commendari.* Quod acutè & cum iudicio expendit Salazar *in prouerb. d. c. 27. num. 12.* Coegit autem me fortuna minus proſpera, quam qua labores, & prolixa ſtudia mea digna iudicarunt, quicumque me nouerunt, mei, ſtudiorumque meorum rationem reddere ijs, qui me viderunt in inferiore multo loco, quam vmquam teſtes laborum, & ſtudiorum meorum ſperauerint. Delata ſit hæc meæ fortunæ ad poſteritatem quærimonia.

76 Eius verò difficultatis reſolutio (vt ad me reddeam vnde ſum digreſſus) quam examinandam ſuſcepi, præſupponit reſolutionem alterius prioris. Antequam enim explicetur, quis ſit cenſendus ciuis originarius cuiuſuis ciuitatis, declarandum eſt, quid ſit eſſe ciuem, & in quo conſiſtat ciuilitas. Nemo enim originarius ciuis eſſe poteſt, quin ſit ciuis.

77 Qua in re Ariſtoteles *lib. 3. de Republica, c. 1 & 2.* deffinit ciuem eſſe eum, qui in ciuitate aliqua poteſtatis iudicandi, & Magiſtratus particeps ſit. Ideſt qui ad honores in Republica admittitur, & publicorum munerum eſt capax. Hoc verò deſumſit, vt multa etiam alia tacito autore ex Platone *dialogo 6. de legibus,* pau ò poſt medium. *Nam qui à iudicandi (inquit) poteſtate omnino repellitur is à ciuitate ſe prorſus exiſtimat alienum.* Idem videtur docuiſſe Vlpian. *in l. 1. §. 1. ff. ad municip. & de incol.* vbi ait. *Et propriè quidem municipes appellantur muneris participes recepti in ciuitate, vt munera nobis cum facerent.* niſi quod Plato, & Ariſtoteles, magis ad honores, Vlpianus, magis ad munera reſpexit. Quod nomen generaliùs eſt, communeque honoribus, & oneribus, *l. munus tribus, 18. l. munus, 214. l. pupillus, 239. §. munus, ff. de verb. ſignif.* & Alciatus, & Rebuff. ad hæc loca notarunt, *l. 1. cum ſeqq. ff. de muner. & honor.* Vueſembecius *in paratitla eod. tit.* Caluinus *in lexico, verbo, munera, & verb. munus.* Eandem ſententiam ſequutus eſt Baldus *in l. ſi non ſpeciali, 9. num. 6. C. de teſtam.* vbi ait. *Ciues muneribus, & honoribus cognoſci, eos autem, qui nõ participant in publicis honoribus, non dici propriè ciues, quia non tractantur vt ciues in eo, quod eſt ſupremum, & maximũ ciuilitatis argumentum, vt in l. quidam cum filium, 132. ff. de verb. oblig.* Eum ſequuti ſunt hæc eius verba referentes Afflict. *dec. 384. num. 7.* & Gramaticus *conſ. ciuili 5. nu. 10.* in eadem ſententia fuit Petrus Gregorius *lib. 4. de Republica, cap. 4. num. 22. verſ. incola, in fin.* vbi ait, incolam differre à ciue, quod capax non ſit priuilegiorum ciuitatis, quamuis in ea habitet, niſi ei concedatur, & fiat ciuis, *& in verſ. ciues.* Ariſtotelem ſequitur quoque Adamus Contzen *lib. 1. politicorum, c. 4. §. 3.* Quibus conſonant, quæ tradit Tuſcus *litera C. concluſ. 276. tomo 1.* & Laurentius Siluanus *conſ. 1. num. 101. & ſeqq. & 107. & ſeqq.* Quæ eadem ſententia Platonis, & Ariſtotelis cenſenda eſt antiquiſſima gentium traditio: quod ego colligo ex Geneſis *c. 19. n. 9.* vbi cum Loth ſodomitas reprehendiſſet, quòd hoſpitibus ſuis vim inferre conarentur contra ius, faſque, vt eorum animum à nefanda nequitia diuerteret obtuliſſet filias ſuas virgines, cum quibus congrederentur, reſponderunt nequiſſimi homines. *Ingreſſus es, vt aduena: numquid vt Iudices?* Quaſi dicerent, cur tu, qui aduena es apud nos, & quod eſt conſequens, incapax muneris iudicandi, Iudicem agis, & iudicandi officium vſurpas? Significauerunt planè, aduenam Iudicem eſſe non potuiſſe.

78 Illud optimè notauit Ariſtot. *lib. 3. de Republica, d. c. 1.* ciuilitatem differre à ſubiectione Magiſtratus, quoad iudicia. Non enim ſoli ciues ſubijciuntur iudicio publici Magiſtratus cuiuſque ciuitatis, ſed multi etiam alij, in quos nomen, & ratio ciuis non cadit. Nam ſæpenumero exteri, & aduenæ contrahentes in ciuitate in iudicium vocari poſſunt apud eius Iudicem, quippè cum ex contractu forum ſortiantur (vt inferiùs latiùs dicemus) nihilominus non quod iudicij paſſiui participes ſint, vocandi erũt ciues, ſed ex participatione iudicij actiua, ideſt quod iudicandi munus participare poſſint, ex eo enim differunt ciues ab aduenis, vt ex dictis deducitur.

79 Verùm hæc ciuis deffinitio non vſquequaque perfecta eſt, & abſoluta, tum quia Rerumplicarum variæ ſunt ſpecies, & formæ, in quibus ciues non vno modo ad honores admittuntur, quod idem Ariſtoteles aduertit *d. c. 1.* tum quod non videatur omnes ciues comprehendere, quippè cum ætate minores ad honores non admittuntur, *l. ad Rẽpublicam, 8. ff. de muner. & honor.* nihilominus negari non poteſt quin ſint ciues. Sunt item in ciuitatibus, & Prouincijs ſtatuta diuerſa de ijs, qui ad honores ſunt admittendi: ex quibus non omnibus ciuibus deferuntur honores,

res, sed quidam admittuntur quidam excluduntur. Plerumque enim admittuntur soli originarij ad honores, & officia, vt contingere in nostro Regno diximus num. 68. supra: plerùmque etiam excluduntur originarij, vt ibidē diximus, cum tamen fatendum sit, non solos originarios esse ciues. Quo fieri videtur, vt non consistat ciuilitas in participatione honorum, & Magistratuum. Ex quo rursus fit, vt videatur deffinitio Vlpiani præferenda deffinitioni Aristotelis, quòd magis in ea onerum, quam honorum rationem habuerit, frequentius verò ciues participes sunt oneris, quam honoris, cum multis, qui ab honoribus arcentur, onera, neque pauca, neque leuia imponātur. Quam verò id sit æqum aliorum esto iudicium: certè & Plato, & Aristoteles, nullum ciuem ab honoribus Reipublicæ arcendum existimarunt, si munera publica sustinere debet.

80 Igitur crederem rectius deffiniri ciuem, vt distinguitur ab extero, & aduena, si dicamus, ciuem esse, qui in ciuitate, vel municipio domicilium contraxit. Nam contracto domicilio incipit quis esse capax publicorum munerum, & honorum, nisi aliquo statuto specialem aliā qualitatem, præter domicilium, requirente prohibeatur, & desinit esse, & iudicari exterus, & alienigena. Id videtur docuisse Alexand. *cons. 16. num. 10. & 11. lib. 5.* Socinus *cons. 129. n. 3. vol. 1.* Paris. *cons. 53. n. 88. p. 3.* Siluan. *cons. 1. n. 90. & seqq. & n. 107. & seqq.* Bossius *tit. de foro comp. nu. 30.* Card. Tuscus *lit. C. conclus. 274. n. 37. & conclus. 275. n. 14. & sequentibus.* Collega noster doctissimus, & integerrimus Consiliar. Scipio Rouitus, post hæc scripta visus, *in pragmat. 1. de immunitate Neapolitanorum, num. 9.* faciunt, quæ latè tradit Cæphalus *cons. 451. numer. 16. lib. 4.* consonat Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 30. num. 23* & colligitur ex *c. vltimo, de Parochijs, & alien. Paroch.*

81 Scio apud Iurisconsultos, & Imperatores, eum, quem deffiniuimus ciuem, vocari incolam, *l. ciues, 7. C. de incolis, lib. 10. vbi, ciuis ex origine, manumissione, allectione, vel adoptione, incola ex domicilio:* & distingui incolam à ciue, tùm hic, tùm *in l. incola, 29. ff. ad municip. incola, & his Magistratibus parere debet, apud quos incola est, & illis, apud quos ciuis est.* Item *in l. pupillus, 239. §. incola, ff. de verb. signific.* dicitur incola, qui in aliquam regionem domicilium suū contulit. & ibi notat Alciatus, *& in lib. 2. parergon. cap. 7.* Bossius *tit. de foro comp. num. 26.* Iacobus Rebuffus *in d. l. ciues, ex num. 2. C. de incol. lib. 10.* Siluan. *cons. 1. num. 92.* Sed discrimen istud incolæ à ciue non est perpetuum apud I.C. nam cùm municeps, & ciuis, re vera non distinguantur essentia, & ratione, incola cum municipe sæpè confunditur, & indifferenter dicitur incola, vel municeps *l. rescripto, 6. §. vltimo, ff. de muner. & honor. l. vltima, §. patrimoniorum, ff. eod. tit.* præsertim cùm municeps non sit aliud ex Vlpiano *in l. 1. §. 1. ff. ad municip.* quam munerum particeps; incola autem munerum particeps sit, *d. l. incola, 29. l. incola, 34. l. scire oportet, 35. ff. eod. tit.* constat autem ex ante dictis, ciuem ab aduena, & extero in hac munerum participatione præcipue distingui. Glossa quidem prima *in d. l. ciues, 7. C. de incol. lib. 10.* rem ita componit, vt municeps sit genus, ciuis autem, & incola, species sub eo genere comprehensæ, cui consentit Bart. *in l. 1. num. 1. ff. ad municip.* sequitur Rouitus vbi supra, *nu. 9. vers. item in hac.* quod si ita esset, ciuis ab incola differret specie, sed ciuis solùm diceretur, qui ex aliqua ciuitate originem ducit, quæ nimia esset eius nominis restrictio. Iuxta quam nonnulli, quos nu. sequenti referemus, existimarunt, statutum, quod de ciue loquitur, de solo originario intelligi oportere. Si vero ciuem accipiamus, vt ab aduena distinctum (vt vulgò accipitur) rectè à nobis tradita fuit eius definitio, vt ciuis intelligatur is, qui domicilium in ciuitate, vel municipio contraxit. Domicilium verò contraxisse intelligitur, *qui in aliquo loco larem, rerumque ac fortunarum suarum summam, constituit, vnde rursùs non sit discessurus, si nihil auocet, vnde cum profectus est, peregrinari videtur, quod si redijt peregrinari iam desijt,* vt eleganter constituerunt Imperatores *in d. l. ciues, C. de incolis, lib. 10.* de quo tamen vide remissionem factam à me superiùs hac disputatione *num. 11.* hoc tamen loco animaduertendum occurrit nomen, *Vicinus*, apud Hispanos accipi pro ciue ex domicilio, seù incola. Vt notat Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, num. 360. & seqq. 364. in fin. & 367. cum sequentibus.* Auendanus *de exequend. mand. 1. p. c. 3. num. 5. versic. dicitur autem vicinus.* Mattienzus *in l. 1. tit. 4. lib. 5. recop. glossa 5. num. 2. & seqq.* Sesse *decis. 90. num. 6.* in quo fallitur Cæsar de Grassis *decis. 17. num. 2. de probation.* qui existimauit vicinum dici in Hispania originarium.

82 Ex quibus deducitur, nomen ciuis duobus modis accipi. Primò latè, & vulgariter, vt distinguitur ab extero, & aduena. Et sic acceptum est nomen generis, solum distinctum à nomine municeps, quod municeps à municipio, quemadmodum ciuis a ciuitate dicitur, sed significata eorum non differunt substantia, & comprehendit sub se duas ciuium species, videlicet incolas, qui domicilium in ciuitate habent, & originarios, qui originem ex ciuitate ducunt: in vtrosque enim, & in eos, qui facti sunt ciues per priuilegium, nomen ciuis rectè cadit, & eos complectitur, vt latè probat respondens contrarijs argumentis Cæphalus *consil. 451. ex num. 16. vsque ad 88. lib. 4.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 30. num. 21. & 22.* Gregor. Lop. *in l. 2. tit. 24. p. 4. glossa 14. in princip.* & in Hispania non admitti differentiam incolæ à ciue, sed appellatione ciuium comprehendi etiam incolas, autor est Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proindè in art. de foro originis, num. 47. cum seqq.* & ibi, *num. 52.* tractat vtrum ciues ex priuilegio gaudeant priuilegijs ciuium: de quo latè Cæphalus *d. cons. 451. ex num. 1. ad 88.* Iosephus Sesse *decis. 90. tomo. 1.* Secundò, accipitur nomen ciuis strictè, rigorosè, & proprijssimè, vt differt ab incola, & sic solum dicitur de originarijs ciuibus. Ita fit vt in materia stricta in statutis solum accipiatur nomen *ciuis* pro ciue originario, & censeatur exclusus à dispositione, qui fuerit ciuis per incolatum, aut domicilium. Ita Alexander *cons. 41. n. 12. & 13. lib. 5.* Natta *cons. 254. nu. 2. & 3. lib. 2.* qui multos refert. Boerius *dec. 13. nu. 24.* Surdus *decis. 329. num. 9.* Grammaticus *cons. ciuil. 5. n. 1. cum sequent.* Guttierez *cons. 7. nu. 2.* Tuscus *litera C. conclus. 275. nu. 1. & 2.* Anto. Faber *lib. 6. Cod. tit. 19. definitione 17.* Riccius *collect. 1893. in pri.* quemadmodum nomine ciuis originarij solùm ille, qui vere originarius est, non originarius ex priuilegio comprehenditur. Qua ratione Fulgosius *cons. 61. per totum,* defendit amitti legatum relictum sub conditione nubendi ciui oriundo à tali castro, nisi grauata nubat ciui verè originario, etiam si nubat ei, qui per priuilegium sit originarius, aut habeatur pro originario.

83 Illud addendum est, tametsi clerici sint exempti à sæculari iurisdictione, *cap. decernimus, c. & si clerici, cap. cùm non ab homine, de iudicijs, cap. 1. cap. 2. cap. si diligenti, de foro comp. cum multis alijs.* & ligari non soleant statutis laicorum, iuxta textum *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ.* & ibi notata à Doctoribus *de constitut.* latissimè Masca. *de generali statutorum interpret. conclus. 1.* Nihilominus clericos dici, & esse ciues cuiusque ciuitatis, quemadmodum laicos. Victoria *relectione 1. de potestate Ecclesiæ, q. 7. num. 4.*

Vala-

Valascus *consultat*. 100. *nu*. 2. Surdus *decis*. 129. *nu*. 13. 14. & 15. vbi dicit eos vocari de districtu, & de iurisdictione ciuitatis, & illius originarios. Card. Tuscus *litera C. conclus*. 383. Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, nu*. 399. *cum seqq*. Marta *de iurisdictione 4. part. cent. 1. casu 1. nu*. 27. qui multos refert. Ambrosinus *de immunitate & libert. Ecclesiastica, c*. 28. *nu*. 1. 2. *& seqq*. Carolus de Graffis *tract. de effectibus clericatus in præludio, n*. 368. *cum antecedentibus, & seqq*. Bossius *tit. de crim. læsæ Maiestatis, nu*. 88. Riccius *collectanea* 269. Bouadilla *lib. 2. politicæ, cap*. 18. *nu*. 308.

84 Veniamus iam ad principalem difficultatem, quam discutiendam proposuimus; quis videlicet censendus sit ciuis originarius, & quomodo acquiratur ratio illa originis, ex qua ciuis dicitur, & fit originarius. Et in primis præsuppono, rationem originis proculdubio aliquid superaddere ad ciuilitatem, eamq; contrahere, & limitare; neque enim vt ex ante dictis colligi potest, omnes ciues sunt originarij, neque admitti debent ad ea, ad quæ originarij dumtaxat admittuntur. Vt docet Paulus Castrensis *cons*. 21. *n*. 3. 1. *p*. Pelaez *de maiorat*. 1. *p. q*. 51. *num*. 18. Menoch. *de præsumpt. lib*. 6. *præsumpt*. 30. *nu*. 22. Gail *obseruat. practic. lib*. 2. *obseruat*. 35. *nu*. 6. Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro originis, nu*. 58. quod vel ex eo etiam confirmatur, quod alienigena facilè fit ciuis contrahendo domicilium, quod in eius potestate est, *l. non vtique, 4. l. domicilium, 20. l. filij libertorum, 22. §. municeps, l. nihil, 31. ff. ad municip. l. si quis, vltima, C. de municip. & orig. lib. 10. l. priuilegio, 6. C. de incolis eod. lib*. Originarius autem fieri non potest, nisi per priuilegium. Imò in nostro Regno, neque per ipsum; nam iuxta ius regium irritatur priuilegium concessum exteris, quo fiant Regni nostri originarij, quo hispanè vocamus, *carta de naturaleza, l*. 14. 15. *& 16. tit. 3. lib. 1. recopilat*. tametsi ea priuilegia, & literæ naturalitatis concedi soleant derogatis iis legibus per clausulam, non obstantibus; quæ suum effectum sortientur, iuxta tenorem, quo fuerint concessæ, vt multis tractat Barbosa *in d. art. de foro originis, ex num*. 59. & Menchaca *de successionibus, lib. 3. §. 30. nu*. 287. *vers. vnde cum, tomo* 1. & de litteris naturalitatis iuxta iura, & consuetudines Galliæ agit latè Rebuffus *in constit. reg. tomo 2. tract. de litteris naturalitatis*.

85 Secundò præsuppono, quemadmodum quis duo domicilia habere potest in duabus ciuitatibus, *l. Labeo, 5. l. assumptio 6. §. iuris prudentib. l. eius qui, 27. §. Celsus, ff. ad municip*. ita quoque diuersas origines apud diuersas ciuitates posse sortiri. Quod probat textus *in l. si quis 7. l. ordine, 15. §. ius originis, l. eius, qui manumisit, 27. in princip. ff. eo*. quod etiã ex ante dictis, num. 50. & 51. apertè deducitur. Nam si filius non solùm habet propriam originem, sed etiam paternam, & auitam, cùm fieri possit, vt filius habeat diuersam originem à patre, & auo, consequens est, vt filius habere possit plures origines, nempè propriam, paternam, & auitam. Intellige tamen non posse filium habere plures origines proprias, sicut neq; in multis locis nasci. Quod verò plures origines possit aliquis sortiri, docuit glossa *in l. filios, verbo, nõ in materna, C. de municip. & origi. lib*. 10. Ioannes Andreas *in c. cùm nullus, num*. 3. *de tempor. ordination. in* 6. & Marian. Socin. *in Rubrica de foro comp. nu*. 15. *vers. octuagesimo secundo*. Felynus *in c. Rodulphus*, 35. *num*. 14. *de rescript*. Grammaticus *voto* 10. *num*. 14. Ant. Faber *lib. 9. Codicis, tit*. 30. *definit*. 24. *ante num*. 10. Caldas Pereira *in consilio pro D. Ioanne de Tassis, post tractatum, de restitutione, num*. 6. *& sequentib. vsque ad* 9. Barbosa *in d. art. de foro originis, num*. 32. *cum sequentib*.

86 Qua in re annotare oportet, quòd si ex propria origine & paterna, resultant contrariæ qualitates, præponderabit, & vincet qualitas procedens ex origine paterna, *l. cùm satis, 22. in principio, C. de agricol. & censitis, lib*. 11. *ibi fit suppositus vnà cum omni sobole sua, & si in alia terra eam fecerit, huiusmodi fortunæ, & capitali illatum*. & eum textum referens sensit Bart. *in l. 1. num. 4. ff. ad municip*. Baldus *consil*. 294. *ista causa, volum*. 4. Boerius *decis*. 28. *num*. 49. Barbosa *in d. art. de foro originis n*. 36. Cambianeus *in prag*. 8. *p*. 2. *nu*. 240. *&* 242. *de Baronibus*. Inter qualitates verò paternam, & auitam sesè impugnantes vincet paterna auitam, & eam sequetur magis filius, quàm auitam, *l. priuilegio*, 27. & ibi Doctores *C. de Decurionibus, lib*. 10. Videnda sunt tamen, quæ ad eam rem expendunt Baldus *in d. consil*. 294. *circa medium*. Ancharanus *cons*. 37. *ex vi* 5. Decius *cons*. 392. *num*. 3. 4. *& sequentib*. Bart. *in*. Socin. *in Rub. num*. 31. *& sequentib. ff. sol. matr*. Ioan. de Platea *in d. l. priuilegio*. Ias. *in l. si arrogator, n*. 45. *& seqq. ff. de adoption*. Gregor. Lop. *in l*. 5. *tit*. 24. *p*. 4. *glossa* 2.

87 Quibus positis circa difficultatem, quàm examinamus, antiquissimi etiam diuersas habuerunt opiniones. In primis Gorgias Leontinus, quem refert Aristoteles *lib. 3. de Republica, c*. 2. existimauit, ciuem originarium alicuius ciuitatis esse eum, qui ab vtroque parente, qui eius ciuitatis natus esset. Cui consentire videtur Vlpianus *in l. 1. §. qui ex duobus, ff. ad municip*. & Couarr. *in cap. quamuis pactum, p. 2. §. 1. n. 5. de pact. in* 6. quo pertinere etiam videtur lex posita à Pericle Atheniensium Duce, vt nemo ad gubernandam Rempublicam accedere permitteretur, nisi qui vtroq; parente ciue natus esset, cuius meminit Ælianus *lib. 6. variæ historiæ, c*. 10. Alij eius originarij procreationem ad longiorem tractum perducebant, exigentes duos, aut tres auos, aut plures, ciues eiusdem ciuitatis, quos Aristoteles suppresso nomine eodem loco refert.

88 Verùm vt certa, & indubitata separemus ab incertis, & ea, in quibus Doctores conueniunt, ab illis, in quibus discrepant, statuamus primò, quod apud omnes certum est, propriam cuiusque originem natiuitate contrahi, & ciuem effici originarium per natiuitatem in ciuitate, municipio, aut Regno, ex quibus quis originem ducere dicitur. quod planè docet Vlpianus *in l. 1. in princip. ff. ad municip. ibi, municipem, aut natiuitas facit*. & Scribentes tùm eo loco, tùm in aliis quibusque concordi voto consentiunt, quos inferiùs copiosè referemus, & apud nos probat optimus textus *in d. l. 1. tit. 20. par*. 2.

89 Secundò, statuendum est, ex communi omnium doctrina: duobus modis posse contingere filij natiuitatem. Primo, qui frequẽtior est, cũ filius nascitur in illo loco, in quo pater fixum, & permanens domicilium contraxit, & vbi quiete habitat: quam doctrinæ gratia vocemus natiuitatem quietam. Secundò, qui est minus frequens, cùm filius nascitur in peregrinatione, vel itinere, aut transitu ad locum, ad quem pater domicilium transferre destinauit, vel quo negotiandi causa profectus erat; vel in loco, in quo pater ad tempus habitat, eadem negotiandi, aut altera causa, cum animo reuertendi ad suum domicilium, quam Doctores vocant natiuitatem fortuitam & casualem.

90 Quatuor autem sunt difficultates, in quibus tota Doctorum controuersia versatur. Prima, vtrum quælibet natiuitas, siuè ea, quam diximus quietam, siuè quam Doctores fortuitam, & casualem vocant, efficiat ciuem originarium? Secunda, vtrum ita requiratur vera natiuitas in loco originis, vt quis fit originarius, vt censendus sit exteris, & alienigena, qui quouis modo extra ciuitatem,

vel Regnum natos fuerit? Tertia, vtrum natiuitas, quæ originarium facit, faciat plenè originarium quoad duplicem originis effectum, videlicet, vt tàm possit in loco originis conueniri; quàm vt sit particeps honorum, & munerum loci originis, & priuilegiorum eius? Quarta, an, & quibus modis origo possit amitti? De quibus sigillatim a nobis agendum est, earum enim dissolutione totam materiam, & ambiguitatem eius reddemus clariorem, & distinctiorem, quam viderimus hucusque.

91 Quòd attinet ad primam difficultatem, prima sententia ait, originem propriam contrahi, & ciuem originarium effici, quem ex natiuitate in aliquo loco quocunque modo contingat, siuè sit ea, quam diximus quietam, siuè fortuita, vel casualis. Ita sentit Imola *in l. huiusmodi, 86. §. legatum, num. 9. ff. de legat. 1.* Alexand. *ibi, numer. 4.* Paulus Castrensis *num. 4.* Iaso. *nu. 14. & sequentibus.* Cumanus *num. 1. & in l. cætera, §. sed si parauerit, num. 2. ff. eodem, & consil. 177. num. 4.* Felynus *in c. Rodulphus, 35. nu. 14. de rescriptis.* Grammaticus *voto 16. numer. 14.* Crauetta *consil. 441. num. 3. volum. 3.* Gratianus *disceptation. forens. cap. 75. num. 1. & sequentibus, tomo 1.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in artic. de foro originis, num. 3. & sequentibus, & ex num. 9. & num. 12. & 22. & 23.* Narbona post hæc scripta visus *in l. 20. tit. 1. lib. 4. recopilation. glos. 2. num. 32. & 33. & ex numer. 138.* Caldas Pereira *in dicto consil. 1. pro Don Ioanne de Taffis, num. 6. & sequentibus, & num. 13.* iuxta quam sententiam consilium dedit ibi Caldas Don Ioannem de Taffis natum Lusitaniæ natiuitate fortuita, & casuali, ex vtroque parente Castellano, & ibi baptizatum, cùm parentes venissent in regio famulatu sine animo ibi commorandi, sed cum animo reuertendi cum Rege in Castellam, effectum esse ciuem originarium, Lusitanum, & ex consequenti capacem officiorum Regni Lusitaniæ, vbi est lex solos indigenas admittens ad officia Regni, & alienigenas excludens. Fundamentum primum huius sententiæ est, *leg. ciues, C. de incolis, lib. 10.* quæ generaliter docet, ciuem effici origine. Item *l. 1. in principio, ff. ad municipalem,* dum generaliter dicit, *municipem, aut natiuitas facit.* Ergo quæuis natiuitas nulla facta distinctione efficit ciuem originarium. Item secundò, quia nisi originem tribueret natiuitas casualis, sequeretur filium natum in itinere facto ad Pariosos, si non est ciuis loci, in quo nascitur, esse ciuem Parisiensem, & Parisijs sortiri originem, si sola patris destinatio originem tribuit. Quod planè absurdum est, & à nemine concedi potest. Melius ergò dicitur, filium sortiri propriam originem, vbi re vera nascitur.

92 Secunda sententia vera, & amplectenda, negat propriam originem contrahi natiuitate casuali, & ex ea effici ciuem originarium: sed asserit, contrahi originem propriam ex natiuitate filij in loco, in quo pater domicilium habeat: & ita natum filium effici ciuem originarium ciuitatis, vel municipij, in quo pater habet domicilium. Ita sentit Bart. *in l. filios, n. 4. C. de municipib. & orig. lib. 10.* Ioannes de Platea, *ibi, nu. 2.* Baldus *in l. huiusmodi, 86. §. legatum, num. 1. ff. de leg. 1.* & ibi, Albericus, & Angelus, Abbas Panorm. *in c. Rodulphus, 35. n. 9. de rescrip.* Angelus Clauasius *in summa, verbo ciuitas, nu. 3.* Syluester *in summa, eodem verbo, num. 4.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 24. par. 4. glossa vlt.* vbi refert, iuxta istam sententiam esse iudicatum in Regio Consilio Castellæ, & eam dicit magis communem. Grammaticus *decis. 103. num. 111.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 30. num. 13. & consil. 80. num. 13. lib. 1.* Siluanus *consil. 1. nu. 90. & 91.* Hondedeus *consil. 5. num. 5. volum. 1.* Salcedo *ad practicam Bernardi Diaz, cap. 54. nouè edito, ex num. 27.* Afflictis *decis. 384. num. 4.* Rota Romana diuersorum *decis. 327. num. 1. & seq. 1. par.* Anton. Faber. *lib. 6. Codicis. definit. 20. n. 4. tit. 19. & lib. 9. Codicis tit. 30. defin. 24. ante n. 27.* Riccius *collect. 269. 846. 1583. in principio, & collect. 1893. prope finem.* Boerius *decis. 13. num. 50. & 51. & sequentib.* Guttierez *consil. 7. num. 7.* Cæuallos *in speculo pract. lib. 2. q. 458. nu. 17. & sequentib.* Thomas Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disput. 23. nu. 3.* Azeuedus *in l. 19. nu. 1. & 2. tit. 3. lib. 1. recopilat.* Ignatius Villar *in silua responsorum, responso 7. 4. p. num. 19.* Mascardus *de probation. conclus. 808. forensis, nu. 3. vol. 2. & concl. 1146. varia, & multiplex, vol. 3.* eamque dicit communem Ripa *de peste, tit. de priuil. contract. caus. pestis, ex nu. 181.* qui in eam magis inclinat. Licet duo isti posteriores eam conentur conciliare cum prima: conciliationes autem displicent Petro Barbosæ, & eas impugnat *in dicto art. de foro originis, hac num. 14.*

93 Probatur autem ex sententia expresso textu, cui iudicio meo nulla congrua solutio potest assignari, quem maturè in eam rem perpendit Afflictis *d. decis. 384. n. 4.* videlicet *in l. filios, C. de municip. & orig. lib. 10.* quæ ita habet: *Filios apud originem patris non in materna ciuitate, & si ibi nati sint, (si modò non domicilijs retineantur) ad honores, seù munera posse compelli explorati iuris est.* Ecce filius natus in materna ciuitate, & ibi non potest ad munera, aut honores compelli, nisi in eodē loco domicilium habeat. Ergo non est originarius eius ciuitatis. Consequentia est aperta, nàm quiuis originarius compelli potest in loco originis ad honores, & munera, *l. 1. & vlt. C. de municip. & orig. lib. 10. l. priuilegio, C. de incolis, eod. lib. l. libertus, 17. §. præscriptio, in fine, l. incola, 29. ff. ad munic. l. & qui originem, 3. in principio, ff. de muneribus. & honorib.* & nos diximus supra num. 56. & 57. & 64. & 77. quia capax est eorum munerum, & hic est præcipuus originis effectus.

94 Neque sustineri potest solutio Glossæ, ibi, *verbo, non in materna,* dicentis, filios in materna ciuitate natos non sortiri originem maternam, sed propriam. Neque assentiendū Bart. catenùs digno reprehensione, quod Gl. non reprehenderit. Manifestè enim destruit textum, nàm si filius in materna ciuitate natus sortiretur ibi propriam originem, planè ibi tanquam originarius posset ad honores, & munera compelli, vt probant textus adducti numero præcedenti. Si igitur filius in materna ciuitate non potest ad munera, & honores compelli, etiam si ibi sit natus, non solùm non habet ibi originem maternam, sed nec propriam, & quod consequens est, non quæuis natiuitas facit ciuem originarium, sed quæ coniungitur cum domicilio paterno.

95 Neque item satisfacit Barbosa, vbi supra *n. 8.* recurrens ad ineptam subtilitatem formalitatum, quasi textus neget, filium in loco natiuitatis subire onera, ex eo, quòd sit materna origo, non verò ex eo, quòd sit propria, quia hæc subtilitas repugnat textui simpliciter, & absolute neganti, filium ad munera in eo loco compelli posse, quæ simplex, & absoluta negatio, nullam secum compatitur affirmatiuam propositionem, iuxta eruditè congesta à Card. Tusco *lit. N. cōcl. 26. nu. 5.* Pelaez *de maiorat. in noua impress. 2. p. q. 6. n. 74. 75. & 76. in antiqua impress. n. 20.*

96 Prædictis non obstant fundamenta primæ sententiæ. Nàm *l. ciues,* nihil facit contra nos, dum dicit ciuē effici origine, nàm intelligenda est de origine non casuali, & fortuita, quæ non est in consideratione; sed de ea, quàm quis sortitur in loco, vbi pater domicilium habet. Simili modo explicamus *l. 1. in prin. ff. ad municip.* nō enim quelibet

104 Secundo infertnr ex ea, & ex *d.l.19. tit.3. libr.1.recop.* à contrario sensu, quòd si aliquis Castellanns transfert se ad aliud Regnum, & in eo domicilium constituit, & post domicilium constitutum ibi procreet filios, isti filij censebuntur exteri à Regno, & alienigenæ spectata propria origine extra Castellæ Regnum contracta, & ex cõsequenti erunt incapaces beneficiorum, & officiorum Regni Castellæ, etiamsi pater, aut ipsi posteà reuertantur ad Regnum Castellæ; vt rectè obseruat Barbosa *in. d. art. de foro origin.num.*88. & apertè probant præter iura a me relata supra *num.68.l.6.& 7.tit.18.lib.5. recop.* Quòd si Castellanus in aliud Regnum translatus antequam in eo domicilium constituat, procreet filios, vel eos habeat antequam ab hoc Regno recedat, etiamsi post eorum procreationem contrahat domicilium in Regno extero, vt in Lusitania, vel Catalonia, quia non potest iuri quæsito filiorum præiudicare, argumento *l.emancipatum, 7. §.fi.ff. de Senator.l.& seruorum, 5.§.ingenui,ff.de stat. hom.* nihilominus censendi sunt isti filij originarij Regni Castellæ, capacesque officiorum, & beneficiorum in eo Regno, vt idẽ Barbosa annotauit vbi supra *n.99.&* 100. Ex quo rursùs ego colligo, quoties inciderit quęstio in iudicio, an aliquis sit, vel nõ sit originarius, ei qui probare intenderit, aliquẽ natum extra Regnum esse alienigenam, & exterum à nostro Regno, si ille fuerit filius originarij Castellani, incũbere probationem qualitatum, quas requirit ista lex ad extraneitatem, quæ cum in facto consistant, non præsumuntur, *l.si emancipati, C.de collat.l. quæcunq. in fi.ff.de publician.in rem act.l.quoties,ff.de probat.* Molina *de primoge.l.4.c.7.n.33.* Barbosa *in l.Titia,nu.11.ff.sol.mat.* Menoch.*de præsumpt.lib.6.præsumpt.14.per totam.* Mascard. *de probation.concl.343.n.6.vol.1.* cùm quilibet teneatur probare fundamentum intentionis suæ, *§.non solùm, in fin.institut.de legat.l.2.l.ab ea parte,l.verius,ff. de probation.* Cacheranus *decis.171.num.*8. Bellonus *decis.173. num.7.* Menochius *consil.495.num.41.* Surdus *consil. 12. num.1. & seqq.lib.1.* & latè prosequitur Pacianus *de probationibus,lib.1.c.6. & 7. & seqq.* Ac per consequens obtinere non poterit, nisi probet filium Castellani natũ esse in Regno extero post contractum in eo Regno à patre domicilium, alioqui non probabitur, neque præsumetur alienigena, etiam si ipse pro se nihil probet, *l.actor, quod asseuerat, C.de probat.*

105 Sed subsistendum est, quoniam cùm filius duas sortiatur origines, videlicet propriam, & paternam, iuxta dicta supra num.50. & 85. iste filius sic procreatus post contractum à Castellano in Regno extero domicilium, tametsi quòd ad originem propriam attinet, censeatur exterus a Regno, tamen ex origine paterna re vera est Castellanus, iuxta notata à Siluano *cons.1.n.91.&* 101. Castellano Cotta *in memoralib. verbo, statuto cauetur in multis ciuitatibus Insubriæ, ad finem.* Ignatio Villar *in silua, responso 7.p.4.n.11.&* 12. vbi tamen minus caute loquutus est, non distinguens inter duas filij origines, propriam, & paternam. Succedit ergò doctrina à nobis tradita supra num.86. vt quoties ex origine propria, & paterna, resultant contrariæ qualitates, vincere, & præpondetare debeat qualitas, procedens ex origine paterna, eam quæ procedit ex propria, præsertim cùm sit fauorabilis, ex doctrina Ancharani *cons.37.* quem sequuntur Decius, & alij relati, *d.nu.86.* Ac per consequens iste filius censebitur potius huius Regni originarius, ex origine paterna, quam alienigena ex propria.

106 Respondendum est tamen, prędictam regulam, & doctrinam limitandam esse, cùm lex, vel statutum expressè requirit ad aliquem effęctum qualitatem prouenientem ex origine propria. Tunc enim, si qualitas procedens à propria origine differt à qualitate proueniente à paterna, aut ei repugnat, non potest paterna vincere propriã, sed ab ea vincitur, eique cedit. Dicta autem *l.19.titul.3. lib.1.recop.* expressè requirit ad capacitatem beneficiorũ, & officiorum Regni Castellæ naturalitatem filij ex origine propria prouenientem, quare non sufficiet naturalitas procedens ex origine paterna. Quòd addendum est dictis a nobis supra num.100. Cessante vero lege, aut statuto, procedit optimè argumentum, vt filius censeatur originarius loci, ex quo pater originem ducit, & in eo loco debeat admitti ad honores, & munera. Quare cum pater non transfert domicilium extra Regnum, sed ex vna ciuitate, vel diœcesi ad aliam intra hoc Regnum, filius procreatus in nouo domicilio, censendus est originarius loci originis paternæ, & gaudebit priuilegijs, & immunitatibus concessis ciuibus originarijs illius loci, nisi priuilegium, vel statutum aliter disponat. Quam sententiam, quoad hanc posteriorem partem, sequitur Barbosa qui alios refert, vbi supra, *n.96.& sequentibus.*

107 Tertiò infertur, quòd quando pater transfert domicilium de vna ciuitate ad aliam, & post domicilium translatum filius nascitur, non poterit dici originarius loci, in quo pater domicilium habuit, & ex quo domicilium trãstulit. Ratio est, quia ex toto cessat ratio, cur filius possit vocari originarius eius loci. Nam non ideo, quia ibi natus fuerit, cùm alibi natum supponamus, neque quia ibi natus fingatur, ex eo, quòd pater ibi domicilium habebat iuxta *d.l.huiusmodi, §.legatum*, & ibi notata, quippè cum iam ponamus domicilium translatum, & non extans. Nõ ergo poterit originem tribuere filio: non entis enim nullæ sunt qualitates, aut effectus, *l.eius qui in Prouincia, vers. quoniam tunc, ff.si cert.petat.* Atque ita concordi omnium Dominorum voto decisum extat apud Rotam Romanam diuersorum *dec.327.n.1.2.& 6.par.1.*

108 Quartò, ex prædictis annotandum venit, quòd materia istius legis, aut similium statutorum, quibus agitur de admittendis ad beneficia, officia, aut honores aliquibus, ex eo, quòd sint originarij, est ex illis, in quibus nullius detrimentum versatur; vt obseruat præter statim referendos, Paulus Castrensis *in d.§.legatum, num.3.* ac per consequens ista lex, & statuta benignè, & non rigidè interpretanda sunt, vt probat textus *in l.2.§.item verus, ff.de aqua pluuia arcen.* & ex eo ita docuit Baldus *consil.183. statuto Ciuitatis Veronæ, num.2. in fin. vol.2.* & eo relato Ias. *in d. l.huiusmodi, 86.§.legatum, num.19.ff.de legat.1.* dicens, se solitum esse multum allegare istam decisionem consulẽdo in tali materia. Sequutus est Alciatus *libr.2. responsorum, consil.30.num.14.& sequentibus, & cons.42.ex num.1.* & multis rationibus confirmat, & Menochius eum, & eas, pluresque alios referens, *cons.227.ex n.1.lib.3.* Rebuffus *de priuileg.scholastic.nu.159.priuilegio 65.*

109 Amplia modo primo, prædictam resolutionem, vt non solùm sint ciues originarij, nati in Ciuitate ipsa patre habente in ea domicilium, sed etiam filij, qui nati fuerint in suburbijs, aut continentibus ciuitatis, aut eius vico, vel comitatu, vt vulgo dicitur, si tamen pater ibi habeat domicilium. Ita probat text. *in l.qui ex vico, 30.* vbi Glossa, & Doctores notant, *ff. ad municip. leg.qui incontinentibus, 147.* vbi Alciatus, & Rebuffus *ff. de verbor.signific. l. est venum*, iuncta Glossa ibi, *Cod.de incolis, lib.10.* ac per consequens isti, vt verè originarij participes erunt honorum & munerum. Azo, seù Pileus in *summa C.de municip.& origin.lib.10.num.6.* Bart. *in l.si quis, 3.num.1. Cod. de natural. liber.* Baldus *cons.183.vol.2.* Geminianus *in c.1.§. & quia,*

100 *Decisio dicta legis extendenda est ad originarios dioecesum, nisi aliter statutum sit in constitutionibus synodalibus.*

101 *Filius non sequitur originem matris, aut auorum maternorum de iure communi, & de iure Castellae, sed aliter seruatur in Regno Franciae.*

Filius vulgo quaesitus matris originem sequitur.

Filij bastardi legitimati sequuntur originem patris.

102 *Vt filius acquirat originem in ciuitate, vel Regno, in quibus pater habet domicilium, non requiritur vera, & realis natiuitas in eo loco, sed satis est natiuitas ibi contingens iuris fictione, & confirmatur exemplis adductis à Paulo Felino, & Menochio.*

103 *Petorum fugatorum, quae in aliena Parochia parturiunt, decima solum debet Parochiae, ex qua sunt fugata.*

104 *Castellano transferente se in aliud Regnum, & post domicilium ibi quaesitũ procreatis filijs, an filij censendi sint exteri, vel Castellani, & quid si procreentur ante domicilium quaesitum.*

Occurrente quaestione an aliquis sit originarius, cui incumbat probatio qualitatum ad originem requisitarum, an ei, qui se dicit regnicolam, an ei, qui dicit illum exterum.

105 *Subtilis obiectio contra propositam doctrinam, & illi satisfit, tradita notabili limitatione, & nu. 106.*

107 *Quando filius nascitur translato patris domicilio in alium locum non dicitur originarius loci domicilij deserti.*

108 *Cùm agitur de legibus, aut statutis admittentibus, aut excludentibus aliquos ad officia, aut honores ex hac qualitate originis, agitur de materia in qua nullius detrimentum versatur, & per consequens ista leges, & statuta benignè, & non rigidè sunt interpretanda.*

109 *Ciues originarij ciuitatis censentur nati in suburbijs, aut vico, vel comitatu ciuitatis.*

110 *Origo non solùm contrahitur natiuitate naturali, sed etiam ciuili vt emancipatione, adoptione, & manumissione.*

111 *Origo etiam contrahitur natiuitate spirituali, vt baptismo.*

112 *An natiuitas, quae facit originarium, communicet omnes effectus originis, & referuntur diuersa sententiae, & earũ fundamentum, & nu. 113. 114. & 115.*

116 *Reijciuntur, & ostenditur originarium semel factum participare omnes effectus originis.*

117 *Ciues absentes à loco originis, an gaudeant priuilegijs, & immunitatibus originis, res fuit controuersa inter quatuor egregios consulentes modernos, Cefalum, & Decianum ex vna parte Rolandum, & Surdum ex altera.*

118 *Satisfit fundamento priorum sententiarum.*

119 *In Regno Castellae est quaedam alia origo anomalà, & irregularis, vt possit quis exercere commercia in Regnis Indiarum.*

120 *An origo possit amitti, & qui senserint posse, varijque dicendi modi, & num. 121. 122. & 123.*

124 *Originem amitti non posse verior sententia.*

Si quis reperiatur mortuus in aliquo loco, & non constet esse aliunde praesumitur inde esse originarium, & ibi habere domicilium vnde originem ducit, & habere originem vbi habitat.

125 *Doctores eam sententiam sequentes referuntur.*

126 *Reijcitur, & impugnatur solutio Afflicti ad text. asserentes originem mutari non posse.*

127 *Originem mutari non posse habendum pro regula. Et an originarij gaudeant priuilegijs loci originis, pendet ex duobus principijs, voluntate, inquam, & potentia disponentis.*

128 *Ad percipiendam voluntatem concedentis priuilegia, vel immunitates inspicienda sunt verba statuti, vel priuilegij.*

Statutũ vel priuilegium ciuitatis extra territorium vires non habet.

129 *Ostenditur ad quem effectum sit vtile examinare, an origo ex translatione domicilij amittatur.*

130 *Originarius cuiusque Regni, & prouinciae etiam si mutet domicilium in aliud Regnum, ratione originis manet subditus Regi Domino suae patriae, & si eum offendat incurret crimen lesae Maiestatis.*

In originarijs Hispanis erga Regem speciale ius est, alijs non commune, ex l. 26. tit. 13. par. 2.

131 *Origo amittitur ipso facto ex proditione patriae vel Regis, cui patria est subdita.*

132 *Ex minoribus delictis in poenam amittit quis originem, ne possit in eius loco ad dignitates, & honores promoueri, vt si quis à Senatu propter turpitudinem remoueatur.*

133 *Propter inobbedientiam, & contumaciam regiorum praeceptorum imponitur poena amissionis originis, & naturalitatis.*

134 *Origo ammittitur, si originarius ex iusta causa renunciauerit origini & ab ea se exemerit, quod hispanè dicitur* desnaturalicarse, *quod facere potest quis in casibus relatis in l. 5. tit. 24. par. 4. Primo, si Rex iniustè insidiaretur vitae vasalli. Secundo, si Rex cum vxore vassalli cõmittat adulterium. Tertiò, si Rex vassalli bona iniustè auferat, & nolit administrare ei iustitiam.*

Rex negligens facere iustitiam potest administratione Regni priuari.

135 *Origo amittitur si quis patriam periclitantem deseruerit.*

136 *Origo amittitur si Ciuitas originis perierit.*

137 *Origo amittitur quoad fauorabilia si quis ei expresiè renunciat, non verò quoad munera, & onera, & in praeiudicium patriae, & nu. 138.*

139 *Origo amittitur per matrimonium, & quatenus.*

140 *Origo amittitur quoad onera per adoptionem senatoriae dignitatis, non quoad honores.*

141 *An origo semel amissa possit recuperari, & quid in Regnis Portugalliae, & Aragoniae.*

142 *In Regno Castellae origo semel amissa non recuperatur, nisi per priuilegium. Caetera inuenies post num. 142.*

QVÆSTIO SECVNDA

De foro originis.

Ad l. 19. tit. 3. lib. 1. Recopilationis.

48 Statuenda est in primis, regula, & conclusio generalis. Ratione originis propriae sortitur quis forum, *leg. 1. in principio, leg. assumptio. 6. § filius, & §§. sequentibus, l. Libertus, 17. § patris, leg. incola, 29. ff. ad municipalem, & de incolis, l. 1. l. origine, l. vltima C. de municipibus, & originarijs, lib. 10. l. 32. vers. la primera,* & ibi Gregorius Lopez *glossa 4. tit. 2. partita 3.* Speculator *lib. 2. tit. de competentis Iudicis aditione §. generaliter, 1. nu. 33. vers. quadragesimus secundus.* Marianus Soccinus *in Rubr. de foro competenti, n. 15. vers. octuagesimo secundo.* Hippolytus de Marsilijs *singul. 404.* Bernardus Diaz *in pract. crim. canon. cap. 8. num. 1.* Farinacius *in prax. crim. q. 7. nu. 1. & n. 9. cum sequen.* Antonius Thesaurus *dec. 90.* Gaspar Antonius Thesaurus *li. 4. quaest. forensium q. 55.* Iosephus Ludouicus *dec. Lucens. 16.* Bellonus *decis. 104. n. 7.* & ordinarij Scribentes in praedictis locis. Cardinalis Tuscus *litera F. conclus. 436.*

49 Dici-

49 Dicitur autem quis originarius multis modis, quorum decem enumerat, *l.1. titul. 20. p.2. & l.2. tit.24.p.tit.4.* ad quas videndus est Gregorius Lopez, & notanda simul, quæ nos inferius afferemus.

50 Amplia primò, prædictam conclusionem, & regulam, vt non solùm sortiatur quis forum in origine propria, sed etiam in paterna. Ita probat text. *in d.l. assumptio, §. filius, ff. ad municip. & de incol. & in l. filios, C. de municip. & origin. lib. 10.* sentit glossa 1. *in l.1. ff. ad municip. & de incol.* Speculator *lib. 2. tit. de compet. Iud. addition. §. 1. num. 33.* Bartolus *in d. §. filius, num. 2. ad finem.* Baldus *in l.1. num. 4.* Salicetus *num. 5. in fin.* Paulus *num. 5. C. de iurisdict. omn. Iud.* glossa *in c.1. verbo, alienigenas, de vsur. in 6.* Panormitanus *in cap. significauit, num. 7. de Parochijs.* Marian. Socc. *in Rub. de foro comp. nu. 15. vers. octuagesimo secundo, in princ.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in artic. de foro originis, nu. 24. cum seqq. ff. de iudicijs.* Boerius *decis. 13. nu. 5.* Afflict. dec. 384. *num. 4.* Rota Romana *diuersorum decis.* 414. 1. *p.* Antonius Faber *lib. 9. Cod. tit. 30. defin.* 24. *nu. 4.* Salcedo *ad practicam Bernardi Diaz, c. 54. nouè edito, nu. 25.* D. Riccius *collect. 925 prope finem, vers. limita tamen.*

51 Amplia secundò, vt non solùm in paterna origine sortiatur quis forum, sed etiam in auita. Nam aui originem sequitur nepos: non autem originem vlteriorum atauorũ, & parentum. Primam partem affirmatiuam istius ampliationis probat textus *in d. l. assumptio, 6. §. Libertini, ibi, item qui ex his nascuntur, & in l. Libertus, 17. §. in adoptiua, ff. ad municip.* & amplectitur Bart. *in d. §. filius, nu. 1.* & ibi Albericus *nu. 1. & 2. & in d. §. in adoptiua.* Marian. Soccin. *in Rubr. de foro comp. num. 15. vers. quid autem.* Laurentius Siluanus *cons. 1. num. 91.* Boerius decis. 13. *nu. 6. & 7.* Barbosa *in d. art. de foro originis, num. 27. & 28.* discedentes à glossa *in d. §. filius.*

52 Secundam verò partem negatiuam probat glossa *in d. l. assumptio, §. filius, verbo, non dom. cilium sequitur, ff. ad municipal. & orig. lib. 10.* quam sequuntur communiter Doctores, eo argumento: Quoniam alioqui si nepos, aut descendens sequeretur originem atauorum, & superiorũ ascendentium oporteret nos quærere agrum Damascenum vbi à multis existimatur creatus Adam primus humanæ naturæ parens, vt refert Augustinus Tornielus *in annalibus sacris, prima mundi ætate, die 6. num. 12.* & tractat Archidiaconus *in cap. illud, num. 4. distinct. 40.*

53 Limita primò, dictam secundam ampliationem, vt nepos ita demum sortiatur forum in origine aui, si viuo eo fit conceptus: secus si conceptus fit eo mortuo. Ratio est, quia conceptus auo mortuo nullo iure cognationis auo iungitur. Ex quo consequens est, vt cùm ex persona sua non admittatur ad bona, & hæreditatem aui non sequatur quoque eius originem: vtpotè radice coniunctionis dissoluta dissoluantur quoque cæteræ colligationes appendices, *§. cum autem quæritur, inst. de hæred. quæ ab intest. def.* Istam limitationem tradit Cynus *in l. 2. num. 2. Cod. de iurisd. omn. Iud.* vbi Albericus *num. 3. in fin.* & inclinant Baldus, & Salicet. tametsi de hac limitatione minùs expressè loquantur ibi. docet *Bart. in d. §. filius, num. 1. in fin.* Ioannes de Platea *in l. filios, num. 2. C. de municip. & origin. lib. 10.* Lucas de Penna *ibi num. 1.* Marian. Soccin. *vbi sup. in d. vers. quid autem.* Surdus cons. 343. *nu. 28. lib. 3.* Barbosa *in d. art. de foro originis, num. 28. & 31.*

54 Limita secundò, dictam secundam ampliationem, vt nepos sortiatur forum in origine aui, eamque tunc sequatur, cùm nascitur in potestate aui: secus si in eius potestate non nascatur. Ita sentit Bart. *in d. l. assumptio, §. filius num. 1. in fin. ff. ad municip.* Ioannes de Platea *in d. l. filios, nu. 2.* Lucas de Penna, *ibi num. 1. in fi. C. de municip. & orig. lib. 10.* quam sententiam, vt indubitatam videtur præsupponere Gregor. Lopez *in d. l. 32. tit. 2. p. 3. glossa 4.* qui ex eo ait hodie apud nos Castellanos ferè locum non habere prædictam secundam ampliationem, quia nepotes legitimi plerumque non nascuntur in potestate auorũ. Quippe cum ex contractu matrimonij cum benedictionibus Ecclesiæ filius liberetur a patria potestate, iuxta *l. 47. Tauri, quæ est l. 8. tit. 1. lib. 5. recopil.* & consequenter filios suos in potestate habeat. Quo fit, vt nepos ex legitimis procreatus nuptijs non cadat in potestatem aui ad similitudinem nepotis concepti ex filio emancipato, *§. illud autem, versic. quod si post emancipationem, Instit. quibus modis ius patriæ potest. soluit.* quam eandem sententiam ex eodem fundamento, iuxta iura Castellæ sequuta est Rota Romana diuersorum *dec. 359. num. 2. 1. p.* Cesar de Grassis *dec. 5. qui filij sint legitimi, aliàs decis. 180.* & Hieronymus Gonzalez *in regulam 8. Cancellariæ, glossa 9. §. 1. numer. 98. & 99.*

55 Sed ab hac limitatione recedit Barbosa *in d. art. de foro originis, num. 30.* expendens aduersus eam tex. *in d. l. Libertus, §. in adoptiua, ff. ad municip.* vbi nepos sequitur originem aui naturalis quantumcunque sit natus in adoptiua familia; quo casu certum est non nasci in potestate aui naturalis, *d. §. illud autem scire, Inst. quib. mod. ius patriæ potest. solui.* Ergo ea tantum ratione nepos sequitur originem auitam, quia est conceptus viuo auo, etiam si extra eius potestatem, & quia adoptio non mutat originem naturalem, *l. ordine, §. ius originis, ff. ad municip. & de incol.* Cuius sententiæ ego quoque ea ratione ductus subscribo.

56 Amplia tertiò, prædictam regulam, & conclusionem principalem, vt ratione originis propriæ, paternæ, vel auitæ, non solùm sortiatur forum ciuis originarius in loco originis, quoad ciuilia, sed etiam quoad criminalia; vt ibi quoad omnia possit conueniri, & Iudex loci originis sit competens, & legitimus, vt in omnibus causis eius originarij sui territorij, & iurisdictionis, possit procedere, de illisque cognoscere. Ita sentiunt Doctores, quos retulimus supra *num. 48.* & nos plenius examinabimus, quod attinet ad cognitionem criminalē inferius agentes de foro delicti ex num. 735.

57 Sub amplia, & declara, prædictam tertiam ampliationem, vt cùm duplex effectus possit considerari huius fori originis: alter vt in eo possit eius originarius vocari ad honores, & munera; alter vt in eo possit in ius vocari, & conueniri de quauis actione cōtra ipsum in iudicium deducta, vt planè desumitur ex glossa *in d. l. assumptio, §. 1. verbo, non domicilium sequitur, ff. ad municipal. & de incol.* & communiter Doctoribus: quicumque forum originis sortitur in aliquo loco, quoad ambos istos effectus forum sortiatur: videlicet vt possit in eo loco vocari ad honores, & munera, item ad iudicium super quauis actione ciuiliter vel accusatione criminaliter intentata.

58 Quoad primam partem istam sub ampliatione probat textus *in l. municeps, 2. & l. ordines, 15. §. ius originis, ff. ad municip. l. 1. C. vbi petantur tutor. vel curat. l. 1. C. de municip. & orig. lib. 10. l. priuilegio, 6. C. de incol. eod. lib.* eamque vt certam præsupponit Siluanus *cons. 1. num. 101. & 102.*

Sed limitanda est prima hæc sub ampliationis pars, vt quod dicitur in loco originis posse quem vocari ad honores, & munera, locum non habeat in eo, qui adeptus est senatoriam dignitatem. Nam ille retinet quidem ius honorum in loco originis; onerum autem redditur immunis. Quod notauit Oldradus *cons. 169. nu. 1. vers. fallit tamen.* Rebuffus *tract. de Consiliarijs Regum, nu. 28.* Tuscus litera

litera D. concl. 595. num. 4. quod probat textus in d. l. municeps, in princip.

59 Quoad secundam partem probatur, ex l. incola, 29. ff. ad municipal. iuncta glossa penult. ibi. & in l. 1. verbo muneribus, C. de municip. & orig. lib. 10. & in d. l. heres absens, verbo, debebit, in §. proinde, ff. de iudic. vbi notant communiter Scribentes, apud nos est textus in l. 32. tit. 2. p. 3. vers. la primera. vbi expendit Gregorius glossa 4. tradit Bartolus in d. l. assumptio, §. filius, nu. 2. ff. ad municip. omnino videndus, quia doctissima distinctione, vt solet complectitur omnes casus. Albericus ibid. num. 6. Baldus in l. vlt. num. 2. C. si à non compet. Iud. Alex. in l. cum quadam puella, 19. in princ. num. 5 Decius num. 5. ff. de iurisd. omn. Iud. Marianus in Rub. de foro compet. num. 15. vers. octuagesimo secundo. Quæ eadem fuit sententia Cyni in l. iuris ordinem, 2. num. 3. Alberic. num. 4. Baldi num. 4. Saliceti num. 6. Pauli num. 5. C. de iurisdict. om. iud. quam sequitur Lucas de Penna in d. l. filios, num. 1. C. de municip. & orig. lib. 10. vbi per omnia assentitur distinctioni Bartoli. Boerius, decis. 13. num. 13. Antonius Faber lib. 9. Cod. tit. 30. definitione, 24. ante nu. 12. Crauetta cons. 441 num. 4. vol. 3. Caldas in consilio pro D. Ioanne de Tassis, nu. 9. post repet. l. si curatorem, Barbosa in d. l. heres absens, §. proinde, in art. de foro originis, ex num. 24. ff. de iudicijs. Bellonus decis. 104. num. 7.

60 Sed contrariam sententiam, imò in foro originis non posse originarium conueniri ciuiliter, vel criminaliter; sed dumtaxat vocari ad honores, & munera, asseruit glossa in d. l. assumptio, 6. §. filius, verbo, non domicilium sequitur. Azo, in summa, C. de iurisdict. omn. Iud. num. 28. Hostiensis in summa de foro compet. num. 6. Speculator lib. 2. tit. de competentis Iudicis aditione, §. 1. num. 34. Iacobus Rebuffus in l. 1. num. 3. C. de municip. & orig. lib. 10.

Barbosa autem vbi supra, num. 35. quamuis agnoscat, de iure communi receptissimum esse, quod originarius ita sortiatur forum in loco originis, vt ibi conueniri possit ciuiliter, & criminaliter, tamen credit consuetudine obtentum esse, vt in foro originis propriæ, vel paternæ non sortiatur quis forum, vt possit ibi conueniri. Adducit pro confirmatione suæ sententiæ, l. 15. tit. 1. partita 7. & ibi Gregorium glossa vlt. & eius consuetudinis testem Thesaurum dec. 90. ad fin.

61 Nihilominus non est recedendum à priori sententia, quæ verior est, & communior. Nam glossa, & alij, qui ab ea recesserunt nihil adducunt, quo suam sententiam confirment, & vt ingenuè dicam loquuntur ex capite. Tantum autem valere debet auctoritas humana, quantum valet ratio: vt desumitur ex textu in cap. ego solis, cum alijs, distinct. 9. notant Mascardus de probation. conclus. 843. glossæ auctoritas num. 15. vol. 2. Simon de Pretis de interpretatione vltimar. volunt. in præmio nu. 15. Tuscus litera A. conclus. 490. num. 2. Salon de Paz in l. 1. Tauri, num. 628. cum seqq.

62 Neque obstant, quæ adducit Barbosa, cuius sententia, quod attinet ad consuetudinem illam iudicio meo, vt doctissimi viri pace dicam, fide caret. Nam illa, l. 15. tit. 1. p. 7. de consuetudine nullum habet verbum. Cùm verò significat nullum Iudicem posse cognoscere de delicto, nisi Iudicem loci delicti commissi, vel domicilij, vel loci, vbi reus habet maiorem partem fortunarum suarũ, vel prorogatæ iurisdictionis, præter quam si reus sit vagabundus qui in quocumque loco, in quo inuentus fuerit, potest accusari: debet ita explicari, vt conueniat cum l. 32. tit. 2. p. 3. vers. la primera, & cum iure communi. Nam leges partitarum, numquam censeri debent ius commune corrigere, nisi cùm id exprimunt, vt obseruat Gregorius Lop. insignis earumdem commentator, in l. 9. tit. 13. p. 6. glossa 3. per textum ibi, qui est notatu dignus, & in l. 10. tit. 5. ead. par. 6. glossa 10. Couarr. lib. 1. variar. c. 14. num. 5. & de matrimonio, 2. p. c. 7. §. 7. num. 4. Peralta in l. si quis, in princip. testamenti, num. 38. ff. de leg. 3. Pelaez de maioratib. 1. p. q. 1 num. 74. in noua impressione, num. 277. & sequent. Salon de Paz in l. 1. Tauri, n. 571. cum sequent. Guttierez lib. 3. pract. q. 29. num. 6. Amesqua de potestate in se ipsum, lib. 1. c. 23. n. 39. Carrasco ad nouam recopilationem, c. 8. num. 91. Igitur vel interpretemur, cùm lex agit de loco, in quo reus habet domicilium, sub domicilio comprehendisse domiciliũ originis, & habitationis, vel non meminisse loci originis (quod satis est verisimile) quia in eo rebus absens conueniri, aut accusari non potest, vt inferius dicemus. Gregorius autem in illa glossa vltima locum originis omisit, quoniam paulò ante in glossa 5. de illo egerat referens opiniones Doctorum circa potestatem Iudicis loci originis, quo ad delicti punitionem. Tandem, quod attinet ad decis. 90. Antonij Thesauri, non inuenio, quid in ea dicatur de fideli consuetudine, imò verò ibi agit de comparatione fori originis cum foro delicti, & in criminalibus forum delicti foro originis præfert, relatis opinionibus Doctorum de hac re, & concludit, cùm territoria sunt sub vno Principe, Iudicem originis, cogendum a superiore, vt reum remittat ad locum delicti, quæ omnia nihil faciunt pro Barbosa. Sed tametsi testaretur de ea consuetudine fidem non faceret apud nos. Nam Doctori attestanti de consuetudine solùm creditur quoad suam patriam, aut Curiam, & locum, in quibus versatus est, non quoad alios, vt obseruarunt Rodericus Suarez in proœmio legum fori, num. 17. in fin. Ioannes Lupus in Rub. §. 21. nu. 1. de donat. inter. Anton. Gabriel lib. 1. communium, tit. de probation. conclus. 4. num. 3. Mascardus de probation. conclus. 426. nu. 19. & conclus. 529. num. 6. vol. 1. Tuscus litera D. conclus. 558. num. 15. & seqq. tomo 2. cum plurimis omissis. Vt omittamus, item communem esse opinionem, Doctori attestanti de consuetudine fidem habendam non esse. An verò possit Iudex originis punire originarium, & aduersus ipsum procedere ob delicta extra locum originis commissa, quod ad hunc locum pertinere videbatur, tractabimus inferius in quæstione de foro delicti, 7. num. 735. cum seqq.

63 Limita nunc primam regulam, & conclusionem principalem propositam, vt non possit originarius conueniri in loco originis, nisi ibi inueniatur, nam necessaria est in loco originis præsentia rei, vt aduersus ipsum procedi possit: & quod consequens est, Iudex originis non est legitimus, & competens ad procedendum aduersus absenté. Ita sentit glossa vltima, in verbo muneribus, in d. l. 1. C. de munic. & orig. lib. 10. Bartolus in l. assumptio §. filius, num. 2. in fin. ff. ad munic. & de incol. Baldus in Rubrica, num. 1. in fin. C. si à non compet. Iudice. Angelus in d. l. hæres absens, §. si quis tutelam, num. 4. & 14. ff. de iudicijs. Paulus Castrens. ibi nu. 8. & in l. 2. nu. 6. C. de iurisd. omn. Iud. Alexan. in l. cum quadam puella, 19. in princ. num. 5. ff. de iurisd. omn. Iud. vbi Decius num. 5. dicit communem. Panormitan. in c. significauit, num. 6. de Parochijs. Felynus in c. vlt. num. 24. in princ. de foro compet. idem Decius in c. 1. 1. lectura, num. 158. & 159. de iudicijs. Ripa ibi, num. 64. vers. quarto amplia. Alciatus n. 33. Barbosa in l. 2. §. legatis, nu. 7. ff. de iudicijs, & in d. l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro originis, num. 37. Lucas de Penna in l. filios num. 1. C. de municip. & orig. lib. 10. Franciscus Aretin. in l. cum specialis, penult. nu. 1. C. de iudicijs. Afflict. dec. 384. num. 6. Gail obseruat. pract. lib. 2. obseruat. 36. num. 11. Tuscus littera D. conclus. 592. num. 15. & littera F. conclus. 537. num. 12. tomo 4. Bellonus dicta decis. 104. num. 7.

Ber-

Bernardus Diaz *in pract. crim. canon. c. 8. num. 1. in fin.* apud nos probat textus expressus in *l. 3. 2. tit. 2. p. 3.* & ibi notat Gregorius Lopez *glossa 5.* Ex quo credendum est falli Marianum Socinum cum *in Rubr. de foro compet. num. 15. vers. conclude igitur,* existimauit quemlibet posse in origine propria conueniri, etiam si ibi non reperiatur, nam præterquam quod eius opinio est singularis, eam nullo fundamento confirmat.

64 Sublimita præcedentem limitationem, vt in loco originis possit originarius, quamuis absens, & ibi non inuentus, promoueri ad honores, & vocari ad munera, quæ absentibus etiam conferuntur, & indicuntur, *cap. si tibi absenti, 17. de præbend. in 6.* Tuscus *litera A. conclus. 39. lit. B. conclus. 85. & litera C. conclus. 433.* quibus nihilominus fungi compellendus erit. Notat Franciscus Aretin. *in d. l. cum specialis, penult. num. 1. C. de iudicijs.* & Petrus Barbosa *in d. art. de foro originis, num. 38.* Atque si in eum sensum accipiatur sententia Mariani Socini proximè relati, vera erit. Aretinus pro hac sublimitatione refert Speculatorem, apud quem tamen eam non inueni. Verùm eam planè probat textus *in l. 1. C. de municip. & orig. lib. 10.* vbi glossa vltima. Item glossa *in l. ciues, verbo, allectio, C. de incolis, eod. lib.* item glossa vltima *in l. in adoptionem, & l. 1. C. de adoptionib.* quatenus præsupponunt posse, quem in duabus ciuitatibus simul vocari ad munera, cùm tamen simul non possit in duabus ciuitatibus præsens esse. Appositissimi exempli absentis promoti meminit Cassenæus *in cathalogo gloriæ mundi, 10. p. considerat. 4. §. non erant inter alios omittendi.* vbi refert Adrianum de Traiecto ob eius eminentem scientiam, & virtutem, licet numquam fuisset Romæ visus, nec cognitus à Cardinalibus, fuisse electum Romanum Pontificem, quo tempore erat in Hispania, quod eodem modo retulit in eius vita Onuphrius Panuinus *in additionibus ad Platinam de vitis Pontificum.* Cùm verò Iudex originis compulsurus fuerit absentem ad subeundos honores, vel munera, iuxta *l. si quis Magistratus, 9. ff. de muner. & honor.* & notata à Ioanne de Platea *in l. ex omnibus, 31. per textum ibi. C. de Decurionibus, & filijs eorum, lib. 10.* Alexand. *in l. libertas, 36. ex num. 4. ff. solut. matrim. & in additione ad Bart. in l. munerum, §. iudicandi, verb. tabellio compellitur, ff. de muner. & honor.* Auendano *de exequend. mandat. 1. p. c. 19. num. 24.* Bouadilla *lib. 1. politica, cap. 15. num. 42. cum seqq.* Farinac. *in praxi crim. q. 78. num. 5. vol. 2.* id faciet missis requisitorijs literis ad Iudicem loci domicilij, vbi inhabitat is, qui ad honores, vel munera in sua origine vocatur, quibus petat, vt eum ad se remittat iniūctō munere functurum. Hic est enim vnus ex casibus, in quibus in ciuilibus remissio locum habet, cùm regula sit in contrarium, argum. *l. 1. & 2. C. vbi quis de curiali, vel cohortali.* & eorum, quæ notant Marianus Socin. *in cap. dilecti filij, n. 43. de foro compet.* Bartholom. Socin. *litera R. regula 5. septima fallent. aliàs est regula 416.* Bernardus Diaz *regula 642. fallentia 6. &* ante omnes Angelus *in d. l. hæres absens. §. si quis tutelam, num. 4. ff. de iudicijs.* Alioqui non poterit extra territorium vti remedijs iuris, quibus quis est compellendus, *l. vlt. ff. de iurisd. omn. Iud.* iuxta dicta superius hac eadē disputatione ex num. 25. & 26.

65 Limita secundò, principalem conclusionem, & regulā, vt mulieri nuptæ in propria origine, & patria munera iniungi non possint, neque ibi possit conueniri, *l. vlt. §. item rescripserunt mulierem, ff. ad municip. & de incol. l. vnica, C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. l. vlt. C. de incol. eod. lib.* Rationem huius limitationis reddunt multi, nec inferioris notæ Doctores, quoniam ita vxor transit in domicilium mariti, vt videatur ciuilitatem, & originem in effectu amisisse, & ex consequenti mutasse forum originis: esque iste casus specialis, in quo amittitur origo, cū regulariter amitti nequeat, vt inferius dicendum est. Ita Bart. *in d. §. item rescripserunt mulierem, num. 4. & in l. cùm quædam in princ. nu. 2. ff. de iurisd. omn. Iud.* & ibi Decius *num. 6.* Iaso. *nu. 1. cum seqq.* Soc. *num. 2. & 3.* Baldus *in l. 2. num. 4. in fin. C. de iurisd. omn. Iud.* Marianus Socin. *in Rubr. num. 13. & in c. vlt. num. 52. vers. aduerte etiam, de foro comp.* Paul. Castren. *cons. 89. num. 2. 2. p.* Tiraquel. *in leges connubial. glossa 1. p. 1. nu. 30.* Bossius *tit. de foro comp. num. 34. in fin.* Thesaur. *decis. 123. ex num. 9. & num. 12.* Dueñas *regula 377.* cum alijs, quos refert Surd. *dec. 330. num. 16.*

66 Verùm hæc ratio sano modo intelligenda est, verius est enim, mulierem nubendo propriam originem non amittere, quæ amitti non potest *l. assumptio, 6. in princ. ff. ad municip. l. origine,* & ibi Bart. *Cod. de municip. & orig. lib. 10.* Sed effectus fori originis per matrimonium suspendi, & eatenus liberari mulierem ab honoribus, & muneribus, & foro propriæ originis, quatenus auocaretur propter illa à seruitio, & cohabitatione viri, alijs autem effectibus, & oneribus procedentibus ab origine remanere obnoxiā vt se ipsum explicans notat ipse Bart. *in d. §. item rescripserunt mulierem, num. 5. & in l. vnica, num. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10.* sequitur Alex. *cons. 100. num. 1. lib. 3.* Iaso *in l. si arrogator, num. 44. in fin. ff. de adoption.* & relati à Thesauro *d. dec. 123. num. 1.* Marianus, & Decius vbi supra, idem Decius *in l. 1. num. 17. C. vnde vir. & vxor.* Ioann. de Platea *in l. origine, num. 1. C. de municip. & orig. lib. 10.* Mandelus Albensis *cons. 23. num. 10. & 11.* Franchis *dec. 416. num. 2. 4. & sequent. & dec. 546. num. 19. & 20. & nu. 29. 30. & 31.* Tiraquell. vbi supra *num. 30. & 37.* Beccius *con. 149. num. 26. & 27. lib. 2.* Greg. Lop. *in d. l. 32. tit. 2. p. 3. gl. 7.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in art. de for. orig. n. 41. & 42. ff. de iudic.*

67 Huc pertinet enodatio celebris illius dubitationis quis sit censendus ciuis originarius alicuius Ciuitatis, aut etiā Prouinciæ vel Regni. Quæ neque apud veteres, neque apud recentiores facilem habuit expeditionem, cùm sic difficile explicatu, ex quo contrahatur ratio ista originis, à qua quis originarius dicitur.

68 Est autem eius examen cum primis vtile, & necessariū propter frequentiam legum, statutorum, & priuilegiorum, quæ originarios admittunt ad officia, vel beneficia; aut immunitates, à quibus excludunt exteros, & alienigenas à Ciuitate, Diœcesi, vel Regno, quædam item prohibentur originarijs, quæ exteris, & alienigenis permittuntur. Apponamus exempla, quò magis quæstionis vtilitatem commendemus. Iure communi prohibitum est ijs, qui officium in aliqua Prouincia administrant, inde oriundam vxorem ducere, *l. si quis officium, 38. in princ. ff. de ritu nuptiarum, l. 2. tit. 14. p. 4.* Item & matrimonijs filiorū consentire *d. l. qui in Prouincia 57. in princ. ff. eod. tit.* & iuxta ea iura in regijs rescriptis, & ordinationibus Indiarum interdictum est Præsidibus, & Auditoribus regiorum auditoriorum, quæ sunt in illis Prouincijs, ne ipsi, aut filij, filiæue eorum, matrimonium contrahant cum subditis iurisdictioni eius auditorij, in quo ipsi officium exercent, sub pœna priuationis officij ipso iure. Item *in l. 4. tit. 6. lib. 3. recopil.* prohibitum est, ne correctores Regni habeant vicarios, aut apparitores domiciliarios, aut originarios locorum suæ iurisdictionis. Item originarijs quorumdam locorum Regni Granatensis, & aliarum Ciuitatum Regni, concessa est immunitas à gabellis rerum sui laboris, & cultus, hispanè dicimus, *labranza, y crianza,* ex priuilegijs regijs vsu comprobatis. Item *in leg. 14. & seqq. vsque ad*

ad 23. inclusiuè, tit. 3. lib. 1. recop. statutum est, ne officia, aut beneficia Regni Castellæ exteris, seù alienigenis conferãtur. Idem *in l. 2, tit. 3. lib, 7. recop.* continetur, *& in l, 1. tit. 4. eod. lib.* annotauit Borrellus *de Regis Cathol. præstantia, c. 51. num. 1, & 2.* post Couar. *pract. c. 35. num. 5.* Item *in l, 5. tit. 2, & l. 1. tit. 3. eod. lib. 7,* statuitur, ne officia Decurionatus conferantur a Rege, nisi originarijs Ciuitatis, cuius fuerit Decurionatus in ea habitantibus, aut domiciliarijs earum, vt expendit Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, num. 369. cum seqq.* Quæ iura, priuilegia, & constitutiones sine explicatione huius difficultatis intelligi non possunt. Item in Episcopatibus Burgensi, Placentino, & Calagurritano, consuetudine obtentum est, vt beneficia sint patrimonialia, & ad ea dumtaxat admittantur earum Diœcesum originarij. Quam consuetudinem confirmatam esse priuilegijs Apostolicis testatur, *l. 21. tit. 3, lib. 1, recop.* eamque per omnia obseruari iubet, Eamdem consuetudinem seruari in Regno Granatensi autor est Pelaez de maioritatib. *1. 1. p. q. 51. num. 28. in noua impressione, num. 288. cum seqq.*

69 Eadem consuetudo introducta virtute indulti Apostolici impetrati, vt fert traditio, ab insigni viro Cardinali D. Gabriele Merino Episcopo Giennensi, viget, & inuiolabiliter obseruatur in Episcopatu Giennensi, cuius originarius erat Cardinalis, quoad beneficia curata, quæ ibi vocantur prioratus. In quorum institutione, & collatione seruatur decretum Concilij Trident. *sess. 24. decr. de reformat. c. 18.* nam quolibet vacante, per edicta publica vocãtur, qui examinari volunt, & adeptioni beneficij se opponere. Iuxta indultum verò Apostolicum prædictum moribus confirmatum, qualitates cuiuslibet oppositoris esse debent, vt in primis sit originarius illius diœcesis, deinde insignitus cum minimum gradu Bacalaureatus in Theologia, vel iure canonico in Vniuersitate approbata.

70 Obseruantiæ autem eius consuetudinis ego sum oculatus testis, quoniã in ea Diœcesi sita est Baeza patria mea, multis nominibus inter Bæticas ciuitates insignis. Quòd tempore Regni Gothorum fuerit ciuitas Episcopalis, & caput diœcesis, vt enumerans diuisionem Episcopatuum Hispaniæ, tempore Regis Vuambæ, circa annum Christi sescentesimum octuagesimum, refert diligentissimus, & eruditissimus historicus Ioannes Mariana *in historia hispana, lib. 6. cap. 15.* & ex ijs, quæ idem *c. 16.* dicit accepisse se à Rasis Arabe, colligitur à tempore Constantini Magno fuisse etiam caput diœcesis, & Episcopalem Ciuitatem, quod antiquitatem, & nobilitatem eius arguit. Quòd prima ex Bæticis ciuitatibus fuerit ab Arabibus recuperata, circa annum Christi millesimum centesimum quadragesimum sextum, tempore Regis Alfonsi Septimi, vulgò dicti Imperatoris, vt refert idem Mariana *lib. 10. historia, c. 18.* Stephanus Garibai *lib. 12. compendij historialis Hispaniæ cap. 6.* Hieronymus Zurita *lib. 2. Annalium Regni Aragoniæ cap. 6.* ac breui amissa, iterum recuperata ab eodem Rege anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo septimo, ex eodem Mariana *lib. 11. cap. 4.* Garibai vbi supra, *c. 9.* Zurita *eod. lib. 2. c. 18.* tandem post iterum amissam, iterum à Rege Alphonso Octauo recuperata, circa annum Christi millesimum ducentesimum duodecimum, celeberrimo, ac miraculoso prælio conserto cum Arabũ Rege, in saltu Marianorum montium, quem vulgariter appellamus *las nauas de Tolosa.* quod huc vsque celebrat Ecclesia Hispana sub nomine triumphi Crucis decimasexta die Iulij, quæ idem Ioannes Mariana refert *lib. 11. historiæ, cap. 24. & 25.* Garibai *d. lib. 12. cap. 33.* Zurita *d. lib. 2. c. 61.*

71 Quòd tamquam Bæticæ præcipua, & capitalis Ciuitas nomen totius Prouinciæ sibi arrogauerit. Baetia enim à Bætica non differt, nisi solutione diphtongi: vt tam ingeniosè, & acutè, quàm verò similiter expendit Illustrissimus nobilitate sanguinis; non minus illustris doctrina, eruditione, scripturæ sacræ peritia, gratia sermonis, & sanctitate vitæ, morumque suauitate, numquam satis laudatus D. Sanctius de Auila, & Toledo Carthaginensis, Giennensis, Seguntinus, tandem Placentinus Episcopus, patruus Marchionis de Velada, qui nunc viuit, in sermone prædicato in sua Cathedrali Ecclesia Baecensi in festiuitate anniuersaria Ciuitatis in gratiarum actionem suæ recuperationis. Quem honoris causa nominaui; contentus eius laudes breuiter perstrinxisse, quas ne longo quidem sermone referre possem, in signum grati animi erga benemeritissimum patronum. Quòd par sit ciuium nobilitas, Ciuitatis antiquitati, qua nulli Bæticarum inferior, superior plurimis, paucissimas pares recognoscit. Quòd ex illa insignes viri in bello, & pace, fortitudine, & literis prodierint: cuius rei testes sunt, quotquot fuerunt exercitus Hispanorum Regum, apud Belgas, Gallos, Germanos, Hungaros, Italos, & Arabes; testes item florentissimæ huius

72 Regni Academiæ. Quod habeat florentissimam Academiam, quæ si auditorum numero quibusdam impar est, qualitate, & sufficientia nulli inferior, superior pluribus. Quam instituit, ac fundauit Apostolicus ille vir, & immortali dignus memoria Magister Ioannes Auila euangelicus præco post Apostolos nulli secundus, de cuius canonizatione dum hæc scribo, agitur in hac regia Curia, instantibus pijs quibusdam Sacerdotibus, vtinam consequantur, quod procurant, qui colatur ab vniuersa Ecclesia sanctissimus homo. Ille quosdam ex discipulis suis Baezam aduocauit, vt iaceret fundamenta illius Academiæ. Inter quos Bernardinum Carneuarium patruum meum collegam tunc Imperialis, & Regij Granatensis Collegij, addictissimum sibi, singularem virum ingenio, doctrina, exemplo, vt taceam ortum ex antiqua, patritia, & nobili familia Carneualiorum, ab Insobria, seù Mediolano Longobardiæ Metropoli originem ducente, in eaque Prouincia satis frequenti, ac nota. Qui primus fuit eius Academiæ ingenuarum artium Magister, & Theologiæ Sacræ Doctor, & Professor, & per triginta, & amplius annos Scripturæ Sacræ celeberrimus, & peritissimus Interpres: vnusque ex duobus eius Academiæ patronis, & administratoribus, ad quos pertinet iam inde ab institutione, ex Apostolicis priuilegijs, professorum omnium nominatio, & electio, salariorum designatio, & nominatio Cancellarij, qui gradus conferat, vt post lõgam litem cum scholastico Giennensi decisum extat apud Rotam diuersorum *decis. 503. p. 1.* quæ est apud Cæsarem de Grassis *decis. 13.* seù *2. de electione.* vt omittam multos alios eius Academiæ illustres, & gloriosos filios, redolentes spiritum institutorum suorum, & mores, excellentesque ingenio, & doctrina, tùm nostra, tùm superiore ætate, quos

74 recensere longum esset. In ea Academia ego publicè ingenuas artes bis sum professus. Primum, à decima die Septembris anni 1594. vigesimo ætatis meæ incipiente, suasu, & patrocinio egregij illius, celeberrimique & omni æuo memorandi viri D. Francisci Sarmiento Episcopi Giennensis, non minus vitæ sanctitate, candoreque animi, quam ingenio, & doctrina, omnigenaque iurium, & sacræ Theologiæ eruditione insignis. Cuius memoriæ plurimum me debere recognoscam, dum vixero, eo quòd dum dixit, magno me amore, & fauore fuerit prosequutus. Secundo, ab eadem die decima Septembris reuoluta anni 1600. cum magno Doctorum hominum, tùm pa-

triæ

triæ ipsius meæ, tùm totius Prouinciæ applausu, & approbatione. Habuique discipulos, qui in potioribus huius Regni Academijs Salmaticensi, & Complutensi fuerunt probatissimi Magistri: atque non semel inuitatus à Patronis, vt Sacram Theologiam docerem, fecissem quidem id, nisi nescio, quo impulsu, iuris ciuilis professio me à prioribus meis studijs auocans à priori via, & cursu depulsum ad se attraxisset, cui vt incumberem, patriam relinquere, & Salmanticam adire oportuit: vbi sub doctissimis præceptoribus, ei facultati dedi operam, donec peractis consuetis annorum curriculis, studijs eius finem imposui. Ita tamen ad disciplinæ nouæ studium traduxi animum, ne per eam priores in obliuionem venirent: neque enim decebat, sic induere ciuile ius, vt exuerem Theologiam Sacrã, & ingenuas artes, politioresque literas, in quibus à primis annis fueram educatus, imbutusque ab ineunte ætate.

75 Nolim autem videri reprehensione dignus, quod ad Patriæ meæ, & Academiæ, in qua educatus sum laudes diuerterim: à qua me excusat tùm Vlpiani exemplum, qui quasi quæsita occasione patriam suam eximijs ornauit laudibus, *in l. 1. in prin. ff. de censib.* tum quòd quis nec sibi, nec parentibus solùm, sed patriæ etiam, & Reipublicæ suæ nascitur, *l. 1. §. & generaliter, in fin. ff. de ventre in poss. mitten.* & testatur Plato *lib. 36. Epistola 9.* quam commemorasse, & eius laudes taticuisse, sine ingrati animi nota non potuissem: aut quod mei commendationem inseruerim, Astydamæ in modum, iuxta vetus prouerbium, contra præceptum Sapientis, *Prouerb. 27. nu. 2. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.* Sed nonne Beatus Iob suas laudes prolixè enumerauit, imò & amplis exagerauit verbis, *c. 29. 30. & 31.* Nonne sanctus Rex Ezechias, *Isaiæ 38. num. 3.* Denique & sanctus Paulus *2. Corinth. c. 11. & 12. & 2. ad Thimot. 4.* ? Nonne & Iustinianus Imperator (vt ad eum descendam) commendauit se amplissimis verbis, *in l. vnica, C. de nouo Cod. faciendo*, & ex eo loco notauit Bald. *ibi, num. 9.* & Albericus *num. 6. & 7.* & Orosc ius *in l. obseruare, 4. nu. 10. ff. de officio Proconf. & Leg.* Cassenæus *in cathalogo gloria mundi 1. p. consider. 59.* commendationem sui licitam quandoque esse? Id certum est, licere, & indecentem non esse commendationem sui, laboribus, & infortunijs oppresso homini, dùm collapsum inter aduersa ad spem animum reformat, ex doctissimi, & sanctissimi Gregorij doctrina, in præfatione expositionis libri Iob *cap. 3. circa fin*, quem sequutus est D. Thom. *opusc. 19. cap. 13.* & D. Antoninus *2. p. summa, tit. 4. cap. 4. §. 2.* Sed & ignoscendum est, si qua sit culpa ei, qui cum ab alijs commendari possit, & debeat, commendatio ab ipso expectatur, dicente Paulo, *2. Chorint. 12. num. 11. Factus sum insipiens, vos me coegistis, ego enim à vobis debui commendari.* Quod acutè & cum iudicio expendit Salazar *in prouerb. d. c. 27. num. 12.* Cogit autem me fortuna minus prospera, quam qua labores, & prolixa studia mea digna iudicarunt, quicumque me nouerunt, mei, studiorumque meorum rationem reddere ijs, qui me viderunt in inferiore multo loco, quam vmquam testes laborum, & studiorum meorum fuerint. Delata sit hæc meæ fortunæ ad posteritatem querimonia.

76 Eius verò difficultatis resolutio (vt ad me reddeam vnde sum digressus) quam examinandam suscepi, præsupponit resolutionem alterius prioris. Antequam enim explicetur, quis sit censendus ciuis originarius cuiusuis ciuitatis, declarandum est, quid sit esse ciuem, & in quo consistat ciuilitas. Nemo enim originarius ciuis esse potest, quin sit ciuis.

77 Qua in re Aristoteles *lib. 3. de Republica, c. 1. & 2.* diffinit ciuem esse eum, qui in ciuitate aliqua potestatis iudicandi, & Magistratus particeps sit. Idest qui ad honores in Republica admittitur, & publicorum munerum est capax. Hoc verò desumsit, vt multa etiam alia tacito autore ex Platone *dialogo 6. de legibus*, pau ò post medium. *Nam qui à iudicandi* (inquit) *potestate omnino repellitur is à ciuitate se prorsus existimat alienum.* Idem videtur docuisse Vlpian. *in l. 1. §. 1. ff. ad municip. & de incol.* vbi ait. *Et propriè quidem municipes appellantur muneris participes recepti in ciuitate, vt munera nobis cum facerent.* nisi quod Plato, & Aristoteles, magis ad honores, Vlpianus, magis ad munera respexit. Quod nomen generaliùs est, communeque honoribus, & oneribus *l. munus tribus, 18. l. munus, 214. l. pupillus, 239. §. munus, ff. de verb. signif.* & Alciatus, & Rebuff. ad hæc loca notarunt, *l. 1. cum seqq. ff. de muner. & honor.* Vuesembecius *in paratitla cod. tit.* Caluinus *in lexico, verbo, munera, & verb. munus.* Eandem sententiam sequutus est Baldus *in l. si non speciali, 9. num. 6. C. de testam.* vbi ait. *Ciues muneribus, & honoribus cognosci, eos autem, qui nõ participant in publicis honoribus, non dici propriè ciues, quia non tractantur vt ciues in eo, quod est supremum, & maximũ ciuilitatis argumentum, vt in l. quidam cum filium, 132. ff. de verb. oblig.* Eum sequuti sunt hæc eius verba referentes Afflict. *dec. 384. num. 7.* & Gramaticus *consi. ciuili 5. nu. 10.* in eadem sententia fuit Petrus Gregorius *lib. 4. de Republica, cap. 4. num. 22. vers. incola, in fin.* vbi ait, incolam differre à ciue, quod capax non sit priuilegiorum ciuitatis, quamuis in ea habitet, nisi ei concedatur, & fiat ciuis, *& in vers. ciues.* Aristotelem sequitur quoque Adamus Contzen *lib. 1. politicorum, c. 4. §. 3.* Quibus consonant, quæ tradit Tuscus *litera C. conclus. 276. tomo 1.* & Laurentius Siluanus *cons. 1. num. 101. & seqq. & 107. & seqq.* Quæ eadem sententia Platonis, & Aristotelis censenda est antiquissima gentium traditio: quod ego colligo ex Genesis *c. 19. n. 9.* vbi cum Loth sodomitas reprehendisset, quòd hospitibus suis vim inferre conarentur contra ius, fasque, vt eorum animum à nefanda nequitia diuerteret obtulisset filias suas virgines, cum quibus congrederentur, responderunt nequissimi homines. *Ingressus es, vt aduena: numquid vt Iudices?* Quasi dicerent, cur tu, qui aduena es apud nos, & quod est consequens, incapax muneris iudicandi, Iudicem agit, & iudicandi officium vsurpas? Significauerunt planè, aduenam Iudicem esse non potuisse.

78 Illud opcimè notauit Aristot. *lib. 3. de Republica, d. c. 1.* ciuilitatem differre à subiectione Magistratus, quoad iudicia. Non enim soli ciues subijciuntur iudicio publici Magistratus cuiusque ciuitatis, sed multi etiam alij, in quos nomen, & ratio ciuis non cadit. Nam sæpenumero exteri, & aduenæ contrahentes in ciuitate in iudicium vocari possunt apud eius Iudicem, quippè cum ex contractu forum sortiantur (vt inferius latiùs dicemus) nihilominus non quod iudicij passiui participes sint, vocandi erũt ciues, sed ex participatione iudicij actiua, idest quod iudicandi munus participare possint, ex eo enim differunt ciues ab aduenis, vt ex dictis deducitur.

79 Verùm hæc ciuis deffinitio non vsquequaque perfecta est, & absoluta, tum quia Rerumplicarum variæ sunt species, & formæ, in quibus ciues non vno modo ad honores admittuntur, quod idem Aristoteles aduertit *d. c. 1.* tum quod non videatur omnes ciues comprehendere, quippè cum ætate minores ad honores non admittuntur, *l. ad Rẽpublicam, 8. ff. de muner. & honor.* nihilominus negari non potest quin sint ciues. Sunt item in ciuitatibus, & Prouincijs statuta diuersa de ijs, qui ad honores sunt admittendi: ex quibus non omnibus ciuibus deferuntur honores,

res,

res, sed quidam admittuntur quidam excluduntur. Plerumque enim admittuntur soli originarij ad honores, & officia, vt contingere in nostro Regno diximus num. 68. supra: plerùmque etiam excluduntur originarij, vt ibidē diximus, cum tamen fatendum sit, non solos originarios esse ciues. Quo fieri videtur, vt non consistat ciuilitas in participatione honorum, & Magistratuum. Ex quo rursus fit, vt videatur deffinitio Vlpiani præferenda deffinitioni Aristotelis, quòd magis in ea onerum, quam honorum rationem habuerit, frequentius verò ciues participes sunt oneris, quam honoris, cum multis, qui ab honoribus arcentur, onera, neque pauca, neque leuia imponātur. Quam verò id sit æqum aliorum esto iudicium: certè & Plato, & Aristoteles, nullum ciuem ab honoribus Reipublicæ arcendum existimarunt, si munera publica sustinere debet.

80 Igitur crederem rectius deffiniri ciuem, vt distinguitur ab extero, & aduena, si dicamus, ciuem esse, qui in ciuitate, vel municipio domicilium contraxit. Nam contracto domicilio incipit quis esse capax publicorum munerum, & honorum, nisi aliquo statuto specialem aliā qualitatem, præter domicilium, requirente prohibeatur, & definit esse, & iudicari exterus, & alienigena. Id videtur docuisse Alexand. *cons.* 16. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 5. Socinus *cons.* 129. *n.* 3. *vol.* 1. Paris. *cons.* 53. *n.* 88. *p.* 3. Siluan. *cons.* 1. *n.* 90. *& seqq. & n.* 107. *& seqq.* Bossius *tit. de foro comp. nu.* 30. Card. Tuscus *lit. C. conclus.* 274. *n.* 37. *& conclus.* 275. *n.* 14. *& sequentibus*. Collega noster doctissimus, & integerrimus Consiliar. Scipio Rouitus, post hæc scripta visus, *in pragmat.* 1. *de immunitate Neapolitanorum, num.* 9. faciunt, quæ latè tradit Cæphalus *cons.* 451. *numer.* 16. *lib.* 4. consonat Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 30. *num.* 23 & colligitur ex *c. vltimo, de Parochijs, & alien. Paroch.*

81 Scio apud Iurisconsultos, & Imperatores, eum, quem deffiniuimus ciuem, vocari incolam, *l. ciues,* 7. *C. de incolis, lib.* 10. *vbi, ciuis ex origine, manumissione, allectione, vel adoptione, incola ex domicilio*: & distiogui incolam à ciue, tùm hìc, tùm *in l. incola,* 29. *ff. ad municip. incola, & his Magistratibus parere debet, apud quos incola est, & illis, apud quos ciuis est.* Item *in l. pupillus,* 239. *§. incola, ff. de verb. signific.* dicitur incola, qui in aliquam regionem domicilium suū contulit. & ibi notat Alciatus, *& in lib.* 2. *parergon. cap.* 7. Bossius *tit. de foro comp. num.* 26. Iacobus Rebuffus *in d. l. ciues, ex num.* 2. *C. de incol. lib.* 10. Siluan. *cons.* 1. *num.* 92. Sed discrimen istud incolæ à ciue non est perpetuum apud I.C. nam cùm municeps, & ciuis, re vera non distinguantur essentia, & ratione, incola cum municipe sæpè confunditur, & indifferenter dicitur incola, vel municeps. *l. rescripto,* 6. *§. vltimo, ff. de muner. & honor. l. vltima, §. patrimoniorum, ff. eod. tit.* præsertim cùm municeps non sit aliud ex Vlpiano *in l.* 1. *§.* 1. *ff. ad municip.* quam munerum particeps; incola autem munerum particeps sit, *d. l. incola,* 29. *l. incola,* 34. *l. scire oportet,* 35. *ff. eod. tit.* constat autem ex ante dictis, ciuem ab aduena, & extero in hac munerum participatione præcipue distingui. Glossa quidem prima *in d. l. ciues,* 7. *C. de incol. lib.* 10. rem ita componit, vt municeps sit genus, ciuis autem, & incola, species sub eo genere comprehensæ, cui consentit Bart. *in l.* 1. *num.* 1. *ff. ad municip.* sequitur Rouitus vbi supra, *nu.* 9. *vers. item in hac.* quod si ita esset, ciuis ab incola differret specie, sed ciuis solùm diceretur, qui ex aliqua ciuitate originem ducit, quæ nimia esset eius nominis restrictio. Iuxta quam nonnulli, quos nu. sequenti referemus, existimarunt, statutum, quod de ciue loquitur, de solo originario intelligi oportere. Si vero ciuem accipiamus, vt ab aduena distinctum (vt vulgò accipitur) rectè à nobis tradita fuit eius definitio, vt ciuis intelligatur is, qui domicilium in ciuitate, vel municipio contraxit. Domicilium verò contraxisse intelligitur, *qui in aliquo loco larem, rerumque ac fortunarum suarum summam, constituit, vnde rursùs non sit discessurus, si nihil auocet, vnde cum profectus est, peregrinari videtur, quod si redijt peregrinari iam desijt,* vt eleganter constituerunt Imperatores *in d. l. ciues, C. de incolis, lib.* 10. de quo tamen vide remissionem factam à me superiùs hac disputatione *num.* 11. hoc tamen loco animaduertendum occurrit nomen, *Vicinus*, apud Hispanos accipi pro ciue ex domicilio, seù incola. Vt notat Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, num.* 360. *& seqq.* 364. *in fin. &* 367. *cum sequentibus.* Auendanus *de exequend. mand.* 1. *p. c.* 3. *num.* 5. *versic. dicitur autem vicinus.* Mattienzus *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop. glossa* 5. *num.* 2. *& seqq.* Sesse *decis.* 90. *num.* 6. in quo fallitur Cæsar de Grassis *decis.* 17. *num.* 2. *de probation.* qui existimauit vicinum dici in Hispania originarium.

82 Ex quibus deducitur, nomen ciuis duobus modis accipi. Primò latè, & vulgariter, vt distinguitur ab extero, & aduena. Et sic acceptum est nomen generis, solum distinctum à nomine municeps, quod municeps à municipio, quemadmodum ciuis a ciuitate dicitur, sed significata eorum non differunt substantia, & comprehendit sub se duas ciuium species, videlicet incolas, qui domicilium in ciuitate habent, & originarios, qui originem ex ciuitate ducunt: in vtrosque enim, & in eos, qui facti sunt ciues per priuilegium, nomen ciuis rectè cadit, & eos complectitur, vt latè probat respondens contrarijs argumentis Cæphalus *consil.* 451. *ex num.* 16. *vsque ad* 88. *lib.* 4. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 30. *num.* 21. *&* 22. Gregor. Lop. *in l.* 2. *tit.* 24. *p.* 4. *glossa* 14. *in princip.* & in Hispania non admitti differentiam incolæ à ciue, sed appellatione ciuium comprehendi etiam incolas, autor est Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proindè in art. de foro originis, num.* 47. *cum seqq.* & ibi, *num.* 52. tractat vtrum ciues ex priuilegio gaudeant priuilegijs ciuium: de quo latè Cæphalus *d. cons.* 451. *ex num.* 1. *ad* 88. Iosephus Sesse *decis.* 90. *tomo.* 1. Secundò, accipitur nomen ciuis strictè, rigorosè, & proprijssimè, vt differt ab incola, & sic solum dicitur de originarijs ciuilibus. Ita fit vt in materia stricta in statutis, solum accipiatur nomen *ciuis* pro ciue originario, & censeatur exclusus à dispositione, qui fuerit ciuis per incolatum, aut domicilium. Ita Alexander *cons.* 41. *n.* 12. *&* 13. *lib.* 5. Natta *cons.* 254. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 2. qui multos refert. Boerius *dec.* 13. *nu.* 24. Surdus *decis.* 329. *num.* 9. Grammaticus *cons. ciuil.* 5. *n.* 1. *cum sequent.* Guttierez *cons.* 7. *nu.* 2. Tuscus *litera C. conclus.* 275. *nu.* 1. *&* 2. Anto. Faber *lib.* 6. *Cod. tit.* 19. *definitione* 17. Riccius *collect.* 1893. *in pri.* quemadmodum nomine ciuis originarij solùm ille, qui verè originarius est, non originarius ex priuilegio comprehenditur. Qua ratione Fulgosius *cons.* 61. *per totum,* defendit amitti legatum relictum sub conditione nubendi ciui oriundo à tali castro, nisi grauata nubat ciui verè originario, etiam si nubat *ei*, qui per priuilegium sit originarius, aut habeatur pro originario.

83 Illud addendum est, tametsi clerici sint exempti à sæculari iurisdictione, *cap. decernimus, c. & si clerici, cap. cùm non ab homine, de iudicijs, cap.* 1. *cap.* 2. *cap. si diligenti, de foro comp. cum multis alijs.* & ligari non soleant statutis laicorum, iuxta textum *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ.* & ibi notata à Doctoribus *de constitut.* latissimè Masca. *de generali statutorum interpret. conclus.* 1. Nihilominus clericos dici, & esse ciues cuiusque ciuitatis, quemadmodum laicos. Victoria *relectione* 1. *de potestate Ecclesiæ, q.* 7. *num.* 4.

Vala-

Valascus *consultat.* 100. *nu.* 2. Surdus *decis.* 1 2 9. *nu.* 1 3. 1 4. & 1 5. vbi dicit eos vocari de districtu, & de iurisdictione ciuitatis, & illius originarios. Card. Tuscus *litera C. conclus.* 3 8 3. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, nu.* 3 9 9. *cum seqq.* Marta *de iurisdictione 4. part. cent.* 1. *casu* 1. *nu.* 2 7. qui multos refert. Ambrosinus *de immunitate & libert. Ecclesiastica, c.* 2 1. *nu.* 1. 2. *& seqq.* Carolus de Grassis *tract. de effectibus claricatus in præludio, n.* 3 6 8. *cum antecedentibus, & seqq.* Bossius *tit. de crim. læsæ Maiestatis, nu.* 88. Riccius *collectanea* 2 6 9. Bouadilla *lib.* 2. *politicæ, cap.* 1 8. *nu.* 3 0 8.

84 Veniamus iam ad principalem difficultatem, quam discutiendam proposuimus; quis videlicet censendus sit ciuis originarius, & quomodo acquiratur ratio illa originis, ex qua ciuis dicitur, & fit originarius. Et inprimis præsuppono, rationem originis proculdubio aliquid superaddere ad ciuilitatem, eamq; contrahere, & limitare; neque enim vt ex ante dictis colligi potest, omnes ciues sunt originarij, neque admitti debent ad ea, ad quæ originarij dumtaxat admittuntur. Vt docet Paulus Castrensis *conf.* 2 1. *n.* 3. 1. *p.* Pelaez *de maiorat.* 1. *p. q.* 5 1. *num.* 18. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 3 0. *nu.* 2 2. Gail *obseruat. practic. lib.* 2. *obseruat.* 3 5. *nu.* 6. Barbosa *in d. l. heres absens, §. proinde, in art. de foro originis, nu.* 5 8. quod vel ex eo etiam confirmatur, quod alienigena facilè fit ciuis contrahendo domicilium, quod in eius potestate est, *l. non vtique,* 4. *l. domicilium,* 2 0. *l. filij libertorum,* 2 2. *§. municeps, l. nihil,* 3 1. *ff. ad municip. l. si quis, vltima, C. de municip. & orig. lib.* 1 0. *l. priuilegio,* 6. *C. de incol. eod. lib.* Originarius autem fieri non potest, nisi per priuilegium. Imò in nostro Regno, neque per ipsum; nam iuxta ius regium irritatur priuilegium concessum exteris, quo fiant Regni nostri originarij, quo hispanè vocamus, *carta de naturaleza, l.* 1 4. 1 5. *&* 1 6. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopilat.* tametsi ea priuilegia, & literæ naturalitatis cōcedi soleant derogatis ijs legibus per clausulam, non obstantibus; quæ suum effectū sortientur, iuxta tenorem, quo fuerint concessæ, vt multis tractat Barbosa *in d. art. de foro originis, ex num.* 5 9. & Menchaca *de successionibus, lib.* 3. *§.* 3 0. *nu.* 2 8 7. *vers. vnde cum, tomo* 1. & de litteris naturalitatis iuxta iura, & consuetudines Galliæ agit latè Rebuffus *in constit. reg. tomo* 2. *tract. de litteris naturalitatis*.

85 Secundò præsuppono, quemadmodum quis duo domicilia habere potest in duabus ciuitatibus, *l. Labeo,* 5. *l. assūptio* 6. *§. iuris prudētib. l. eius qui,* 2 7. *§. Celsus, ff. ad municip.* ita quoque diuersas origines apud diuersas ciuitates posse sortiri. Quod probat textus *in l. si quis* 7. *l. ordine,* 1 5. *§. ius originis, l. eius, qui manumisit,* 2 7. *in princip. ff. eo.* quod etiā ex ante dictis, num. 5 0. & 5 1. apertè deducitur. Nam si filius non solùm habet propriam originem, sed etiam paternam, & auitam, cùm fieri possit, vt filius habeat diuersam originem à patre, & auo, consequens est, vt filius habere possit plures origines, nempè propriam, paternam, & auitam. Intellige tamen, non posse filium habere plures origines proprias, sicut neq; in multis locis nasci. Quod verò plures origines possit aliquis sortiri, docuit glossa *in l. filios, verbo, nō in materna, C. de municip. & origi. lib.* 1 0. Ioannes Andreas *in c. cùm nullus, num.* 3. *de tempor. ordination. in* 6. & Marian. Socin. *in Rubrica de foro comp. nu.* 1 5. *vers. octuagesimo secundo.* Felynus *in c. Rodulphus,* 3 5. *num.* 1 4. *de rescript.* Grammaticus *voto* 1 0. *num.* 1 4. Ant. Faber *lib.* 9. *Codicis, tit.* 3 0. *definit.* 2 4. *ante num.* 1 0. Caldas Pereira *in consilio pro D. Ioanne de Tassis, post tractatum, de restitutione, num.* 6. *& sequentib. vsque ad* 9. Barbosa *in d. art. de foro originis, num.* 3 2. *cum sequentib.*

86 Qua in re annotare oportet, quòd si ex propria origine & paterna, resultant contrariæ qualitates, præponderabit, & vincet qualitas procedens ex origine paterna, *l. cum satis,* 2 2. *in principio, C. de agricol. & censitis, lib.* 1 1. ibi *sit suppositus vnà cum omni sobole sua, & si in alia terra eam fecerit, huiusmodi fortunæ, & capitali illatione.* & eum textum referens Ioan. de Bar. *in l.* 1. *num.* 4. *ff. ad municip.* Baldus *consil.* 1 9 4. *ista causa, volum.* 4. Boerius *decis.* 2 1 3. *nu.* 49. Barbosa *in d. art. de foro originis n.* 3 6. Capibiancus *in prag.* 8. *p.* 2. *nu.* 2 4 0. *&* 2 4 1. *de Baronibus*. Inter qualitates verò paternam, & auitam, si sint pugnantes vincet paterna auitam, & eam sequetur magis filius, quàm auitam, *l. priuilegio,* 2 7. & ibi Doctores *C. de Decurionibus, lib.* 1 0. Videnda sunt tamen, quæ ad eam rem expendunt Baldus *in d. consil.* 1 9 4. *circa medium.* Alciatus *conf.* 3 7. *ex nu.* 5. Decius *conf.* 3 5 2. *num.* 3. 4. *& sequentib.* Bart. *&* Socin. *in Rub. num.* 3 1. *& sequentib. ff. sol. matr.* Ioan. de Platea *in d. l. priuilegio.* Ias. *in l. si arrogator, n.* 4 5. *& seqq. ff. de adoption.* Gregor. Lop. *in l.* 5. *tit.* 2 4. *p.* 4. *glossa* 2.

87 Quibus positis circa difficultatem, quàm examinamus, antiquissimi etiam diuersas habuerunt opiniones. In primis Gorgias Leontinus, quem refert Aristoteles *lib.* 3. *de Republica, c.* 2. existimauit, ciuem originarium alicuius ciuitatis esse eum, qui ab vtroque parente eiusdem ciuitatis natus esset. Cui consentire videtur Vlpianus *in l.* 1. *§. qui ex duobus, ff. ad municip.* & Couarr. *in cap. quamuis pactum, p.* 2. *§.* 1. *n.* 5. *de pact. in* 6. quo pertinere etiam videtur lex posita à Pericle Atheniensium Duce, vt nemo ad gubernandam Rempublicam accedere permitteretur, nisi qui vtroq; parente ciue natus esset, cuius meminit Ælianus *lib.* 6. *variæ historiæ, c.* 1 0. Alij ciuis originarij procreationem ad longiorem tractum perducebant, exigentes duos, aut tres auos, aut plures, ciues eiusdem ciuitatis, quos Aristoteles suppresso nomine eodem loco refert.

88 Verùm vt certa, & indubitata separemus ab incertis, & ea, in quibus Doctores conueniunt, ab ijs, in quibus discrepant, statuamus primò quod apud omnes certum est, propriam cuiusque originem natiuitate contrahi, & ciuem effici originarium per natiuitatem in ciuitate, municipio, aut Regno, ex quibus quis originem ducere dicitur, quod planè docet Vlpianus *in l.* 1. *in princip. ff. ad municip.* ibi, *municipem, aut natiuitas facit.* & Scribentes tùm eo loco, tùm in alijs quibusque concordi voto consentiunt, quos inferius copiosè referemus, & apud nos probat optimus textus *in l.* 1. *tit.* 2 0. *par.* 2.

89 Secundò, statuendum est, ex communi omnium doctrina duobus modis posse contingere filij natiuitatem. Primo, qui frequētior est, cū filius nascitur in illo loco, in quo pater fixum, & permanens domicilium contraxit, vel vbi quiete habitat, quam doctrinæ gratia vocemus natiuitatem quietam. Secundò, qui est minus frequens, cùm filius nascitur in peregrinatione, vel itinere, aut transitu ad locum, ad quem pater domicilium transferre destinauit, vel quo negotiandi causa profectus erat, vel in loco, in quo pater ad tempus habitat eadem negotiandi, aut altera causa, cum animo reuertendi ad suum domicilium, quam Doctores vocant natiuitatem fortuitam & casualem.

90 Quatuor autem sunt difficultates, in quibus tota Doctorum controuersia versatur. Prima, verum quælibet natiuitas, siuè ea, quam diximus quietam, siuè quam Doctores fortuitam, & casualem vocant, efficiat ciuem originarium? Secunda, verum ita requiratur vera natiuitas in loco originis, vt quis sit originarius, vt censendus sit exterus, & alienigena, qui quouis modo extra ciuitatem,

104 Secundo infertur ex ea, & ex *d.l.19. tit.3. libr.1.recop.* à contrario sensu, quòd si aliquis Castellanus transfert se ad aliud Regnum, & in eo domicilium constituit, & post domicilium constitutum ibi procreet filios, isti filij censebuntur exteri à Regno, & alienigenæ spectata propria origine extra Castellæ Regnum contracta, & ex cõsequenti erunt incapaces beneficiorum,& officiorum Regni Castellæ, etiamsi pater, aut ipsi postea reuertantur ad Regnum Castellæ; vt rectè obseruat Barbosa *in. d. art. de foro origin.num.*88. & apertè probant præter iura a me relata supra *num.68.l.6.& 7.tit.18.lib.5. recop.* Quòd si Castellanus in aliud Regnum translatus antequam in eo domicilium constituat, procreet filios, vel eos habeat antequam ab hoc Regno recedat, etiamsi post eorum procreationem contrahat domicilium in Regno extero, vt in Lusitania, vel Catalonia, quia non potest iuri quæsito filiorum præiudicare, argumento *l.emancipatum, 7. §.fi.ff. de Senator.l.& seruorum,5.§.ingenui.ff.de stat. hom.* nihilominus censendi sunt isti filij originarij Regni Castellæ, capacesque officiorum,& beneficiorum in eo Regno, vt idẽ Barbosa annotauit vbi supra *n.99.&* 100. Ex quo rursùs ego colligo, quoties inciderit quęstio in iudicio, an aliquis sit, vel nõ sit originarius, ei qui probare intenderit, aliquẽ natum extra Regnum esse alienigenam,& exterum à nostro Regno, si ille fuerit filius originarij Castellani, incũbere probationem qualitatum, quas requirit ista lex ad extraneitatem, quæ cum in facto consistant, non præsumuntur, *l.si emancipati,C.de collat.l. quacumq. insi.ff.de publician.in rem act.l.quoties,ff.de probat.*Molina *de primoge.l.4.c.7.n.33.*Barbosa *in l.Titia,nu.11.ff.sol. mat.* Menoch. *de præsumpt.lib.6.præsumpt.14.per totam.* Mascard. *de probation.concl.343.n.6. vol.1.* cùm quilibet teneatur probare fundamentum intentionis suæ, *§.non solùm,in fin.institut.de legat.l.2.l.ab ea parte,l.verius,ff. de probation.* Cacheranus *decis.171.num.*8.Bellonus *decis.173. num.7.* Menochius *consil.495.num.41.*Surdus *consil. 12.num.1.& seqq.lib.1.* & latè prosequitur Pacianus *de probationibus,lib.1.c.6. & 7. & seqq.* Ac per consequens obtinere non poterit, nisi probet filium Castellani natũ esse in Regno extero post contractum in eo Regno à patre domicilium, alioqui non probabitur, neque præsumetur alienigena, etiam si ipse se nihil probet, *l.actor, quod asserverat, C.de probat.*

105 Sed subsistendum est, quoniam cùm filius duas sortiatur origines, videlicet propriam,& paternam, iuxta dicta supra num.50. & 85. iste filius sic procreatus post contractum à Castellano in Regno extero domicilium, tametsi quòd ad originem propriam attinet, censeatur exterus a Regno, tamen ex origine paterna re vera est Castellanus, iuxta notata à Siluano *cons.1.n.91.& 101.* Catelliano Cotta *in memoralib. verbo, statuto cauetur in multis ciuitatibus Insubriæ, ad finem.* Ignatio Villar *in silua, responso 7.p.4.n.11.& 12.* vbi tamen minus cautè loquutus est, non distinguens inter duas filij origines, propriam,& paternam. Succedit ergò doctrina à nobis tradita supra num.86. vt quoties ex origine propria,& paterna, resultant contrariæ qualitates, vincere, & præponderare debeat qualitas, procedens ex origine paterna, eam quæ procedit ex propria, præsertim cùm sit fauorabilis, ex doctrina Ancharani *cons.37.* quem sequuntur Decius, & alij relati, *d.nu.86.* Ac per consequens iste filius censebitur potius huius Regni originarius, ex origine paterna, quam alienigena ex propria.

106 Respondendum est tamen, prędictam regulam, & doctrinam limitandam esse, cùm lex, vel statutum expresse requirit ad aliquem effectum qualitatem prouenientem ex origine propria. Tunc enim, si qualitas procedens à propria origine differt à qualitate proueniente à paterna, aut ei repugnat, non potest paterna vincere propriã, sed ab ea vincitur, eique cedit. Dicta autem *l.19.titul.3. lib.1.recop.* expresse requirit ad capacitatem beneficiorũ, & officiorum Regni Castellæ naturalitatem filij ex origine propria prouenientem, quare non sufficiet naturalitas procedens ex origine paterna. Quòd addendum est dictis a nobis supra num.100. Cessante verò lege, aut statuto, procedit optimè argumentum, vt filius censeatur originarius loci, ex quo pater originem ducit,& in eo loco debeat admitti ad honores, & munera. Quare cum pater non transfert domicilium extra Regnum, sed ex vna ciuitate, vel diœcesi ad aliam intra hoc Regnum, filius procreatus in nouo domicilio, censendus est originarius loci originis paternæ,& gaudebit priuilegijs, & immunitatibus concessis ciuibus originarijs illius loci, nisi priuilegium, vel statutum aliter disponat. Quam sententiam, quoad hanc posteriorem partem, sequitur Barbosa qui alios refert, vbi supra, *n.96.& sequentibus.*

107 Tertiò infertur, quòd quando pater transfert domicilium de vna ciuitate ad aliam, & post domicilium translatum filius nascitur, non poterit dici originarius loci, in quo pater domicilium habuit, & ex quo domicilium trãstulit. Ratio est, quia ex toto testatrario, cur filius possit vocari originarius eius loci. Nam non ideo, quia ibi natus fuerit, cùm alibi natum supponamus, neque quia ibi natus fingatur, ex eo, quòd pater ibi domicilium habebat iuxta *d.l.huiusmodi,§.legatum,* & ibi notata, quippè cum iam ponamus domicilium translatum,& non extans. Nõ ergo poterit originem tribuere filio; non entis enim nullæ sunt qualitates, aut effectus, *l.eius qui in Prouincia, vers. quoniam tunc, ff.si cert.petat.* Atque ita concordi omnium Dominorum voto decisum extat apud RotamRomanam diuersorum *dec.327.n.1.2.& 6.par.1.*

108 Quartò, ex prædictis annotandum venit, quòd materia istius legis, aut similium statutorum, quibus agitur de admittendis ad beneficia, officia, aut honores aliquibus, ex eo, quòd sint originarij, est ex illis, in quibus nullius detrimentum versatur; vt obseruat præter statim referendos, Paulus Castrensis *in d.§.legatum,num.3.* ac per consequens ista lex,& statuta benignè,& non rigidè interpretanda sunt, vt probat textus *in l.2.§.item verus.ff.de aqua pluuia arcen.* & ex eo ita docuit Baldus *consil. 183.statuto Ciuitatis Veronæ.num.2.in fin. vol. 2.* & eo relato Ias. *in d. l.huiusmodi,86.§.legatum, num.19.ff.de legat.1.* dicens, se solitum esse multum allegare istam decisionem consulẽdo in tali materia. Sequutus est Alciatus *libr. 2. responsorum,consil.30.num.14.& sequentibus,& cons.42.ex num.1.* & multis rationibus confirmat,& Menochius eum,& eas, pluresque alios referens, *cons.227.ex n.1.lib.3.* Rebuffus *de priuileg.scholastic.nu.159.priuilegio 65.*

109 Amplia modo primo, prædictam resolutionem, vt non solùm sint ciues originarij, nati in Ciuitate ipsa patre habente in ea domicilium, sed etiam filij, qui nati fuerint in suburbijs, aut continentibus ciuitatis, aut eius vico, vel comitatu, vt vulgo dicitur, si tamen pater ibi habeat domicilium. Ita probat text. *in l.qui ex vico,30.* vbi Glossa, & Doctores notant, *ff. ad municip. leg.qui incontinentibus, 147.* vbi Alciatus, & Rebuffus *ff. de verbor.signific.l. est verum,* iuncta Glossa ibi, *Cod.de incolis,lib.10.* ac per consequens isti, vt v e originarij participes erunt honorum & munerum. Azo, seu Pileus *in summa C.de municip.& origin.lib.10.num.6.*Bart. *in l.si quis,3.num.1. Cod. de natural. liber.*Baldus *cons.183.vol.2.*Geminianus *in c.1.§. & quia, num.5.*

num.5.de vsuris,in 6. post Glossam ibi,*in verbo, Alienigenas,* Menochius *de præsumpt.lib.6.præsumpt.30.numer.13. vers.nec refert,* Gomezius de Leon *in sua centuria responsorum,responsio 20.nu.4.& responsio 26.nu.2.& 3.* Ignatius Villar *in silua,responso 7.2.p.per tot.*

110 Amplia secundò, vt non solùm origo contrahatur natiuitate propria, & naturali, sed etiam ciuili, videlicet emancipatione, & adoptione, & manumissione. Nàm istis actibus contrahitur etiam origo, & sequitur manumissus, & adoptatus originem manumittentis, & adoptantis, *l.1.in princip.l. assumptio, 6.§. Libertini, l.si quis à pluribus,7.ff ad municip.& de incol.l.si vt proponis,C.de municip.& orig.lib.10.l.ciues,C.de incolis eod. lib.l.32.tit.2.p.3. vers.la segunda, l.2.tit.24. par. 4.* & ibi Gregorius Lopez Hostiensis *in summa de foro comp.n.6.vers.item ratione originis,* Speculator *titul.de compet. Iud.adit. §.1. num.35. vers.quadragesimus primus,* Marianus Socinus *in Rubrica, de foro compet.numer.3.vers. quarto,* Petrus Gregorius *de Republica lib.4.cap.3.num. 22.* Decianus *Tract.crimin.lib.4.c.16.num.21.* Franciscus Marcus *quæst.880.1.par.*

111 Amplia tertiò, vt non solùm contrahatur origo natiuitate ciuili, sed etiam spirituali, nàm per baptismum acquiritur origo in loco, in quo quis baptismum suscipit. Ita statuit apud nos, *d.l.2.tit.24.par.4.vers. la nouena.* tenet de iure communi Lucas de Penna *in l.ciues, num.3.Co. de incolis,lib.10.* Azeuedus *in d.l.19.num. 11.tit.3.lib.1. recopilat.* Gonzalez *in regulam 8. Cancellar.glossa 9.§.1.ex numer.106.* Gratianus *disceptation.forensium, cap.75.num. 16.tomo 1,* tametsi dubitauerit Bartolus *in l. 1. num. 8.ff. ad municipalem,& de incolis,* & negauerit Angelus *in d. l. hæres absens,§.si quis tutelam,n.16.ff.de iudicijs.*

112 Succedit tertia difficultas, vtrum natiuitas, quæ facit ciuem originarium faciat cum plenè originarium quoad omnes originis effectus, tàm fori, quàm capacitatis officiorum,honorum, & munerum, & participationis priuilegiorum,& immunitatum,quæ ciuibus conceduntur? In qua inuenio diuersos modos sentiendi Doctorum. Nàm in primis Paulus Castrensis *in d.l.huiusmodi,§.legatum, numer.4.ff.de legat. 1.* sic distinguit. Vt natiuitas casualis, & fortuita sola sine vllo altero additamento faciat ciuem originarium, quoad sortiendum forum in loco originis, & vt ibi possit conueniri originarius: hæc verò non satis sit,vt gaudeat quis priuilegijs loci originis,sed præter natiuitatem necessarium sit,vt etiam subeat onera, & faciat se describi ad munera, quòd si non faciant, non gaudebit priuilegijs originariorum.

113 Antonius Faber *lib.9.Cod.tit.30.definit.25.*ait,originarium ciuitatis cuiusque non posse frui priuilegijs loci originis,nisi solitus sit subire ibi munera. Quæ sententia videtur quidem conformis sententiæ Pauli modo relati,sed malè refert pro ea Boerium *decis.13.num.45.*qui ei nullo modo assentitur.

114 Menochius *de præsumpt.lib.6.præsumpt.30. num.24. & præsumpt. 42.num.7.* quem sequitur Barbosa *in d. art. de foro originis,num.115.& 116.* ait,ciuem originarium priuilegijs,& immunitatibus originis non gaudere, nisi in loco originis subeat munera, & cum alijs ciuibus sustineat onera, & simul habeat domicilium. In qua sententia videntur esse alij,quos refert Cæphalus *d.consf.451. ex num.89.lib.4.*quos nos inferius num. 121. cum sequentibus commodiore loco, & proposito referemus.

115 Fundamentum istorum non videtur esse aliud, quam quòd significauit Boerius *d. decis.13. num. 44.* videlicet, quòd qui sentit commodum, & onus sentire debeat, ex regula iuris *in cap.qui sentit, & in cap. rationi congruit, de regul.iur.in 6.* Neque *ferendus est is,qui lucrum amplectitur, onus autem ei annexum contemnit,l.vn.§.pro secundo.Cod.de caduc.toll.* vt igitur priuilegijs, & immunitatibus gaudeant originarij, partcipes debent esse munerum,& onerũ.

116 Sed non iure Paulus, & cæteri discesserunt a communi sensu Doctorum, qui simpliciter loquentes in hac materia dicunt, originem duos effectus parere,iuxta latiùs dicta supra num.57. videlicet, vt originarius possit conueniri in foro originis,si ibi reperiatur, & in eodem loco sit capax bonorum,& munerum, ad eaque vocari possit, nihil aliud requirentes ad hos effectus, quam vt quis sit verè originarius. Quod sonant etiam leges sæpius à nobis allegatæ,nempe, *l.libertus, §. præscriptio, l.incola,ff. ad municip.l.& qui originem, 3.in principio,ff. de muner. & honor.l.1.l.vltima,C.de municip.& orig.lib.10.l.priuilegio,Cod. de incolis,eod.lib.* cum alijs. Dicendum est igitur, quemcumque ciuem semel legitima natiuitate, quali oportet, & à nobis explicata est,originarium factum, eo ipso, & sortiri forum in loco originis,& esse capacem officiorum, & beneficiorum,& gaudere priuilegijs, & immunitatibus loci originis, concessis originarijs, sine vllo alio requisito,nisi forte statuto,aut consuetudine aliud caueretur; tunc enim seruandum esset statutum, aut consuetudo; alioqui ex origine legitimè contracta omnes originis effectus resultant. Quod in nostro Regno planè confirmatur, ex *d.l.19.tit.9.lib.1.recopilat.* in qua vt quis in Regno sit capax officiorum, & beneficiorum eius, non aliud requiritur,quam vt sit verè originarius, non præterea vt domicilium in Regno habeat, aut in eo subeat munera, vel onera. Cùm igitur origo Regni, & origo ciuitatis à pari procedant, & proportionem habeant inter se,non plus requiri debet, vt quis fruatur effectibus originis in ciuitate priuata, quam vt fruatur effectibus originis in Regno.

117 An verò ciues absentes à loco originis, & in eo domicilium non habentes gaudere debeant priuilegijs, & immunitatibus originis non repugnantibus verbis priuilegiorum,aut statutorum, res fuit inter quatuor egregios Doctores nostri temporis controuersa consulentes de vna,& eadem causa. Cæphalus *dicto consil. 451. ex numer.88.ver. secunda dubitatio est, vsque ad numerum 170. lib.2.* copiose, & optimè rem disputauit, defendens partem affirmatiuam, & ad contraria respondens. Pro cuius sententia consuluit etiam Decianus *responso 44. volum. 4.* Partem tamen negatiuam tuetur in eadem causa Rolandus à Valle *consil. 79. volum. 3.* & eandem defendit Surdus *consil.313.lib.3.* nimis tamen anceps, & dubius, & ferè nihil firmiter affirmans. Huic negatiuæ parti fauet,& adhæsit Afflictis *dicta decis. 384.* Ego magis Cæphalo, & Deciano assentior contentus nunc eorum relatione,nam ferè nihil addi potest, ad ea, quæ dixerunt; inferiùs tamen iterum erit eadem quæstio obuia commodiore loco,num. 128. vbi iudicium meum interponam, & magis declarabo.

118 Neque quidquam facit aduersus prædicta fundamentum pro prioribus sententijs adductum. Nam cùm possit originarius etiam absens vocari ad munera, & honores in loco originis,vt notauit Boerius *d. decis. 13. nu.44.* & nos expendimus,supra num. 58. & ad ea compelli, vt diximus,num.64. neque possit se excusare, quominus ea subeat,per ipsum non stabit quominus vocetur,atque ita succedit regula,vt quoties non stat per aliquem,quominus ex sua parte impleat, quæ implere debet, censeatur impleuisse,ac satisfecisse,ad effectum, vt consequatur eadem commoda,quæ si verè impleisset,fuisset acquisiturus, *l.qui*

104 Secundo infertur ex ea, & ex *d.l.19.tit.3.libr.1.recop.* à contrario sensu, quòd si aliquis Castellanus transfert se ad aliud Regnum, & in eo domicilium constituit, & post domicilium constitutum ibi procreet filios, isti filij censebuntur exteri à Regno, & alienigenæ spectata propria origine extra Castellæ Regnum contracta, & ex cōsequenti erunt incapaces beneficiorum,& officiorum Regni Castellæ, etiamsi pater, aut ipsi postea reuertantur ad Regnum Castellæ; vt rectè obseruat Barbosa *in. d. art. de foro origin.num.*88. & apertè probant præter iura a me relata supra *num.*68.*l.*6.*& 7.tit.*18.*lib.*5.*recop.* Quòd si Castellanus in aliud Regnum translatus antequam in eo domicilium constituat,procreet filios,vel eos habeat antequam ab hoc Regno recedat, etiamsi post eorum procreationem contrahat domicilium in Regno extero,vt in Lusitania, vel Catalonia, quia non potest iuri quæsito filiorum præiudicare, argumento *l.emancipatum,* 7.*§.fi.ff. de Senator.l.& seruorum,*5.*§.ingenui,ff.de stat. hom.* nihilominus censendi sunt isti filij originarij Regni Castellæ,capacesque officiorum,& beneficiorum in eo Regno,vt idē Barbosa annotauit vbi supra *n.*99.*&* 100. Ex quo rursus ego colligo,quoties inciderit quęstio in iudicio,an aliquis sit,vel nō sit originarius,ei qui probare intenderit, aliquē natum extra Regnum esse alienigenam,& externum à nostro Regno,si ille fuerit filius originarij Castellani,incūbere probationem qualitatum, quas requirit ista lex ad extraneitatem, quæ cum in facto consistant, non præsumuntur,*l.si emancipati,C.de collat.l. quacunq. in fi.ff.de publician.in rem act.l.quoties,ff.de probat.*Molina *de primoge.l.* 4.*c.*7.*n.*33.Barbosa *in l.Titia,nu.*11.*ff.sol. mat.* Menoch.*de præsumpt.lib.*6.*præsumpt.*14.*per totam.* Mascard. *de probation.concl.*343.*n.*6.*vol.*1. cùm quilibet teneatur probare fundamentum intentionis suæ,*§.non solùm,in fin.institut.de legat.l.*2.*l.ab ea parte,l.verius,ff. de probation.* Cacheranus *decis.*171.*num.*8.Bellonus *decis.*173.*num.*7. Menochius *consil.*495.*num.*41.Surdus *consil.* 12.*num.*1.*& seqq.lib.*1. & latè prosequitur Pacianus *de probationibus,lib.*1.*c.*6.*&* 7.*& seqq.* Ac per consequens obtinere non poterit, nisi probet filium Castellani natū esse in Regno extero post contractum in eo Regno à patre domicilium,alioqui non probabitur,neque præsumetur alienigena, etiam si ipse pro se nihil probet,*l.actor, quod asseuerat, C.de probat.*

105 Sed subsistendum est, quoniam cùm filius duas sortiatur origines,videlicet propriam,& paternam,iuxta dicta supra num.50. & 85. iste filius sic procreatus post contractum à Castellano in Regno extero domicilium, tametsi quòd ad originem propriam attinet,censeatur exterus à Regno, tamen ex origine paterna re vera est Castellanus,iuxta notata à Siluano *cons.*1.*n.*91.*&* 101. Casteliano Cotta *in memoralib. verbo, statuto cauetur in multis ciuitatibus Insubriæ,ad finem.*Ignatio Villar *in silua,responso* 7.*p.*4.*n.*11.*&* 12. vbi tamen minus cautè loquutus est, non distinguens inter duas filij origines,propriam,& paternam. Succedit ergò doctrina à nobis tradita supra num.86.vt quoties ex origine propria,& paterna, resultant contrariæ qualitates, vincere, & præponderare debeat qualitas procedens ex origine paterna, eam quæ procedit ex propria, præsertim cum sit fauorabilis, ex doctrina Ancharani *cons.*37. quem sequuntur Decius, & alij relati, *d.nu.*86. Ac per consequens iste filius censebitur potius huius Regni originarius, ex origine paterna, quam alienigena ex propria.

106 Respondendum est tamen, prædictam regulam, & doctrinam limitandam esse,cùm lex, vel statutum expresse requirit ad aliquem effectum qualitatem prouenientem ex origine propria. Tunc enim, si qualitas procedens à propria origine differt à qualitate prouenïente à paterna,aut ei repugnat,non potest paterna vincere propriā, sed ab ea vincitur, eique cedit. Dicta autem *l.*19.*titul.*3. *lib.*1.*recop.* expresse requirit ad capacitatem beneficiorū, & officiorum Regni Castellæ naturalitatem filij ex origine propria prouenientem, quare non sufficiet naturalitas procedens ex origine paterna. Quòd addendum est dictis à nobis supra num.100. Cessante verò lege,aut statuto, procedit optimè argumentum, vt filius censeatur originarius loci,ex quo pater originem ducit,& in eo loco debeat admitti ad honores, & munera. Quare cum pater non transfert domicilium extra Regnum, sed ex vna ciuitate,vel diœcesi ad aliam intra hoc Regnum, filius procreatus in nouo domicilio, censendus est originarius loci originis paternæ,& gaudebit priuilegijs, & immunitatibus concessis ciuibus originarijs illius loci, nisi priuilegium,vel statutum aliter disponat. Quam sententiam,quoad hanc posteriorem partem,sequitur Barbosa qui alios refert,vbi supra, *n.*96.*& sequentibus.*

107 Tertiò infertur,quòd quando pater transfert domicilium de vna ciuitate ad aliam, & post domicilium translatum filius nascitur,non poterit dici originarius loci, in quo pater domicilium habuit, & ex quo domicilium trāstulit. Ratio est,quia ex toto cessat ratio,cur filius possit vocari originarius eius loci. Nam non ideo, quia ibi natus fuerit,cùm alibi natum supponamus, neque quia ibi natus fingatur,ex eo,quòd pater ibi domicilium habebat iuxta *d.l.huiusmodi,§.legatum,* & ibi notata,quippè cum iam ponamus domicilium translatum,& non extans.Nō ergo poterit originem tribuere filio:non entis enim nullæ sunt qualitates,aut effectus, *l.eius qui in Prouincia,vers. quoniam tunc,ff.si cert.petat.* Atque ita concordi omnium Dominorum voto decisum extat apud Rotam Romanam diuersorum *dec.*327.*n.*1.2.*&* 6.*par.*1.

108 Quartò,ex prædictis annotandum venit, quòd materia istius legis, aut similium statutorum,quibus agitur de admittendis ad beneficia,officia, aut honores aliquibus, ex eo,quòd sint originarij, est ex illis, in quibus nullius detrimentum versatur,vt obseruat præter statim referendos,Paulus Castrensis *in d.§.legatum,num.*3.ac per consequens ista lex,& statuta benignè,& non rigidè interpretanda sunt, vt probat textus *in l.*2.*§.item verius ff.de aqua pluuia arcen.* & ex eo ita docuit Baldus *consil.*183.*statuto Ciuitatis Veronæ,num.*2.*in fin. vol.*2. & eo relato Ias. *in d. l.huiusmodi,*86.*§.legatum, num.*19.*ff de legat.*1. dicens, se solitum esse multum allegare istam decisionem consulēdo in tali materia. Sequutus est Alciatus *libr.*2.*responsorum,consil.*30.*num.*14.*& sequentibus,& cons.*42.*ex num.*1. & multis rationibus confirmat,& Menochius eum,& eas, pluresque alios referens,*cons.*227.*ex n.*1.*lib.*3. Rebuffus *de priuileg.scholastic.nu.*159.*priuilegio* 65.

109 Amplia modo primo,prædictam resolutionem,vt non solùm sint ciues originarij,nati in Ciuitate ipsa patre habente in ea domicilium, sed etiam filij,qui nati fuerint in suburbijs, aut continentibus ciuitatis, aut eius vico, vel comitatu,vt vulgo dicitur, si tamen pater ibi habeat domicilium. Ita probat text.*in l.qui ex vico,*30. vbi Glossa, & Doctores notant, *ff. ad municip. leg.qui incontinentibus,* 147. vbi Alciatus, & Rebuffus *ff. de verbor.signific.l. est verum,* iuncta Glossa ibi, *Cod.de incolis,lib.*10.ac per consequens isti,vt verè originarij participes erunt honorum & munerum. Azo,seu Pileus *in summa C.de municip.& origin.lib.*10.*num.*6.Bart.*in l.si quis,*3.*num.*1. *Cod. de natural. liber.*Baldus *cons.*183.*vol.*2.Geminianus *in c.*1.*§. & quia, num.*5.

num.5. de vsuris,in 6. post Glossam ibi,*in verbo*, *Alienigenas*, Menochius *de præsumpt.lib.6.præsumpt.*30.*numer.* 13. *verf.nec refert*, Gomezius de Leon *in sua centuria responsorum,responsio* 20.*nu.*4.*& responsio* 26.*nu.*2.*&* 3. Ignatius Villar *in silua,responso* 7.2. *p.per tot.*

110 Amplia secundò,vt non solùm origo contrahatur natiuitate propria, & naturali, sed etiam ciuili, videlicet emancipatione, & adoptione, & manumissione. Nàm istis actibus contrahitur etiam origo, & sequitur manumissus, & adoptatus originem manumittentis, & adoptantis, *l.1.in princip.l. assumptio*, 6.§. *Libertini*, *l.si quis à pluribus*,7.*ff. ad municip.& de incol.l.si vt proponis,C.de municip.& orig.lib.*10.*l.ciues,C.de incolis,eod. lib.l*,32.*tit.*2.*p.*3. *verf.la segunda*, *l.*2.*tit.*24. *par.* 4. & ibi Gregorius Lopez Hostiensis *in summa de foro comp.n.*6.*verf.item ratione originis*, Speculator *titul.de compet. Iud.adit.* §.1. *num.*35. *verf.quadragesimus primus*, Marianus Socinus *in Rubrica, de foro compet.numer.*3.*verf. quarto*, Petrus Gregorius *de Republica lib.*4.*cap.*3.*num.* 22. Decianus *Tract.crimin.lib.*4.*c.*16.*num.*21. Franciscus Marcus *quæst.*880.*par.*

111 Amplia tertiò, vt non solùm contrahatur origo natiuitate ciuili, sed etiam spirituali, nàm per baptismum acquiritur origo in loco, in quo quis baptismum suscipit. Ita statuit apud nos, *d.l.*2.*tit.*24.*par.*4.*verf. la nouena.* tenet de iure communi Lucas de Penna *in l.ciues, num.*3.*Co. de incolis,lib.*10. Azeuedus *in d.l.*9.*num.* 11.*tit.*3.*lib.*1. *recopilat.* Gonzalez *in regulam* 8. *Cancellar.glossa* 9.§.1.*ex numer.*106. Gratianus *disceptation.forensium, cap.*75.*num.*16.*tomo* 1. tametsi dubitauerit Bartolus *in l.* 1. *num. 8.ff. ad municipalem,& de incolis*, & negauerit Angelus *in d. l. hæres absens,§.si quis tutelam,n.*16.*ff.de iudicijs.*

112 Succedit tertia difficultas, vtrum natiuitas, quæ facit ciuem originarium faciat eum plenè originarium quoad omnes originis effectus, tàm fori, quàm capacitatis officiorum,honorum, & munerum, & participationis priuilegiorum,& immunitatum,quæ ciuibus conceduntur? In qua inuenio diuersos modos sentiendi Doctorum. Nàm in primis Paulus Castrensis *in d.l.huiusmodi.§.legatum, numer.*4.*ff.de legat.* 1, sic distinguit. Vt natiuitas casualis, & fortuita sola sine vllo altero additamento faciat ciuem originarium, quoad sortiendum forum in loco originis, & vt ibi possit conueniri originarius: hæc verò non satis sit, vt gaudeat quis priuilegijs loci originis,sed præter natiuitatem necessarium sit,vt etiam subeat onera, & faciat se describi ad munera, quòd si non faciant, non gaudebit priuilegijs originariorum.

113 Antonius Faber *lib.9,Cod.tit.*30.*definit.*25.ait,originarium ciuitatis cuiusque non posse frui priuilegijs loci originis,nisi solitus sit subire ibi munera. Quæ sententia videtur quidem conformis sententiæ Pauli modo relati,sed malè refert pro ea Boerium *decis.*13.*num.*45.qui ei nullo modo assentitur.

114 Menochius *de præsumpt.lib.6.præsumpt.*30. *num.*24. *& præsumpt.*42.*num.*7. quem sequitur Barbosa *in d. art. de foro originis,num.*115.*&* 116. ait,ciuem originarium priuilegijs,& immunitatibus originis non gaudere, nisi in loco originis subeat munera, & cum alijs ciuibus sustineat onera, & simul habeat domicilium. In qua sententia videntur esse alij,quos refert Cæphalus *d.consil.*451.*ex num.*89.*lib.*4.quos nos inferius num. 121. cum sequentibus commodiore loco, & proposito referemus.

115 Fundamentum istorum non videtur esse aliud, quam quòd significauit Boerius *d. decis.*13. *num.* 44. videlicet, quòd qui sentit commodum, & onus sentire debeat, ex regula iuris *in cap.qui sentit, & in cap. rationi congruit, de regul.iur.in* 6. *Neque ferendus est is,qui lucrum amplectitur, onus autem ei annexum contemnit,l.vni.§.pro secundo,Cod.de caduc.toll.* vt igitur priuilegijs, & immunitatibus gaudeant originarij,participes debent esse munerum,& oneris.

116 Sed non iure Paulus, & cæteri discesserunt à communi sensu Doctorum, qui simpliciter loquentes in hac materia dicunt, originem duos effectus parere,iuxta latiùs dicta supra num.57. videlicet, vt originarius possit conueniri in foro originis,si ibi repetiatur, & in eodem loco sit capax honorum,& munerum, ad eaque vocari possit, nihil aliud requirentes ad hos effectus, quam vt quis sit verè originarius. Quod sonant etiam leges sæpius à nobis allegatæ,nempe, *l.libertus*, §. *præscriptio*, *l.incola,ff. ad municip.l.& qui originem*,3.*in principio,ff. de muner. & honor.l.*1.*l.vltima,C.de municip.& orig.lib.*10.*l.priuilegio,Cod. de incolis,eod.lib.* cum alijs. Dicendum est igitur, quemcumque ciuem semel legitima natiuitate, quali oportet, & à nobis explicata est,originarium factum, eo ipso, & sortiri forum in loco originis,& esse capacem officiorum, & beneficiorum, & gaudere priuilegijs, & immunitatibus loci originis, concessis originarijs, sine vllo alio requisito,nisi forte statuto,aut consuetudine aliud caueretur; tunc enim seruandum esset statutum, aut consuetudo; alioqui ex origine legitimè contracta omnes originis effectus resultant. Quod in nostro Regno planè confirmatur, ex *d.l.*19.*tit.*9.*lib.*1.*recopilat.* in qua vt quis in Regno sit capax officiorum, & beneficiorum eius, non aliud requiritur,quam vt sit verè originarius, non præterea vt domicilium in Regno habeat, aut in eo subeat munera, vel onera. Cùm igitur origo Regni, & origo ciuitatis à pari procedant, & proportionem habeant inter se,non plus requiri debet, vt quis fruatur effectibus originis in ciuitate priuata, quam vt fruatur effectibus originis in Regno.

117 An verò ciues absentes à loco originis, & in eo domicilium non habentes gaudere debeant priuilegijs, & immunitatibus originis non repugnantibus verbis priuilegiorum,aut statutorum, res fuit inter quatuor egregios Doctores nostri temporis controuersa consulentes de vna,& eadem causa. Cæphalus *dicto consil.* 451. *ex numer.*88.*ver. secunda dubitatio est, vsque ad numerum* 170. *lib.*2. copiosè, & optimè rem disputauit, defendens partem affirmatiuam, & ad contraria respondens. Pro eius sententia consuluit etiam Decianus *responso* 44. *volum.* 4. Partem tamen negatiuam tuetur in eadem causa Rolandus à Valle *consil.* 79. *volum.* 3. & eandem defendit Surdus *consil.* 313.*lib.*3. nimis tamen anceps, & dubius, & ferè nihil firmiter affirmans. Huic negatiuæ parti fauet,& adhæsit Afflictis *dicta decis.* 384. Ego magis Cæphalo, & Deciano assentior contentus nunc eorum relatione,nam ferè nihil addi potest, ad ea, quæ dixerunt; inferiùs tamen iterum erit eadem quæstio obuia commodiore loco,num. 128. vbi iudicium meum interponam, & magis declarabo.

118 Neque quidquam facit aduersus prædicta fundamentum pro prioribus sententijs adductum. Nam cùm possit originarius etiam absens vocari ad munera, & honores in loco originis,vt notauit Boerius *d.decis.*13.*nu.*44. & nos expendimus,supra num.58. & ad ea compelli, vt diximus,num.64. neque possit se excusare, quominus ea subeat,per ipsum non stabit quominus vocetur,atque ita succedit regula,vt quoties non stat per aliquem,quominus ex sua parte impleat, quæ implere debet, censeatur impleuisse,ac satisfecisse,ad effectum, vt consequatur eadem commoda,quæ si verè impleßet,fuisset acquisiturus, *l.qui*

l. qui operas, 41. *ff. locati.l.iure ciuili*, 24. *ff. de condit. & demonstrat l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de varijs, & extraord. cognit. in iure ciuili*, 122.*ff.de reg.iur.* Igitur originarius iste poterit frui commodis, & priuilegijs loci originis, si quidem per ipsum nō stat quo minus subeat onera: sibi autē imputent cæteri ciues, si illi absenti munera nō iniungūt, & ad ea subeunda non compellunt, vel compelli faciunt.

119 Solùm annotandum superest, in nostro Regno esse quamdam aliam originem, & naturalitatem anomalā, & irregularem diuersam ab ea, de qua hucusque egimus: quę eum solum habet effectū, vt alienigenæ possint exercere commercium in Regnis Indiarū. Hæc autē naturalitas diuerso modo acquiritur. Nam in regijs rescriptis ordinationum Indicatum statutum est ne exteri à Regno Castellæ commercium exerceant in Regnis Indiarum per se, aut interpositas personas præter eos, quibus id fuerit à Rege concessum. De quo extat regium rescriptum diei vigesimę septimæ Iulij anni millesimi quingentesimi nonagesimi secundi. Quod statutum fuerat *d l. 5. tit. 18. lib.6. recop.* vbi notauit Azeued. & *in l. 14. numer. 50. tit. 3. lib. 1. recop.* & Volano *de commer.lib. 1. cap. 1. num. 36.* Regio autem rescripto dato 2. die Octobris 1608. renouato & obseruari iusso altero rescripto edito 25. die Decēbris anni 1616. statutum est vt alienigena possit exercere commercium in Regnis Indiarum, iudiceturque originarius, & naturalis bonorum Regnorum quoad hunc effectum, requiri, vt viginti annis continuis habitauerit in his Regnis Castellæ, vel Regnis Indiarum, & vt spacio decem annorum ex istis viginti, habuerit domum, & bona immobilia, vtque sit coniugio copulatus cum vxore originaria honorum Regnorum, vel saltem filia alienigenę, & extranei, quæ tamen nata fuerit in his Regnis. Statutum item est, ne possint alienigenę hoc priuilegio frui, quin ante in Regio supremo Indiarum Consilio declaratum fuerit, eos huius rescripti conditiones seruasse, in eisque hasce qualitates inueniri, & expeditæ sint in eo literę naturalitatis, quibus indulgeatur illis negociandi facultas: imponunturq; illis alia quædam grauamina, vt conficiendi inuentarij. Additum verò est regio rescripto expedito die vndecima Octobris anni 1618. nouum grauamen requisitum ad istam naturalitatem acquirendam, videlicet vt bona immobilia, quæ possidere debet decem annis continuis in istis, vel Indiarum Regnis alienigena, qui iudicari velit originarius, & naturalis horum Regnorum ad effectum negotiandi in Indiarū locis, sint pretij quatuor mille ducator. quæ possideat titulo, & iure hæreditatis, donationis, emptionis, aut alterius cōtractus onerosi, de quo constet per scripturam publicam authenticam venditionis, aut permutationis perpetuæ, nec sat fuerit id probasse testibus. Quo rescripto, vt obuiam iretur fraudibus hac in re contingentibus exclusæ sunt testiū probationes ad probandas hasce qualitates. Exclusæ item sunt possessionem bonorum ad vitam dumtaxat possidentis, vt vsusfructus, vel census vitalitij, declaratumque est bona immobilia possessa ab alienigena, vt conducant ad effectum reddendi eum originarium, quoad commercia exercenda, futura eius conditionis, vt perpetua sint, & vita possidentis non finiantur, sed maneant apud eius hæredes. Idque si præfationem eius rescripti attendas, nàm in decisione solùm reperitur illud verbum *permutationis perpetuæ*. Est autem similis ista naturalitas naturalitati, quam in Regno Portogalliæ exteri acquirere possunt vt testatur Barbosa *in d.§. proinde, in artic. de foro originis, num. 72. cum seqq.* Imò, verò, & ex antiquo domicilio attento iure partitarum contrahit domiciliarius quamdam naturalitatis speciem, *l. 2. tit. 24. par. 4. versic decena.* notat Gregorius ibi, *glos.* 14. Auendanus *de exequen. mandat. 1. par. cap. 3. n. 5. vers. naturalis autem dicitur*, Salcedo *ad practicam Bernardi, d. cap. 54. num.* 33.

120 Reliqua est quarta, & vltima difficultas, vtrum origo amitti possit, & ex consequenti effectus eius omnino, & in vniuersum cessare, & extinguí?

In qua prima sententia asserit, originem posse amitti, & eum, qui originarius est, effici alienigenam, & non originarium. In hac conueniunt multi Doctores statim referendi, sed differunt, & nimis variè declarant modum, & formam amissionis originis, & casus, in quibus amittitur. Quo fit, vt ista sententia in varias sectas, & sentiendi modos diuidatur.

121 Quidam dicunt, originem amitti quoad forum, munera, & onera, & ex consequenti quoad immunitates, & priuilegia, si originarius transferat suum domicilium extra locum originis. Ita sentit Afflictis *decis.* 384. *ex nu.* 2. & ad eum locum Vrsillus *num.* 3. & 4. Cuius sententiam sequitur, & consuetudine vbique, & in Germania seruari testatur Gail *obseruat. practic. lib. 2. obseruat.* 36. *nu.* 6. & 7. & *seqq.* Rolandus *conf.* 79. *num.* 31. 32. & 33. *vol.* 3. Surdus *consil.* 313 *num.* 60. *lib.* 3. Mascardus *de probat. conclus.* 1146. *varia, & multiplex, num.* 22. *vol.* 3. Ignatius Villar *in silua, responso* 74. *par. nu.* 32. & 34.

122 Alij dicunt, originem quoad omnes suos effectus amitti, si originarius transferat domicilium suum extra Regnum, vel prouinciam; secus si transferat domicilium intra prouinciam, vel Regnum, ex vna parte, vel ciuitate Regni, in aliam eiusdem Regni, vel Prouincię. Atque ita, vt vtamur exemplo indiuiduali, si Castellanus transferat domicillium suum in Lusitaniam, vel Galliam amittet iura naturalitatis, & non censebitur vlterius Castellanus. Ita sentit Accursius *in l. si in adoptionem*, 7. *verbo, non mutatur, C. de adoption.* quem sequitur Baldus *in Authen. sed omnino*, *n.* 35. *C. ne vxor pro marito*, & vtrumque Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 24. par. 4. glos. 2. in principio.* Hondedeus *consil.* 5. *num.* 27. & *seqq.* & *numer.* 43. & *sequentibus, volum.* 1. Azeuedus *in l.* 19. *num.* 3. & 4. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopilationis*. Salcedo *ad practicam Bernardi, cap.* 54. *nu.* 36. Ignatius Villar *in silua, responso* 74. *par. num.* 33. qui refert pro hac Paul. Castrens. *in d. l. huiusmodi*, 86. §. *legatum, ff. de leg.* 1. apud quem nihil tale inuenies, & Alex. in adirione ad Bartolum *in l. assumptio*, 6. §. *iurisprudentibus, verbo præsumitur habere, ff. ad municip.* Qui tamen ibi referens Baldum, videtur eius sententiam approbare, quoad eam partem, qua sentit originarium non censeri deserere originē cùm transfert domicilium intra prouinciam murat, eam censeatur deserere, vt Baldus sentit, Alexander non determinat.

123 Alij dicunt, originem posse amitti quoad ea, quæ sunt vtilia, & commoda originario, non verò quoad onera, & incommoda. Ita sentiunt quidam suppresso nomine relati apud Rotam Romanam diuersorum *decis.* 327. *nu.* 5. & apud Surdum *consil.* 346. *num.* 12. *lib.* 3. Quæ sentētia conuenire videtur cum doctrina, quam nos multis Doctoribus pro ea relatis trademus infra num. 136. Fundamentum autem, quo ista opinio niti posse videtur, tactum est à nobis supra num. 115. & dirutum num. 118.

124 Secunda sententia vera, & à nobis amplectenda, est, originem amitti non posse, siue domicilium transferatur extra locum originis ad aliam partem eiusdem prouinciæ, vel ciuitatem eiusdem Regni siuè extra prouinciam, vel Regnum; vel quouis alio modo velit originarius eximere se ab origine: & quemadmodum patrē nos mutare non

non posse, ita nec patriam. Id probat textus expressus *in d.l.assumptio, 6. in principio, ff. ad municip. ibi. Neque recusando quis patriam, ex qua oriundus est, neque mentiendo de ea, quam non habeat, veritatē mutare potest.* Quasi diceret, à pari procedunt acquisitio, & amissio patriæ, nam quemadmodum quis patriam acquirere non potest, ita nec amittere; nàm propter nostrum affirmare, vel negare, nihil ponitur in rebus, *l.ordine*, 15. §. *ius originis*, *l.incola*, 29.*ff.cod.l.* 3.*in principio*, *ff. de muner. & honor.l.origine*, *C. de municip.& orig.libr.* 10. *Origine propria neminem posse voluntate sua eximi manifestum est*, *l. vltima*, *C. eod.tit. leg. in adoptionem*, la 1.*Cod. de adop.* quibus connenit, *l.*5.*in principio*, *tit.* 24.*part.*4. *& ibi glossa* 1. id confirmat quoniam sicut iura sanguinis nullo modo diminui possunt, *l.ius cognationis*, *ff. de pact.l.iura sanguinis. ff. de reg.iur.* ita etiam neque naturalis origo. Facit §. *sed naturalis. instit. de iur.natur. gent. & ciuil.* Est enim cuis originarius quodammodo hypothecatus patriæ, vt ait Baldus *in d. l.in adoptionem*, *numer.*3. & quod plus est, vt notat Glossa *in verbo, oriundus, in cap.cùm nullus*, 3.*de tempor.ordinat.in* 6. dicitur quis ibi domicilium retinere, vbi oriundus est, *l. Senatores*, 11.*ff.de Senator.* Potuisset Glossa addere, *etiam si re vera mutet domicilium*, quia mutatio in originatio domicilium addit, non adimit, quod eadem lege planè probatur, *& d.l.in adoptionem*, & notat Alexan. *in l.cùm quadam*, *numer.* 5. *ff. de iurisdictione omnium Iudicum.* Quo fit, vt quisque ibi habere domicilium præsumatur, vnde originem ducit nisi probetur translatum, vt docet Baldus *in l.& in priuatorum*, 4.*num.* 13.*vers. pone in instrumento*, *Cod. si à non compet. Iudice*. & Gregorius Lopez *tit.*20.*in summa*, *p.*2. Quę pręsumptio eo vsque procedit, vt si quis reperiatur alicubi occisus, præsumatur inde esse originarius, si non constat esse aliunde, vt notarunt Angelus *in l.si eum exceptione*, 14.*§.in hac actione*, *num.*3.*ff.quod met.causa*, Augustinus Arminens. ad Angelum *de maleficijs verbo, hac est quadam inquisitio*, *num.*90. *& verbo, de Bononia*, *num.*3. Felynus *in capit.quoniam*, 14.*num.*3.*de offic.ordin.* Menoch. *de præsumpt.lib.*6.*præsumpt.*30. *num.* 27. Ioannes Bota *consil.* 18.*ex num.* 7. Scipio Rouitus Collega noster post hæc scripta visus *in pragmat.* 1.*numer.* 9. *in fin.de immunit. Neapolit.* Et vbicùque etiam quis habitat, censetur originarius, nisi probetur contrarium. Notat Cæuallos *in specul.pract.quæst.*458.*ex numer.*8. Alciatus *de præsumpt. regula* 2. *præsumpt.* 15. Menoch. vbi supra, *ex num.*24. Capiblancus *in pragmat.* 8.*par.*2.*nu.*230.*&* 231. *de Baron.*

125 Hanc sententiam, originem nempe ammitti non posse, vt iure manifestam sequuti sunt Bart. *in d.l.assumptio, in principio.* Albericus *in d.l.incola.* Bald. *in Rubrica*, *num.*1. *in fine*, *Cod.si à non compet.Iudice*. Angelus *in d.l.hæres absens*, *§.si quis tutelam*, *num.* 13.*&* 16.*ff.de iudicijs*. Alex. *in l.cùm quadam*, 19.*in principio*, *numer.* 5.*ff.de iurisdict. omn. Iud.* Paulus, *ibi*, *num.*6. Decius *num.*5. Iaf. *in l.si arrogator*, *numero* 44. *in fine.ff de adoption.* Ioannes de Platea *in d.l. origine*, *num.* 1.*& in d.l. vltima*, *Cod.de municip. & orig.libr.* 10.& vtrobique Iacobus Rebuffus, & Lucas de Penna, Marianus Socinus *in cap.licet ratione*, *vltimo*, *num.*52. qui latè, & eleganter loquitur *de foro compet.* Decian. *tract.at. crimin.lib.*4.*cap.*16.*num.* 19.*in fine* Bossius *tit. de foro compet.numero* 34. Boerius *decis.*13.*nu.*3.4.*&* 5.*numer.*12.*&* 13. Menoch. *de præsumpt.lib.*6 *d.præsumpt.*30. *numero.* 32. Sanchez *de matrimonio*, *libr.* 3.*disputat.*23.*num.*4. Barbosa *in d.l.hæres absens*, *§. proinde*, *in art. de foro delicti*, *numero*, 24.*& in art.de foro originis*, *ex numer.* 5.*num.*26. *numer.* 41.*nu.*87.*num.*102.*&* 103.*& seqq.* Oldradus *consil.* 169. *numer.*1. *&* 2. Ancharanus *consil.* 37.*numer.* 7. Alexand. *consil.*34.*num.*3. *&* 4.*lib.*6. Cæphalus *consil.*451.*nu.* 109. *&* 125.*cum seqq.* Bertazzolus *consil.ciuil.* 55.*num.*14.*cum seqq.* qui copiose allegat, Surdus *cons.*346.*numer.* 11.12. *& seqq.lib.*3. qui multos etiam pro hac sententia congessit, *& decis.*330.*nu.*4.*&* 5.

126 Neque satisfacit textibus expressis hanc sententiam confirmantibus Afflictis *d.decis.*384.*nu.*9. dum ait, priuilegium originis ideo vocari immutabile, quia non potest mutari, nisi deferatur. Quem ad eum locum sequitur Vrsillus *num.* 4. Est enim solutio prorsus ridicula, & docto viro indigna. Nā si ita licet respondere, cur non etiā dicatur domicilium esse immutabile, quòd nisi transferatur, & deferatur, mutari non potest? Et omnia quæcūque mutari possunt, eo modo sunt immutabilia, videlicet nisi mutentur, & homo erit immortalis, quia nò potest mori, nisi moriatur, quæ omnia risu digna sunt. Igitur quod desertione mutatur, & deseri potest, mutabile planè, est, & immutabile dici non potest. Cur enim Doctores comparasset ius patriæ eum iure patris, & cōsanguinitatis, nisi quemadmodum consanguinitas non pendet a voluntate nostra, ita neque ius originis? Nisi velit etiam Afflictis consanguinitatem ideo dici immutabilem, quia quisque permanet consanguineus, quousque vult consanguineus esse: sed si vel consanguinitatem neget, vel ei abrenunciet amplius consanguineus non erit. Neque est cur tàm amplis verbis exageret nobis auctoritatem Glossæ, nam illa, quam pro se refert *num.* 2.& quam extollit *num.*3. vix affirmat vnam inter multas sēntentias, & illam, quam Afflictis sequitur tandem in fine reprobat. Variantis verò auctoritas quanta sit, iudicet quiuis imperturbatus Iudex, ex textu *in l.qui falsò*, 16.*ff. de testibus*.

127 Est igitur statuenda regula secundum hanc sententiā, originem mutari non posse, & ex consequenti effectus eius esse immutabiles. Sunt verò præcipui, quos superius enumerauimus num. 57. 63. & 64. vt originarius possit conueniri in loco originis, propriæ, paternæ, aut auitæ, si ibi inueniatur, & in iisdem locis vocari ad honores, & munera etiam inuitus. Quos effectus parit origo de iure communi. Cæterum an originarius gaudeat priuilegijs, & immunitatibus loci originis longè aliam habet considerationem. Pendet enim ex duobus principijs, quæ attentè oportet inspicere quoties ea quæstio venerie in disputationem, quæ omni dispositioni communia sunt, videlicet voluntate, & potentia disponentis, sine quibus nihil fit, & quorum vtriusque, vel alterius defectu omnis actus redderur inutilis, si quis vel quod potest nolit, vel quod vult adimplere nequeat, *l. multum interest*, *C.si quis alteri*, *vel sibi*, *l.siue emancipatis*, *C.de donat.l.in ambiguo*, 3.*ff.de rebus dubijs*, *cap.cùm super Abbatia*, 23. *de officio.& potest.Iud.deleg.* Baldus *cons.* 326. *Rex Romanorum*, *nu.*2.*vol.*1. Hyppolitus de Marsil. *singulari* 262. *quod potuit* Molina *de primogen.lib.*2.*cap.*2.*num.*11.*vers.prima*, *in fin.& li.*1.*cap.*24.*num.*24. Castillo *lib.*2. *quotid.controuers. cap.*26.*nu.*4. Surdus *decis.*62.*num.*19.*& decis.*93.*num.*24. Tuscus *litera A. conclus.* 127.*& litera B.conclus.* 133. *tomo* 1.

128 In primis igitur ad percipiendam volontatem concedentis priuilegia, vel immunitates, inspicienda sunt verba statuti, vel priuilegij, nàm ex illis colligitur mens, & voluntas statuentis, indulgentis priuilegium: quòd indicauit Vlpianus *in l.rescripto.*6.*§.fin.ff.de muner. & honor.* Attendendum est itaque, an priuilegium, vel statutū loquatur simpliciter de originario, nam tùnc eum comprehen-

l. qui operas, 41. ff. locati.l.iure ciuili, 24. ff. de condit. & demonstrat l. 1. §.Diuus Seuerus,ff. de varijs, & extraord. co-l.gnit. in iure ciuili, 122.ff.de reg.iur. Igitur originarius iste poterit frui commodis,& priuilegijs loci originis, si quidem per ipsum nō stat quo minus subeat onera: sibi autē imputent cæteri ciues,si illi absenti munera nō iniungūt, & ad ea subeunda non compellunt, vel compelli faciunt.

119 Solùm annotandum superest, in nostro Regno esse quamdam aliam originem, & naturalitatem anomalā,& irregularem diuersam ab ea, de qua hucusque egimus: quę eum solum habet effectū,vt alienigenæ possint exercere commercium in Regnis Indiarū.Hæc autē naturalitas diuerso modo acquiritur. Nam in regijs rescriptis ordinationum Indicarum statutum est ne exteri à Regno Castellæ commercium exerceant in Regnis Indiarum per se, aut interpositas personas præter eos, quibus id fuerit à Rege concessum. De quo extat regium rescriptum diei vigesimę septimæ Iulij anni millesimi quingentesimi nonagesimi secundi. Quod statutum fuerat *à l. 5. tit. 18. lib.6.recop.*vbi notauit Azeued.*& in l.14.numer.50.tit.3. lib.1.recop.*& Volano *de commer.lib.1.cap. 1. num.36.* Regio autem rescripto dato 2.die Octobris 1608.renouato & obseruari iusso altero rescripto edito 25. die Decēbris anni 1615. statutum est vt alienigena possit exercere commercium in Regnis Indiarum,iudiceturquæ;originarius, & naturalis bonorum Regnorum quoad hunc effectum,requiri,vt viginti annis continuis habitaueris in his Regnis Castellæ,vel Regnis Indiarum,& vt spacio decem annorum ex istis viginti,habuerit domum,& bona immobilia, vtque sit coniugio copulatus cum vxore originatia honorum Regnorum, vel saltem filia alienigenę, & extranei, quæ tamen nata fuerit in his Regnis. Statutum item est, ne possint alienigenę hoc priuilegio frui, quin ante in Regio supremo Indiarum Consilio declaratum fuerit,eos huius rescripti conditiones seruasse, in eisque hasce qualitates inueniri,& expeditæ sint in eo literę naturalitatis, quibus indulgeatur illis negociandi facultas: imponunturq;illis alia quædam grauamina, vt conficiendi inuentarij. Additum verò est regio rescripto expedito die vndecima Octobris anni 1618, nouum grauamen requisitum ad istam naturalitatem acquirendam, videlicet vt bona immobilia, quæ possidere debet decem annis continuis in istis, vel Indiarum Regnis alienigena, qui iudicari velit originarius, & naturalis horum Regnorum ad effectum negotiandi in Indiarū locis, sint pretij quatuor mille ducator. quæ possideat titulo, & iure hæreditatis, donationis, emptionis, aut alterius cōtractus onerosi, de quo constet per scripturam publicam authenticam venditionis, aut permutationis per petuæ, nec sat fuerit id probasse testibus. Quo rescripto, vt obuiam iretur fraudibus hac in re contingentibus exclusæ sunt testiū probationes ad probandas hasce qualitates. Exclusæ item sunt possessionem bonorum ad vitam dumtaxat possidentis,vt vsusfructus,vel census vitalitij, declaratumque est bona immobilia possessa ab alienigena, vt conducant ad effectum reddendi eum originarium, quoad commercia exercenda, futura eius conditionis, vt perpetua sint,& vita possidentis non finiantur, sed maneant apud eius hæredes. Idque si præfationem eius rescripti attendas, nam in decisione solùm reperitur illud verbum *permutationis perpetuæ.* Est autem similis ista naturalitas naturalitati, quam in Regno Portugalliæ exteri acquirere possunt vt testatur Barbosa *in d.§. proinde, in artic. de foro originis, num.72.cum seqq.* Imò, verò,& ex antiquo domicilio attento iure partitarum contrahit domiciliarius quamdam naturalitatis speciem, *l.2.tit.24.par.4.verſ.la decena.* notat Gregorius ibi, *glos.* 14. Auendaũus *de exequen.mandat.1.par.cap.3.n.5. verſ. naturalis autem dicitur.* Salcedo *ad practicam Bernardi, d.cap.54.num.33.*

120 Reliqua est quarta, & vltima difficultas, vtrum origo amitti possit, & ex consequenti effectus eius omnino, & in vniuersum cessare, & extingui?

In qua prima sententia asserit, originem posse amitti, & eum, qui originatius est, effici alienigenam, & non originarium. In hac conueniunt multi Doctores statim referendi, sed different, & nimis variè declarant modum, & formam amissionis originis, & casus, in quibus amittitur. Quo fit, vt ista sententia in varias sectas, & sentiendi modos diuidatur.

121 Quidam dicunt, originem amitti quoad forum, munera, & onera, & ex consequenti quoad immunitates,& priuilegia, si originarius transferat suum domicilium extra locum originis,Ita sentit Afflictis *decis.384.ex nu.2.*& ad eum locum Vrsillus *num.3.& 4.* Cuius sententiam sequitur, & consuetudine vbique, & in Germania seruari testatur Gail *obseruat.practic.lib.2. obseruat.36.nu.6.& 7. & seqq.*Rolandus *consil.79.num.31.32.& 33.vol.3.* Surdus *consil.313.num.60.lib.3.* Mascardus *de probat.conclus. 1146.varia, & multiplex, num.22. vol.3.* Ignatius Villar *in silua, responso 74.par.nu.32.& 34.*

122 Alij dicunt, originem quoad omnes suos effectus amitti, si originarius transferat domicilium suum extra Regnum,vel prouinciam; secus si transferat domicilium intra prouinciam,vel Regnum,ex vna parte, vel ciuitate Regni,in aliam eiusdem Regni,vel Prouincię. Atque ita, vt vtamur exemplo indiuiduali, si Castellanus transferat domicillium suum in Lusitaniam, vel Galliam amitter iura naturalitatis,& non censebitur vlterius Castellanus. Ita sentit Accursius *in l.si in adoptionem,7.verbo, non mutatur, C.de adoption.* quem sequitur Baldus *in Authen. sed omnino, n.35.C. ne vxor pro marito,* & vtrumque Gregor. Lopez *in l.5.tit.24.par. 4.glos. 2. in principio.* Hondedeus *consil.5.num.27.& seqq.& numer. 43.& sequentibus, volum. 1.* Azeuedus *in l.19. num. 3. & 4.tit.3.lib.1. recopilationis.* Salcedo *ad practicam Bernardi, cap.54. nu. 36.* Ignatius Villar *in silua, responso 74.par.num. 33.* qui refert pro hac Paul.Castrens.*in d.l.huiusmodi, 86. §. legatum, ff.de leg.1.* apud quem nihil tale inuenies, & Alex. in aditione ad Bartolum *in l.assumptio, 6.§. iurisprudentibus, verbo præsumitur habere, ff.ad municip.* Qui tamen ibi referens Baldum, videtur eius sententiam approbare, quoad eam partem, qua sentit originarium non censeri desetere originē cùm transfert domicilium intra prouinciam mutat, eam censeatur deserere, vt Baldus sentit,Alexander non determinat.

123 Alij dicunt, originem posse amitti quoad ea,quæ sunt vtilia,& commoda originario, non verò quoad onera,& incommoda.Ita sentiunt quidam suppresso nomine relati apud Rotam Romanam diuersorum *decis. 327.nu.5.* & apud Surdum *consil. 346.num.12.lib. 3.* Quæ sententia conuenire videtur cum doctrina, quam nos multis Doctoribus pro ea relatis tradenius infra num.136. Fundamentum autem,quo ista opinio niti posse videtur,tactum est à nobis supra num.115. & dirutum num.118.

124 Secunda sententia vera, & à nobis amplectenda, est, originem amitti non posse,siue domicilium transferatur extra locum originis ad aliam partem eiusdem prouinciæ, vel ciuitatem eiusdem Regni siuè extra prouinciam, vel Regnum; vel quouis alio modo velit originarius eximere se ab origine: & quemadmodum patrē nos mutare

non

ne fauet Glos. cum apostilla marginali ibi, *in c. vltimo, 23. q. 3.* Et quod magis est Deus optimus maximus, ad quem mortalium cura, & eorum summa gubernatio tanquam ad supremum Regem Regum pertinet, solet Regna trãsferre à gente in gentem propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos, *Eccles. 10. n. 8. & ruch. 4. n. 51.* Scire enim oportet Reges, non amitti Regna ob inopiam, auri, & argenti, quod eleganter indicat Plato *lib. 36. epist. 1. in fin.* sed ob copiam iniuriarum, & penuriam iustitiæ.

135 Limita, tertiò, prædictam regulam, si quis patriam periclitantẽ deseruerit, & pro viribus non iuuauerit, nam eo casu amittit originem, & iura originarij. Intellige tu ex ea patria, quam deseruit, non ex toto Regno. Ita tenet Baldus per illum textum *in l. 2. num. 4. C. de infantibus expositis*, Ias. *in l. 1. §. huius studij, num. 15 ff. de iust. & iure*, Boer. *decis. 260. num. 34.* Petrus Gerardus *singul. 2. nu. 10.* Cæphalus *d. cons. 451. n. 146. & seqq. lib. 4.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro originis, nu. 103.* Galluppus *in praxi S. C. par. 2. cap. 6. num 67.* Surdus *cons. 437. num. 12. lib. 3.* Et hæc limitatio malè intellecta, & cauillationibus adulterata fuit præcipua occasio erroris, in quem lapsi sunt Doctores, quos retulimus pro sententia priori in hac difficultate, num. 120. & sequentibus, curque eius sectatores à veritate, magisque communi sententia discesserint, existimantes, eum patriam deserere, qui in alteram ciuitatem, vel Regnum domicilium transfert, vt planè docuit Afflictis *dicta decis. 384. num. 13.* & alij, qui sententiam suam auctoritate Baldi nũc relati confirmant, quem tamen malè in suam sententiam trahere conantur alienissimum ab ea, eamque illi falsò imponunt.

136 Limita quartò, si ciuitas originis terremotu, aut casmate periret, aut igne de Cœlo misso, vt Sodoma, & Gomorra, Genesis 19. aut ab hostibus caperetur, aut destrueretur, vt Troya; vel passa esset aratrum, vt Carthago, & Brixia, & Bononia (quæ anteà vocabatur Thesalonia, *cap. cùm apud Thessalonicam, 69. vndecima, q. 3.*) vel quia ciuitas aliquo casu fieret inhabitabilis, & ideo omnes habitatores ab ea recederent, vt contigisse Myuntiorum vrbi in Ionia, & Atarnensium, ciuitati desolatis ingruente culicum ingenti copia, qua ciuẽs relictis vrbibus, patriisque sedibus, aliò migrare coactos esse, author est Nicolaus Leonicius *lib. 2. de varia historia, cap. 71.* & varias ciuitates exitium passas, & desertas, deletasque à diuersis animalibus, scribit Plinius *de naturali historia, lib. 8. cap. 29.* Nàm his omnibus casibus orignarij originem, & eius iura amitterent. Hanc limitationem tradit Glossa *in l. eius, qui, 27. §. Celsus, verbo, domicilio, ff. ad municip.* quam sequuntur Bart. *ibi, ex num. 1.* Marianus Socinus *in capit. licet. ratione, vltimo, num. 52. col. 3. de foro comp.* Probant ex textu *in l. si vsusfructus, 21.* vbi etiam notat Glossa *ff. quib. mod. vsusfruct. amit.* & *ex l. cùm loca, 36. ff. de relig. & sumpt. funerum* Confirmaturq; ex traditis ab Erasmo Cochier *tract. de iurisdict. in exemptos. par. 3. q. 19. ex num. 1.* Ratio autem huius limitationis philosophica est, quoniam ius originis est relatio originarij ad patriã. Omnis autem relatio duo extrema requirit: quolibet autem pereunte perit. Atque ita, quemadmodum perit originis ius pereunte originario, ita amittitur pereunte patria.

137 Limita quintò, si quis sponte sua velit expresse renũciare suæ origini, & iuribus eius. Nàm tũnc amittet originem, quoad ea omnia, quæ sunt commoda, & fauorabilia: non verò quoad munera, & onera: & renunciatio ista habebit effectum in præiudicium originarij, non tamen in præiudicium patriæ. Ratio est, quia quilibet potest fauori suo renunciare, *l. si quis in conscribendo, penultima, C. de pact. l. si Iudex, ff. de minor. l. iuncto, 70. ff. de reg. iur.* Glossa notatu digna *in leg. pactum, verbo, licet, ff. de pact.* Verum alteri per alterum iniqua conditio inferri nõ potest, *l. non debet alteri, 75. ff. de reg. iur.* Tuseus *litera A. conclus. 313.* Atque ita voluntas originarij originem mutare volentis patriæ non præiudicat, *d. l. assumptio, 6. in princip. ff. ad municip. & de incol. l. origine. Codic. de municip. & orig.* Quam limitationem tradunt Bart. *in l. priuilegio, 27. C. de Decurion. lib. 10.* & ibi Ioannes de Platea *ante num. 1.* Alex. *ad Bart. in l. eius qui, 27. §. Celsus, verbo, casu, ate perijt, ff. ad municip.* Bossius *tit. de crimine læsæ Maiestat. num. 94.* Greg. Lopez *in d. l. 5. tit. 24. par. 4. glossa 2. ad fin.* Barbosa *in d. ar. de foro originis, nu. 34. 101. 103. seqq. & 108.*

138 Dixi, *velit expresse renunciare*, quoniam si renunciatio non fit expressa, non facilè indicandum est, renunciatum esse iuri originis, nisi actus, ex quo renunciatio ista colligitur, manifestè arguat renunciationem. Quod omnibus renunciationibus generale est. Renunciatio enim stricti iuris est, & in ea non veniunt, nisi quæ exprimuntur, aut quæ necessariam connexionẽ habent cum expressis vt rectè notat cum multis Farinacius *cons. 197. num. 16. & 17. lib. 3.* Surdus *decis. 33. num. 9. & 10.* Nouarius *de elect. fori, quæst. 13. sect. 1.* Et nemo præsumendus est iuribus suis renunciare *ex l. cùm de indebito, ff. de probation.* Ias. *in l. 2. nu. 124. C. de iur. emphit.* Gregorio Lopez *in l. 13. tit. 11. par. 5. glossa 6.* Ioannes Lupus *in Rubrica de donat. inter, §. 6. num. 10. 11. & seqq.* Paz *in praxi, 1. tomo, 4. par. c. 3. num. 31. circa fin.* Mascardus *de probat. conclus. 1270. renunciatio cùm sit*, vbi latè, *vol. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. nu. 1. & seqq.* Alioquin translatio domicilij in aliam ciuitatem, Regnum, vel prouinciam, non arguit renunciationem iuris originis, vt hactenus diximus, & probat textus *in l. 3. ff. de muner. & honor. & l. Senatores, penultima, ff. de Senator.* & rectè animaduertit Barbosa *vbi supra, numer. 107.* Domicilium enim nouum additur potius domicilio originis, quam illud adimatur, *d. l. Senatores. & l. in adoptionem, la 1. Cod. de adoption.* & significat Albericus *in d. l. eius, qui, §. Celsus, aliàs l. si quis instructus, 27. numer. 8. ff. ad municip.* Cùm verò fieret actus directò contrarius iuri, & priuilegio originis, in eo tãtum particulari casu præiudicaret sibi originarius, *vt in l. priuilegio, 27. C. de Decurion. lib. 10.* & ibi notat Ioannes de Platea *ante num. 1. argum. l. voluntaria, C. de excus. tutor.* Quæ rectè confirmantur ex traditis à Panormitano *cons. 62. nu. 16. 17. & 18. in principio, 2. par.* & Menochio *vbi supra, n. 3. & seqq.* Deciano *cons. 22. num. 76. vol. 1.*

139 Limita sextò, vt per matrimonium à muliere contractum ipsa originem amittat. Quod an, & quatenus verũ sit, & quomodo intelligendum, diximus supra num. 65. & 66.

140 Limita septimò, vt per adoptionem senatoriæ dignitatis amittatur origo, quoad onera, non verò quoad honores, vt notauimus supra num. 58.

141 Pro coronide adijcienda est quæstio, an origo semel amissa ijs modis, quibus eam amitti diximus, possit iterum recuperari? Et Barbosa *in d. artic. de foro originis, nu. 85. & 86.* iuxta forum Aragoniæ, & Constitutiones Portugalliæ, quas refert, sẽsit filios natos extra ea Regna procreatos à patribus originarijs eorum Regnorum, postquam in alias prouincias transtulerant domicilia, posse recuperare originem, quam mutatio domicilij paterni eis ademit, si patres eorum reuertantur ad ea Regna, & sua domicilia reducant. Pro quibus facit, quod res de-

facili

facilè redit ad suam naturam. *l. si vnus. §. quod, & in spe cie ff. de pact.* facit textus melior de iure, *in l. filio, quem pa ter. 23. in principio. ff. de liberis & posthumis, quod non trans latus, sed redditus videretur*. Item, quod res facilius perfi citur, quam de nouo producitur, quemadmodum faci lius conseruatur. *l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel a lien. iur.* Iste autem filius, si respiciat paternam originem, est originarius Tarraconensis, vel Lusitanus. Ergo tametsi exterus sit, & alienigena respectu originis propriæ, faci lius debet recuperare partem, vt sic dicam, originis, quæ illi deest, vt sit integrè originarius, quam si ex integro ori ginem vellet acquirere. Et ita se habent in istis Prouin ciis.

142 In Regno autem Castellæ, qui semel originem ami sit, factus originarius extranei Regni ex origine propria, eam recuperare non potest. Neque est lex, aut constitu tio aliqua, quæ hoc ei beneficium indulgeat tamet si omnino ei desit, vt fiat huius Regni originarius, cùm ex origine paterna sit Castellanus, quam si esset ex patre extero. Quare siue quis nascatur ex patre Castellano post mutatum extra Castellæ Regnum domi cilium, quo casu ex origine propria factus est extraneus, & alienigena, quamuis ex paterna origine Castellanus maneat, siue qui re vera erat originarius nostri Regni ori ginem amiserit, aut sua culpa, aut ex renunciatione facta ex caussis quas retulimus (amiserit in quam ex toto, & integrè, non secundum quid, & quoad quosdam solum effectus, vt nonnunquam diximus contingere) originem recuperare non potest, nisi per priuilegium impetratis à Rege literis naturalitatis, vt posset quilibet alius extra neus eas impetrare; aut per restitutionem à Rege factã, quod est pinguius remedium, & magis liberum ab in commodis; quippè cum restitutio omnia redigat ad pri stinum statum, vt ita latè notata ab Sfortia Odd. *tract. de restitut. in integrum, 2. par. quæst. 91. artic. 1. & quæstionibus sequentibus vsque ad finem tractatus*. Quæ tamen restitu tio tunc locum habere poterit cum is, qui erat planè originarius ex origine propria, eam amiserit, non cum extra Regnum natus, & origine propria extraneus ori ginarius fieri vult, quia origo restitui non potest ei, qui eam non habuit. Hæc de foro originis dicta sint, quæ alibi congesta non inueniès. Madriti die 20. Aprilis 1624.

QVÆSTIO TERTIA.

De foro rei sitæ.

143 R*Atione rei sitæ sortitur quis forum.*

144 *In foro rei sitæ conuenitur reus coram Ordinario, quamuis sit exemptus, nisi in priuilegio exemptionis ali ter sit expressum.*

145 *In foro rei sitæ conuenitur quis in profanis, & spiritua libus.*

Clericus, vbi habet beneficium requirens residentiam, cen setur habere domicilium.

146 *In foro rei sitæ conueniuntur quis tam ob res corporales, quàm incorporales.*

Explicatur textus legis difficilis, in l. vlt. Cod. de præscript. longi temporis.

Nominum debitorum etiam in eo loco esse censetur, vbi ex actio de iure, & facto fieri potest.

Arrestum, & sequestratio in quo differant.

147 *In foro rei sitæ conuenitur quis ratione rerum immobilium, & mobilium, vel se mouentium, & explicantur Docto rum sententia de hac re.*

148 *De iure Castellæ non excusatur reus à suscipiendo iudicio, in loco, vbi res mobilis reperitur, quamuis sit non suspe ctus, & idoneus, nisi satisfaciat iudicio sisti in suo foro, & quid obseruandum sit satisdatione non data.*

149 *Reus non conuenitur in loco rei sitæ, nisi præsens, & absens patietur possessionem rei petitæ, sed ad iudicium venire non cogetur.*

150 *Iudex loci rei sitæ procedit aduersus absentem per literas requisitorias, quemadmodum aduersus absentem à loco contractus.*

151 *In foro rei sitæ potest conueniri reus actionibus realibus non personalibus.*

152 *Forus rei sitæ necessarius est ex parte rei, voluntarius ex parte actoris.*

Electio fori pertinet ad actorem, si reus multiplicem forum habeat.

153 *Reus attenta qualitate personæ sortitur forum in loco rei si tæ, scilicet sæcularis coram sæculari Iudice, Ecclesiasti cus coram Ecclesiastico.*

154 *Consuetudo Francorum conueniendi Clericos in actionibus realibus coram sæcularibus, non est iuri consona, neque seruatur in Hispania.*

155 *Pecora Clerici damnum dantia in agris contra statuta po terunt capi à Iudice laico, & damnari pœna statutaria, re tinerique donec parti satisfiat.*

156 *Contraria sententia existimantium, istam pœnam statuta riam imponendam esse à Iudice Ecclesiastico.*

157 *Reycitur tamen, & refertur contrarius vsus Tribunalium Hispanorum, & decisiones.*

158 *In Hispania praxi receptum est, vt Clerici inuenti post si gnum campanæ cum armis, ipsis spolientur à sæcularibus.*

Hæc doctrina parcius admittenda, si Clericus non inueni retur in vagantia violatione statuti.

159 *Clericus negotiator debens gabellam, potest captis pigno ribus ad solutionem compelli à Iudice sæculari in Hispa nia; non tamen potest aliquid agi aduersus eius perso nam.*

Res Clerici cadens in commissum, ob violationem statuti potest capi à sæculari in prouinciis, vbi id moribus intro ductum est.

Cætera inuenies post num. 159.

143 REgula, & conclusio generalis est. Ratione rei sitæ sortitur quis forum, vt possint conueniri coram Iudice territorij, in quo res est sita, etiam si ibi nullã a lia ratione forum sortiatur videlicet ratione domicilij ori ginis, contractus, delicti, aut vlla alia. Eam probat tex tus *in leg. sed & si susceperit, 52. §. vltimo, ff. de iudiciis, & in l. actor vltima, Cod. vbi in rem actio.* vbi Bart. Bald. Angel. Salicet. Fulgos. Paulus annotarunt *in capit. fane, si Epis copi 3. de foro comp. & cap. vltimo, eod. tit.* quibus locis pro sequuntur Canonistæ. *l. 32. tit. 2. par. 3. vers. la quinta, & vers. e la docena, & ibi glossa 9. & 19. l. 48. tit. 9. par. 6. & ibi glossa 3.* Glossa *in d. l. hæres absens, § proinde, verbo, de bebit, ff. de iudiciis*, Speculator *lib. 2. tit. de compet. Iud. adit. §. 1. num. 4. vers. septimus*; Marianus Socinus *in d. cap. fane si Episcopi, num. 3. vers. est igitur regula, & numer. 3. vers. quarta declaratio*, Felynus *in cap. dilectus, el 2. num. 10. de rescrip.* Ludouicus Romanus *cons. 250.* Natta *cons. 4. num. 2. libr. 1.* Vincentius de Franchis *decis. 177. num. 1. & seqq. & decis. 389. ex num. 2.* Caualcanus *decis. 3. num. 16. 2. par.*

D. Ric-

D.Riccius *collectan.* 735. Barbosa *in d.l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro rei sitæ, num.* 1. *& in initio eiusdem legis, nu.* 50. *&* 56. Tuscus *litera F. conclus.* 439.

144 Amplia primò, propositam regulam, vt in foro rei sitæ possit conueniri reus corã Ordinario, quamuis habeat priuilegium exemptionis, dummodò res, de qua contra ipsum agitur, non sit sita in loco exempto. Probat text. *in c.*1 *in principio, de priuilegijs, in* 6. vbi notat *glossa* 1. *& in verbo, aut rei,* Geminianus *num.* 3. Francus *numer.* 2. *&* 5. Ancharanus *num.* 2. Paulus Castrensis *in d.l. vltima, num.* 1. *C. vbi in rem actio.* & Barbosa *in d. art. de foro rei sitæ, num.* 3. Quam tamen ampliationem limitabis, nisi priuilegium expressè concedat exemptionem à foro rei sitæ, quomodo nonnulla expedita esse priuilegia, refert Ioannes Andræas *in d.c.*1 *ante num.* 1.

145 Amplia secundò, prædictam regulam, vt procedat nõ solùm in prophanis, sed etiam in spiritualibus. Nàm si Clericus conueniatur ratione beneficij non requirentis residentiam, conueniri poterit apud Iudicem loci, ad quem pertinet beneficium. Hæc ampliatio colligitur ex regula ob identitatem rationis eamque tradit Marianus vbi supra, *vers. prima declaratio*, & Felynus eum sequutus *in d.c. dilectus, el* 2. *num.* 9. *de rescriptis.* Dixi, *si Clericus conueniatur ratione beneficij non requirentis residentiã.* Quia si beneficium requirat residentiam, tùnc Clericus dicetur habere ibi domicilium; iuxta notata *in d. cap. dilectus,* vbi latè Felyn. *nu.* 2. *& in cap ex ore, de priuileg.* notat Bernardus Diaz *in practica crim. canon. c.* 10. *nu.* 1. *& seqq.* & ad eum locum Salcedo: atque ita magis ratione domicilij, quam rei sitæ sortietur ibi forum. Verùm si exigente beneficio residentiam beneficiarius ab ea esset excusatus ex priuilegio, vel alia causa, locum haberet ista ampliatio. Et non solùm in vno beneficio, sed in pluribus locum habet, nàm in quolibet loco, in quo Clericus beneficium possidet, forum sortitur ratione beneficij possessi, vt rectè vtrũque animaduertit vbi supra Marianus.

146 Amplia tertiò, vt non solùm regula locum habeat in rebus corporalibus, sed etiam in incorporalibus, videlicet actionibus, iuribus seruitutum, patronatus, & alijs, nominibusq; debitorum; quæ tametsi sint incorporalia, *inst. de reb. corporal. & incorporal. l.*1. *§. quædam, ff. de rerum diuis.* elegans textus (& legistis difficilis, vt id obiter dicam, quia dependet ex traditis à Theologis de modo existendi in loco, & operandi substantiarum spiritualiũ, de quo D.Thomas 1. *par. q.* 52. *art.* 1. *& quodlibeto* 1. *quæst.* 3. *art.* 4 quod animaduertit quoque Franciscus Sarmiento inferiùs referendus) *in l. vltima, Cod. de præscript. longi tempor. ibi. Ideo enim nostri maiores subtilissimo animo, & diuino quodam motu ad actiones, & earum iura peruenerunt, vt incorporales constitutæ possint vbicunque ius suum, & effectum corporalem extendere*, tamen seruitutes ibi esse censentur, vbi sunt corpora, quibus accedunt, *l.* 3. *ff. de seruitutib.* Nomina autem debitorum in eo loco esse existimandum est, vbi exactio de iure, & facto fieri potest. Ita docuit singulariter Lapus *allegat.* 91. *n.* 8. & ad eum Mandosius, consonat Salicetus *in l. cunctos populos, numer.* 14. *paulò post medium, C. de summa Trinit. & Fid. Cathol.* sequitur Alex. *consil.* 16. *num.* 4. *lib.* 1. Socinus *cons.* 101. *nu.* 5. *&* 6. *lib.* 1. Mandellus Albensis *cons.* 370. *num.* 20. Fabius de Anna *cons.* 45. *n.* 79. Franchis *decis.* 93. *per totam.* Peregrin. *de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 142. *& cons.* 90. *nu.* 29. *lib.* 1. Tiraquel. *de tract. lignag. §.* 36. *glossa* 3. *num.* 16. *&* 17. Simancas *de catholicis institut. tit.* 9. *numer.* 130. *&* 131. Caballus *resol. crim. centur.* 3. *casu* 268. *nu.* 4. *&* 5. Quod confirmari videtur ex egregio textu *in l. si fidei commissum.* 50. *§. tractatum est, ff. de iudicijs,* & traditis à Pinelo *in Rubr. C. de bonis maternis,* 1. *par. num.* 12. & Gratiano *discept. forens. tomo* 1. *c.* 29. *ex num.* 26. Et quod magis est Baldus *in d. §. tractatum est, numero* 3°. *in final.* ait, argumento illius textus dicẽdum esse *quod ille officialis faciat executionem datiorum, & collectarum, ut cuius territorio est res affecta pro datijs, & collectis,* Et tametsi vt ex ijs, quæ Tiraquel. refert, *in tractation. de iur. primog. q.* 49. & Ioannes Leciriet *de iure primogen. lib.* 2. *q.* 9. & Mandellus Albensis vbi supra, diuersæ fuerint opiniones Doctorũ de loco, cui adscribendæ sint actiones, & nomina debitorum, quarum hæc, quam retulimus, videtur esse verisimilior, & frequentior, tamen ferè omnes conueniunt, alicui loco esse adscribendas, quidquid dicat Tiraquel. *de retractu lignag. §.* 1. *gloss.* 7. *numer.* 11. *& in l. si vnquam, verbo, bona, num.* 13. *Codicis de reuoc. donat.* cum alijs, quos refert, disputatque doctissimus Franciscus Sarmiento *lib.* 6. *selectarum, c.* 18. Ex quo consequens est, vt Iudex loci, in quo censentur esse ista incorporalia, petente eo, cui ius fuerit, possit nomina debitorum, aut exigere, aut sequestrare, vel vt dicam proprius, arrestare, seù prohibere, ne soluant suis creditoribus; eorumque exactionem interdicere, quod hispanè dicimus, *embargar.* Quæ est quædam species sequestrationis, minus tamen propriæ, cùm maneat apud debitorem pecunia, quæ creditori solui deberet. Sequestrum enim propriè est, cùm deponitur apud aliquem res, quæ apud ipsum nõ erat, impropriè, cùm retinere iubetur rẽ, quæ apud ipsum iàm est. Explicarunt Caualcanus *decis.* 3. *num.* 12. 1. *par.* & Cabedus *decis.* 86. 1. *p.* Hanc ampliationem significauit Caualcanus *dicta decis.* 3. *num.* 7. *&* 8. & quemadmodum proxima præcedens, ex regula à paritate rationis colligitur.

147 Amplia quartò, vt regula procedat non solùm in rebus immobilibus, sed etiam mobilibus, vel se mouentibus. Nàm non solùm potest reus conueniri apud Iudicẽ loci, in quo inuenta fuerit res immobilis, de qua in iudicio contenditur, sed etiam vbi fuerit res mobilis, & se mouens, de quibus controuertitur. Quæ tamen ampliatio, vt omnino explicetur, & perfectè intelligatur, oportet adnotare, fuisse de hac re inter Doctores tres opiniones. Prima simpliciter affirmat, in loco rei sitæ, siue immobilis, seù mobilis, posse reum conueniri indistinctè, & in omni casu. Ita sensit Azo *in l. vltima, C. vbi in rem actio.* relatus ab Accursio *in glossa vltima*. Quem sequuntur ibi Cynus *num.* 1. Salicetus *num.* 1. Bernardus *in cap. vltimo, in verbo contra possessorem, de foro comp.* & Hostiensis *in summa, eod. tit. num.* 5. Card. Zabarella *in d. cap. sane, num.* 2. *eod. tit.* Ancharanus *cons.* 140. *primum dubium, numer.* 7. Boërius *decis.* 218. *num.* 3. *&* 5. vbi ait, opinionem Azonis seruari in praxi. Secunda opinio simpliciter negat, regulam habere locum in rebus mobilibus, aut se mouentibus, sed dumtaxat ait, locum habere immobilibus. Ratione autem mobilium si quis conueniatur in loco, in quo fuerit inuentus cum illis, posse declinare forum, & petere remitti se ad forum domicilij, dùm tamen satisdet iudicio sisti in suo foro, argumento, *l. Senatusconsulto, ff. de offic. Præsid. & l. si fideiussor, § fin. ff. qui satisd. cog.* quod si satisdare non possit, res sequestrabitur propter suspicionẽ de recessu, & trãsportatione. Ita sensit Hugolinus, quem refert, & sequitur Accursius *in d. glos. fin. in l. vlt. C. vbi in rem actio.* Tertia opinio ita distinguit. Aut res mobilis, de qua controuersia oritur, permansura est in loco aliquo, aut non est mansura, sed est in transitu, & via ad aliũ locum. Primo casu locum habet prima opinio. Secundo casu secunda. Hæc fuit sententia Placentini Glos-

satoris antiqui, quem sequutus est Petrus. In ea est Ioannes Andræas, qui eas omnes refert, *in cap. vltimo, num. 12. de foro comp. & in additione Speculatoris, libr. 2. tit. de comp. Iudicis addition.* §. 1. *nu.* 17. *verbo. in principio,* in eadem videtur esse Speculator *ibi, d. num.* 17. *& tit. de satisdation.* §. 2. *in princ. & num.* 1. & Cynus supra allegatus, si attentè legatur, Bart. *in d. l. vltima, num.* 1. *C. vbi in rem actio* Albericus *ibi, num.* 2. Baldus *num.* 4. Angelus *num.* 2. Paul. Castrens. *numer.* 3. Fulgos. *vers. in eadē glossa,* Panormitanus *in cap. vltimo, num.* 43. *&* 44. *de foro comp.* Marianus Socinus *in d. cap. fane, nu.* 4. *vers. secunda declaratio, eod. tit.* Franciscus Marcus *decis.* 1056. *nu.* 1. *r. par.* Quam sententiam de iure communi frequentiorem apud nos approbauit *l.* 32. *tit.* 2. *par.* 3. *vers. e la docena,* & eam sequitur ibi Gregorius *glos.* 18. *&* 19. Barbos. *in d. art. de foro rei sitæ, n.* 4. *& seqq.*

148 Duo solùm animaduertenda sunt. Primum, apud nos de iure partitarum non posse excusari quemuis à suscipiendo iudicio in loco, vbi res mobilis reperitur, quamtumuis sit non suspectus, & soluendo, nisi satisde iudicio sisti in suo foro, quod si satisdare nō possit, sustinebit quidem ibi iudicium, & res sequestrabitur. Si autem sit suspectus, idest, iuxta partitæ legem, vrgeatur iudicijs furti, tùm sustinebit quidem iudicium, tùm etiam conijcietur in carcerem durante iudicio, donec purget suspicionem furti, vel culpa detegatur. Ita disponit *d. l.* 32. cōtraria in hoc sententiæ Panormitani, *d. num.* 44. vt animaduertit Gregorius *d. gl.* 18. Secundò aduerto, tametsi iuxta prædictam legē partitæ, solùm videatur ex parte rei requiri satisdatio de iudicio sisti; verum quia Marianus vbi supra, cuius sententiam sequitur Felynus *in d. c. vltimo, nu.* 24. *in fin. versic. de foro rei sitæ,* & Ias. *in l. si fideiussor,* §. *si satisdatum, num.* 1. *ff. qui satisd. cogan.* & ante eos idem docuit Speculator *tit. de satisdation.* §. 2. *in principio. & n.* 1. hoc casu ait, præstare debere reum cautionem de re exhibenda, & non trasportanda, aut baratanda (vt dicūt) propter interesse actoris, ob difficultatem probationis, si res non exhiberetur, ob quam alioqui actori plenè cautum non erit, argumento *d. l. Senatusconsulto, ff. de offic. Præsid.* quod quidem suadet equitas, & lex nostra non contradicit, crederem verum id esse, & in praxi seruandum suaderem.

149 Limitabis tamen primò, propositam conclusionem, & regulam, vt procedat, & locum habeat, si reus inueniatur præsens in loco rei sitæ, nàm tùnc poterit ibi conueniri, & cogetur suscipere iudicium, & ibi se defendere, ad hoc enim est necessaria præsentia rei, in eo loco: alioqui si absit; non poterit cogi precisè in iudicio comparere, & ibi se defendere, sed dumtaxat causatiuè, quia nisi compareat, patietur possessionem rei petitæ, in quā à Iudice eius loci mittetur actor ex primo decreto, exemplo rei absentis à foro contractus, iuxta textum *in c. Romana,* §. *contrahentes, de foro comp. in* 6. de quo fusiùs agemus infrà quæstione sequēti, ex nu. 220. Hanc limitationem tradit Paulus Castrensis *in d. l. actor, vlt. num.* 2. *C. vbi rem actio,* Marianus Soccinus *in d. c. fanè si Episcopi, num.* 12. *de foro comp.* Franchis *d. decis.* 177. *n.* 2. *&* 3. Barbosa *in d. artic. de foro rei sitæ, num.* 15. *&* 16. esseque regulare, vt in omni foro præter forum domicilij, requiratur præsentia rei, vt ibi possit conueniri, docuit idem Paulus relatus à me supra, num. 13. multique alij, quos referam inferius quæstione sequenti, num. 218. Rationem autem reddit Paulus, quia hoc forum non est fortius foro contractus. At in foro contractus requiritur præsentia, *d. cap. Romana,* §. *contrahentes,* ergo & in hoc. Qua eadem ratione vtitur Barbosa modo relatus.

150 Si verò quæras, quonam modo procedere debeat Iudex aduersus absentem ab hoc foro? Respondendum est, missurum esse literas subsidiales requisitorias, seù deprecatorias ad Iudicem loci domicilij rei, quibus ab eo petat, vt suorum ministrorum interuentu eum citet, vel citari faciat, vt veniat ad iudicium coram Iudice loci rei sitæ, quemadmodum diximus procedere debere aduersus absentem à foro domicilij superius quæstione 1. ex numer. 15. Quod si non compateat se defensurus, postquàm constet esse citatum, & ad iudicium vocatum, mittet actorem in possessionem rei petitæ ex primo decreto, iuxta dicta supra n. 14. & ea, quæ fusius dicemus quæstione sequenti de modo procedendi aduersus absentē à foro contractus, ex nu. 220. nàm eadem prorsus hic locum habent, vt rectè obseruauit Marianus *in d. c. fane, n.* 12. *cū seqq.* Barbos. *vbi sup. n.* 16. Molinus *de brachio sæculari, lib.* 2. *c.* 27. *n.* 15. quia iste forus, & forus contractus pares sunt, & à pari iudicantur vt docet Paulus vbi supra, & Panormitanus *in d. cap. fane, num.* 5. *& in d. c. vlt. nu.* 44. *fin. de foro comp.*

151 Limita secundò, prędictam regulam, vt locum habeat quoties quis in foro rei sitæ agit actione reali, vt rei vindicatione, publiciana, confessoria, negatoria, vel hypothecaria; aut etiam mixta, seù personali in rem scripta, vt est actio pro iure congrui, pro retractu, pro re violenter subtracta, & similes; nàm istę actiones deduci possunt in iudiciū in hoc foro: secus si quis agat actione me rè personali, nàm ea non potest agi in foro rei sitæ. Ita docet Gl. *in l. forma,* §. *si verò quis, verbo. leuari, ff. de censib.* Bart. *in d. l. actor, vlt. n.* 2. *C. vbi in rem actio.* Angelus ibi, *n.* 1. *&* 3. Paulus *n.* 1. Fulgos. *vers. in textu ibi,* Speculat. *d. i.* 2. *tit. de cōp. Iud. adit.* §. 3. *nu.* 4. *vers. septimus,* Panormitan. *in d. c. vlt. nu.* 43. Marianus *in d. c. fanè, n.* 4. *ver. secunda declaratio, & num.* 6. *vers. septima declaratio, & vers. octaua declaratio, de for. cōp.* Roman. *conf.* 197. *n.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag* §. 8. *glos.* 5. *n.* 1. *& multis seqq.* Franchis *dec.* 177. *n.* 1. *& dec.* 389. *ex nu.* 2. Franc. Marcus *dec.* 1056. *num.* 2. 1. *p.* Caualcan. *dec.* 3. *nu.* 16. 1. *p.* qui multos refert, D. Riccius *coll. ē.* 735. Barbosa *in d. art. de foro rei sitæ, nu.* 8. *&* 11. Antonius de Amato *resolut.* 33. *nu.* 17.

152 Limita tertiò, vt iste forus rei sitæ sit quidē necessarius ex parte rei; voluntarius verò ex parte actoris. Nàm reus actione reali prouocatus in foro rei sitæ, & ibi inuētus, iudicium subterfugere non potest, sed ibi necessariò debet se defendere, alioqui aduersus ipsum procedetur tanquā contra contumacem ex remedijs à iure proditis. Actor verò non tenetur eam actionem intētare apud Iudicem eius loci, sed poterit etiam in foro domicilij rei, aut alio sibi competenti eum ad iudicium prouocare, etiā si res, circa quam lis versatur, nō sit in eo loco. Ratio autem est, quia forus rei sitæ non adimit forū domicilij, sed illi accedit, & cum illo concurrit, vt diximus supra n. 5. 6. & 7. Regula autē est, vt quoties reus sortitur multiplicē forum ordinarium, electio fori pertineat ad actorē. Ita docet glossa vlt. *in fin. in d. l. actor, vlt. C. vbi in rem act.* & ibi Cinus *nu.* 2. Bald. *nu.* 5. Salicet. *nu.* 2. Paulus *n.* 4. Panormit. *in d. c. fanè, nu.* 4. *& in d. c. vlt. nu.* 43. *de foro comp.* Marianus *in d. c. fanè, nu.* 11. *vers. duodecima declaratio, & in c. cùm sit generale, n.* 6. *& in c. licet ratione, vlt. n.* 90. *vers. vlterius quia supra, eod. tit.* vbi latissimè Felyn. *in c. dilectus, el* 2. *n.* 10. *de rescript.* Aretin. *in d. c. cum sit generale, nu.* 7. idem Bald. *in l. vlt. n.* 2. *C. si à non comp. Iud.* Roman. *d. conf.* 197. *nu.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 8. *d. glos.* 5. *n.* 9. Couarr. *li.* 1. *variar. resol. c.* 18. *n.* 6. Franchis *d. decis.* 177 *per tot.* apud nos probat *d. l.* 32. *tit.* 2. *p.* 3. *& ibi glos.* 17.

153 Limi-

153 Limita quarto, & declara conclusionem principalē, & regulā, vt reus sortiatur quidem forū in loco, in quo res est sita; sed nō ita, vt quilibet reus apud quēcumq; Iudicem loci rei sitæ possit conueniri, sed attenta qualitate personæ, rei, & causæ, de qua in iudicio contenditur: videlicet, vt si persona cōuenienda sit ecclesiastica, debeat cōueniri in foro rei sitæ apud ecclesiasticū Iudicem ordinariū, si verò reus sit sæcularis apud ordinarium sæcularem. Similiter si causa sit ecclesiastica, vt si contendatur de iure decimarū, aut beneficio, quæ causæ ecclesiasticæ sunt, *l.* 56. *tit.* 6. *p.* 1. apud Iudicem ecclesiasticum sit agenda: si verò causa sit profana apud sæcularem. Idq; cōmune esse omnibus decisionibus generalibus, vt personarum qualitatibus sint accomodandæ, & coaptādæ, probat text. *in l. plenum*, §. *equitij*, *ff. de vsu*, *& habitation.* Colligitur autem hæc declaratio argumento à simili, nam quemadmodum licet quis sortiatur forum in loco contractus, non intelligitur quemuis, qui contraxerit, apud quemlibet Iudicem loci contractus indifferenter conueniri posse, sed seruata qualitate personarum, & Iudicū, vt obseruat Fulgos. *in d. l. hæres abiēs*, §. 1. *n.* 6. *ff. de iud.* ita prorsus, quod ad hunc forum rei sitæ attinet, dicendum est. Hāc declarationē tradit Marianus *in d. c. fane*, *n.* 9. *vers. nona declaratio*, *& num.* 10. 11. *&* 12. *de foro compet.* Rota *decis.* 5. *num.* 1. *de foro competenti*, *in antiquis*, *aliàs decis.* 55. Barbosa *in d. artic. de foro rei sitæ*, *ex nu.* 19. & confirmat egregiè Oldradus *consil.* 83. *ex n.* 3. *&* Albericus, qui latè disputat *in Auth. statuimus*, *ex numer.* 4. *ad* 7. *C. de Episc. & Cler.* Socinus *consil.* 65. *num.* 5. *&* 6. *vol.* 3. Decius *in l. vlt. num.* 16. *ff. de iurisd. omn. Iud.* Afflictis *dec.* 2. *ex n.* 8. & ad eum Vrsillus *ex nu.* 1. Gratianus *discept. forensl. c.* 16. *ex nu.* 21. *&* c. 141. *nu.* 9. *vol.* 1. Marta *de iurisdict.* 4. *p. cent.* 2. *casu* 125. Res enim in loco sita inspicitur tanquā accessoria ad qualitatē personæ: & ex consequenti quemadmodum persona est exempta, ita & patrimonia, & bona Clericorum, ex eo enim nō subiacent laicorum statutis, vt admonuit Panormitanus, *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *numer.* 21. *&* 22. *de constit.* vbi falsam dicit eorum opinionem, qui credunt posse Clericos actione reali conueniri coram sæculari Iudice, & ibi additiones, Felynus *num.* 8. Decius *nu.* 66. *&* 67. *& nu.* 176. *cum seqq.* Grammaticus *decis.* 29. *nu.* 14. *& decis.* 61. *ex nu.* 2. *& decis.* 100. *nu.* 7. *& seqq.* Humada *ad Glos.* 2. *in leg.* 54. *tit.* 6. *p.* 1. *nu.* 7. Marta *de iurisdict.* 4. *p. cent.* 2. *casu* 49. Carolus de Grassis *de effectib. clericat.* 1. *effectu. ex num.* 10. Farinac. *in praxi*, *q.* 8. *ex num.* 21. Scaccia *de iudicijs causar. ciuil. & crim. lib.* 1. *c.* 11. *nu.* 28. *&* 30. *&* 31. Bouadilla *lib.* 2. *polit. c.* 18. *nu.* 164. Gironda *de priuileg. q.* 76. *ex nu.* 373. Alderanus Mascardus *de generali statutorum interpretat. n.* 93. *& seqq.* qui multos allegat.

154 Ex quo deducitur, non esse iuri consonam illam consuetudinem, quam in Francia vigere dixerunt multi, vt videlicet Clerici realibus actionibus conueniantur apud Iudices sæculares, & trahātur ad Tribunalia sæcularia, quam commemorant Baldus *in Auth. Clericus quoque*, *num.* 2. *C. de Episcop. & cleric.* Ioannes Faber §. *fin. nu.* 7. *in fin. inst. de satisdation. & in* §. *item seruiana*, *numer.* 28. *in fin. institut. de action.* Boerius *decis.* 69. *numer.* 7. Gulielmo Benedictus *in repet. capit. Raynuntius*, *verbo*, *& vxorem nomine Adelasiam*, *dec.* 2. *numer.* 34. *cum antecedentibus*, *& seqq.* Aufrerius *in clem.* 1. *de offic. ordin. ex numer.* 87. *& tract. de potestate sæcularium in Ecclesiasticos*, *reg.* 2. *fallen.* 4. *& fallen.* 24. Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 8 *glos.* 5. *numer.* 13. *&* §. 32. *glos.* 1. *nu.* 81. Franc. Marcus *dec.* 61. *nu.* 5. 2. *p.* Couarr. *pract.* 6. 31. *n.* 5. Ioannes Garcia *de nobilitate*, *glos.* 9. *n.* 45. Quam consuetudinem iure obseruandam censent Thoma Carlenalij de Indicijs.

Triuisanus *decis.* 34. 1. *p.* D. Ricc. *collect.* 735. inclinat idem Franc. Marcus *dec.* 250. *& dec.* 1053. *nu.* 3. 1. *p.* Petrus Bertrandus *tract. de origine iurisdictionis*, *q.* 3. *nu.* 15. *&* 16. *tomo* 3. *tract.* 1. & plures quos refert Bouadilla *libr.* 2. *polit. c.* 18. *num.* 164. *& num.* 245. *addit. penult. marginali*, *quæ incipit. De qua quæstione.* Similis item cōsuetudinis in Camera Imperiali seruari solitæ meminit Gail *pract. obseruat. li.* 1. *obseruat.* 37. *n.* 4. *& seqq. & obseru.* 38. *& lib. de pignoration. obseruat.* 7. *nu.* 2. Misinger *cent.* 1. *obseruat.* 22. *nu.* 2. *& seqq. & cent.* 4. *& obseruat.* 95. *ex n.* 2. *& cent.* 5. *obseruat.* 93. *n.* 5. Quæ consuetudo in nostra Hispania non seruatur, vt tradit Couarr. *d. c.* 31. *n.* 5. *in fi.* eamq; iuri contrariā latè probat Marta *de iurisdict.* 4. *p. cent.* 2. *casu* 125. Gaspar Rodericus *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 59. & Felicianus *de cens. to.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 16. *vers. tùm quia.* Sed & in Anglia alia esse solebat cōsuetudo circa clericorū coram sæcularibus cōuentionem, libertatem ecclesiasticam multò magis limitās, & coarctans: quā tamen improbat Rot. Rom. *dec.* 10. *de consuetudine*, *in antiq. aliàs decis.* 840. & idem Couarr. *d. n.* 5. *vbi sup.* Carolus de Grassis, qui hanc, & similes omnes improbat, *de effectib. clericat.* 1. *effect. ex nu.* 372. multasq; eiusmodi consuetudines commemorauit Salas *de legibus*, *disput.* 14. *sect.* 12. *nu.* 123. non omnino ab eis abhorrens.

155 Sublimita tamen primò dictam quartam limitationē, vt quamuis regulariter verū sit, Clericum non esse cōueniendum coram sæculari Iudice etiam actione reali, sed in suo foro ecclesiastico, & apud Iudicē ecclesiasticū; nihilominus si Clerici, aut Monasterij, alteriusue pij loci, pecora, aut animalia damnum dederint in agris, aut hortis contra dispositionē statutorū, quæ in populis esse solent (quemadmodū erat præstituta pœna, iuxta legē saluti illi datā, de quo Gordianus Imperator *in l.* 2. *C. de nox. actiō.*) capi poterunt à Iudice laico pecora ipsa, & dānari pœna statutaria, retinerique donec parti læsæ, & pœnæ incursæ, & indictæ fuerit satisfactum. Ita sentiunt Lucas de Penna *in l. iubemus*, *nu.* 1. *vers. hæc faciunt*, *& num.* 2. *&* 3. *Cod. de nauibus non excusandis*, *lib.* 11. Gulielmus Benedictus *in repet. cap. Raynuntius*, *verbo*, *& vxorem*, *nomine Adelasiam*, *decis.* 2. *num.* 36. *& seqq. de testamentis*, Auiles *in c.* 17. *prætorum. glossa* 1. *num.* 12. Azeuedus *in l. c.* 2. *per text. ibi*, *num.* 2. *tit.* 3. *lib.* 1. *recop.* Auendanus *de exeq. mand.* 1. *p. c.* 4. *num.* 30. *vers. item in proposito*, *& c.* 13. *num.* 7. *&* 2. *p. c.* 14. *num.* 13. Guttierrez *lib.* 1. *pract. q.* 4. *ex nu.* 2. Salcedo *ad pract. Bernardi Diaz*, *c.* 55 *litera A. vers. septimo his*, Humada *ad glos.* 2. *in leg.* 54. *tit.* 6. *p.* 1. *nu.* 18. *cum seqq.* Bouadilla *lib.* 2. *politicæ*, *cap.* 18. *num.* 243. Emanuel Rodericus *tomo* 1. *quæst. regularium*, *q.* 65. *art.* 14. Cæuallos *in speculo pract. lib.* 4. *q.* 897. *ex num.* 620. *& in tract. de cognitione per viam violentiæ*, 2. *p. q.* 23. *num.* 18. *&* 19. *& seqq. latiùs*, *q.* 11. *ex num.* 41. Parladorius *in sesquicenturia*, *differentia* 9. §. 4. *nu.* 14. & Pereira *tract. de manu regia post hæc scripta edito*, 2. *p. c.* 39. *num.* 4. *& ex numer.* 9. faciunt, quæ tradit Greg. Lopez *in l.* 51. *tit.* 6. *par.* 1. *glossa.* 4. *& in l.* 55. per text. ibi, *glossa* 10. *eod. tit.* Ratio esse videtur, quia ista statuta res ipsas afficiunt, & rebus imponuntur, non personis, vt aliàs dicitur, *in l. qui aliena*, §. *vno defendente*, *ff. de negot. gest. l. lege fundo*, 5. *ff. de lege commis. l. lex vectigali*, *ff. de pignorib. & l.* 2. *Cod. de noxalibus action.* notat Ioannes de Platea *in l. Domini*, *num.* 4. *in fin. C. de agricol. & censit. li.* 11. & Quesada *diuersarum quæstion. iuris*, *c.* 4. *nu.* 6. *&* 7. atque ita res ipsæ conueniuntur, & damnantur, non personæ, vt *in l. Imperatores*, 7. *in princip. ff. de publican. & vectigal. l. denique* 19. *ff. de iure fisci.* Accedit quod animalia, quæ pascendo damnum dederunt, retineri possunt etiam à priuata persona pro alimentis consumptis, vt potè tacitè

hypothecata pro alimentorum expensa, vt docet Bart. *in l. interdum, 5. nu. 1. ff. qui potiores in pign. hab.* Alciatus *de præsumpt. regula 1, præsumpt. 50.* Surd. *de alimentis, tit. 8. priuilegio 62. num. 3.* Non est autem danda minor potestas Magistratui, quam priuato, imò maior, *l. non est singulis, 137. ff. de regul. iur.* notat Gulielmus Benedictus *in repet. c. Rainutius, verbo, vt vxorem, decis. 2. nu. 163. de testament.* Est autem speciale in hoc iudiciorum genere, vt res Clerici Tribunali sæcolari subijciantur, vt statim dicemus.

156 Contrariam tamen sententiam huic sublimitationi, imò istam pœnam imponendam esse à solo Iudice Ecclesiastico, & exequeodam, & capienda ab eo pecora tanquam pignora condemnationis, & non à sæculari, sequuti sunt Gregor. *in l. 24. tit. 15. p. 7. glossa 2.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinamenti, gl. 1. Vers. est, & aliud priuilegium, col. 94.* Mascardus *de generali statutorum interpret. conclus. 1. ex num. 204. & num. 240. cum seqq.* Marta *de iurisdictione, 4. par. cent. 1. casu 8.* Fundamentum huius sententiæ est idem, quo confirmauimus prædictam limitationem, quòd videlicet, non minus sint exemptæ res Clericorum à sęculari Iudice, quàm personæ.

157 Nihilominus in hoc casu non est recedendum in Hispania, aut alibi, vbi moribus recepta sit, à proposita sublimitatione, quam vsu forensi admissam apud Regiam Cancellariam Vallisoletanam vidisse se testantur Gutierrez, & Azeuedus vbi supra. Nàm cum procedente Ecclesiastico contra sæcularem Iudicem, ob capturam pecorum Clericorum, causa per viam violentiæ deducta esset ad prædictam Regiam Cancellariam, Iudices regij declararunt, vim fieri, & Ecclesiasticos inhibuerunt. Idem prorsus vidi pronunciatum, in Regia Caocellaria Granatensi, in quadam causa capti gregis ouium Collegij Iesuitarum Baecensis, ob damnum datum in agris, contra illius ciuitatis statuta. Etenim cùm Iudex conseruator suscitatus à Collegio procederet per censuras aduersus sæculares Iudices, quo restituerent gregem, causamq; remitterent ad ipsum, vt competentem me patrocinante, causa deuoluta per viam violentiæ ad Prætorium Granatense declaratum est, conseruatorem vim facere. Tantum potest consuetudo Tribunalium. Dùm tamen aduertamus, cautè agendum à sæculari Iudice ad exigendam pœnam statuti contra animalia ipsa, vel gregem, non cōtra personas dominorum, quæ sunt exemptæ, & ad pœnā persoluendam compelli non possunt, nisi grege retento, & sic causatiuè, & indirectè. Ratio autem cur hoc casu res Clericorum non gaudent consueta immunitate, sed subiacent laicis Iudicibus, est primò, quoniam in istis causis, in quibus summarie proceditur aduersus res ipsas Clericorum, & iudicium incipit à captione pignorum, quod in fraganti statuti violatione res ipsæ inueniantur, legitimè procedit Iudex sæcularis aduersus ipsas, cui ius est prohibendi, ne statuta violentur, aut damna inferantur, etiam à Clericis, ex latè deductis à Luca de Penna, & Gulielmo Benedicto nuper relatis, & docet Innocentius *in cap. si verò, 3. num. 2. de sentent. excommun.*

158 Ex quo item fit, vt in Hispania sit praxi receptum, iuxta communiorem, & veriorem sententiam, vt Clericus inuentus cum armis post signum receptui datum sono campanæ, spolietur ipsis à Iudice, aut ministris sæcularibus, sine vllo metu, aut scrupulo, vt docent Couarr. *lib. 2. variar. cap. 20. num. 18. vers. trigesimo sexto, & practic. c. 33. num. 7.* Plaza *de delict. c. 8. num. 26.* Iulius Clarus *lib. 5. sent. §. fin. q. 36. num. 26.* Meooch. *de arbitrarijs, lib. 2. cent. 4. casu 394. ex num. 31.* Guttierrez *lib. 1. pract. q. 12. num. 6. & 7.* Cæuallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. p. q. 64. num. 17.* Salcedo *ad pract. Bernardi, d. c. 55. li. A. vers. quamuis ab hac*, Ioannes Garcia *de nobilitate, glossa 9. num. 53. in fin.* Parladorius *in sesquicenturia, differentia 9. §. 4. num. 3.* Bouadilla *lib. 1. polit. c. 13. num. 87. & c. 18. num. 66.* Cenedo *collectanea decreti, 37. num. 17. & ad Decretales, collectanea 7. num. 1.* Peguera *decis. 55. num. 17. & 18.* Pereira latè tractans, *de manu regia, 2. p. c. 43. ex num. 2.* Farinac. *in praxi crim. q. 8. num. 96. vol. 1.* Borrellus *de Regis catholici præstantia, c. 71. ex num. 45.* Ambrosinus *de immunitate, & libertate Ecclesiastica, c. 18. num. 36.* Scaccia *de iudicijs causar. ciuil. & crim. lib. 1. c. 78. num. 5. vers. amplia*, Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, 1. effectu, num. 862. & 10. effectu, num. 20.* qui plurimos alios referunt. Quidquid nimis restringat hanc potestatem Marta *de iurisdict. 4. par. centur. 1. casu 7.* Secundò (& est ratio irrefragabilis, & quæ nullam congruam solutionem admittit) quoniam cùm liceat non solùm publicis custodibus, sed etiam cuicunque priuato (vt dicebamus supra, num. 155. in fin.) capere iure pignoris animal, quod in suo agro damnum dedit, illudque retinere, donec sibi sit latisfactum, cùm Clericus petit animal suum iure pignoris à custode publico, vel priuato domino agri, vel horti captum, sibi restitui, verus actor est, non secus, ac si rem pignoratam apud laicum, & ab illo retentam postularet, quoniam mediante lege, aut statuto contrahitur per impletionem causæ, est enim quasi organum, quo mediante contractus fit, vt eleganter docuit Baldus *in l. pecuniam, 10. num. 1. C. de condict. ob causam.* Ex quo consequens est, vt non possit id petere Clericus in suo foro, sed io foro illius laici, qui illud retinet, & est reus, ex regula generali, qua actor sequitur forum rei, *cap. cùm sit generale, de foro compet.* Cuius restitutionem, tunc demum obtinebit, cùm damnum resarcierit, & pœnam soluerit, quibus hypothecæ iure est obnoxium, & non aliter, nec alio modo. Ita fit, vt indirectè damnetur, & senteotiæ obsequi, & parere debeat, alioqui animalis sui restitutionem non obtenturus. Et possit fortassis videri mirum, quod si quilibet laicus fur auferat Clerico per furtum res suas, extra omnem ambiguitatem debeat furem in foro sæculari conueoire, quo & puniatur, & restituere cogatur, non apud Ecclesiasticos Iudices, quorum nullus vnquam conatus est, nullus vsquam contendit; de furto cognoscere contra sæcularem, eo protextu, quod res Clerici abstulerit, neque id cuiquam eorum venerit in mentem, opinentur verò quidam mordicus, publicum officialem, laicum, vel ministrum ex facultate à iure, & consuetudine sibi concessa, iuxta tradita ab Auendano *de exequen. mandat. 1. par. c. 1. num. 13. cum seqq.* àuctoritate publica suffragante capientem, & retinentem res Clericorum, conueniendum esse in foro Ecclesiastico, & contra istum reum ablatorum iustum, vel iusta saltem causa, & titulo, sibi non permittant solùm, sed arrogent, quod sibi licere aduersus furem non arbitrantur. Parciùs tamen hæc doctrina esse admittenda, si res Clerici nō deprehēderētur in fraganti statuti violatione, sed illis post violatum statutum inuentis, tractaretur de imponenda pœna, facto processu, admissa informatione, adhibitaque causæ cognitione, vt fieri solet in causis criminalibus denunciationum, tùnc enim difficilior redderetur ista praxis, & securius esset aduersus res Clerici patrimoniales adire Iudicem Ecclesiasticum. Quod si eo sensu explicari velint ij Doctores, quos pro contraria sententia retulimus, ab eis ferè non dissentiemus. Semper autem verba statuti expendenda sunt, vt certa capiatur resolutio. Vtrumque verò, tàm inquam sententia, quam de-

fendimus,

fendimus, qua ista cautela, seù limitatio, confirmatur exemplo indubitato, deducto à personis ipsis Clericorum. Quis enim dubitet Clericos ipsos esse exemptos à sæculari iurisdictione, quam immunitatem omnia iura clamant? Nos notauimus supra, num. 83. & dicemus inferius, nu. 392. nihilominus si Iudex laicus inueniret Clericum, vel Religiosum in fragranti delicto, potest eum capere, vt suo Iudici remittat sine metu excommunicationis, *cap. vt famæ, in fin. de sentent. excommun.* Glossa, & Doctores *in cap. cùm non ab homine, de iudicijs*, Farinac. *in praxi crim. q. 8. n. 116. & seqq.* Menochius *de arbitrar. casu* 180. *ex nu.* 16. Bouadilla *lib. 2. polit. c. 18. num. 50. & seqq.* qui plurimos referunt Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, 1. effectu, num. 537. cum seqq.* Follerius *in pract. crim. 2. par; secundæ partis, Rublic'a. Item, quod fuit captus in fragranti crimine, num. 6.* Parladorius *in sesquicenturia, differentia 9. §. 4. nu. 1. & 15. & 16.* Pereira *de manu regia, 2. p. d. c. 43. num. 6.* Gregorius Lopez *in l. 2. tit. 9. p. 5. glossa 2.* & est communissima sententia, à qua tametsi discedat Marta *de iurisdict. 4. p. cent. 1. casu 42. ibi, num. 6.* dicit esse sententiam omnium modernorum. Quod tamen post commissum delictum vbi nulla esset fugæ suspicio laicus Iudex proculdubio efficere non posset ob immunitatem personæ, vt omnes annotarunt. Similiter tametsi regula sit, vt nemo possit sibi in sua causa ius dicere, vt in rubro, & nigro, *C. ne quis in sua causa*, nihilominus creditor inuentum debitorem de fuga suspectum potest capere, & ad Iudicem trahere, *l. 2. tit. 13. lib. 8. recopil.* Azeuedus *ibi, ex num. 54. l. 10. tit. 15. p. 5. vbi glos. 1. l. ait prætor, §. si debitorem, ff. quæ in fraud. creditor.* Hippolytus de Marsilijs *singul.* 43. qui id extendit *num.* 3. ad debitorem Clericum existente creditore laico, Menochius *de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu* 87. iunctis ijs, quæ tradit Mascardus *de probation. concl.* 824. *fuga suspicio, ex num.* 25. Bouadilla *lib. 2. polit. d. c. 18. num.* 51. Parladorius *vbi supra, num.* 2. Cochier *de iurisdictione tomo 1. par. 2. q. 45. num. 10. & par. 4. q. 52. num.* 2. qui referunt plurimos, quos ego consultò omitto. Mirùm igitur esse non debet, si delicti fragrantia aliquantulum maioris potestatis tribuat Iudici laico in rebus clericorum, si tribuit quoad personas: iuraque in odium præsentis delicti plus permittant laicis circa bona clericorum, quam alioqui permitterent. Et quod fragrantia criminis iurisdictionem tribuat eam non habenti prosequitur nonnullis exemplis adductis Auendanus *de exequen. mandat. 1. par. c. 1. num. 33. ex vers. vigesima tertia causa*, doctissimus Riccius *decis. Curiæ Archiepiscopalis Neopolitanæ* 206. 1. *par.* ex quo dissoluitur contrariæ sententiæ fundamentum. Hæc dicta sint pro ea prouincia, in qua vt in Hispania illa introduxit antiqua, & inueterata cõsuetudo, in Regno vero Neapolitano quid seruetur, vide apud Viuium *decis.* 280. & in alijs prouincijs standum erit prædictæ limitationi.

159 Sublimita secundo, prædictam quartam limitationem (quod videtur ex eodem fonte, & doctrina procedere) vt Clericus negotiator, qui gabellam, & tributa debet, possit captis pignoribus ad solutionem gabellæ compelli à Iudice sæculari; dùm tamen caueat, ne quid agat aduersus personam: in illis tamen prouincijs, vbi moribus hæc sententia fuerit recepta, à quibus, & consuetudine legitimè introducta multum iuuatur, aut impeditur iurisdictionis vsus. Est autem hoc apud Hispanos receptum, & vsu comprobatum. Ita sentit Guttierrez clericus ipse *lib. 7. pract. de gabellis, q. 94. num.* 5. Humada *ad glossam 3. in l. 49. tit. 6. p. 1. num. 2.* Azeuedus *in l. 11. num. 5. tit. 3. libr. 1. recop. & in l. 7. num. 13. & 14. tit. 18. lib. 9. eiusdem recop.*

Thomæ Carleualij de Iudicijs.

Lassarte *de decima venditionis, c. 19. num.* 84. Mesia *in pragmaticam taxæ panis. conclus. 5. num.* 23. Cenedo *ad decretum, collect. 37. n. 2. & 4.* Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, 1. effectu, nu.* 874. Cæuallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. par. q. 23. nu. 2. & seqq.* Villadiego *in politica, c. 5. num.* 89. idem Cæuallos *vbi supra, q. 64. ex num.* 7. Parlador. *in sesquicenturia, d. differentia 9. §. 4. num. 20. & 21.* Pereira *de manu regia, 2. par. c. 38. ex num.* 5. conferunt notata àb Olano *in sua concordia, litera C. nu.* 39. apud quos plurimos inuenies. Et in fortioribus, & vniuersalioribus terminis sentit idem Rebuffus *in trac. in quibus casibus Iudices sæculares possunt cognoscere de personis ecclesiasticis, n.* 78. Confirmant hoc ex doctrina Baldi *in l. de his, 3. num. 1. C. de Episc. & Cleric.* vbi referens sententiam Gulielmi de Cuneo, subiungit. *Ego credo, quod res ipsa benè pertineat ad forum sæculare, & quod Iudex sæcularis possit mittere ad rem ipsam pro tributo, & inde recipere tributum, quia est de sua iurisdictione tàm vniuersali, quàm particulari. Sed quod in personam Clerici, Iudex sæcularis aliquid possit, hoc ego nego, per Auth. statuimus, infra eod.* Baldum sequitur multa addens, quæ conferunt ad prædicta Iacobus de Beluiso *in repet. §. contrahentes, num. 114. in cap. Romana, de foro comp. in 6.* Hanc tamen sublimitationem ego ita intelligerem, vt si res summariè esset agenda, & posset iudicium incipere à captione pignorum pro gabella debita, vel collecta, vel res ipsa incidisset in commissum, siue quia non comprehensa in instrumento professionis, seù quia extracta, vel introducta contra statutum indicens pœnam commissi, quo casu sententia magis rei dicitur, quam personæ practicandum crederem istam doctrinam apprehensa re ipsa in fraganti statuti violatione, vel debiti præsentanei exactione, iuxta latiùs notata à Pereira *d. cap. 38. num. 14. 15. & 22.* Heuia Volano *de commercijs, lib. 3. cap. 10. num. 15. & in Curia Philippica, 3. par. §. 3. num.* 11. Mausonio *de contrabandis, q. 8. num.* 13. Quomodo videtur loqnutus Bouadilla *lib. 2. polit. d. cap.* 18 *numer.* 117. 118. 119. & 121. *cum sequentibus*. Quidquid contra videatur sentire Grassis *de effectibus clericatus, d. 1. effectu, numer.* 1269. Alioqui sit causa esset plenariè agenda seruatis processus solennitatibus, & consueta iudicij forma, res scrupulo non careret, & maturiore deliberatione opus esset. Quoniam causa agi non posset sine citatione Clerici, ad quem res ista pertineret, qui exemptus est, foro non subiectus, & sæculari iurisdictione immunis. Hæc de foro rei sitæ dicta sint pleniusculè fortassis, quàm alibi. Madriti 12. Maij 1624.

SVMMA QVÆSTIONIS Quartæ.

160 *Ratione contractus sortitur quis forum, vt possit conueniri apud Iudicem loci contractus.*

161 *Ex contractu ab institore gesto sortitur forum dominus institoris.*

162 *Non solùm id locum habet in institore generali, sed etiam in procuratore particulari.*

163 *Ex contractu etiam nullo sortitur quis forum.*

164 *Ex contractu sortitur quis forum, siue agatur actione personali, siue reali.*

165. *In loco contractus sortitur quis forum, siue agatur quoad principalem obligationem, siue quoad accessoria damna, interesse, & expensas, quæ cadunt sub obligatione secundaria.*

166 *Ex quasi contractu sortitur quis forum.*

167 *Ex quasi contractu per se subsistente, constituitur forus, non verò ex eo, qui pendet aliunde, & explicatur hæc Doctorum distinctio.*

168 *Ex quasi contractu per se subsistente, conuenitur etiam absens, & ad eius locum remittendus est.*

Executio sententiæ capitalis differtur, donec reddatur ratio, à reo damnato.

169 *Sententia distinguentium quoad hoc administrationem priuatam à publica, & eius probatio, & n. 170.*

171 *Reijcitur hæc sententia, & ostenditur, remissionem fieri ex quasi contractu, in administratione publica, & priuata.*

172 *Satisfit argumento Barbosæ contrarium sentientis.*

173 *Forum dat quasi contractus voluntarius, non quasi contractus necessarius, qui forum ipsum præsupponit; non mutat.*

Nouatio necessaria non tollit priuilegia, neque forum.

Laudatur insignis Doctor Franciscus Caldera Lusitanus, Authoris præceptor, in Salmanticensi Academia primarius legum Professor.

174 *Omnis obligatio vndecunque oriatur habenda est pro contractu.*

175 *Relatores, Aduocati, Notarij, & Procuratores, apud Iudices litis possunt agere pro suis sportulis, & salarijs: idq; receptum est, apud Tribunalia Hispaniæ.*

176 *Expensæ litis connexionem habent cum causa principali, ideo idem est Iudex vtriusque causæ. Connexorum idem est iudicium.*

177 *Tacite actum videtur, vt salaria, & sportulæ soluantur: in loco iudicij.*

178 *Expenditur contra hoc tex. in c. Romana, §. neque etiam, de foro compet. in 6.*

179 *Quid responderit Gloss. ibidem.*

180 *Quid responderit Barbosa.*

181 *Approbatur circa hanc rem sententia Mariani Socini.*

182 *Salaria Aduocatorum, & Procuratorum, possunt à Iudice taxari, & reformari, contra expressam partium conuentionem.*

Sæpius potest Iudex obligationem contractus moderari, & ad æquitatem reducere.

183 *Ad decernendu alimentu filio legitimo, naturali, aut spurio, idoneus est, & competens Iudex loci, vbi filius genitus est, vel natus.*

184 *Contrahens sortitur forum in loco contractus non solùm quando agitur de ipsius implemento, sed etiam de eius rescissione, seù distractu.*

Distractus duplex est, alius voluntarius, alius necessarius.

Distractus voluntarius constituit forum diuersum, à foro contractus.

Contractus, & distractus à pari procedunt.

185 *Iudex loci contractus est competens, cum agitur de rescissione eius, & distractu necessario, & adducitur textus in l. in contractibus, 14. §. in omni, C. de non numerata pecunia.*

186 *Quid ad eum textum responderit Barbosa.*

187 *Eius solutio late impugnatur.*

188 *Qui senserint in loco contractus, non posse agi de eius rescissione, quod probatur ex textu in l. 2. C. vbi, & apud quem.*

189 *Reijcitur eorum sententia, & explicatur dicta l. 2. & circa eam noua Authoris consideratio.*

190 *Secunda solutio Bartoli.*

191 *Tertia solutio Couarruuiæ.*

192 *Cum petitur Contractus rescissio, vel restitutio aduersus ipsum, adiri debet Iudex rei, contra quem petitur, videtur, aut Iudex domicilij, aut Iudex loci contractus.*

193 *Sit ne vniuersim verum? in iudicio restitutionis actorem sequi forum rei, etiam cum Ecclesia petit restitutionem aduersus laicum, & sententia negantium.*

194 *Expenduntur pro ea textus in c. 1. & in c. constitutis, de in integrum restitut. & in cap. ad nostram, de rebus Ecclesiæ non alienand.*

195 *Adstruitur contraria sententia.*

196 *Respondetur fundamentis contrariæ sententiæ prioris.*

197 *An relaxatio iuramenti adhibiti in contractu, dumtaxat ad effectum agendi, sit petenda à superiori iurantis, an à superiore eius, cui iuratum est.*

Cum petitur relaxatio iuramenti ad effectum agendi dumtaxat, & non simul ad rescindendam obligationem contractus iurati, communis, & recepta sententia est, non esse necessariam citationem.

198 *Qui senserint pro petenda relaxatione à iuramento, adeundum esse superiorem iurantis.*

199 *Qui petit relaxationem iuramenti originaliter est reus, atq; item, qui intentat beneficium l. diffamari.*

200 *In relaxatione iuramenti solùm agitur de tollendo ligamine iurantis.*

201 *Sententia contraria eorum, qui absolutionem iuramenti censent, petendam à superiore eius, cui iuratum est.*

202 *Posterior sententia approbatur, & satisfit fundamentis contrariæ, agitur de beneficio l. diffamari, & quid in eo peculiare sit.*

Expenditur duplex iudicium in hoc beneficio, alterum præuium, & antecedens, alterum principale, & subsequens.

203 *Satisfit secundo argumento prioris sententiæ, & distinguitur forum internum ab externo, & in foro pœnitentiali, & interno statuitur, adeundum esse superiorem iurantis.*

204 *Relaxatio iuramenti in contractu adhibiti, peti potest coram Iudice domicilij, illius, cui iuratum est, vel in foro contractus, etiam si aduersarius sit absens.*

Idem Iudex est causæ præparatæ, & præparantis.

Connexorum idem est iudicium.

Iuramentum facit contractum subijci foro Ecclesiastico, & & addit forum foro.

205 *Relaxare iuramentum est remittere spiritualem obligationem ex iuramento ortam, non semper condonare obligationem.*

206 *An petenda sit relaxatio iuramenti à Iudice laico superiore contrahentium, an à superiore Ecclesiastico.*

207 *Qui senserint sæcularem esse incompetentem ad concedendam relaxationem iuramenti, & eorum fundamenta, & num. 208*

209 *Secunda sententia, posse potestates laicas iuramenta remittere, eorumque relaxationem concedere.*

Causa iuramenti ex mixti fori, cùm iuramentum adhibetur circa rem, quæ non transcendit naturalem, ac politicum Reipublicæ sæcularis finem; Vtriusque Religionis, quæ cultum naturalem Deo defert, non transcendit finem eiusdem, & est intra ordinem naturæ.

210 *Distinguitur duplex obligatio orta ex iuramento, prima respectu Dei, secunda respectu alterius hominis, cum quo contrahitur: & ita duplex est iuramenti relaxatio, altera directa, altera indirecta.*

211 *Directa absolutio à iuramento, siue in foro pœnitentiali, siue in externo, dumtaxat pertinet ad potestates Ecclesiasticas.*

212 *Re-*

212 Relaxatio indirecta iuramenti potest fieri à potestatibus laicis, & ciuilibus.

Contrahens potest remittere, & condonare iuranti obligationem ex iuramento ortam.

Remissa, & condonata obligatione iuramenti à contrahente, vinculum iuramenti, etiam quoad Deum, remissum, & solutum censetur.

Quoties consensu subditi opus est ad aliquem actum, Iudex superior eius, consensum supplere potest.

Factum Iudicis, censetur factum partis.

Iudex laicus adiri potest, vt compellat subditum suum ad relaxandum iuramentum, cùm relaxatio locum habet.

213 Reprehenditur Thomas Sanchez, & ostenditur condonationem obligationis iuramenti, posse fieri à Iudice sæculari ad effectum agendi aduersa parte non citata.

214 Condonatio iuramenti non potest fieri à superiore iurantis, sed à superiore eius, cui iuratum est.

215 Si iurat infidelis fideli. Iudex Ecclesiasticus, vel laicus superior fidelis, relaxat infideli iuramentum.

Si vterque contrahens sit infidelis, aut is solus, cui iuratur; solus sæcularis superior infidelis, cui iuratur, potest concedere relaxationem.

Infidelis, qui nunquàm fidem suscepit, non subditur Ecclesiasticæ potestati.

Deus inter fideles ab initio mundi in lege naturæ, veteri, & gratiæ, cognitus est, non solùm, vt finis naturalis, sed etiam, vt supernaturalis.

Fides supernaturalis semper fuit ad salutem necessaria.

Deus apud fideles fuit simul cognitus, & cultus, vt auctor naturæ, & gratiæ.

Sacrificia in omnibus legibus oblata sunt, in recognitionem Dei simul, vt auctoris naturæ, & finis naturalis, & vt auctoris gratiæ, & finis supernaturalis.

In Ecclesia nunquàm fuit duplex summum Sacerdotium, vnum ad offerenda sacrificia Deo, vt auctori naturæ, alterum ad offerenda sacrificia, vt auctori gratiæ, sed ad vnum officium, & vnum ministrum pertinet vterque cultus.

Non nunquàm vnita fuit potestas sæcularis cum Ecclesiastica in vna, eademque persona.

Discreta sunt iura, quamuis in vnam personam concurrant.

Cura Religionis, cultusque Dei, vt auctoris naturæ, & gratiæ pertinent directè ad solam potestatem Ecclesiasticam, atque ita relaxatio iuramenti, etiam si non excedat ordinem naturalem.

216 Potestates sæculares relaxant iuramenta interposita circa materiam ipsis subiectam.

In omni iuramento videtur excepta superioris auctoritas.

Pater irritat iuramenta filij, vir vxoris, dominus serui.

Explicatur text. in l. vlt. ff. ad municip.

217 An Principes sæculares possint statuere, ne interponatur iuramentum, & vt interpositum sit irritum & nullum remissiuè.

218 Contrahens conuenitur in loco contractus, si ibi inueniatur.

Remissioni non est locus in contractibus.

219 Remissioni est locus in contractibus, cùm contrahens submittit se Iudici contractus, cum renunciatione proprij fori.

220 Iudex contractus non compellit contrahentem præcisè coram se litigare, sed causatiuè mittendo actorem in possessionem bonorum rei.

Explicatur textus in cap. Romana, §. contrahentes de foro comp. in 6. & distinguuntur quinque casus.

221 Iudex loci contractus mittit actorem in possessionem bonorum sitorum in suo territorio rei absentis, & se non defendentis, non tamen procedit ad diffinitiuam.

Ad possessionem ex secundo decreto requiritur vera contumacia, & ad diffinitiuam proferendam in absentia, ficta.

Contumax potest dici reus non comparens in loco contractus, quoad effectum missionis in possessionem ex primo decreto, non vlterius, vt possit puniri, vel excommunicari.

222 Iudex loci contractus non potest contra reum absentem, latitantem procedere ad diffinitiuam, nec petere eum ad se remitti, sed potest decernere possessionem bonorum sitorum extra territorium ex primo decreto.

223 Qui senserint contrarium, & impugnantur, & numer. 224.

225 Cùm reus non habet bona in loco contractus, potest Iudex eius loci, decernere possessionem bonorum sitorum extra suum territorium, & ad eam exequendam, mittere literas requisitorias, si latitat, vbi habitat.

226 Quid senserint nonnulli faciendum esse, cùm reus non habet bona in loco contractus.

227 Cùm reus non latitat, & in loco contractus bona non habet, non potest Iudex loci contractus, petere eum ad se remitti, aut decernere missionem in possessionem bonorum sitorum extra territorium.

228 Iudicis, loci contractus in reum, qui nullibi bona habet, nullæ sunt partes.

229 Quid debeat obseruari in adimpletione literarum requisitoriarum.

230 Iudex loci contractus potest procedere ad difinitiuam contra reum absentem, quando cum præsenti captum est iudicium.

131 Propter nimiam rei contumaciam, an reus sit remittendus ad locum contractus, & num. 232.

233 De iure Regni Castellæ in contractibus an sit locus remissioni.

234 Verius est non esse locum, & agitur de interpretatione legis 1. tit. 16. lib. 8. repicolat.

235 Traditur vera eius interpretatio, & noua.

236 Forus contractus necessarius est ex parte rei, voluntarius ex parte actoris.

De contractu potest etiam agi in foro domicilij.

237 Contractus non dat forum, quando fit cum aduena, & viatore.

238 Contractus cum mercatore in nundinis habente tabernam dat forum.

239 Viator potest conueniri in loco contractus, vt impleat, ea, quæ secundum naturam contractus erant statim expedienda.

240 Cùm res traditas aduena, non dato pretio, non præsumitur habita fides de pretio.

241 Multa in iure ciuili contra strictam iuris rationem pro vtilitate communi recepta sunt.

242 Tacitè actum videtur in contractu facto cum aduena, vt in loco contractus impleantur in contractu promissa, & continetur in eodem loco tacita destinatio solutionis.

243 Contrahens cum aduena, eius fidem sequutus, debet eum conuenire in loco domicilij, non contractus.

244 Contrahens cum eo, qui ignorauerit esse aduenam, potest eum conuenire in loco contractus.

245 Cùm dubitatur, an quis sciuerit, vel ignorauerit, contrahentem esse aduenam, vel viatorem, cui incumbat probatio, & pro quo stet præsumptio.

246 Contrahentes non sortiuntur forum in loco contractus, cùm conuenit inter eos, vt in alio loco defendantur, vel respondeant.

247 Præ-

247 *Prædicta conuentio non est inefficax.*

248 *Reus non conuenitur in loco contractus, cùm in alium destinatur solutio, sed in loco destinatæ solutionis.*
Intelligitur quis contraxisse in loco destinatæ solutionis, non vbi verba sunt prolata: & in eodem conuenitur quis, etiam de accessorijs contractus.

249 *Multi casus possunt distingui in destinatione solutionis factæ in contractu remissiue.*

250 *Cùm contractus fit in vno loco, & solutio destinatur in aliũ particularem, sortitur forum contrahens in loco destinatæ solutionis, non in loco contractus.*

251 *An possit, alibi conueniri reus in prædicto casu, quam in loco solutioni destinato, & quid senserit Bart.*

252 *Verius est reum non posse conuenire vbicunque in prædicto casu, sed solùm in loco destinatæ solutionis, vel domicilij, uel alio foro competenti.*

253 *Qui destinauit solutionem in quemlibet locum, nullo in specie expresso, potest conueniri vbicunq; inueniatur.*

254 *Limita nisi inueniatur in itinere, vel nauigatione, vel in alio loco infecto peste.*

255 *Solutione in multa loco destinata alternatiue, electio est actoris, vbi petat, quemadmodum rei, vbi soluat.*

256 *Solutione destinata in multa loca copulatiuè, diuiduntur summæ debitæ quantitatis pro rata.*

257 *Destinatis duobus, vel tribus locis in specie solutioni, & adiecta clausula generali, non censetur diuisa solutio per partes, verùm non potest conueniri reus in locis distantioribus, quàm sint expressa.*

258 *Quid dicendum sit, cùm contrahens in vno loco, promittit se responsurum in alio.*

259 *Idem operatur destinatio tacita solutionis, quod expressa.*

260 *Idem dicendum est, si post perfectum contractum in vno loco, adijciatur ex interuallo destinatio solutionis in alium locum.*

261 *Qui contrahit per nuntium, vel per epistolam missam ad alium locum, censetur contrahere in loco, ad quem mittitur epistola.*

262 *In loco destinatæ solutionis conuenitur, reus, si ibi inueniatur, non aliter.*

263 *Quod restringitur quinque modis, & nu. 264. 265. 266. & 267.*

268 *Explicatur locus Innocentij, circa postremam restrictionem & duæ posteriores restrictiones impugnantur, & num. 269. cum 270.*

271 *Qui promittit soluere certo loco cum iuramento, & se ibi representare, potest absens ibidem conueniri.*

272 *Quoad forum inspicitur locus destinatæ solutionis, quoad alios uerò effectus locus contractus.*

273 *Quoad exequutionem attenditur locus destinatæ solutionis.*

274 *Quoad ordinem iudicij attendi debet locus iudicij.*

275 *Si reus in loco destinatæ solutionis sit tanquàm aduena, an possit ibi conueniri.*

276 *Verius est posse conueniri, qui destinauit solutionem in aliquem locum, etiam si in eo inueniatur tanquam aduena, & vera ratio huius resolutionis.*

277 *Designatur disparitas, inter locum veri contractus, & ficti.*

278 *Cùm quis promisit se soluturum, vbicunque inueniatur, nullo certo loco expresso, non conuenitur in loco, in quo fuerit aduena, vel præternauigans, vel in loco non tuto.*

179 *Forum contractus sortitur quis, vbi gestum est negotium, non vbi ratum habetur.*

180 *Forum contractus sortitur quis vbi contractus fit, non vbi confirmatur.*

281 *Locus contractus intelligitur, vbi facta est conuentio; non vbi scriptum est instrumentum, nisi contrahatur in scriptis.*

282 *An conueniatur in loco domicilij, qui ab eo, in alium domicilium transtulit, ex contractu facto ante translationem.*

283 *Qui affirmant conueniri posse indistinctè, & expenditur l. 2. C. de iurisd omnium Iud.*

284 *Distinguntur duo casus.*

285 *De contractibus gestis extra domicilium, non conuenitur quis in loco prioris domicilij, ipso mutato.*

289 *Mutato domicilio extinguntur omnes eius effectus.*

287 *Qui contrahit in loco domicilij, duplici ratione sortitur forum, ratione domicilij reuocabiliter, ratione contractus irreuocabiliter.*

QVÆSTIO QVARTA.

De foro contractus.

160 IN primis regula, & conclusio generali sit. Ratione contractus sortitur quisque forum, vt possit conueniri apud Iudicem loci contractus. Hanc docet Aristoteles *lib. 3. de Republica, cap.* 1. & textus *in l. hæres absens, 19. §. proinde. ff. de iudicijs, & in §. hac considerantes & §. si igitur, in Auth. vt omnes obediant Iudicib. collat. 5. tit. 24. cap. vltimo, de foro comp.* & istis locis Accursius, Bernardus, & Doctores, *& in cap. dilecti, eod. tit. d. l. 32. tit. 2. par. 3.* & ibi Gregorius *glossa* 10. ampliat, limitat, & declarat, Speculator *lib. 2. titul. de comp. Iud. aditon. §. 1. nu. 2. vers. quinto ratione contractus,* Cardin. Tuscus *litera F. concl.* 438.

161 Amplia primò, dictam regulam, & conclusionem, vt non solum sortiatur quis forum in loco contractus, quem ipse gessit, sed etiàm vbi gessit contractum institor eius. Nàm ille contractus perinde habetur, ac si ipse dominus in eo loco contraxisset, *d. l. hæres absens, §. apud Labeonem,* vbi Doctores, *ff. de iudicijs,* Romanus *singul.* 240. Franciscus Cremensis *singul.* 77. Boerius *decis.* 114. *ex num.* 1. Stracca *de mercatura, tit. quomodo in causis mercat. sit proceden. 2. particula, nu.* 21. Generale enim est non interesse, an quis aliquid faciat per se ipsum, an per Procuratorem, eius negotium gerentem, *cap. qui per alium, de reg. iur. in 6.*

162 Extende ampliationem, vt non solùm locum habeat in institore, qui negotiationi alicui vniuersali præponitur, iuxta *l. institor est, 18. & l. institor, 3. cum seqq. ff. de institor. act.* sed etiam in contractu facto à Procuratore particulari, ex quo in loco, quo geritur, sortitur forum is, cùius nomine contractum est, ob eamdem rationem, quam nuper reddidimus in institore. Ita sentiunt Romanus *d. singul.* 240. Cremens. *d. singul.* 77. & Paul. de Castrens. *in d. §. apud Labonem,* format generale summarium de contrahentibus nomine alieno indistinctè, & Barbosa *in §. apud Labeonem, num. 12. & seqq.* reprobans sententiam Decij *cons. 150. num. 5. in fin.* qui contrarium sensit.

163 Amplia secundò, vt non solùm sortiatur quis forum ex contractu valido, sed etiam ex contractu nullo. Nàm contractus nullus constituit, & producit forum, in quo cognosci debet, an valeat necne. Obseruat elegantissimè Baldus *in l. præscriptione, 2. num. 15. C. si contra ius, vel vtilit. publ.* & eum sequutus Gregorius Lopez *in d. l. 32. tit. 2. p. 3. glossa 10. in principio, vers. extende procedere,*

dere, & Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, num. 26. ff. de iudicijs.*

164 Amplia tertiò; vt ex contractu sortiator quis forum, non solùm si agatur actione personali, & de ipsa exerceatur iudicium, sed etiam si agatur hypothecaria, & de ipsa controuertatur. Docet Glossa notatu digna *in Auth. vt omnes obed. Iudicib. prouinciar. §. hæc considerantes, verbo, hypotheca*, quam sequitur, & commendat Baldus *in l. 5. num. 2. C. mandati*, Gregor. Lopez *in d. l. 35. tit. 2. p. 3. gl. 10. vers. extende etiam.*

165 Amplia quartò, vt in loco contractus non solùm sortiatur quis forum quoad principalem ipsam contractus obligationem, sed etiam quoad secundariam, quæ inducitur ad damna, interesse, & expensas, eò quòd primariæ debito tempore non satisfiat, & sic quoad accessoria contractus. Probat textus *in d. cap. dilecti, 17. de foro comp.* vbi notat Panormitanus *num. 6.* Felyn. *in d. c. vltimo, num. 19. eod. tit.* Decius *in l. si conuenerit, 18. num. 31. ff. de iurisd. omn. iud. & in cap. 1. 1. lectura, num. 150. de iudicijs*, Alciatus ibi, *nu. 35.* Ias. *in l. 1. num. 6. ff. de eo, quod certo loco*, Barbosa *in d. l. hæres absens, 19. §. proinde, nu. 7. ff. de iudicijs.*

166 Amplia quintò, vt non solùm ex contractu quis sortiatur forum; sed etiam ex quasi contractu; nam in loco, in quo quis quasi contractum gerit, conueniri potest de omnibus pertinentibus est quasi contractum. Probat textus *in d. l. hæres absens, §. 1. & l. Argentarium, 45. ff. de iudicijs*, præsupposita ad inductionem, *d. §. 1.* doctrina textus *in §. tutores, inst. de obligat. quæ ex quasi contractu.* Probat item *l. 32. tit. 2. par. 3. vers. la catorcena*, & ibi Gregor. *glossa 1. vers. extende etiam.* Sentiunt Bart. *in d. §. 1. in princip.* Baldus ibi, *1. lect. in princip.* Albericus *nu. 5.* Angelus *num. 1.* Paulus *num. 1.* Fulgosius *num. 1.* Barbosa *num. 1.* Romanus *in d. l. hæres absens, in principio*, idem Bart. *in l. qui certo loco, 27. ff. de condic. indeb.* vbi Salicet. *num. 2. & 3.* Ias. *num. 1.* Decios *in l. vinum, 22. num. 11. ff. si certum pet.* Marianus Socinus *in d. c. dilecti, 17. num. 37. de foro compet.* Felynus *in d. c. licet ratione, vltimo, nu. 17.* Panormitanus *n. 29. eod. tit.*

167 Limita primò, dictam quintam ampliationem, vt forum constituatur ex quasi contractu per se subsistente, non verò ex eo, qui pendet aliunde, & dirigitur in alium finem, vel effectum. Pro cuius limitationis intelligentia nota, esse duplex genus, quasi contractuum. Primum genus est, quasi contractuum per se subsistentium, & qui aliunde non pendent, vt est gestio tutelæ, vel Argentariæ, & susceptio, administratioque publici officij. Secundum genus est quasi contractuum, qui oriuntur ex anteriore iore, à quo pendent, & in alium finem diriguntur: cuiusmodi est quasi contractus, qui inducitur ex aditione hæreditatis, qui pendet ex iure hæreditatis delatæ inter hæredem, & legatarios, vt *in §. hæres quoque, instit. de oblgat. quæ ex quasi contract.* Ita distinguit Baldus, *in l. omnem, 20. ff. de iudicijs*, quem sequuntur Marianus Socinus *in d. cap. dilecti, nu. 37.* & Gregor. Lopez *in d. l. 32. tit. 2. par. 3. glossa 10. vers. extende etiam.* Fateor tarditatem meam, differentiam agnosco; quid isti Doctores per hæc verba velint significare non percipio, neque cur alios quasi contractus per se subsistentes dicant, alios verò aliunde pendere; cùm vtrique pendeant aliunde; siquidem quemadmodum defertur hæreditas, defertur quoque tutela, *toto titulo, instit. de legit. agnat. tutel.* item, & confertur dignitas. Igitur aliter eandem doctrinam, & mentem prædictorum declaro. Primum genus quasi contractuum est eorum, qui producunt obligationem eius, qui quasi contrahit ad alterum, cum quo quasi contrahitur, sine vllo alio respectu ad tertiam aliam personam, quos vocat Bald. per se subsistentes: eiusmodi est susceptio officij publici, vel priuati, ex qua quis obligatur Reipublicæ, aut ei, cuius fauore suscipit officium tutelæ, vel Argentariæ, sine respectu ad vllam aliam tertiam personam. Secundum est genus quasi contractuum, qui producunt obligationem vnius quasi contrahentis ad alterum cum respectu ad aliam personam ab ipsis diuersam, qualis est aditio hæreditatis. Per quam tametsi legatarijs hæres obligetur ex persona sua, quibus defunctus obligatus non erat, & obligatio ab ipso hærede incipiat, neq; sit ad eum à defuncto transfusa, quemadmodum obligationes hæreditariæ, quibus defunctus suis creditoribus erat obligatus, tamen hæc ipsa obligatio respicit personam defuncti, quam hæres representat, à cuius voluntate, & præcepto ortum habuit. Ita fit, vt subiecta maneat legibus, quibus defunctus, & patrimonium eius subijciebatur. Igitur quasi contractus primi generis forum constituit in loco, in quo intelligitur celebrari, & in eo quasi contrahens forum sortitur, & conueniri potest: quasi contractus autem secundi generis forum non tribuit, neq; vbi celebratur conueniri potest illum exercens, sed alius locus est adeundus *d. l. hæres absens, in principio, l. de eo, 26. ff. de iudicijs.* Quis autem iste locus futurus sit, declarabimus inferius quæstione 5. de foro hæredis, & successoris, ex num. 288.

168 Extende limitationem, vt non solum quis sortiatur forum, & conueniri possit in loco quasi contractus per se subsistentis, si ibi inueniatur, sed etiam absens, & sit remittendus ad locum quasi contractus. Si tamens hanc conclusionem, & doctrinam restringas ad quasi contractum, quo quis obligatur reddere rationem officij publici, seu administrationis publicæ, vel priuatæ, vt planè probat textus *in dict. l. hæres absens, §. si quis tutelam, & l. Argentarium. 45. ff. de iudicijs, l. 1. & 2. C. vbi de ratiocinijs agi oport. l. 1. C. vt omnes Iud. tàm ciuil. quam milit. & in §. si quis autem, in Auth. de Administratoribus, collat. 7. l. 23. tit. 7. l. 3. tit. 9. lib. 3. recop.* tenet Albericus *in Auth. qua in prouincia, num. 13. C. vbi de crim. agi oport.* Gratianus decis. *180. num. 3.* additio ad Bart. *in d. §. si quis tutelam, num. 1. verbo, in duobus casibus*, Paulus Castrens. *in d. §. si quis tutelam, num. 2. & 8. & in d. l. 1. num. 1. Cod. vbi de ratiocin.* vbi Baldus, & Salicetus post Glossam, Marian. Socinus *in Rubrica, num. 1. vers. primo ratione, & in d. cap. dilecti, n. 40. de foro comp.* Panormitan. *in cap. licet, vltimo, num. 37.* Butrius *num. 15.* Felin. *nu. 52. vers. fall. 1. eod. tit.* Philippus Francus *in cap. Romana. §. contrahentes, num. 9. versic. quarto pro redenda, eodem tit. in 6.* qui addit maximè notatu dignum; tam inquam, requiri præsentiam personæ ad reddendam rationem administrationis etiam priuatæ, vt debeat differri exequutio sententiæ capitalis rei ad ratiocinia obligati, quousq; ratio reddatur ab eo, iuxta doctrinam Baldi, Iasonis, & Doctorum *in l. seruus. 70. & in l. seruo legato, 75. §. seruus, ff. de legat. 1.* quod probat expressè textus *in l. 1. C. de bonis proscrip.* vbi notat Cinus *num. 2.* Bart. Bald. Angel. Salicet. Fulgos. idem Salicet. *in l. cum reis, 18. C. de pœnis*, Paulus *in l. si cognati, 21. C. de negotijs gest.* Cepolla *cautela 2. nu. 5.* Peguera *decis. 21. num. 1.* Anton. Gomez *tomo 3. variar. c. 13. num. 36. vers. secundus casus*, Iul. Clar. *lib. 5. sent. § fin. q. 97. num. 1.* Hippolitus de Marsilijs *in pract. crim. §. opportunè, num. 2. & 3.* Volaño *in Curia Philippica, 3. par. §. 17. num. 18. de commercijs, lib. 2. c. 9. num. 10.* & licet Angelus dicat id consue-

suetudine receptum non esse, eius censuram limitat Iaso, & Cepolla. Ex eoque redditur suspecta, quod nullus alius id animaduertit. Eandem principalem sententiam sequuntur Gregor. Lopez *in d. l. 32. tit. 2. part. 3. glos. 22.* Bernardus Diaz *regula 642. fallentia 9.* Couarr. *practic. c. 10. num. 4. vers. quarto illud*, Franciscus Molinus *de brachio sęculari lib. 2. cap. 35.* Marcellus Cala *tract. de modo articulandi, in principio, num. 68.* Quod procedit ex obligatione residentiæ personalis, quam quis incurrit ex officij publici, vel priuati administratione: & ex eo, quod quæcunque in administratione malè gessit, non possint alio in loco probari, quàm in quo quis officium exercuit, quæ ratio exprimitur *in d. l. 2. C. vbi de ratiocin.* ea autem malè gesta non latere maximè interest Reipublicæ, vt planum est. Idem videtur sensisse Escobar *de ratiocin. administrat. c. 7. num. 2. & ibi, ex num. 7.* latè prosequitur, an quod generaliter statuitur, conueniri posse administratorem apud Iudicem loci, vbi administratio gesta est, extendatur ad Clericum administrationem bonorum laici suscipientem ad Iudicem sæcularem. Hæc autem ratio, quam reddidimus desumptam, *ex d. l. 2.* cum in alijs quasi contractibus non militet, in eis quoque hæc doctrina locum non habebit: ideo in eis erit seruanda generalis conclusio inferiùs tradenda limitatione prima principali, numer. 218. nempè, conueniri non posse in loco quasi contractus, qui ibidem inuentus non fuerit: vt in repetitione indebiti soluti, de qua vide Bart. *in l. qui certo loco, 27. ff. de condit. indebit.* & in alijs casibus. Quod est de mente omnium Doctorum, quos nuper retulimus.

169 Sed subsistendum est, nàm contrariam sententiam, quinimò hoc casu distinguendam esse administrationem priuatam à publica, vt in illa locum non habeat remissio ad locum quasi contractus, neque possit administrator in eo conueniri absens: in hac verò, & possit absens conueniri, & debeat ad locum administrationis etiam inuitus ad reddendam rationem remitti, sequutus est Barbosa *in d. l. hæres absens, §. 1. ex num. 68. ff. de iudicijs*, sublimitans hoc modo dictam restrictionem propositæ extensionis. Eidem opinioni ex ijs, quos vidi, solus expressè adhæsit Fulgosius, *in d. l. 1. C. vbi de ratiocin.* tametsi alios pro eadem referat Barbosa, ei fauet Escobar vbi supra, *num. 6.* Fulgosius ait, eam communiter receptam, sed planè fallitur, cùm viderimus contrariam ab omnib. nullo fere discrepante approbari.

170 Probatur tamen ista Fulgosij sententia ex textu *in d. §. si quis tutelam*, iuncta glossa, ibi, *verbo, debebit*, & communi ferè Doctorum interpretatione, qui videntur docere, supplendum esse ibi verbum, *si ibi inueniatur*, quasi ad conueniendum rerum in loco quasi contractus administrationis, de quo ibi agebatur, necessaria sit eius præsentia in eo loco, quemadmodum necessariã esse in loco contractus dicemus inferius prima limitatione principali, num. 218.

171 Nihilominus non est recedendum ab ea conclusione, quam proposuimus in prædicta extēsione, & restrictione eius, vt tàm administratione publica, quàm priuata in loco administrationis possit absens conueniri, & sit ad eum locum remittendus pro reddenda ratione; quæ communior est, & magis approbata sententia, vt ex Doctoribus pro ea relatis constat. Quam probat manifesta ratio designata *in d. l. 2. C. vbi de ratiocin.* quæ planè militat in vtroq; casu ratiocinorum tàm publicorum quàm priuatorum, ac per consequens succedit regula, vt extendenda sit ad vtrumque casum eadem iuris dispositio, ex vulgari textu *in leg. illud ff. ad leg. Aquil.* cum similibus.

172 Neque obstat fundamentum Barbosæ. Quoniam etiam si negari non possit, Doctores loquutus circa dictā Glossam nimis inaduertenter, ac inconsideratè, & profuse, quasi in textu ageretur de quasi contractibus in genere, atque ita formarunt summarium generale de omnibus quasi contractibus; & non in specie de administrationibus: agnoscamusque multò magis propriè, & rigorosè loquutum Iuriscōsultum in textu, qui non apposuit illud verbum, *si ibi inueniatur*, vt fecerat in legis initio, quod tamen additurum fuisse credendum est, si in ea specie quasi contractus, de quo ibi agebat, forus requireret rei præsentiam: verùm si mentem ipsius Glossæ, & Doctorum attendas intelliges significasse omnes, esse constituendam generalem regulam, videlicet necessariam esse præsentiam rei in loco quasi contractus, vt ibi conueniri possit, quemadmodum est necessaria in loco contractus, oeq; esse locum remissioni absentis ad locum quasi contractus regulariter; sed regulam istam pati limitationes quasdam, & fallentias, ex quibus vna sit, nec minus celebris, nec minus commendata à Doctoribus ista, de qua loquim ut, in casu ratiocinorum administrationis cuiuslibet tàm publicæ, quam priuatæ, id q; esse admittendum ex expressa ratione *in d. l. 2. C. vbi de ratiocinijs agi oport.* vt superius adnotauimus.

173 Limita secundò, prædictam quintam ampliationem, vt sortiatur quis forum in loco quasi contractus voluntarij, non tamen in loco quasi contractus necessarij. Vocamus quasi contractum voluntarium eum, qui geritur ex consensu, & voluntate quasi contrahentis, vt est susceptio tutelæ, vel cuiuslibet publici muneris, aut honoris, quæ regulariter voluntariè deferuntur, & suscipiuntur, etiam si aliquando per accidens quis, ad ea suscipienda cogatur. Quasi contractum verò necessarium vocamus eum, qui fit in iudicio. Nàm in iudicio quasi contrahitur, *l. licet, 3. §. idem scribit*, vbi Bart. *num. 1. & 6. ff. de peculio*, Felyn. *in Rubrica, num. 23. de re iudicata*, iudicium autem redditur in initum, *l. inter stipulantem, 83. §. si stichum, ff. de verbor. oblig.* ex quo nouatio illa, quæ fit in iudicio, dicitur nouatio necessaria, & quæ extra iudicium fit, voluntaria à Bartol. *in l. 1. numer. 2. & 7. C. de iudicijs*, post Glossam, ibi, iuxta mentem Pauli Iurisconsulti *in l. aliam, 29. ff. de nouation.* Igitur quasi contractus voluntarius forum producit, vt in loco eius possit quis conueniri: quasi contractus autem necessarius forum non mutat, neque nouum forum tribuit. Quod confirmo duabus rationibus, prima; quia quasi contractus necessarius, cùm in iudicio fiat forum præsupponit, & est post ipsum, cùm iudicium sine foro esse non possit: atque ita cùm ipsum adueniť, iam forum precedat necesse est, non subsequatur. Ea enim, quæ ex natura sua præsupponuntur ad aliquam rem, non subsequuntur ex eadem, ne effectus sit causa suæ causæ. Secunda ratio est, quia nouatio necessaria, quæ per litis contestationem inducitur, iuxta textum *in d. l. aliam*, non efficit ius actoris deterius, vt ibi dicit Paulus I. C. in fin. *& in l. non solet, 86. ff. de reg. iur.* notat Alciatus *conf. 20. nu. 21 lib. 8.* & ideo actio, & obligatio noua, quę ex iudicio resultat, videlicet actio iudicati, & obligatio illi correspondens, sortitur naturam primæ actionis, & obligationis, quoad ius fori competentis, & neque nouum forum tribuit, neque antiquum mutat. Etenim quemadmodum licet per nouationem voluntariam priuilegia, quæ doti conceduntur, perimantur, per necessariam tamen non extinguūtur, vt docet textus *in d. l. aliam*,

l.aliam,verf.perit, pro quo facit textus *in l.Nesennius*. 41. §.*vltimo,ff.de re iudicata,& in l.ex diuerso*, 17.§.*vltimo,ff. soluto matrim*. quibus probatur eos, qui habent priuilegium ne conueniantur, nisi in quantum facere possunt, id priuilegium non amittere, quamuis insolidum à Iudice condemnentur, atque ita constat priuilegium non amitti per nouationem necessariam: ita neque priuilegium, aut ius fori competentis primæ actioni, per quasi contractum, & nouationem necessariam amitti debuit, aut mutari; & consequenter, ex iudicio non additur nouum forum, foro competenti primæ actioni in iudicium deductæ. Quæ fuit sententia Fulgosij *in l.Argentarium*, 45.§.*nomine pupillæ*, *numer*. 1. & 2. post Angelum per textum ibi, *ff. de iudicijs*, qui summarium illius textus ita deducunt. *Per nouationem necessariam non tollitur prius forum: seu actio iudicati sequitur naturam principalis actionis, quoad ius fori*. Hæc fuit animaduersio doctissimi, & ingegnosissimi Doctoris Francisci Caldera præceptoris mei, *in l.à Diuo Pio*, §. *sententiam Romæ*, *num*.5.*ff.de re iudicata*, quam ego ab eo audiui anno 1603. in Salmanticensi Academia, vbi erat Cathedrarius legum vespertinus proprietarius, post promotus est ad Cathedram primariam proprietatis legum eiusdem Academiæ, nullo se illi opponente. Nunc in sua patria Lusitania primariæ legum Cathedræ in Conimbricensi celeberrima Academia præfectus est, & simul fungitur senatoria dignitate Vlisipone. Vir eminentissimus nostri sæculi, vtriusque iuris doctrina, & omnigena eruditione, ingenio nulli nostra ætate secundus, multis mihi nominibus carissimus, quocum, præterquam quòd eius fuerim côtinuus multorum annorum discipulus, non leuis familiaritas, & necessitudo intercessit, cuius me laudibus prædicandis, & celebrandis imparem fateor libentissimè.

174 Amplia sextò, propositam principalem regulam, vt omnis obligatio, vndecunque oriatur, habenda sit pro contractu: vt vbicunq; quis obligetur, ibi videatur contractus gestus, & pro implenda, & obseruanda obligatione posse conueniri. Hanc probat expresse textus *in l.omnem*, 20.*ff. de iudicijs*, cuius hæc ferè sunt verba, & ibi notant Accursius, Bartolus, Albericus, Baldus, Angelus, Paulus, Fulgos. Tametsi quidam ex istis exemplificêt in delictis, & inter illa, & contractus similitudinem inducant: sed exempla non arctant regulam, *l.damni*, 30. §. *vltimo, ff.de damn. infect*. & Iurisconsultus *in d.l.omnem*, vniuersaliter loquutus est, & regulam generalem statuit.

175 Ex qua ampliatione infertur primò, relatores, Aduocatos, Notarios, & Procuratores ad exigendas sportulas, & salaria, posse conuenire litigantes apud eosdem Iudices, apud quos lis agitata est, ex qua orta est obligatio soluendi sportulas, & salaria: & eosdem esse competentes, & legitimos, vt cogant litigantes ad solutionem eiusmodi sportularum, & salariorum. Ratio est, quoniam in loco, in quo litigatum est, orta est obligatio soluendi istas sportulas, & salaria, ac per consequens ibi reus pro eis soluendis conueniri potest, neque poterit forum declinare, quia locus seruitij æquiparatur loco administrationis. Et ita obtinuit vsus Tribunalium Curiæ, vt decernantur regiæ prouisiones ad sportulas, & salaria exigenda, quæ debentur ex litibus ibi agitatis, tametsi litigantes sint domicilarij in alijs Regni ciuitatibus, quæ me teste sæpius sunt expeditæ in supremo Indiarum Consilio. Ita sentit Abbas Panormitanus *in capit. licet ratione, vltimo, num*.33.*vers.& per hoc dico, de foro comp*. Felynus ibi, *num*.19.*in fine*, Marianus Socinus *in dicto c. dilecti*, 17.*nu*.20.& 34. *eodem titulo*, Franciscus Marcus *decis*.1059.1.*par*. Verallus *decis*.342.1.*p*. Marius Giurba *decis*.38.*nu*.1. Leon *decis*.177.*lib*.2. Stephanus Gratianus *disceptat.forens*.1.*tomo*, *cap*.56.*num*.7.& c.154. *num*. 24. Barbosa *in d.l.hæres absens*,§.*proinde*,*num*.126. & *sequentibus*,*ff.de iudicijs*, Cancer. *variar.resolut.par*.2.*cap*.15.*nu*. 66.& 67. Florez de Mena *lib. variar.quæst*.12.*numer*. 50. vbi testatur de praxi omnium Tribunalium. Quod adeo verum est, vt oblatio solutionis alibi facta non valeat, vt adnotarunt Verallus, & Giurba.

176 Qui stilus ex eo item coadiuuatur, quoniam expensæ litis connexionem habent cum lite, & causa principali, & ab ea dependent; ex quo fit, vt idem sit Iudex vtriusque causæ. Nam connexorum idem est iudicium, Hippolytus de Marsilijs *singul*.251. Tuscus *litera C.conclus*.626. Doctores *in Rubrica*, *C.de edendo*. Decius *in Rubrica*, *t. lectura*,*num*.8.& ibi, Ripa *num*. 27.*de iudicijs*, Surdus *cons*.42. *num*.17.*lib*.1. Bossius *tit.de foro compet.nu*.117.& probat textus *in cap.de prudentia*,*de donat.inter vir*. & magis in specie *in cap.statutum*,§.*assessorem*, & §.*notarium*, *de rescr. in 6*. vbi ad Iudicem expectat constituere competens, & commodum salarium Notario causæ, & assessori à Iudice electo. Ergo salarium per Iudicem taxatum apud eum peti poterit.

177 Addunt Panormitanus, & Marianus vbi supra, quod tacitè actum videtur, vt ista salaria, & sportulæ soluantur in loco iudicij. Non enim est verisimile, Aduocatum, seu Procuratorem voluisse pro suo salario insequi clientulum ad suum domicilium, cùm quandoque posset esse maior expensa itineris, quam sit debitum, atque ita succedit regula, vt ibi debeat quis conueniri, quo solutionem destinauit, de qua inferius agendum est, ex num. 248.

178 Verum negotium facessit hac in re textus, qui videtur contrarium decidere, *in c.Romana*, §.*neque etiam, de foro compet. in 6*. vbi non potest Metropolitanus cogere subditos sui suffraganei, vt coram se respondeant quærelantibus super salarijs Aduocatorum, & Procuratorum in causis, quæ in sua Curia ventilantur. Ex quo textu id docuit Speculator *lib*. 1.*tit.de salarijs*,§.*sequitur*,*nu*. 16.

179 Glossa *in d.*§.*nec etiam*,*verbo*,*respondere*. quæ difficultatem textus sensit, quam sequuntur nihil addentes Geminianus Francus, & Ancharanus tribus modis respondet: seu quod idem est ad tres casus decisionem textus accommodat, significans extra illos contrarium practicari debere. Primus est, cùm contractus initus est in loco suffraganei. Exempli causa, Bononiæ quis appellauerat, & secum duxit Aduocatum Rauenam, & ita contractus Rauenæ initus non fuerat. Secundus, quando contractus Rauenæ gestus est, sed contrahens ibi non inuenitur, ideo non potest pro contractu Rauenæ conueniri, quia vt quis possit conueniri in loco contractus, necesse est, vt ibi sit præsens, vt infra dicturi sumus limitatione 1.num. 218. Tertius casus, qui magis videtur approbari à Glossa, & alijs, est, quando contractus gestus est Rauenæ, sed tamen contraxit litigans cum Procuratore, & Aduocato, tanquàm aduena, & statim recessurus, atque ideo ex contractu non est sortitus forum, vt dicemus inferius, limitat. 3.principali. Quam tamen conclusionem Glossa limitat, nisi litigans promisisset se ibi soluturum Procuratori, & Aduocato, tùnc enim ibi poterit conueniri. Sed cùm tacitè id agere videatur, & ibi destinari solutio, vbi negotium geritur, vt rectè docuit Panormit.*in cap. licet*, *vltimo*,*num*.32.*de foro compet*. si contrahentes aliud non exprimant, paulatim fiet, vt eo solo

casu

casu textus locum habeat, quo expresse dictum fuit, non esse in loco Metropolitani faciendam solutionem, vel tacitè destinata est solutio in locum diuersum. Quæ nimia est textus restrictio, sed nimis vera, & eo nomine suspecta, quòd eo sensu decisio tex. cadetet in rem non dubiam, cum tamen prima fronte sub generalibus verbis nimis dubia visa fuerit.

180 Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, num.* 128. aliter respondet, decisionem videlicet textus *in d. §. nec etiam*, specialiter procedere in Archiepiscopo, qui de causis suorum suffraganeorum cognoscit in loco suæ iurisdictionis, quos non poterit cogere soluere salaria Aduocatis, & Procuratoribus, quia in eo textu id est ei specialiter prohibitum. Verùm hæc solutio, vt iacet approbationem non meretur, recurrere enim ad specialitatem, specialitatis ratione non reddita, diuinatio est, quod miserorum refugium reputauit Glossa *in l. filium quem habentem, verbo, hæreditaria parte prædij, Cod. familiæ herciscun.* quam ibi sequuti sunt Bartolus, Baldus, Paulus, & Ias. Addendum porro est, non esse alienum à ratione, vt hoc sit speciale in Metropolitano cognoscente de causis subditorum suffraganei, & in alijs Tribunalibus contrarium regulariter sit seruandum. Ratio specialitatis est, quoniam Episcopi suffraganei sunt quoad potestatem ordinis, & dignitatem eius, Archiepiscopis Metropolitanis omnino æquales, *cap. in nouo, distinct.* 21. *& ibi Glossa, verbo, pari*, Archidiac. *num.* 12. Geminianus *num.* 4. Barbatia *tract. de præstantia Cardin. q. 1. primæ partis, nu.* 8. & docet Diuus Thomas *in additionibus ad tertiam partem, q. 40. art. 6. ad* 3. & Dominicus Soto *in 4. distinct.* 24. *q. 2. art. 4. 2. concl.* Cordubensis *lib. 4. quæstionarij, quæst.* 14. exegit verò Ecclesiasticæ Hierarchiæ, & gubernationis rectus, & politicus ordo, vt inter eos induceretur inæqualitas quoad iurisdictionem, subijcerenturque Episcopi Metropolitanis, vt idem Diuus Thomas *dict. art. 6. in corpore*, & Dominicus Soto vbi supra, *conclus.* 1. obseruarunt. Æquum vero fuit, vt id fieret, debito honore Episcopis reseruato, & limitata intra suos certos terminos Archiepiscopi iurisdictione, *vt in d. §. nec etiam, & in c. nullus primas, & cap. conquestus,* 9. *q.* 3. *& l.* 15. *tit.* 5. *p.* 1. & in Concil. Trident. *sess. 24. decreto de reform. c.* 20. & in multis alijs articulis, quos commemorat D. Antoninus 3. *p. summæ, tit. 20. c. 4. in princip. & §. 1. & l. 12. tit. 5. p.* 1. At in alijs Tribunalibus subordinatis id non reperitur: quoniam superior inferiori, neq; in officio, dignitate, aut vllo alio æqualis est, cùm ferè semper contingat, aut inferiorem esse Iudicem temporalem, aut si sit perpetuus, vt sunt vassalli feudistæ, à quibus ad Tribunalia Regia appellatur, est superiori in omnibus, & per omnia subditus, à quo iurisdictionem voluntariè accepit, quæ est multò maior subiectio, quàm ea, qua Episcopus subijcitur Archiepiscopo Metropolitæ, à quo neque eius dignitas pendet, neque iurisdictio originem sumpsit.

181 Vt verum fatear, magis arridet sententia Mariani Socin. *in d. c. dilecti, num.* 10. qui videtur magis approbare primam lecturam Glossæ *in dict. §. nec etiam*, vt textus loquatur de casu, quo conuentio de salario Aduocati, & procuratoris ob litem agitatam in metropoli, non est facta in ipsa metropoli, sed in loco suffraganei. Ego verò id colligo (tametsi nullus quem viderim animaduertat) quoniam *§. nec etiam*, præcedit immediatò *§. contrahentes*, vbi agitur de contractibus gestis in metropoli, & deciditur, quid de illis sentiendum sit. Ergo *in d. §. nec etiam*, non agitur de casu, quo in metropoli est contractum, alioqui iste casus pertineret ad decisionem pagraphi sequentis, & non fuisset necessaria diuisio, & distinctio decisionis.

182 Sed postquam incidimus in exactionem salariorum Aduocatorum, & Procuratorum, obseruare oportet, id esse peculiare in eo genere debiti, vt tametsi ab initio de eo conuenerit inter partes, & ex contractu initio certum debeatur, possit nihilominus à Iudice, reformari non obstante conuentione facta. Ita planè indicat textus *in l.* 1. *§. in honorarijs, & §. si eui cautum, ff. de varijs, & extraord. cognit.* & obseruarunt Dominus Franciscus Sarmiento *lib. 1. selectarum, cap. 11. num.* 9. Guttierrez *de iuram. confirm. 1. part. capit. 57. numer. 29. &* 30. Segura Daualos *in directorio Iudicum Ecclesiast. 1. p. c. 13. ex num.* 6. Ceuallos *in spec. pract. lib. 1. q. 288. ex num.* 8. Florez *lib. 1. var. q.* 8. *§. 1. num.* 50. Gratianus *discept. forens. cap. 56. num. 3. &* 4. Parlodorius *in sesquicenturia, differentia* 130. *§.* 1. & id statutum erat de iure nostri Regni, *in l. 20. tit. 16. lib. 6. recopilat.* & renouatum por pragmaticam anni 1617. superadditis quibusdam alijs. Nam vt *omnia fert ætas*, teste Virgilio, & rebus ipsis, & homines senectute vires amittunt, ita nostro sæculo quasi leges sicut vestimenta veterascerent, & vires amitterēt, renouantur, & iuuenescunt. Sed nec possunt melius seruari nouæ, quam antiquæ. Nimirùm leges mortuæ cùm sint, seruare se non possunt, & parum est ius esse in ciuitate, nisi sint qui iura reddant, & leges seruēt, seruareq; faciant. Hoc opus hic labor est, vt initio primæ disputationis diximus. Neq; verò nouum est in iure, vt penès Iudicem sit potestas moderandi obligationem contractus, & eam ad æquitatem reducendi, vt *in cap. quanto de censibus*, & notat Decius *cons. 335. num.* 12. *& sequentibus*, Ioannes Lupus *in Rubrica de donation. inter, §. 69. num.* 14. Segura *in repetitione l. vnum ex familia, §. sed si fundum, num. 22. ff. de leg.* 2. Cepolla *de seruitut. vrban. prædior. c. 50. ex num.* 12. Thesaurus *decis.* 120. *& dec.* 226. *& dec. 239. nu.* 10. & planè probat text. *in l. cum quidam, 17. in princ. ff. de vsuris.*

183 Secundò ex prędicta ampliatione infertur, ad decernenda alimenta filio legitimo, vel naturali, iuxta *l. si quis à liberis ff. de lib. agnosc.* vel adulterinis, aut spurijs, iuxtà textum *in cap. cum haberet, in fin. de eo, qui duxit in matr. quam pol. per adulter.* esse idoneum, & competentem Iudicem loci, vbi filius genitus, & natus est, & vbi mater domicilium, vel habitationem tempore generationis, vel natiuitatis habuit. Quoniam illa obligatio alendi liberos, quæ à iure naturali descendit, *l.* 1. *§. ius naturale, ff. de iust. & iur. princip. instit. de iure nat. gent. & ciuil. l. 2. tit. 1. par.* 1. *vbi glossa* 3. in eo loco contracta est, in quo filius progenitus est, & natus. Cùm ergo omnis obligatio etiam naturalis, vndecumq; oriatur, pro contractu habenda sit, quoad hunc effectum fori, iuxta *d. l. omnem obligationem*, & ibi notata à Doctoribus, *ff. de iudic.* consequens est, vt Iudex eius loci, in quo hæc obligatio ortū habuit, decernere possit alimenta, cogereque parentem, si ibi inueniatur, ad filium alendum. Sin minus poterit decernere possessionem eorum bonorum, quæ in suo territorio inuenientur, pertinentium ad parentem absentem, vel eorum arrestationem, vel sequestrum, iuxta ea, quæ dicemus de absente à loco contractus inferiùs, ex n. 220. atq; ita ex facto consultus respondi.

184 Amplia septimò, propositam principalem regulam, vt non solùm sortiatur forum contrahens in loco contractus, quando agitur de ipsius contractus implemento, & obseruantia, sed etiam cum agitur de rescissione contractus, seù distractu. Nàm in loco cōtractus, & apud eius Iudicem potest contrahens conueniri, cùm agitur,

vt

vt contractus rescindatur ex dolo, minori ætate, læsione, aut quouis alio iuris remedio. Vt autem exponamus istã
3 ampliationem, supponimus distractum esse duplicem, aliũ voluntarium, alium necessarium. Voluntarius est, qui ex conformi voluntate contrahentium resultat violentium contractum resoluere, aut ab eo discedere. Etenim quemadmodum ex concordi cõsensu contrahentium cõtractus fit, *l. 1. l. iurisgentium, in principio, ff. de pact. l. sicut ab initio, C. de action. & oblig.* ita contrario consensu resoluitur, & desinit *l. ab emptione, 59. de pactis, l. 1. 2. & 3. ff. de rescind. vend. l. vnica, C. quando liceat ab empt. disced.* nihil enim est tàm naturale, quàm iisdem causis quidque dissolui, quibus est constitutum, *l. nihil tàm naturale, 35. ff. de reg. iur. c. omnis res, de reg. iur.* Alter est distractus necessarius, qui per iudicium fit. (quod redditur in inuitum, *d. l. inter stipulantem, §. si sticbum, ff. de verb. obligat.*) ex remedijs à iure proditis, vt in integrum restitutione ob metum, vel dolum, vel resciffione ob læsionem vltra dimidiam iusti pretij, & alijs. Quam inter istos distractus diuersitatem satis significauit Iustinianus Imperator, dum *lib. 4. C.* duos constituit titulos, alterum de distractu voluntario, videlicet, *C. quando liceat ab emp. disced.* alterum de necessario, vt *Cod. de rescind. vend.* præter alios, quos *lib. 2. Codicis* inscripsit de restitutione aduersus contractus. Igitur cùm dicimus locum contractus esse forum competentem ad agendum de distractu, accipimus distractum pro necessario, non pro voluntario. Quinimò sentimus, & planè profitemur distractum voluntarium in aliquo loco factum, constituere forum per se distinctum à foro contractus, in quo possit agi de quæstionibus ad ipsum attinentibus, si de illis aliqua controuersia iudicialis contingeret. Non est enim minùs efficax voluntas distrahentium, & dissoluentium contractum ad constituendum forum distractus, quam contrahentium ad constituendum forum contractus; siquidem contractus, & distractus à pari procedunt, *l. Pomponius, 13. §. præterea* vbi notat Angelus, Cumanus *num. 1.* Alexand. *num. 4.* Ias. *num. 6. ff. de acquiren. possess.* Paulus *in l. exigere dotem, numer. 2. ff. de iudicijs, & in l. qui loco certo, 27. num. 2. ff. de condict. indeb.* qui in specie loquuntur de isto effectu constituendi forum, idem Ias. *in Auth. Sacramenta puberum, num. 73. C. si aduers. vend.* Lapus *allegat. 10. numer. 6.* Tiraquel. *in leges connubial. gloss. 5. ex n. 5. & n. 8.* Surdus *cons. 136. nu. 17. 18. & 19. lib. 1.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, n. 12. & 13. ff. de iudicijs,* Caldas Pereira *in l. si curatorem, verbo, implorandum, num. 30. vers. postremò hæc sententia, Cod. de in integr. restitut. colum. 3.* Et retinebis memoria hanc animaduersionem, quæ nostra est, ex cuius inaduertentia, in quæstione de qua agimus, laborant in æquiuoco Doctores non contemnendi.

185 Itaque Iudex loci contractus est competens non solùm cum agitur de contractus implemento, sed etiam de eius resciffione, & distractu necessario, & iudiciali. Quam sententiam amplexi sunt Bart. *in l. qui loco certo, num. 2. ff. de condict. indeb.* & ibi Fulgos. *num. 2.* & Ias. *num. 1.* Albericus *in l. exigere dotem, 65. num. 2. ff. de iudicijs, & in l. 2. nu. 1. & 2. C. vbi, & apud quem,* Baldus *in l. in contractibus, 14. §. in omni, nu. 1. & 2. C. de non numer. pec.* Decius *in l. vinum, 22. num. 11. ff. si cert. pet. & in c. 1. 1. lectura, nu. 124. de iudicijs,* vbi Alciatus *num. 33. vers. & vltra limitationes,* additiò ad Bart. quam dicunt esse Alexandri *in d. l. hæres absens, §. si quis tutelam, num. 1. verbo, in duobus casibus,* Romanus *singul. 477.* Felynus *in cap. licet ratione, vltimo, numer. 24. vers. vltimo in isto subdito, de foro comp.* Angelus *in sua quæst. §. duo mutcem, n. 32. & 33.* Francus in *Rubrica, num. 45. ap. Thomæ Carleualij de Iudicijs.*

pellat. Couarr. *lib. variarum, c. 4. num. 8.* Surdus *cons. 106. nu. 15. & 16. & cons. 136. nu. 19. & 20. lib. 1.* Guttierrez *lib. 1. canonicar. quæst. cap. 24. num. 9.* Ioannes Mauritius *tract. de in integr. restit. c. 36. num. 5.* Sforcia Odus *eodem tract. 1. par. q. 32. art. 13. num. 114.* Tuscus *litera F. conclus. 438. num. 6.* Faciunt, quæ tradit Tiraquellus *in leges connubial. glossa 1. par. 1. num. 33.* vbi ait, vxorem sequi forum mariti, etiam cùm agitur de dissoluendo matrimonio. Probat hanc sententiam textus *in d. l. in contractibus, 14. §. in omni. C. de non numer. pec.* vbi exceptio non numeratę pecuniæ, quę contra mutui contractum opponitur, si adsit mutuator in loco contractus proponitur coram Iudice loci contractus. Ergo locus contractus est forus competens ad impugnandum, & rescindendum contractum. Huic textui nulla congrua solutio assignari potest.

185 Neq; satisfacit, quam tradit Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, nu. 25. cũ seqq.* vbi distinguendum putat, an contractus sit perfectus ab vtraque parte, & postea propter aliquam qualitatem extrinsecam agatur de eius resciffione; & tunc putat non posse agi in foro contractus, quia cum perfecto contractu sublata sit actio ex cõtractu oriens, *princ. inst. quib. mod. toll. oblig.* in consequentiam sublatus videtur forus ad eius implementum inductus, *l. cùm principalis, ff. de reg. iur.* & in specie textus *in cap. dilecti, de foro comp.* & ibi Panormitan. *num. 6.* An verò contractus ab vtraque parte non fuerit perfectus, & tunc quia cessat prædicta ratio durat forus contractus: & consequenter in loco eius potest agi per resciffione. Et in his terminis existimat procedere *d. §. in omni.* nàm in effectu exceptio non numeratæ pecuniæ importat contractum non fuisse impletum ab vtraq; parte, & ideo in loco contractus de hoc defectu agendum est.

187 Non inquam satisfacit, quoniam non pendet competentia ex fori ex eo, quod actor foueat iustitiam, reus verò iniustè se defendat; sed siue lis iustè, siue iniustè moueatur, idem est forus. Ergo siue actor litem moueat perfecto contractu ab vtraque parte, quo casu iniustè mouebit, & proponet, verbi causa, exceptionem non numeratæ pecuniæ, siue contractu non perfecto, quo casu mouebit iustè, idem Iudex erit adeundus. Confirmatur, quoniam videtur doctrina noua, & iuri dissona, vt ex eo forus competens, & locus iudicij mutetur, quod proponantur diuersæ actiones, vel exceptiones, cùm regulariter, vbi quis legitimè conueniri potest de aliqua re, ibi possint proponi actiones, & exceptiones omnes sibi competentes. Secundò, quoniam forus tolli non potest, eo quòd actio sit sublata, & agens agat sine actione, tùnc enim partes Iudicis erunt in actore repellendo, & reo absoluendo, iuxta tradita Glossa *in l. vbi pactum, verbo, pœna, C. de transact.* Bart. *in l. si vnus, §. pactus ne peteret, numer. 20. ff. de pact.* Alex. *in l. 1. num. 6. C. vt quæ desunt Aduoc. supplea. Iud.* Tertiò, quoniam non semper lites fundantur super actionibus, sed interdum super officio Iudicis, quod actor implorat, vt Barbosa ipse animaduertit, vbi supra, *num. 22.* Ergò non rectè colligitur forum deesse, eò quòd actio sit sublata. Neq; video cur sit allegatus à Barbosa textus *in d. cap. dilecti,* & Panormitan. ibi, *nu. 6.* ad hanc rem, ex quibus id neque expressè, neque implicitè colligo, nisi allegatio sit falsa, aut deprauata, quod in multis illius libri contingit, itaut ex eo habeam illum suspectum. Quartò, quoniam tametsi perfecto contractu ab vtraq; parte actio esset sublata, ex ipso implemento orta esset exceptio in fauorem implentis, *l. exceptiones opponuntur, 20. ff. de except.* Si ergo quis ex contrahentibus deducat in iudicium exceptionem istam, & petat à Iudice declarari sibi cõpe-

teret iuxta *l. si contendat, 28. ff. de fideiussor.* quod in iudicijs frequentissimum esse, tradit Paz *in praxi tomo 3. c. 9. §. 2. ex nu. 1.* cum multis, quos ibi refert: aut petat declarari se, vel fideiussorem esse liberum, id petere poterit apud Iudicem loci contractus. Excogitari enim non potest ratio, ob quam ille non sit competēs in hac lite: præsertim cùm & nos dixerimus supra nu. 165. ampliat. 4. & ibi relatus Barbosa fateatur, Iudicem loci contractus, nō solùm esse competentem, quoad ea, quæ ad contractum principalem pertinent, sed etiam quoad accessoria; neq; enim forus contractus solùm inducitur ad implemētum, & obseruantiam eius, vt Barbosa assumere videtur, sed etiam quo ad omnia alia à contractu dependentia, vt multis in eam rem adductis contendit Decius *in capit. 1. 1. lectura, num. 122. de iudicijs, cum sequentibus.* Ex quo consequens est, vt impleto contractu, & sublata actione, adhuc permaneat, & sublatus non sit forus contractus, cùm sint exceptiones, & dependentiæ, quæ in illo possunt discuti, & multa alia, de quibus possit in iudicio disceptari. Quintò, quoniam contractus nullus, nullam actionem producit, quia quod nullum est, nullum effectum habet, *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bon. poss. contra tab. l. non dubium, Cod. de legib. cap. illud, 8. de iure patron. cap. non præstat, 52. de reg. iur. in 6.* & tamen nulla existente actione potest agi de nullitate eius apud Iudicem loci contractus, vt nos diximus supra, ampliatione 2. num. 163. & consentit ibi relatus Barbosa. Ergò non rectè arguitur fori cessatio, ex actionis defectu, sed potuerit nihilominus moueri lis super rescissione contractus coram Iudice loci eius, tametsi post eius implementum nulla superesset actio. Sextò, tandem quoniam quoties in iudicio intenditur rescissio contractus, non nititur lis qualitate extrinseca, sed potius vitio intrinseco, aut contractui, aut personis contrahentium. Non minus igitur potest agi de rescissione in foro contractus, quam de implemento. Alias solutiones ad textum *in d. §. in omni.* impugnat Barbosa *in d. §. proinde, ex num. 22.* & Caldas *in d. l. si curatorem, verbo, implorandum, num. 30. C. de in integr. restit.* reliquum est, vt nulla assignari possit, quæ satisfaciat ex ijs, quas Doctores adducunt.

188 Sed contrariam sententiam prædictæ ampliationi, imò in loco contractus non posse agi de eius rescissione, sed dumtaxat de implemento, & obseruantia, sequuti sunt alij. Inter quos sunt Baldus sibi contrarius, *in l. exigere dotem, 65. in 2. lectura, ante num. 1. ff. de iudicijs, & in l. 2. num. 1. C. vbi & apud quem.* Paulus *ibidem num. 1.* Angelus sibi etiam contrarius, *in l. qui loco certo, num. 1. in fi.* vbi etiam sibi parum constans Albericus *num. 2. ff. de condic. indeb.* Decius, contrarius etiam sibi, *in Rubrica, 1. lectura, num. 19. de iudicijs,* Gregor. Lopez *in d. l. 32. tit. 2. par. 3. glossa 10. vers. secundo limita,* Socinus *regula 204. fallentia 1. aliàs litera F. regula 19.* Duarenus *ad tit. Cod. vbi & apud quem, in principio,* Marcellus Cala *tract. de modo articulandi, in principio, num. 67.* Cathetan *decis. 78. numer. 14. & 15.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, num. 14. & 21. ff. de iudicijs,* & Caldas *in d. l. si curatorem, verbo, implorandum, num. 30. C. de in integ. restit.* tametsi satis anceps, & dubius, iam oppositæ, iam huic sententiæ adhæreat, tandem in hac resedit. Multos Doctores referunt isti pro hac sententia, qui tamen si attentè legantur, eam non sequuntur, sed dumtaxat dicunt actorem, cùm agitur de rescindendo contractu, & petenda contra ipsum restitutione, sequi debere forum, rei, quod neque nos negamus, neque est contrarium nostræ statutæ ampliationi. Ita non ritè refertur pro hac sententia Tiraquel. *de retract. lign. §. 8. glossa 9. num. 2.* qui, vt in eo loco videri potest, eam non asserit, neque erat hæc sententia ad rem eius, de quo ibi agebat. Proposuerat enim quæstionem, quis Iudex esset competens in retractu, an domicilij rei, an loci, in quo sita est res retrahenda, *& ibi n. 9.* concludit, vtrumque esse competētē, prout actor elegerit. De alijs idem dictum intellige. Quare existimo te vera hanc sententiam esse minus communem, minusque frequentem. Habet tamen pro se vrgens argumentum ex textu *l. 2. Cod. vbi & apud quem,* qui ita habet. *Quoniam ea, quæ in transactione dari placuerat, te tradidisse, proponis, consequens est, si de ijs repetendis per in integrum restitutionem, vel quamcunq. aliam causam putaueris agēdum, eius adire te prouinciæ Præsidem, in qua domicilium habent, quos conuenis.* Ex quo colligunt isti Doctores, non potuisse peti hanc restitutionem coram Iudice loci, in quo factus fuit transactionis contractus: ac per consequens non agi de rescissione contractus in foro contractus.

189 Sed nihilominus, non est recedendum à proposita ampliatione 6. & non obstat *d. l. 2. C. vbi & apud quē.* Nam pro eius interpretatione ego considero, duas esse posse inter se multum diuersas difficultates, & quæstiones in hac materia. Prima, vtrum Iudex competens ad concedendam restitutionem sit Iudex domicilij actoris petentis restitutionem, cui ipse subditus est; an verò Iudex domicilij rei, contra quem restitutio petitur. Quam disputat Sfortia Odus *de restitut. in integr. 1. p. q. 32. art. 13.* & Mauritius *eodem tract. c. 36.* Secunda, vtrum sit competens ad concedendam restitutionem Iudex loci, quo contractus gestus est, an vero solùm Iudex loci domicilij eius, contra quem restitutio petitur. Et cùm has diuersas esse difficultates euidens sit, iuxta magis receptam, & communem interpretationem, *d. l. 2.* decidit primam difficultatem, videlicet, cùm restitutio petitur, non esse adeundum Iudicem, cui subditus est actor petens restitutionem, sed eum Iudicem, cui subditus est reus, contra quem restitutio petitur, & vbi ipse domicilium habet: & ea lex non pertinet ad secundam difficultatem, quam nos modo tractamus. Quam eius legis interpretationem tradunt in ea Barthol. Alber. Angel. Salicet. Fulgos. nulla facta mentione de secunda difficultate. Atque ideo statuitur communiter summarium eius textus *in causa restitutionis actor sequitur forum rei,* quæ est ratio decidendi eiusdem legis, & conformis, *l. 2. C. de iurisd. omn. Iud. l. actor. C. vbi in rem actio. & cap. cum sit generale, de foro comp.* Quæ tamen ratio parum faceret ad decidendam secundam difficultatem, cùm facilè posset dici, forum contractus esse etiam forum rei, si ibi inueniatur; vt optimè animaduertit Alciatus *in cap. 1. num. 33. vers. & vltra limitationes, de iudic.* ex quo constat, *dict. lege 2,* nihil facere ad difficultatem secundam, de qua agimus, neque esse contrariam propositæ ampliationi.

190 Secundò respondet Bart. *in d. l. qui loco certo, 27. num. 2. ff. de condict. indeb.* tametsi eo textu dictum sit, ad petendam in integrum restitutionem adeundum esse Iudicem domicilij rei, non tamen ibi esse negatum, quin similiter adiri possit Iudex contractus, neque ex expressione solius loci domicilij, exclusio loci contractus colligi potest. Bartolo consentiunt eodem loco Fulgos. *num. 2.* Ias. *num. 1. circa fin.* Salicet. *num. 3.* tametsi dubitans, Philipp. Francus *in Rubr. num. 45. de appellat.* Alciatus *in d. c. 1. num. 33. de iudic.* Couarr. *lib. 1. variar. c. 4. num. 1.* Guttierrez *lib. 1. canonic. quæst. c. 34. nu. 9. in fin.* Ideo autem omissus est locus contractus, quia (vt rectè considerat Alciatus) ratione

do-

domicilij quis sortitur forum vniuersum, & sine vlla exceptione, siue ibi contraxerit, siue non, siue ibi reperiatur, siue non; ideo textus respondet de regula, quæ indistinctè procedit, non autem explicuit casus, qui non procedunt nisi concurrentibus quibusdam qualitatibus, quod sæpissimè in iure vsu venit, vt in *l. qui accusare, C. de edendo*, statuitur generalis regula, quæ explicatur, & limitatur in *vltima Cod. eodem tit.* facit textus in *l. apud Labeonem, 15. §. ait prætor, el. 2. ff. de iniurijs.* Numquamque siue in iure, siue in philosophia, rectè sumitur argumentum ab affirmatione vnius ad negationem alterius, nisi cùm comparantur inter se opposita, & contraria. Quando enim duo opposita non sunt, qui vnum affirmat, alterum non negat: quia separatorum separata est ratio, & ab vno ad alterum, neq; affirmatiuè, neq; negatiuè rectè ducitur argumentum, *l. vltima, ff. de calumniator.* Euerardus *in locis legalibus, loco 18. à separatis*, Claudius Cantiuncula *in topicis legalibus, loco 12. differentibus*, Cicero *in topicis, num. 14. verså differentia.* Dialectici, & nos eorum communi auctoritate ducti, *in introductione ad logicam Aristotelis, n. pr. 9.* eos vocamus terminos impertinentes, qui neq; se inferunt, nec sibi repugnant, cuiusmodi sunt album, & dulce, musicum, & medicum. Nam qui dicit album, neq; affirmat, neque negat dulce; siquidem album potest esse dulce, & non dulce: item qui medicum dicit, musicum non negat, cùm contingere possit, medicum esse musicum. Ita in proposito.

191. Tertiò respondet Couarr. *lib. 1. variarum, dict. cap. 4. num. 1. dict. l. 2. C. vbi & apud quem*, intelligendam esse, cùm reus abest à loco contractus, qui ideo non potuit in loco contractus conueniri, sed adeundus est Iudex domicilij. Nam cùm in loco contractus necessaria sit rei præsentia ad facultatem conueniendi, vt dicemus inferius, limitatione 2. num. 18. sit reus absit loco contractus, ibi conueniri non poterit. Hanc tamen interpretationem reprehendunt Caldas, & Barbosa vbi supra, vti diuinatoriam.

192. Ex hactenus dictis infers, si petenda sit alicuius contractus rescissio, vel restitutio aduersus ipsum, adeundum esse Iudicem rei, contra quem petitur rescissio, vel restitutio, iuxta generales regulas, quibus statuitur actorem sequi debere forum rei, *d. l. actor, vlt. C. vbi in rem act.* cum similibus, notat Gaspar Rodericus *de ann. redit. lib. 1. q. 18. nu. 54.* videlicet, aut Iudicem domicilij, aut Iudicem loci contractus, si reus ibi inueniatur. Quorum quilibet poterit petente actore contractum rescindere, aut restitutionem concedere. Erit verò in actoris potestate eligere Iudicem, quem maluerit, vt docet Bald. *in l. vlt. C. si à non comp. Iud. n. 3. ex l. non vtique, 3. in princ. ff. de eo, quod certo loc.* & nos diximus, quod præcedenti, n. 152.

193. Sed an vniuersim id verum sit, vt in hoc rescissionis, vel restitutionis iudicio actor forum rei sequi debeat (ne prætermittamus examen primæ illius difficultatis, quam proposuimus supra, n. 189. quod non est alienum ab instituto nostro, imò maximè cognatum) dubitationem habet non leuem. Nam sunt, qui credant, regulam communem limitandam esse in Ecclesia, quæ si velit restitui aduersus contractum initum cum laico, debeat restitutionē petere coram Iudice proprio Ecclesiastico, non coram laico Iudice rei, contra quem petitur restitutio; idque ius esse Ecclesiæ proprium, & speciale, eiusque priuilegium. Ita sentiunt Innocentius *in c. cùm sit generale, nu. 2. de foro comp.* Panormit. *in c. 1. n. 18. de in integr. restit. & in c. constitutus, n. 1. eod. tit. & in c. ad nostram, 11. per tex. ibi, nu. 2. & 6. de reb. Eccl.* dicens, *vel not. in d. c. cùm sit generale, 8. num.* ... *Thomæ Carleualij de Iudicijs.*

10. vbi Felyn. *ante num. 1. vers. Ecclesia restituetur*, Marian. Soc. *n. 13.* qui post Panormit. *in d. c. constitutus*, hoc etiam extendit ad Ecclesiasticas personas, consentit Roman. *sing. 113.* Aufrer. *tract. de potest. Eccl. super laicis, casu 105. n. 48.* Maranta *in praxi 6. p. tit. de appell. num. 113.* Sfortia Odus *tract. de in integr. rest. 1. par. q. 3. artic. 13. num. 115. & art. 15. n. 123. & seqq.* Didacus Perez, *in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam glossa, column. 883. vers. item fallit*, Bernard. Diaz *regula 219. fallent. 2.* qui loquitur de sola Ecclesia, Gutierrez *lib. 1. canonicar. quæst. c. 34. nu. 10.* qui tamen sentit hoc non esse extendendum ad Ecclesiasticas personas quoad patrimonia sua priuata, *ibi, n. 11. & 12.* & Sfortia *vbi supra, n. 124.*

194. Pro hac sententia adducuntur textus *in c. 1. de in integ. rest. & in c. constitutus eod. tit.* vbi Clerici coram Ecclesiastico Iudice petunt restitutionem ob damnum illatū in venditione rerum suarum patrimonialium. Item tex. *in d. c. ad nostram*, vbi Ecclesia coram Pontifice petit restitutionem contra laicum, & fit coram ordinario petentis, non eius, contra quem petitur.

195. Sed cùm non facilè regulæ generales sint infringendæ, aut ab eis recedendum, neq; introducenda priuilegia iuris derogatoria, nisi apertè legibus exprimantur, nihilominus amplectenda est contraria sententia, videlicet, regulam generalem, quod actor debeat sequi forum rei, iuxta doctrinam tex. *in d. l. 2. Cod. vbi & apud quem*, & ibi Gl. & Doctorum, etiam in hoc casu seruādam esse, & petendam restitutionem, cùm petitur ab Ecclesia, vel Ecclesiastica persona contra laicum, coram Iudice rei conuenti iudicio restitutionis. Quam sententiam amplectitur Couarr. *lib. 1. var. d. c. 4. n. 2.* vt mirum sit à plerisque esse relatum pro contraria. Eidem item adhæret Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde ex n. 31. ff. de iud.* Parlador. *in sesquicentaria, differentia 9. §. 3. n. 8.* videturq; eam approbare Caldas *in d. l. si curatorem, verb. implorandum, n. 32. in fin. C. de in integ. rest.* nisi quod in principio illius numeri contrariam sententiam dixerat veriorem, & probabiliorem, vt nos reddat ancipites, pro qua sentētia sit referēdus, quod illi familiare est. Certè contrariam sententiam communiorem dicere potuit iure optimo: veriorem nō item. Verum hanc, quam sequimur, seruatam esse in Regia Cancellaria Vallisoletana, & iuxta eam iudicatum in casu occurrente, testatus est Gutierrez *in d. c. 34. n. 10.*

196. Neque obstant fundamenta contrariæ sententiæ. In primis non obstat textus *in d. cap. 1. de integ. rest.* in quo nihil deciditur de Iudice, coram quo sit petenda restitutio; sed de casu, in quo locum habet. Neque item obstat textus *in d. cap. constitutus, eod. tit.* quoniam credendum est, Pontificem, à quo petita est ibi restitutio, esse Iudicem competentem rei, contra quem est petita: eò quòd, vel esset Clericus is, contra quem petebatur, vel prouincia ipsa subiecta Romanæ Ecclesiæ, quoad sæcularem iurisdictionem. Neque verò hoc est diuinare, nàm cùm in eo textu nō sit principalis quæstio de foro, sed potius de restitutione in integrum petenda, præsupponi possunt termini habiles quoad forum, absque vitio diuinationis, *l. qui testamento, cum similibus, ff. de testament.* vt eleganter animaduertit Barbosa *in d. §. proinde, num. 35.* cùm etiā Couarrui. huius solutionis primus author, eam diuinationi obnoxiam ferè fateatur, minus hoc reputans incommodi, quam oppositæ sententiæ acquiescere. Neque item obstat textus *in dicto cap. ad nostram, de rebus Eccles.* quoniam laicus, contra quem eo textu restitutio petita est, erat subditus Ecclesiasticæ iurisdictioni, quia erat feudatarius Ecclesiæ, seu Monasterij, & causa.

causa erat pertinens ad feudum ; quare dominus feudi erat Iudex competens, vel is, cui subditus erat infeudator, vt probat textus *in c. ex transmissa, & c. verum, de foro compet.* & tradit Gail *pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 30. ex num. 1.*

197 Cognata est huic altera non minus dubia, nec minus vtilis, & frequens quęstio, scilicet cum petitur absolutio, seu relaxatio iuramenti adhibiti in contractu, dumtaxat ad effectum agendi, & non simul ad rescindendam obligationem contractus iurati ; quo casu magis communis, & recepta sententia est, non esse necessariam citationem aduersarij ad eam obtinendam, vt obseruarunt Oldradus *cons. 120.* Paulus Castrensis *cons. 259. numer. 2. vers. circa quartum, 1. par.* Rolandus à Valle *cons. 2. num. 6. & sequen. volum. 2.* Afflictus *decis. 220. numer. 10.* Ioseph Ludouicus *decis. Perusin. 18. numer. 3.* Peguera *decis. 188.* Triuianus *decis. 64. num. 8. lib. 2.* Valascus *consultat. 130. num. 14.* Couarr. *lib. 1. variar. d. c. 4. num. 6.* Gulielmus Benedictus *in repetit. cap. Raynutius, verbo, duas habens filias, num. 299. de testam.* Guttierrez *in repet. Auth. Sacramenta puberum, num. 111. & 112. Cod. si aduers. vendit.* Azeuedus *in l. 1. ex num. 137. tit. 21. lib. 4. recop.* Ceuallos *in specul. pract. lib. 2. q. 434. ex num. 2.* Parlador *lib. 2. rerum quotid. c. 4. num. 55.* Paz *in praxi, tomo 2. praeludio 2. nu. 38.* Sanchez *in summa, lib. 3. cap. 21. num. 28.* Bronorus à Sole *in quaestion. legalib. q. 22. n. 59. & 60.* Hercules Marescotus *lib. 2. var. res. c. 84. n. 29.* eo in quam casu est dubitatio non leuis, a quo Iudice sit petenda absolutio, seu relaxatio iuramenti, an à superiore iurantis, an à superiore eius cui iuratum est.

198 In qua prima sententia est, adeundum esse Iudicem superiorem iurantis, & eum solum posse absoluere subditum suum à iuramento, illudq; relaxare. Hanc tuetur Lapus *allog. 10. num. 5.* & ibi Quintilianus Mandosius *in addit.* Panormit. *in cap. si quis contra, 4. n. 3. & in repet. eiusdem, n. 3. de foro comp.* Felyn. *in c. 1. n. 31. de iuramen.* Barth. Soc. *in l. libertus, n. 4. n. 9. ff. de in ius voc.* Tuscus *lit. A. concl. 57. ex n. 1.* Zerola *in praxi Episc. verbo iuramenti absolutio, § ad quintum,* Capyc. *decis. 18. num. 6.* Sanchez *in summa, lib. 3. c. 21. nu. 35.*

199 Fundamentum est (vt desumitur ex Socino, & Capicio relatis) quia is, qui petit relaxationem iuramenti originaliter est reus. Ergo quemadmodum ob istam eandem rationem, qui intentat in iudicio beneficium, *l. diffamari, C. de ingen. & manumiss.* potest illud intentare corā suo Iudice, & non debet adire Iudicem aduersarij, vt notat post antiquos Gregorius Lopez *in l. 46. tit. 2. p. 3. glos. 3.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 18. num. 5. circa fin.* Maranta *in speculo, 4. part. distinct. 21. num. 19.* Anton. Gabriel *libr. 3. commun. tit. de actionibus, concl. 6. num. 41.* Capicius *d. dec. 18.* Cacheran. *decis. 151.* Ponte *decis. 31. numer. 4. & per totam,* Boerius *decis. 114. ex numer. 6.* qui multa allegat, & inter alios Alex. *cons. 103. consideratis his, volum. 5.* vbi vide additiones, & Baldum *in l. acceptam, 19. num. 40. C. de vsuris,* Misinger. *centur. 6. obseru. 90.* Sesse *decis. 115. ex num. 5. tomo 2.* cum plurimis omissis, ita qui petit relaxationem iuramenti, eam coram suo Iudice petere debet, quia debet agi coram Iudice, coram quo ageretur, si conueniretur ille, qui petit relaxationē, qui re vera reus est ; debet enim attendi naturalis origo causæ, non quod accidentaliter contingit, argumento *l. qui habet in principio, ff. de tutel.* vbi notat Bart. *ex n. 1.* Baldus *num. 1. & 3.* Cumanus *ante n. 1. & 3.* Tuscus *litera C, concl. 147.* Boerius *d. dec. 114. n. 6.*

220 Addit Sanchez *d. c. 21. n. 34.* aliam rationem, quoniā is, cuius relaxatur iuramentum, subditur suo Iudici, & tantum agitur in hac relaxatione de tollendo grauamine, & ligamine sibi subditi, nec aliquid disponitur circa personam non subditi, aut aliquid ab eo ; & aduersus eum petitur ; ideo enim in hoc casu citatio non est necessaria. Ergo potestatem huius ligaminis tollendi is solus habebit, qui habet iurantem sub sua potestate.

201 Secunda sententia asserit, peti debere relaxationem iuramenti, seu absolutionem eius ad effectum agendi, à Iudice superiore eius, cui iuratum est. Ita sentit Cardin. Zabarella *in c. 1. num. 4. de iureiur.* Natta *cons. 145. nu. 28. vol. 1.* Caldas Pereira *in l. si curatorem, verbo, implorandum, n. 31. C. de in integr. restit.* Molina *de iustitia, tomo 1. tract. 2. disp. 149. § deinde relaxare, cum seqq. & 2. tomo, disp. 281. vers. dubium vlterius est, & disp. 515. § vtrum autem, vers. qui enim vsuras, & disput. 571. § secunda, si renuncient, & 3. tomo, disp. 579. num. 28.* Lessius *de iust. & iure, lib. 2. cap. 42. dubitat. 12. num. 63.* faciunt tradita à Couarr. *lib. var. d. c. 4. num. 1. & 2.* & Doctoribus *in dict. l. 2. C. vbi & apud quem,* cum textu ibi, & quę à nobis dicta sunt superius ex n. 189. nam ex ijs probatur, restitutionem petendam coram Iudice eius, contra quem petitur restitutio. Ergo simili modo relaxatio iuramēti petenda est coram Iudice eius, contra quem iuramentum relaxatur. Probat autem eam Molina, quia Iudex relaxat iuramentum condonando obligationem ex eo ortam, gerens in hoc vices sui subditi, & loco eius, cui iuratum est, vt sic suo nomine obligationem condonet. Ergò debet habere iurisdictionem in eum, cui iuramentum est pręstitum, alioqui si ille non esset Iudici subiectus, qui est pars, non posset factum Iudicis reputari factum partis, iuxta *l. si ob causam, 13. C. de euict.*

202 Qua sententia retenta, non obstant fundamenta contrariæ, quia ad primum respondetur, nullum esse in iure, actum aut contractum extra iudicium, ex quo quis ita efficiatur, ac resultet reus, vt non possit esse actor. Quare nihil momenti habet illa consideratio de reo originario, aut actore originario, ille enim qui est reus originarius, seu reus in potentia, poterit esse actor actu, & è contra. Quare ille dumtaxat est censendus verè actor, qui ad iudicium prouocat, & ille re vera reus, qui prouocatur, *l. in tribus, 13. ff. de iudic. cap. forus, § accusator, de verb. sign.* Bart. *in l. libertus, num. 2. ff. de in ius vocan.* & ibi, Bald. *in 1. lectura,* Decius *cons. 43. ex num. 1.* Hoc dumtaxat fallit in singulari remedio, & beneficio, *l. diffamari, C. de inge. & manumis.* (quod tamen adhuc non est sine difficultate, vt videbis apud Gregorium Lopez *in dict. l. 46. tit. 2. par. 3. glossa 3.* Gail *obseru. pract. lib. 1. obseruatione 11. ex num. 2.* Afflictus *decis. 268.* & Vincentium de Franchis *dec. 657.*) in quo beneficio, qui ad iudicium prouocat, recognoscit aduersarium suum actorem, & se reum, in quo ob illius æquitatem violatur regula iuris, de qua *in rubro, & nigro, C. vt nemo inuitus agere, aut accusare cōpellatur.* Nam qui se adiuuat beneficio *l. diffamari,* intendit, vt actor cōpellatur agere, non quidem præcise, quod fieri non potest, sed causatiuè, assignato illi termino, intra quod agat, sub comminatione, quod si intra illum non egerit, censebitur ab actione destitisse, & ab ea deinceps excludetur, imponeturque illi silentium ad iudicium accedenti, ita sit, vt in vsu illius remedij, non agatur de causa principali, sed dumtaxat instigatur actor, vt prouocet reum, atque in iudicium descendat actionem suam propositurus. Quod si obediat Iudici terminum assignanti, ex eo tempore iudicium principale incipiet, & illo beneficio prouocatus re vera sustinebit partes actoris ; qui vero prouocauit rei : quoniam id dumtaxat intendebat,

id remedium proponens, vt à se peteretur, neque differetur petitio: quod in nullo alio remedio contingit. Imò, & si res medullitùs consideretur, dicere possumus, quoties agitur ex remedio, *l. diffamari*, duplex esse iudicium: alterum præuium, & minus principale, in quo actor erit, qui agit ex illo remedio, & ad iudicium prouocat: reus autem qui prouocatur. Quod iudicium præuium durat, donec disceptatur super illo remedio. Cùm verò prouocatus illo beneficio Iudici obedit, finitur iudicium illud præuium, & antecedens, & incipit secundũ iudicium principale, in quo actor est, qui reus fuerat in iudicio priori, & reus esse incipit primi iudicij prouocator, vt obseruat acutè Gail paulò ante relatus, Afflictis, & Franchis, vbi supra, & ante omnes Marian. Socinus *in c. proposuisti, n. 26. de foro comp.* Cæterum in nullo alio iudicio id contingit; nàm cùm fideiussor petit se liberari à fideiussione re vera est actor, & reus est ille, à quo petit, vt eum liberet. Item cùm petit, declarari competere sibi aliquam exceptionẽ, est re vera actor, & petit reum sibi cõdemnari, vt in quouis alio iudicio, vt intelligitur ex traditis à Molina de *primog. lib. 3. c. 14. num. 22.* Simili igitur modo, qui petit relaxationem, vel absolutionem iuramenti ad effectum agendi actor est re vera: quod ex ipsis terminis est manifestum. Si enim petit relaxationem ad effectum agendi, & vt aperiat viam actioni proponẽdæ in iudicio, cui iuramentum impedimento est, planè actor est: nemo enim reus petit absolutionem à iuramento ad effectum se defendendi, sperans fore, vt ad iudicium prouocetur, & lite impetatur ab aduersario. Ac per consequens, iste comprehẽdetur sub generali regula, quod actor forum rei sequatur, iuxta *l. 2. C. de iurisd. om. Iud. & d. l. 2. C. vbi & apud quem*, & tametsi in hac relaxatione non requiratur citatio partis, est tamen accessio quædam, & præparatio iudicij. Et negari non potest, quin si deueniret ad notitiã aduersarij petitio relaxationis à iurante facta, posset ei se opponere, eam contradicere, & litem super relaxatione agitare. Quo fit, vt necessario sit ad eam impetrandam adeundus Iudex, qui possit de causa cognoscere si necesse fuerit, qui autem non potuerit super ea causa litigantes audire, & eam diffinitiuè decernere, non est censendus competens ad relaxationem concedendam.

203 Ad secundum argumentum, quo vtitur Sanchez, respondetur, solùm probare, quod attinet ad forum pœnitentiale, & interius conscientiæ, adeundum esse propriũ Prælatum iurantis ad impetrandam absolutionem à iuramento, quia is solus habet in eo foro iurisdictionem in iurantem, *c. vltimo, 22. q. 1.* cum Glossa ibi, *cap. nuper, 29. de senten. excommun. cap. noua, cap. omnis, de pœnit. & remiss.* Abbas Panormit. *in cap. cùm sit, numer. 21. de foro compet.* Marian. Socin. *ibi, num. 22. vers. tu distingue post Dominum Antonium*, & nulla desideratur citatio partis, quia non agitur de damno aduersarij, cuius interesse actuale, vel potentiale posset impedire, quo minus relaxatio concederetur, vt rectè animaduertit ipse Sanchez *in summa lib. 3. cap. 21. num. 36.* Cæterum, quod attinet ad forum externum, & iudiciale, etiam si citatio non exigatur, quoniam posset contingere, vt aduersarius non citatus compareret contradicturus relaxationem, debet ea peti à Iudice competente, coram quo possit causa relaxationis ventilari, si opus fuerit. Alioqui regulare est, vt qui non potest damnare, non possit absoluere, *l. nemo, 38. ff. de reg. iur.* iuncta Glos. *in l. qui condemnare, 3. ff. de re iud.* Ex quo fit, vt non superior iurantis sit adeundus ad petendam relaxationem, sed superior eius, cui iuratum est.

204 Illud verò animaduertere oportet, non solùm posse peti relaxationem, & absolutionem iuramenti in contractu adhibiti, coram Iudice, cui ratione domicilij est subditus ille, cui iuratum est, sed etiam coram Iudice loci contractus, qui ratione contractus initi iurisdictionem habet in contrahentes, tùm circa contractum principalem, tùm etiam circa omnia illi accessoria, & ab illo dependentia, vt diximus superius, num. 165. in quibus comprehenditur iuramentum contractui adhibitum, quæ annotatio consequens est ad supra dicta à nobis de rescissione contractus, & restitutione aduersus ipsum, ex num. 185. Nam idem Iudex, qui potest restitutionem concedere, & contractum rescindere, poterit etiam rescindere iuramentum, & ab eo absoluere, cùm iuramenti absolutio, & relaxatio præuiæ sit ad restitutionis concessionem, & rescissionem contractus, & veluti quædam eius præparatio, & accessio. Annotauit Felynus *in d. c. cùm sit generale, num. 4. & in cap. licet ratione, vltimo, num. 24. versic. vltimo in isto subdito, de foro compet. & in cap. 1. numer. 31. de iureiur.* Romanus *singul. 477. Florentinus*, Cardin. Tuscus *litera A. conclu. 57. num. 5.* Thomas Sanchez *lib. 3. summæ, d. c. 21. num. 31.* Quod existimo verum, etiam si aduersarius, cui iuratum est sit absens à loco contractus, vt sensit Romanus *dicto singul. 477.* quidquid contrarium dicat Felynus modo relatus. Ratio est, quoniam prærterquam quod ad istam relaxationem, vt supponimus, non est necessaria citatio aduersarij, Iudex loci contractus competens est ad decernendam citationem contrahentis absentis, eumque vocandum, vt si velit in eo loco sponte iudicium subeat de contractu principali, tametsi eò inuitus trahi nequeat. Quod vt certum præsupponit Pontifex, *in cap. Romana, §. contrahentes, de foro comp. in 6.* & ibi notant Doctores omnes, & nos dicturi sumus latè inferius circa explicationem eius textus. Si igitur potest citare, poterit relaxationem iuramenti concedere, quæ citationem præcedere debet, & est eius præparatio. Nàm Iudex causæ præparatæ, est Iudex causæ præparatorìs, *l. ordinarij, 13.* vbi Baldus *num. 2. C. de rei vindicat.* Barbosa *in d. l. hæres absens, in principio, num. 196.* Cachcran. *dec. 78. num. 5. 6. & 16.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 4. numer. 7. & 8.* Farinac. *in praxi crim. q. 8. numer. 144. cap. de prudentia, de donat. inter*, Doctores *in Rub. C. de edendo*, Decius *in Rub. 1. lectura, num. 8. de iudicijs*, & ibi Ripa *num. 27.* Alexand. *cons. 58. num. 7. lib. 1.* Mandellus *cons. 208. num. 3.* Caldas *in d. l. si curatorem, verb. implorandum, nu. 31. C. de in integ. rest.* Guttierrez *de iuram. cons. 3. p. c. 12. nu. 6.* ex Baldo, & alijs. Surdus *cons. 42. num. 17.* Bossius *tit. de foro comp. num. 117.* Gambacurta de *immunitate Ecclesiarum, lib. 6. c. 8. num. 3.* & connexorum idem est iudicium. Hippolytus de Marsilijs *singul. 251.* Tuscus *lit. C. conclus. 626.* Argumentum autem securè procedit in contractu facto inter Clericos, vel inter Clericum, & laicum, cùm Clericus est reus, cùm verò laicus est reus, & sæcularis Iudex est adeundus pro petenda restitutione, vel rescissione contractus, iuxta notata à Couarr. *lib. 1. var. d. c. 4. nu. 8.* Guttierrez *de iuram. confirm. 3. p. c. 12. nu. 6.* Farinacio *in praxi crim. q. 8. n. 144. vers. horum tamen*, Sãchez *in summa, lib. 3. c. 13. n. 15.* quorum sententiam veram existimo, an possit etiam adiri pro petenda relaxatione iuramẽti statim examinabimus. Illud modo dixisse sat sit, Ecclesiasticum Iudicem loci contractus habere iurisdictionem in contrahentes ratione contractus iurati in suo territorio initi, nàm iuramẽtum facit contractum subijci foro Ecclesiastico, & addit forum foro. Quod ea ratione *in l. 11. tit. 1. lib. 4. recop.* prohibitum est adhiberi in contractibus laicorum, ne eius occasione laici ad Ecclesiastica Tribunalia traherentur;

& coram Iudicibus Ecclesiasticis cogerentur litigare, vt ad eum locum notant interpretes, Azeuedus ibi, *num.* 2. 8. *&* 9. qui alios Castellanos refert, & desumitur, ex textu *in cap. vltimo, de foro compet. in* 6. & traditis à Baldo *in repetit. l.* 2. *num.* 86 *ff. de iureiur.* Romano *singul.* 219. Ioanne de Imola *in cap. cùm contingat, num.* 29. *de iureiur.* & à Felyno *in cap. cùm sit generale, num.* 6. *&* 7. *de foro compet.* Philippo Franco *in cap. quamuis pactum, num.* 3. *de pactis, in* 6. Guttiertez *de iuram. confirm.* 3. *par. cap.* 12. *nu.* 1. *& seqq.* Farinacio *in praxi crim. d. quæst.* 8. *num.* 141. Tusco *litera* I. *conclus.* 498. Sanchez *lib.* 3. *summæ, capit.* 22. *numer.* 16. Afflicto *decis.* 263. *num.* 3. Asinio *tract. de exequutionibus,* §. 9. *c.* 170. Seraphino *de priuil. iuram. priu.* 67.

205 Tandem circa rationem illam, qua vtitur Ludouicus Molina ad prædictam sententiam comprobandam, quam retulimus, num. 201. animaduertit rectè Thomas Sanchez *d. c.* 21. *num.* 35. non esse vniuersim verum, quod in ea assumi videtur. Videlicet relaxare iuramentum, esse condonare obligationem ex eo ortam, quemadmodum posset condonare is, in cuius fauorem iuratum est. Sed relaxare iuramentum est remittere spiritualem obligationem ex iuramento subsequutam, tanquàm Vicarium Dei. Quæ absolutio similis est dispensationi voti; quæ ad solos Ecclesiasticos pertinet, vt rectè obseruat idem Molina *de iustitia, tract.* 2. *disput.* 149. §. *aliud accipe, col.* 844.

206 Sed traditis proxima est difficultas illa, quæ ex præiactis fundamentis sese offert, an petenda sit relaxatio iuramenti à Iudice laico superiore contrahentium, an à superiore Ecclesiastico? Est autem difficultas, quando vterque contrahens est laicus, vel vnus Clericus, qui sit actor, alter laicus, qui sit reus. Nàm cùm vterque contrahens Clericus est, proculdubio adeundus est Iudex Ecclesiasticus loci contractus, vel domicilij eius, cui iuratum est, ad petendam relaxationem iuramenti, quia Iudex laicus nullam potestatem habet in Clericos, *c. qualiter, & quando, de iudicijs, c.* 1. 2. *&* 4. *de foro comp. c.* 2. *eod. tit. in* 6.

207 In qua difficultate prima sententia est, absolutionem iuramenti, & relaxationem eius petẽdam esse necessariò quotiescunque petitur à Iudice Ecclesiastico; & sæcularem ad eam concedendam esse incompetentem. Hanc videtur tenere D. Thom. 2. 2. *q.* 89. *art.* 9. *ad* 3. & Caietanus ibi, sic sentit Panormitanus *in cap. cum sit generale, n.* 21. *de foro comp.* & ibi Marianus *nu.* 22. *circa medium,* Felyn. *num.* 4. *&* 6. *& in c.* 1. *n.* 21. *&* 22. *de iureiur. & in cap.* 2. *num.* 28. *de sponsalib.* Ias. *in l. vltima, ex num.* 25. *&* 26. *ff. quis satisd. cog.* qui multos allegat Couarr. *in cap. quamuis pactum par.* 1. §. 3. *nu.* 14. *& seqq. & nu.* 27. *& seqq. de pact. in* 6. Guttiertez *in Auth. Sacramenta puberum, num.* 46. *C. si aduersus vend.* Barbosa *in l.* 1. 2. *par. num.* 77. *ff. sol. matr.* Azeuedus *in l.* 11. *nu.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Fachineus *lib.* 3. *controuersiarum, c.* 13. Farinac. *in praxi crim. q.* 8. *num.* 143. Tuscus *litera A. conclus.* 57. *ex n.* 21. Bouadilla *lib.* 2. *polit. c.* 17. *n.* 52. Antonius Corneus *in tract. de absolutione forensi iuramenti promissorij, p.* 2. *q.* 7. *ex num.* 1. & alij, quos refert Sanchez *lib.* 3. *summæ, c.* 22. *n.* 13. videtur probari ex textu *in c. venerabilem,* 34. *de elect. cap. nouit. de iudicijs, c. vltimo, de foro cõp. in* 6. Tametsi re vera in istis locis non agatur de relaxatione iuramenti, sed de duobus alijs articulis, quorum vnus planè propius est Ecclesiastici iudicij, de quo *in d. c. venerabilem,* videlicet, cùm dubitatur an iuramentum sit licitum, vel illicitum, & ideo seruandum, an non seruandum, (quæ sunt expressa verba illius tex.) quod tradit Panorm. *ibi, num.* 13. Felyn. *in d. c. cùm sit generale, num.* 7. Roman. *singul.* 426. Thomas Sanchez *de matr. lib.* 1. *disp.* 32. *numer.* 18. *vers. hoc tamen,* declarando tamen, & limitando ex traditis à Couarr. omnino videndo *in d.* §. 3. *nu.* 27. *vers. tertium illud.* Alter de iuramenti obseruantia de quo *in d. cap. nouit, & d. cap. vltimo,* qui tamen ad Ecclesiasticum, non priuatiuè, sed cumulatiuè pertinet; siquidem potest etiam Iudex sæcularis adiri, vt cogat subditos ad iuramentorum obseruantiam, ac per consequens iste articulus est mixti fori. Quod pro constanti præsupponit textus *in c. licet, de iureiuran. in* 6. Romanus *singul.* 498. Alex. *cons.* 59. *num.* 3. *lib.* 1. Panormit. *in d. cap. cùm sit generale,* 8. *num.* 21. Marian. *ibi, num.* 22. Felyn. *num.* 6. *&* 7. Philipp. Francus *in cap. cùm. Cod. laicus, numer.* 9. *de foro comp. in* 6. Couarr. *lib.* 1. *var. c.* 4. *num.* 5. Gail *obseruat. pract. lib.* 1. *obseru.* 25. *n.* 4. Afflictis *decis.* 24. *n.* 9. Antonius Corneus *in tract. de absolutione forensi iuramenti, par.* 2. *q.* 7. *nu.* 51. Seraphinus *de priuil. iuram. priuil.* 67. *nu.* 1. *&* 7. & ibi additiones. Guttierrez *de iuram. confirm.* 3. *p. c.* 12. *nu.* 3. *&* 4. *cum seqq.* vbi meminit textus *in d. c. nouit,* Bouadilla *lib.* 2. *polit. cap.* 18. *n.* 173. Thomas Sanchez *de matr. lib.* 1. *disput.* 32. *num.* 18. *& lib.* 3. *summæ, cap.* 13. *num.* 13. *& cap.* 22. *numer.* 1. Anton. Gomez *tomo* 2. *variar. cap.* 14. *num.* 22.

208 Fundamentum igitur huius sententiæ est, quoniam iuramentum producit spiritualem, ac diuinam obligationem, cuius absolutio ad eam solam potestatem pertinet, ad quam spectat cura Religionis, cuiusmodi est potestas Ecclesiastica, & non sæcularis, 23. *dist. per totam, &* 96. *distinct. per totam, c.* 1. *&* 2. *de trãsl. Episcopi, c. solitæ, de maior. & obed. cum similibus.*

209 Secunda sententia ait, posse etiam potestates laicas iuramenta remittere, eorumque relaxationem concedere. Ita videtur sentire Glossa celebris *in d. l. adigere,* §. *lege, verbo, remittitur, ff de iure patronat.* per textum ibi, quam approbat Bartol. ibi, quæ ait, legem quoad remittenda iuramenta habere vim apostolici. Eamque commendat, & sequitur Baldus *in l. non dubium, nu.* 4. *C. de legib. & in l. pactum, nu.* 10. *C. de collat. & in l.* 1. *nu.* 8. *C. de operis libert.* cuius verba ibi, animositatis, (sic enim ille vocat audaciam) & insolentiæ, notat Felynus *in c.* 1. *nu.* 22. *de iureiur.* eo quod dixerit, nescire se cur canonistæ quæstiones de iuramento, etiam quando de eius nullitate agitur, reuocent ad suum imperium, & omnia de iuramento dubia trahant ad suum forum. Verum est in hoc vltimo loco Baldum non agere de relaxatione iuramenti, sed solum docere sæcularem esse competentem, cum agitur de validitate iuramenti, eandem glossæ doctrinam approbant, & defendunt, Anchar. *in c. ea quæ* 26. *n.* 9. *de reg. iur. in sexto,* & Cassaneus *in consuet. Burgund. rubr.* 4. §. 7. *verbo suppose, nu.* 36. *cum seqq.* & Oroscius *in l. iurisgentium* 7. §. *si paciscar. num.* 6. *&* 7. *ff. de pact.* in eadem sententia est Guido Papæ *decis.* 178. *num.* 3. *& decis.* 194. *ex num.* 1. & istis locis additiones, Gail. *pract. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 25. *num.* 2. qui testatur vsitatum esse in Camera imperiali, concedi iuramentorum relaxationem ad effectum agendi præuia cognitione caussæ, vtrum iuramentum sit obligatorium, necne, quod idem testabatur Misingerius *singular. obseru. cent.* 3. *obseruation.* 99. quæ tamen deleri iussa est à sancto inquisitionis officio, & meminit Regnerus Sixtinus *de regalibus, libr.* 2. *capit. quarto, numer.* 8. *propè finem.* Eidem sententiæ adhæret, Ludouicus Molina *de iustitia tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 149. §. *aliud accipe, &* §. *deinde relaxare, & tom.* 2. *disp.* 281. §. *dubium vlterius est,* Leonardus Lessius *de iustit. & iur. lib.* 2. *capit.* 42. *dubit.* 2. *numer.* 56. *versic. secundò intelligi potest, & num.* 65. *&* 66. Emanuel Sà

in

in summa, verb. iuramentum, nu. 29. Probatur autē hęc sententia ex textu *in l. vltim. in princip. ff. ad municip. & de incol.* Rationem autem eius reddit Molina, quia quando res, circa quam iuramentum versatur, non trascendit naturalem, ac politicum Reipublicæ sæcularis finem, caussa iuramenti est mixti fori, cum virtus religionis cultusq; ac honor, quantum lumen naturale docet, Deo debitus, non trascendat, neque superet finem politicæ, ac sæcularis Reipublicæ, cum sit intra ordinem, naturæ, & ad supernaturalem ordinem non pertineat. Præterea, quia sicut sæculares, qui sunt de gremio Ecclesiæ plenissime subiacēt potestatibus Ecclesiasticis, quantum bonū eorum spirituale, finisque supernaturalis, in quem dirigitur Ecclesia postulat, ac proinde possunt relaxare eorum iuramenta, quatenus concernunt bonum spirituale subditorum, vel ei opponuntur: sic etiam, cum simili modo subiaceant potestatibus laicis, quantum postulat finis ac bonū naturale politicæ, ac sæcularis Reipublicæ, poterunt eorum iuramenta relaxare, quando id commune bonum Reipublicæ exegerit. Addit item alias rationes, quas nos inferius commodiore loco referemus.

210 Mihi in hac graui difficultate placet distinctio qua vtitur Thomas Sanchez *lib. 3. summæ, cap.* 22 *numer.* 15. ad has duas sententias conciliandas, tantisper extensa, & explicata. Cum enim ex iuramēto adhibito cōtractui oriatur duplex vinculū, & obligatio; prima respectu Dei, cui quis ex iuramento adstringitur; secunda respectu alterius hominis, cum quo contrahit, & cui ex cōtractu obligatur: ita duobus modis possumus intelligere relaxari, & dissolui iuramentum quoad vinculum, & obligationē, quam producit. Primo, cum soluitur directè vinculum, eius, quoad obligationem diuinam, & spiritualem, qua iurantem religiose astringit, vt Deo fidem seruet, *cap. debitores, cap. & si Christus, de iureiurand.* quod videtur proprius significare nomen absolutionis. Quæ vinculi spiritualis dissolutio directa, duobus item modis fit, aut in foro pœnitentiali, aut in foro externo. Secundo dissoluitur iuramentum, & eius obligatio quoad Deum indirectè, ex eo, quod dissoluatur obligatio quæsita ei, cuius fauore iuramentum fuit adhibitum. Qua in re oportet adnotare, semper esse distinguendam obligationem formalem iuramenti (vt metaphysicè loquatur) tàm respectu Dei, quàm respectu hominis, ab obligatione materiali quæsita parti contrahenti ex contractu iurato, & deriuata à iuramento in contractum ipsum, & participata ab ipso iuramento. Re enim vera istæ obligationes distinguuntur, & secunda manet sine prima, quoties impetratur absolutio, & relaxatio iuramenti dumtaxat ad effectum agendi, qua impetrata, qui iurauit solutus manet ab obligatione formali iuramenti, non solum respectu Dei, sed etiam respectu alterius contrahentis; ex eo enim fit, quod reatum periurij non incurrat contraueniens ijs, quæ iurauerat: tametsi tunc maneat integra obligatio contractus participata à relacto iuramento in fauorem aduersarij, quæ post venit rescindenda per sententiam, & alia iuris remedia. Estque ea adnotatio conformis communi doctorum consensui: nunquam enim istæ duæ obligationes sunt confundendæ. Distinctionis huius directæ, & indirectæ solutionis iuramenti, meminit Caietanus 2. 2. *quæst.* 89. *ad artic.* 9. §. *in eodem articulo*, quam tamen paulò aliter, & ad alium finem explicat, & idem Sanchez, *dicto c.* 22. *num.* 10.

211 Si igitur loquamur de absolutione à iuramento priori modo facta; siuè fiat in foro pœnitentiali, siuè in foro externo pertinet dumtaxat ad potestates Ecclesiasticas, quod probant rationes adductæ pro priori sententia, & significant textus, & doctores pro ea relati, neque id fortassis negabunt auctores posterioris sententiæ, præsertim, quia forum pœnitentiale non est quoad potestates ciuiles, vt notat Panormitanus *in d. cap. cum sit generale, num.* 21. & ibi Marian. *num.* 22. *de foro compet.* & ex textu *in cap. prædicandum, cum glo∫s. ibi,* 22. *q.* 1. & *cap. noua, & cap. omnis, de pœnitent. & remiss. & cap. nuper, de sentent. excommunic.* diximus supra post eosdem, nu. 203.

212 Si vero agamus de relaxatione iuramenti, quæ fit secundo modo, seù indirectè, quæ magis tendit ad remittendam obligationem quæsitam alteri ex contrahentibus, cuius fauore iuramentum adhibitum est, eamque condonandam, ea concedi potest à potestatibus ciuilibus, atque ita est interpretanda secunda sententia, neque vlteriùs procedere credendi sunt eius authores, aut probant eorum argumenta. Quod probatur efficacissima ratione, qua etiam vtitur Ludouicus Molina vbi supra, & cui nulla congrua solutio potest assignari. Nam ille contrahens, in cuius fauorem iuratum est, & cui actio ex iuramēto quæsita est, cuique iurans obligatione adstringitur, potest eam obligationem remittere, & condonare, *cap.* 1. *de iureiurand. l. vltim. in princip. ff. qui, & à quibus manumiss.* cum similibus; qua obligatione remissa, & condonata, vinculum iuramenti, etiam quoad Deum remissum, & solutum, censetur, *c.* 2. *de sponsalib.* notat D. Thomas 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 9. *ad* 2. D. Antonius 2. *par. summæ tit.* 10. *cap.* 6. §. 4. Oldradus *cons.* 241. *num.* 3. Bartol. *in l.* 1. §. *& post operis num.* 7. *ff. de nou. oper. nunc.* Paul. Castrens. *consil.* 210. *num.* 2. 2. *par.* Ioannes Andreas *in d. cap.* 2. *de sponsalib. num.* 7. & 8. Zabarell. *num.* 4. Panormitan. *num.* 6. Ancharan. *num.* 5. Marian. Socin. *num.* 3. 4. & 9. Felin. *numero* 33. Angel. Clauas. *in summa, verb. iuramentum* 6. *numer.* 2. Siluester, *verb. iuramentum* 5. *numer.* 8. & 9. Sà, *verb. iuramentum, num.* 29. Nauarrus *in manuali cap.* 22 *numer.* 25. Soto *de iustit. & iur. lib.* 8. *q.* 1. *artic.* 9. *ad* 2. Leonard. Less. *de iustit. & iur. libr.* 2. *capit.* 42. *dubitat.* 12. *numer.* 57. Sairus *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 4. *vers. tertia propositio, & nu.* 10. Ioannes Lupus *in rubric. de donation. inter virum, & vxorem,* §. 54. *num.* 6. *in fine,* Couarru. *in repetit. cap. quamuis pactum, part.* 1. §. 3. *num.* 1. *de pactis in sexto, & in quarto decretalium* 1. *par. cap.* 5. *in princip. nu.* 1. Tellus Fernandez *in l.* 6. *Tauri numer.* 42. Matienzo *in rubric. tit.* 1. *lib.* 5. *recopil. glossa* 1. *numer.* 45. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 103. *num.* 2. Mascardus *de probationibus conclusio.* 1035. *non minor est labor, numer.* 17. *volum.* 2. Cardin. Tuscus *litera I. conclus.* 5. 5. Marta *de iurisdiction.* 2. 2. *par. cap.* 46. *num.* 20. Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 1. *disputat.* 52. *num.* 6. & 8. & *in opere morali lib.* 3. *cap.* 20. *ex numer.* 4. & res est indubitata. Quemmadmodum igitur potest contrahens, cui iuratū est, condonare iuranti obligationem ex iuramento ortam, eamq; remittere, qua remissa manet iurans liber à vinculo iuramenti, quod est indirectè iuramentum dissoluere: sic potestas ciuilis, & sæcularis publica, cum res iuramento promissa non transcendit iurisdictionem ciuilem, poterit erga sibi subditos condonare eam obligationem nomine contrahentis sibi subiecti, supplendo consensum, quem ipse ei remissioni præstare tenebatur, iuxta elegantem adnotationem Oldradi *consil.* 186. Ancharani *consil.* 198. & Panormitani *consil.* 8. quos sequitur Tuscus *litera I. conclus.* 516. *num.* 3. 5. 6. 7. 13. & 17. Nam quoties consensu subditi opus est ad aliquem actum, & illum ille præstare renuit, Iudex eius superior eum consensum supplere potest, vt apud nos probat optimus textus *in l.* 57. & 59. *Tauri,* quæ sunt, *l.* 4. &

l.4.& 6.tit.3.libr.5.recopil. notat multis in eam rem adductis Gizzarellus *decision.65.ex num.3.*& Franchis *decision.310.*& Fuluius Constantius *in l.1.num.41.C.de vendit. rerum fiscal.cum priuat.commun.lib.10.* & tunc factum Iudicis censetur factum partis, iuxta celebrem textum *in l.si ob causam, C. de euictionibus*. Potest autem adiri Iudex laicus, vt compellat subditum suum ad relaxandum iuramentum, cum relaxatio locum habet, ex textu expresso *in cap. 1. de iureiuran.* & ibi notatis à Doctoribus, & a Romano *singulari 498.* qui dicit contrarium esse maximam ignorantiam, Couarru. *in cap. quamuis pactum 2. par.§.3.num.1.* Afflictis *decis.263.nu.3.& 4.* Anton.Corn. *in tractat. de absolut.forensi iuramenti par.2.quæst.7.nu.63.* & ab ijs, quos retulimus supra numer.207. in fine, quod tanquam certum, & indubitatum apud omnes præsupponit Thomas Sanchez *libr.3.operis moralis, cap.22.num.1.* Ergo eiusmodi indirecta relaxatio non trãscendit iurisdictionem, & potestatem sæcularem, ac per consequens tam Princeps sæcularis, quam quicumque Iudex laicus eo inferior, poterit relaxare isto modo iuramenta inter subditos. Quam sententiam sequutus est Franciscus Suares post hæc scripta visus, *de religione tomo 2.tractat.5.lib.2.capit.41. num.16.* & tradiderat planè Alexander *consil.125.num.6.prope finem, sub versic.nec obstat secundum,libr.1.* Afflictis *in constitut. constitutionem diuæ memoriæ, nu.38.* & ante omnes Baldus *in repetition. l.2.num.111.& 112. ff. de iureiurand.* nouissime Vincentius Fillicius *moralium quæstionum tom.2.tractation.25. num.284.*

213 Qua in re non est omittendum, repræhensione dignũ esse Thomam Sanchez *libr.3.operis moralis d. capit.22.nu.16.* eò quòd censet, hanc condonationem fieri debere à Iudice sæculari cum causæ cognitione, & citata parte, quia credat ea concessa, extinctam remanere principalẽ contractus obligationem. Repræhensionem inquam meretur, nam etiamsi verum sit, hanc condonationem, cum fit à Iudice sæculari ad rescindendum cõtractum, & eius obligationem, faciendam esse citata partæ, & cum causæ cognitione, verum negari non potest, fieri quoque posse remissionem, & condonationem iuramenti à Iudice sæculari duntaxat, quoad effectum agendi; quemadmodum fieri posset à contrahente ipso, in cuius commodũ, & fauorem præstitum est iuramentum, vt obseruat Paulus Castrensis *in l.ordinarij 13.num.4.C. de rei vindicat.*& quemadmodum à Iudice Ecclesiastico fit, cum eo solo discrimine, quod ab Ecclesiastico soluitur directè vinculũ iuramenti ad effectum agendi, à sæculari verò indirectè. Non rectè igitur Sanchez confundit obligationem iuramenti formaliter sumptam, (vt metaphysicè loquamur) cum obligatione contractus iurati, quas semper esse distinguendas obseruauimus supra, num.210.circa finem.

214 Ex prædictis infert Molina, dicta disputatione 149. quem sequuntur Leonardus Lessius, & Thomas Sanchez relati, imprimis, hanc condonationem non posse fieri à superiore iurantis, sed à superiore eius, cui iuratum est, quia iste potestatem habet in rebus, & iuribus ad suum subditum pertinentibus, non habebit autem Iudex, cui ille subditus non fuerit, qui per consequens nõ poterit eius iura condonare, neque supplere vice eius consensum requisitum. Hactenus illi acquiescimus, dum intelligas superiorem eius, cui iuratum est, non esse solum Iudicem domicilij, sed etiam Iudicem loci contractus, iuxta adnotata supra num. 204.

215 Deinde infert, si ex contrahentibus is, qui iurat, sit infidelis, is autem, cui iuratur, fidelis, posse Iudicem Ecclesiasticum, vel laicum superiorem fidelis relaxare infideli iuramentum. Si verò vterque sit infidelis, & iurans, & cui iuratum est, aut is solus, cui iuratur, sola potestas sæcularis superior eius infidelis, cui iuratum est, posse concedere relaxationem. Ratio est, quia infidelis non subditur Ecclesiasticæ potestati, infidelis inquam, qui nunquam fidem suscepit; iuxta testimonium Pauli *1. ad Corinthios 5.numer.12. Quid enim mihi* (ait) *de ijs, qui foris sunt iudicare?* & interpretationem Glossæ Interlinealis ibi, quæ exponit, *foris*, id est *extra Ecclesiam*, & Nicolai de Lyra, Caietani ibidem, & Cornelij à Lapide, *numero 78.* quam approbat *Concilium Tridentinum, idem tradens sess.14.capit. 2.* & textus *in cap. gaudemus 8.de diuortijs*, quod obseruauit D. Thomas *2.2.q.12.artic.2.in corpore*, Francisc. Suarez *de legibus lib.4.c.19. num.2.* & Theologi communiter. Probatur *in capit. multi 2.q.1.* notat Anchar.*in cap.ea quæ 26. num.12.q.6. de reg. iur.in sexto*, Alexand.*in l.Titia diuortium, 35. num.8.ff. solut.matrimon.* Maranta *de ordine iudiciorum 4.part. distinct.11.nu.67.* Bouadilla *lib.2.politica,cap.18.num.230.* Idem animaduerterat Baldus ita intelligendus *in c.1.§. item sacramenta,nu.12.in fine,de pace iuramẽt. firmand.* non iure reprobatus à Mariano Socino *in cap. cùm sit generale, nu.23.de foro compet.* Simili modo si vterque contrahens est Clericus, vel is, cui iuratum est, soli Ecclesiasticus relaxat, quia ille solus est superior eius, cui iuratum est.

Ad argumentum autem Ludouici Molinæ, quo suam sententiam confirmat, quod supra commemorauimus, num.209.circa finem, quatenus aliquid vltra hanc à nobis traditam concordiam probare videtur, ex eoque conuincere, quòd ad laicam potestatem pertineat directè relaxare iuramentum, cum adhibitum est contractibus factis inter laicos de rebus non excedentibus naturæ ordinem, quòd id non videatur excedere terminos laicæ potestatis, ad quam etiam pertinet curare, vt Deo reddatur cultus, ac honor debitus, quantùm lumen naturale docet; ex profundissimis theologiæ principiis petenda est solutio. Dicendum est itaque, iam inde ab Ecclesiæ nascentis primordijs, tàm in lege naturæ, quàm scripta, nedùm tempore nouæ legis, inter fideles Deum, non solùm esse cognitum, vt Authorem naturæ, sed etiam gratiæ, neque solùm vt finem naturalem, sed etiam vt supernaturalem. Fides enim supernaturalis, quæ Deum proponit modo supernaturali, semper fuit ad salutem necessaria. Quod docet Diuus Paulus *ad Hebræos 11.nu.6.* dum ait: *Sine fide impossibile est placere Deo*, quod toto illo capite multis comprobat exemplis petitis ab ipsa etiam naturæ lege, & tempore, quo vigebat, ex Abel, Henoch, & Noe, & post ex Patribus antiquis Abraham, Isaac, Iacob, & alijs, admonet Diuus Thomas *2.2.quæst. 2.art.3.5.7.& 8.* & prosequitur Cordubensis *libr.2. quæstionarij q.5. proposition. 1.* Molina *post eundem D. Thomam prima parte quæst.1.artic.disputat.1.& disput.2.§.iuxta hæc ergo*, Suarez *in tractatu de fide, disputat.12.section.1. ex n.2.& section. 2.* & planè docet Concilium Tridentinum *session.6.decreto de iustificatione, cap.6.& 7.& 8.*& omnes Theologi. Quo factum est, vt semper Deus apud fideles fuerit cognitus, & cultus: simul vt Author naturæ, & gratiæ, neque fuerit sacrificium vllum institutum, aut oblatum in recognitionem eius, vt Authoris naturæ, & finis naturalis, quo simul non fuerit recognitus, vt Author gratiæ, finisque supernaturalis, & quod consequẽs est, nunquam fuit in Ecclesia duplex summum Sacerdotium, vnum, ad quod pertineat recognoscere Deum, vt naturæ Authorem, eique hac ratione offerre sacrificium, & cultum; alterum, ad quod expectet recognoscere Deũ, eique

eique offerre sacrificia, vt Authori gratiæ, finique supernaturali: sed vterque Dei cultus ex officio pertinet ad vnum summum Sacerdotem, potestatemq; Ecclesiasticã. Quæ licet interdum vnita fuerit cum potestate Regia, & sæculari, vt tempore legis naturæ in Melchisedech, quæ simul fuit Rex, & Sacerdos, *Genesis* 14. & tempore legis scriptæ in Heli, & Samuel, 1. *Regum capite primo*, & sequentibus, & in quibusdam ex Machabeis, *vt in libr. 1. Mathabeorum, capite secundo*, refertur de Mathathia, *et capi.* 9. de Ionatha, *et cap.* 13. de Simone, de quibus Iosephus, *antiquitatum Iudaicarum libr.* 14. *et* 15. Egesipus *de excidio vrbis Hierosolimitanæ lib.* 1. *capit.* 1. *et* 2. notat Eusebius *lib.* 1. *historiæ Ecclesiasticæ cap.* 5. & Isidorus *in capit. Cleros*, §. *Pontifex*, 21. *distinct.* Duarenus *lib.* 1. *de Ecclesiæ capit.* 1. & in noua lege summus Pontifex habeat etiam potestatem sæcularem, tùm Romæ, tùm in alijs locis de patrimonio Ecclesiæ, vt obseruat Francisc. Suar. *de legib. lib.* 4. *cap.* 10. *ex nu.* 4. discreta tamen sunt iura, quamuis plura in vnam personam concurrant, *l. tutorem*, 22. *ff. de ijs, quib. vt indign.* Sixtin. *de regal. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 122. Et ad Pontificẽ quatenus Pontifex est, pertinet directò, & per se ex officio proprio cura Religionis, cultusq; Dei vt Authoris naturæ, & gratiæ. Neq; enim expediens fuisset ad politicam Ecclesiæ gubernationẽ, diuidi Sacerdotia, & cultus diuinos inter sæculares, & Ecclesiasticas potestates, pertineteq; ad laicas, Religionem, qua ex parte naturam non excedit: ad Ecclesiasticas verò, qua ex parte superat naturæ captum. Sed omnis Religionis materia ad vnum summum Sacerdotem, Pontificemq; pertinet ex omni parte. Quo fit, vt relaxatio iuramentorum directa, etiam si proportionata naturali fini, & non excedens ordinem naturalem, finemq; politicum, ad potestates Ecclesiasticas, eorumque ministros spectet, quia est res ad Religionem pertinens, non ad Iudices sæculares.

216 Non est item prætermittendum, ex alio capite posse sæculares potestates relaxare iuramenta, & soluere eorũ obligationem, videlicet, cùm interponuntur circa materiam subiectam ipsis potestatibus. Quo spectat textus *in l. vltima, ff. ad municipal. et deincol.* adductus pro secunda sententia, num. 209. Nam si quis iurauerit se ordini non interfuturum, potest Princeps iuramentum remittere, si fuerit electus in decurionem, nam cùm Princeps cogere possit quemlibet ad subeundum magistratum, aut quoduis munus ob publicam vtilitatem, *l. si quis Magistratus* 9. *ff. de muner. & honor.* & nos expendimus supra nu. 64. iuramentum in hac materia habet in se tacitam conditionem, nisi Princeps aliud imperauerit, quare non est censenda hæc remissio, iuramenti, propria relaxatio, quia prouenit ex cõditione tacitè iuramento cõprehensa, qua non impleta iuramenti obligatio cessat. Hac enim ratione dici solet, in omni iuramento videri exceptam superioris authoritatem, quoad ea scilicet, quæ ad eius potestatem pertinent, *cap. venientes* 19. *de iureiur. l. qui iurato*, vbi notat Bart. & Ias. *nu.* 6. *ff. qui satisdar. cogant.* Sanchez *operis moralis, lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 1. *et* 3. cum per iuramentum superiori non possit fieri præiudicium, quod rectè adnotauit Couarrubias *in cap. quamuis pactum* 1. *par.* §. 3. *nu.* 11. *et sequentib.* vbi alia affert exempla, *et num.* 36. Frideric. Schench *in viridario conclus.* 24. *et* 69. Tuscus *litera I. conclus.* 503. *numer.* 12. *et sequentib.* Sanchez *lib.* 3. *summa dicto c.* 22. *num.* 2. Imò D. Thomas 2. 2. *q.* 89. *art.* 9. *ad tertium in fine*, & Caietanus ibi facultatem irritandi, & relaxandi eiusmodi iuramenta facta a subditis, circa ea, quę cuiusque potestati subduntur, cuiuis superiori concedit, vt patri comparatione filij, viro comparatione vxoris, & domino comparatione serui: notat Sanchez *operis moralis lib.* 3. *capit.* 19. *num.* 2. & *cap.* 20. *num.* 3. Quod in voto quoque locum habet ex eodem D. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 8. & 9. Ex quo colligitur, non rectè intellexisse Fachmeum, textum *in d. l. vltima* dum dixit *libr.* 3. *controuers. dicto capit.* 13. illam remissionem iuramenti locum habuisse antiquo tempore Imperatorum: non verò postquam iura canonica robur habent: constat enim ex nunc dictis, non minus hodie locum habere decisionem, *d. l. vltima*, quàm vnquam ante habuerit.

217 Quæ dicta sunt procedunt in iuramento præstito. Sed an circa iuramentum antequam præstetur possint Principes sæculares statuere, prohibendo, ne adhibeatur in aliquo actu, & irritando, annullandoque adhibitum? & an eiusmodi leges, & statuta vllam vim habeant? non leuis est difficultas. Quam tamen consulto duximus omittenda, quia sit prorsus aliena ab instituto nostro, tametsi satis cognata ijs, quæ de iuramento dicta sunt. Verùm ne frustrà eam videamur commemorasse, videas quæ de illa copiose scribunt, Ias. *in l. qui iurato*, *vltima ex numer.* 22. *ff. qui satisdare cogantur*, & *in authent. sacramenta puberum, ex num.* 80. *C. si aduers. vendit.* Ioannes de Imol. *in l. si quis inquilinos*, 115. §. *si quis scripserit, n.* 4. *ff. de legat.* 1. & *in cap. cum contingat, ex nu.* 38. *de iureiur.* Alexand. *cons.* 151. *lib.* 7. Abbas Panormitan. *quæst.* 2. *incip. stante statuto*, Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ*, 10. *numer.* 66. *de constitut.* & *in cap. præterea, numer.* 32. *de sponsalib.* qui congessit omnia loca, quibus antiqui Doctores de hac quæstione agunt, Alciat. *in cap. cum contingat, ex nu.* 141. *de iureiur.* Ferratius *caut.* 16. Cassaneus *in consuet. Burgund. rub.* 4. §. 7. *verb. suppose, num.* 57. *vers. item etiam*, Couarr. *in c. quamuis pact.* 1. *par.* §. 3. *ex nu.* 22. & 2. *par.* §. 1. *ex nu.* 18. *de pact. in* 6. Aluar. Valas. *consultat.* 99. Guttierrez *in authent. sacramenta puberum, ex num.* 46. *C. si aduers. vendit.* Barbosa *in l.* 1. 1. *part. ex numer.* 72. *ff. solut. matrimon.* Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. capit.* 4. *numer.* 53. Pereira *de manu regia* 1. *par. cap.* 19. *ex num.* 3. Cenallos *in specul. pract. lib.* 1. *quæst.* 188. Tuscus *litera I. conclus.* 497. & *litera S. conclus.* 580. Ludouicus Molina *de iustit. tract.* 2. *disput.* 149. *ex* §. *ex his colligo, tom.* 1. *col.* 846. Tomas Sanch. *lib.* 3. *summæ cap.* 22. *ex num.* 5. Ex quibus intelliges, quam vim habeant leges Regiæ prohibentes, adhiberi in quibusdam actibus iuramenta, cuiusmodi sunt *l.* 11. & 12. *tit.* 1. *lib.* 4. & *l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 8. *recopil.* tametsi hæc vltima videatur agere de iuramento adhibito in materia illicita, sobiectaque potestati Regiæ.

218 Regulam tamen principalem prædictam modo limitabis primo, & hæc limitatio adhiberi, etiam debet omnibus prædictis ampliationibus, vt ita demum contrahens possit conueniri, & sortiatur forum in loco contractus, si ibi inueniatur *d. l. hæres absens*, *in princip. ff. de iudicijs cap. Romana* §. *contrahentes, de foro compet. in sexto*, tradunt Marian. Socin. *in cap. dilecti.* 7. *num.* 23. *de for. comp.* Couarru. *in practicis cap.* 10. *nu.* 3. Gail. *lib.* 2. *obseruat. practic. obseruat.* 36. *numer.* 14. Guttierrez *de iurament. confirmat.* 3. *part. capit.* 16. *num.* 1. Paz *in praxi* 1. *tom.* 4. *part. cap.* 2. *numer.* 7. & 8. Quod in omni foro præter forum domicilij regulare esse, docuit Paul. Castrens. *in d. l. hæres absens* 19. §. 1. *numer.* 8. quem refert, & sequitur Gregor. Lop. *in d. l.* 32. *titul.* 2. *par.* 3. *glossa* 5. per textum ibi, & est textus expressus *in l.* 8. *tit.* 9. *par.* 1. & ibi notat *gloss.* 7. Tuscus *litera F. conclus.* 442. & *concl.* 443. *num.* 11. Rouitus *in pragmat.* 1. *num.* 9. *de immunitatib. Neapolita.* Alioqui absens compellendus non est, comparere præcisè vt se defendat coram Iudice loci contractus: neque Iudex loci contra-

contractus potest literis deprecatorijs, seu requisitorijs ad alios Iudices missis petere, vt reus ad se remittatur. Nam in contractibus regulariter non est locus remissioni, vt notat glossa reputata singularis, & notatu digna, *in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit, verb. pro non dato*, & ibi doctores, Baldus *numer.* 4. *&* 5, Albericus *num.* 2. *in fine*, Angelus *num.* 3. Bartolus *num.* 3. Paulus *num.* 11. *&* 12. Fulgosius *num.* 3. *&* 4. Romanus *num.* 5. Socinus *nu.* 15. Alexand. *num.* 6. *&* 7. Iaso. *num.* 9. *& in l. si conuenerit* 18. *numer.* 39. *ff. de iurisd. omn. iudic.* idem Roman. *sing.* 283. *regula est*, idem Socin. *reg.* 416. *&* 417. *alias litera R. reg.* 5. *&* 6. Bernard. Diaz *reg.* 642. item Doctores *in d. l. hæres absens* §. 1. vbi Bartol. *nu.* 1. Alber. *nu.* 5. Bald. *in* 1. *lect. nu.* 2. *& in.* 2. *lect. nu.* 3. Angel. *num.* 3. *&* 4. Fulgos. *num.* 1. *& seqq.* Paulus *nu.* 8. idem Baldus *in l. cum Archimederam, num.* 5. *&* 6. *C. vt in possess. leg.* notauerat glossa *in d. l. hæres absens*, §. 1. *verb. debebit*, Cardin. Zabarell. *in clemens.* 2. §. *denique*, *num.* 14. *de sentent. & re iudicat.* Panormitanus *in cap. licet, vltimo, num.* 36. *de foro compet.* & ibi Felin. *num.* 21. *&* 22. Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, numer.* 16. 23. 38. *&* 39. *eodem titulo*, Glossa *in d. §. contrahentes, in præsuppositione ad positionem casus, & in verb. inuitos*, Ioannes Andreas ibi *in principio, & num.* 1. *&* 2. Geminianus *nu.* 1. *&* 16. Franchus *num.* 1. *&* 9. Ancharanus *ante num.* 1. Decius *in c.* 1. *ex nu.* 158. *de iudicijs, in prima lectur. & nu.* 161. Ripa ibi *numer.* 64. Alciatus *num.* 33. Couarru. *in d. cap.* 10. *numer.* 3. Barbosa *in d. l. hæres absens*, §. 1. *numer.* 32. *cum sequentib.* Gregor. Lopez *in l.* 32. *titul.* 2. *part.* 3. *glossa* 10. *prope finem, versic. quarto limita.* Auiles *in capit.* 27. *Prætorum, verb. entreguen nu.* 16. Caualcanus *decis.* 2. *num.* 3. 1. *part.* Peregrin. *de fideicommis. art.* 53. *num.* 7. Alderanus Mascard. *de general. statut. interpret. conclus.* 6. *num.* 38.

219 Sublimita primo, dictam primam limitationẽ principalem, vt absens possit conueniri in loco contractus, & ad eum sit remittendus, cum se submiserit Iudici loci cõtractus cum renunciatione proprij fori. Ita sensit glossa *in d. l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit, verb. pro non dato*, quæ sublimatio celeberrima est apud doctores, & quoniam est in iudicijs frequentissima, & approbata a lege nostri Regni, videlicet, *l.* 20. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat. in cap. vltimo*, latiùs est à nobis prosequenda, & explicanda inferiùs, eamque exornandã reseruamus in finẽ huius disputationis, in quæstione octaua, de foro submissionis, seu prorogationis, vbi alia circa eã notatu digna adiũgemus.

220 Sublimita secundo, vt tametsi Iudex loci contractus non possit reum absentem compellere, vt coram se litiget præcisè, neque missis literis deprecatorijs, vel requisitorijs ad Iudicem loci vbi reus adest, ab eo petere, vt reum ad se remittat; potest tamen causatiuè compellere, procedendo aduersùs eius bona, vt mittat actorem in eorum possessione. Ita docet celebris textus *in capit. Romana. §. contrahentes, de foro compet. in sexto*. Pro cuius, & istius sublimitationis expositione distinguendi sunt quinque casus. Primus est cum reus habet bona, solum in territorio Iudicis loci contractus, & non alibi. Secundus, cum in loco contractus non habet reus bona, sed illa solum habet in loco sui domicilij, vel habitationis: ibi tamen latitat, & dolose fraudolenterque se occultat, ne ad ipsum perueniat citatio Iudicis loci contractus. Tertius, cum reus vtrobique habet bona, in loco inquam contractus, & domicilij; sed in loco domicilij latitat fraudulenter, ne ad ipsum perueniat citatio Iudicis loci contractus, quemadmodum in casu præcedenti proximo. Quartus, cum in loco contractus non habet bona reus, sed ea solum habet in loco domicilij sui, aut habitationis: tamen in eo ipso loco, in quo habet bona non latitat fraudolenter, sed publicè adest, & copiam sui facit, vt a quocunque citari, & ad iudicium vocari possit. Quintus, cum reus nullibi habet bona, neque in loco contractus, neque in loco domicilij.

221 In primo casu dicendum est, posse Iudicem loci contractus præmissa legitima citatione, (quæ quonam modo legitimè sit facienda cum reus est absens diximus hac eadem disputatione ex numer. 15.) si reus se defensurus coram ipso comparere contemnat, mittere actorem ex primo decreto in possessionem bonorum sitorum in suo territorio, Si tamen reus compareat, & se defendere incipiat contestata lite, poterit cognoscere Iudex loci contractus de causa vsque ad diffinitiuam, & eam terminare pronunciata diffinitiua sententia. Huic resolutioni conformis est textus *in d. capit. Romana §. contrahentes, in primo responso*, notarunt Couarru. *in practic. d. cap.* 10. *num.* 4. *in principio*, Barbosa *in d. l. hæres absens §.* 1. *nu.* 8. *& sequentibus*, docuit Paul. Castrens. *in d. l. hæres absens*, §. 1. *num.* 2. *&* 5. *circa finem*. Qui tamen eleganter animaduertit, non posse istum Iudicem decernere bonorum possessionem ex secundo decreto, neque procedere ad diffinitiuam in absentia, etiam in ijs casibus, in quibus litis contestatio non est necessaria. Quoniam ad decernendam possessionem ex secundo decreto requiritur vera contumacia: ad proferendam verò diffinitiuam ficta, *l. si ab eo, C. quomodo, & quando Iudex*: neutram verò incurrit iste reus, cũ non teneatur se defendere in loco contractus, neque ibi comparere. Possessio verò ex primo decreto non requirit contumaciam, sed ad ipsam decernendam satis est, si reus non defendatur; & ideò decerni potest contra pupillum, & absentem causa Reipublicæ, qui non possunt constitui in contumacia: quia ista possessio parumm preiudicij affert, *vt in l. si finita, §. si forte, ff. de damn. infect. l. ignorare.* vbi notat Cynus, *C. de restitut. militum*, quam doctrinam videtur approbasse, vbi supra, Couarru. sed non displicet adnotatio Andreæ Gail. *lib.* 1. *practic. obseruat.* 56. *nu.* 5. *&* 6. & Barbosæ *in d. §.* 1. *num.* 13. 194. *&* 106. quod iste reus non comparens coram Iudice loci contractus, habeatur pro contumace dumtaxat, quoad eum effectum, vt patiatur possessionem bonorum sitorum intra territorium Iudicis contractus; non autem vt possit procedere contra eius personam, aut bona sita extra territorium Iudicis neque quoad alios iuris effectus aduersus veros contumaces; nam neque iste iudex poterit mulctare in obedientem eius citationi, vocationique ad iudicium, iuxta *l. 1. ff. si quis iusdicenti non obtemper.* neque si sit Ecclesiasticus, poterit cõtra prædictum reum absentem proferre sententiam excommunicationis; quia hæc pena videtur pertinere ad districtionem personæ, docuit Panormitanus *in d. cap. vltimo, num* 36. *de foro compet.* Ioannes Andreas *in d. §. contrahentes, num.* 1. *verb. inuitos*, Marian. Socin. *in dicto cap. dilecti, nu.* 23. *in principio, de foro competent.* Iacabus de Beluiso *in repetit. dicti §. contrahentes, num.* 66. *& num.* 81. *cum sequentibus*, Alciatus *in cap.* 1. *num.* 33. *de iudicijs*, Barbosa *in dicto §.* 1. *ex nu.* 21. Quemadmodum, ob eandem rationem Iudex loci rei sitæ excommunicare quoque nõ potest reum absentem, si vocatus ad iudicium coram eo non compareat, vt adnotauit Marianus *in dicto cap. sane, num.* 12. *de foro competent.* cum isti fori sint similes, & à pari procedant, quoque de vno dicitur simili modo possit de altero intelligi, vt ibi Marianus notat, & nos diximus supra quæstione procedenti numer. 150. Idem autem Barbosa nihilominus assentitur Paulo Castrensi,

& alijs

& alijs eum ſequutis, quoad diſtinctionem factam de primo, & ſecundo decreto.

221 Secundo caſu dicendum eſt. Primò, non poſſe Iudicē loci contractus de cauſa cognoſcere, nec ex conſequenti eam ſententia definire, neque petere per requiſitorias, aut deprecatorias literas, reum ad ſe remitti inuitum. Secundo dicendum eſt, poſſe Iudicem loci contractus in pœnam fraudolentæ latitationis decernere poſſeſſionem bonorum, quæ reus habet extra territorium ex primo decreto, & circa executionem eius requirere Iudicem loci, vbi bona exiſtunt, qui tenebitur requirentis mandatum implere. Huc pertinet deciſio textus *in dicto §. contrahentes*, in ſecundo reſponſo, iuxta communem interpretationem; quam ſequuti ſunt Angelus *in dicta l. heres abſens, §. 1. num. 3.* Paulus Caſtrenſis *numer.* 11. Fulgoſius *numer. 4.* Barboſa *num. 16. 32. 33. 34. & 118.* Ripa *in cap. 1. numer. 66. verſic. ſeptimo fallit, de iudicijs*, Felinus *in dicto cap. vltim. nu. 22. verſic. ſeptimò fallit, de foro competent.* Couarru. *in d. cap. 10. num. 4. in fin. principij, & in verſic. tertio ſubinfertur.* Præterquàm, quod eo caſu poterit citare reum per edictum, quæ citatio cenſenda erit legitima, vt etiam eo, quo reus eſt in loco, quo nō poteſt tute, liberè adiri, vt probat textus *in clementin. 1. de iudicijs*, quem licet Cardinalis Zabarella *ibi in principio*, dicat procedere in ſolo Papa, & idem dicat Ancharanus *num. 5.* fortaſſis veriùs, eſt, quod tradit Bartolus *in extrauagant. ad reprimendum, verbo, per edictum, n. 12.* extendendam eſſe eius deciſionem ad omnes Iudices, eo ſaltem caſu, de quo ibi loquitur, quod nos diximus alijs in eandem rem relatis ſuperiùs numero 41.

223 Contrariam tamen ſententiam primo dicto in hoc caſu, imò in eo locum eſſe remiſſioni rei ad Iudicem loci contractus, ſequutus eſt Bartolus *in d. l. heres abſens, §. 1. num. 1. in fine*, Marianus Soccinus *in d. cap. dilecti, num. 39. verſ. ſecundo fallit*, Bernardus Diaz *regula 642. fallent. 7. & 8.* & alios pro eadem refert Barboſa *in d. §. 1. nu. 33. & 118.*

224 Sed non eſt recedendum à prædicta reſolutione noſtra, quæ pro ſe habet textum *in d. §. contrahentes*, in quo, in hoc caſu, non conceditur remiſſio rei ad locum contractus, ſed dumtaxat poſſeſſio bonorum extra territorium Iudicis loci contractus in pœnam fraudulentæ latitationis; neque verò prædicta ſententia vllo fundamento nititur, quod ſolutionem mereatur.

225 Tertio caſu, Paulus *d. l. heres abſens, §. 1. nu. 8.* credit non poſſe Iudicē loci contractus, decernere poſſeſſionē bonorum rei extra ſuū territoriū, quaſi ad hāc poſſeſſionem decernendam duæ requirantur neceſſariæ conditiones. Prima vt reus non habeat bona in loco contractus: ſecunda, vt in hoc caſu prima conditio, cum ponamus reum in loco contractus bona habere. Nihilominus dicendum eſt, hoc caſu Iudicem loci contractus non ſolùm poſſe ob abſentiam rei mittere actorem in poſſeſſionem eorum bonorum, quę habet reus intra ſuum territorium iuxta textum *in d. §. contrahentes*, in primo reſpōſo, & dicta à nobis in primo caſu, ſupra num. 221. ſed etiam decernere poſſeſſionē bonorum rei extra ſuū territorium cōſtitutorū, & ad eam exequendā mittere literas requiſitorias ad Iudicem loci, vbi bona ſunt iuxta dicta in ſecundo caſu nu. 222. Qui Iudex requiſitus tenebitur obſequi Iudici, quò ad hoc requirenti, extenſa ad hunc caſum reſolutionem caſus ſecundi. Ita ſentit Barboſa *in d. §. 1. n. 17. & 115. cum ſeqq.* Fundamentum eſt, quoniam cauſa principalis, ob quam Iudici contractus permittitur, vt decernat poſſeſſionem bonorum rei extra ſuum territorium, eſt fraudulenta eius latitatio, cuius pęna planè eſt iſta permiſſio, vt ex contextu *d. §. contrahentes* colligitur: non verò eſt cauſa permiſſionis iſtius, quod reus in loco contractus bona non habeat. Imò vero ſi attentè expendantur verba textus, videntur iſtum caſum decidere, tametſi prima fronte videatur omiſſus à Pontifice, textus ſic habet: *Vel ſi forte malitioſè ſe occulsent, ne citatio perueniat ad eoſdem, decernere faciendam poſſeſſionem bonorum, quæ in alia etiam Diœceſi obtinere noſcuntur* expēdo verbum *etiam*, nam bona etiam alia in Diœceſi habere non dicitur, qui in ea ſola bona habet, ſed qui ſimul habet in alia; nam dictio, *etiam*, eſt implicatiua, & addit caſum magis dubitabilem, augetq; & ampliat diſpoſitionem de vno caſu ad alterum, vt multis tractat Cæuedo *ſingul. 51.* & Barboſa *in remiſſionib. Doctor. dict. 95.* Ergo in hoc textu proculdubio exiſtimandum eſt, præſuppoſuiſſe Pontificem, non ſolùm ſi quis habeat bona in loco contractus, ſed ſi ea etiam, ideſt *ſimul*, habeat in loco domicilij, quod ſit extra Diœceſim contractus, ſi malitioſè ſe occultet, pati debere miſſionem in poſſeſſionē bonorum conſtitutorum extra Diœceſim etiam: cùm igitur non mereatur minorem pęnam latitatio doloſa eius, qui in territorio bona habet ſubiecto Iudici contractus, quàm ſi ibidem bona non haberet, eidem pęnæ meritò ſubijciendus eſt, vt patiatur poſſeſſionem bonorū extra Diœceſim, & territorium contractus conſtitutorum, illo tamen adhibito temperamento, quod adhibuit Barboſa *in d. §. 1. numer. 116.* poſt Iacobum de Bellouiſo. Quod cùm miſſio in bonorum poſſeſſionem non debeat fieri, niſi pro quantitate debiti, *auth. & qui iurat. C. de bon. auth. Iud. poſſid.* priùs hoc caſu fiat miſſio in poſſeſſionem bonorum ſitorum intra territorium Iudicis loci contractus, quod ſi hæc ſatis ſint ad debiti ſatisfactionem, vlteriùs Iudex non progrediatur. Si verò bona intra territorium ſita non ſufficiant ad ſolutionem debiti, pro eo, quod deeſt, fiat miſſio in bonis ſitis extra territorium, & ad eam faciendam expediantur literæ requiſitoriæ, vt in ſimili probat textus *in l. properandum, §. ſin autem reus*, & ibi notat gloſſa, *verb. audiatur, C. de iudicijs.*

226 Quartus caſus omiſſus eſt à Pontifice, *in d. §. contrahentes*, in quo quidam dicunt, Iudicem loci contractus duo poſſe facere. Primum, petere reum ad ſe remitti: ex eo enim ſolùm, quod non habeat bona in loco contractus, etiam ſi non latitet, vbi eſt, remiſſioni locus ſit; ita ſentit Accurſius *in d. §. 1. verb. debebit, in fin. & in authen. ſi verò. verb. tranſmittet, C. ad l. Iul. de adult.* Bart. *in d. §. 1. n. 1. in fin.* poſt Io. Gloſſatorem antiquum. Socin. *reg. 416. alìas lit. R. reg. 5. fallent. 8.* Secundò, in eodem caſu poſſe Iudicē loci contractus decerne miſſionem in poſſeſſionem bonorum rei extra ſuum territorium ita ſentit idem Bart. *in d. §. 1. nu. 3.* Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, nu. 25. ad medium, de for. comp.* & alios pro eodem ſecundo dicto refert Barboſ. *in d. §. 1. num. 15. & nu. 99. & 100.* intereos verò minus fideliter, Accurſ. *in d. §. 1. verb. debebit*, & Paul. *in l. 1. numer. 3. circa medium, ff. de eo, quod certo loco*, nam ibi nihil dicunt de poſſeſſione bonorum abſentis non latitantis.

227 Sed contrarium eſt veriùs, videlicet neque in eo caſu eſſe locum remiſſioni, neque poſſeſſioni bonorum ex decreto Iudicis loci contractus, vt vtrumque planè colligitur ex textu *in d. §. contrahentes*; qui etiam in caſu latitationi non concedit remiſſionem ad locum contractus, ſed dumtaxat permittit decerni miſſionem in poſſeſſionē bonorum extra territorium. Ergo reo non latitante maiore cum ratione non erit permittenda remiſſio, atque

ita

ita à Bartolo discessit eius additio, quæ tribuitur Alexander. *in d.* §. 1. *n.* 1. *liter. E. verb. in duobus casibus*, & Paul. Castrens. *in d.* §. 1. *nu.* 11. Deinde textus requirit latitationem absentis, vt possit Iudex loci contractus decernere missionem in possessionem bonorum, quæ sunt extra suum territorium, hac pęna coercens fraudem, & dolum latitantis. Si igitur reus nó latitet, à cessante ratione colligitur planè, non esse locum huic missioni in possessioné bonorum: quod animaduertit Barbosa *in d.* §. 1. *num.* 15. *&* 16. *&* 102. *cum seqq.* satisfaciens ijs, quæ in contrarium adduci possent. Probat autem hanc sententiam optimus textus *in l. Titium, & Meuium*, 48. §. *tutores. ff. de administr. tutor.* & ibi notat Bartol. *nu.* 2. Alberic. *nu.* 2. Alexand. *in l. si conuenerit*, 18. *nu.* 10. Ias. *num.* 38. 39. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Buttius *in cap.* 1. *nu.* 37. Decius *num.* 158. 159. 160. *de iudicijs*, Barbosa expendens optimè prædictum textum, *vbi supra. num.* 110. *&* 111. quibus consonat de iure Castellæ *d. l.* 20. *tit.* 21. *li.* 4. *recopil.* Confirmatur, quoniam Iudex regulariter non potest decernere missionem in possessionem bonorum, quæ in alieno territorio sita sunt, *l. eum vnus*, 12. §. *is qui, ff. de bon. author. Iudic. possid.* à qua regula non receditur, nisi cum reus se occultat fraudulenter, ne ad ipsum citatio perueniat, vt *in d.* §. *contrahentes.* Ergo extra hunc casum standum est regulę generali, *l. ab ea parte, ff. de probation.* & exceptio firmabit regulam in contrarium, *l. nam quod liquide*, §. *vltimo, ff. de penu. legat. l. quæsitum*, §. *denique, ff. de fund. instruct.*

228 Quintus tandé casus omissus item est à Pontifice *in d.* §. *contrahentes*, in quo ex prædictis constat quid dicendum sit. Nam cum Iudex loci contractus non habeat potestatem in personam contrahentis absentis à suo territorio; sed solum in bona, neque possit personam coercere, aut cogere, vt coram se compareat; in hunc absentem, qui nullibi bona habet, ratione quorũ Iudici loci contractus subdatur, nullæ sunt eius partes, atq; vt solet dici, inanem esse actionem, quam inopia debitoris excludit, *l. nam is, ff. de dolo, l. itaque fullo*, 12. *in princ. ff. de furt. l. cura*, 4. §. *inopes, ff. de muner. & honor. cap. olim.* 16. *de restit. spol.* ita forum contractus ad conueniendum istum inopem debitorem erit inane, & nullius momenti. Addes tamen ad hæc, quæ diximus infra circa hũc eundem casum, n. 270. Atque ex his habes plenam interpretationem *d.* §. *contrahentes*, qualem apud neminem reperies.

229 Ex dictis colligendum est, an & quatenùs Iudex requisitus teneatur implere literas requisitorias Iudicis loci cõtractus, aut quod ferè idem est, loci rei sitę. Nam si requisitorię sint expeditæ dũtaxat ad citandum reũ subditum ratione domicilij Iudici requisito, aut degenté in eius territorio, implendę planè sunt, cũ Iudici loci contractus, aut rei sitæ ius sit citãdi reum absentem, & ad iudicium vocandi. Si verò sint expeditæ ad exequendam possessionem bonorum absentis ijs casibus, quibus diximus eum posse illam iure decernere, similiter impleri debent. Si verò expeditę sint ad faciendã missionem in possessioné ijs casibus, quibus decerni non potest, aut ad hoc, vt reus ad locũ contractus remittatur, decernendum est à Iudice requisito earum exequutioni locum non esse.

230 Sublimita tertiò, prædictam limitationem primam principalem, vt tùnc Iudex loci contractus possit procedere contra absentem vsque ad diffinitiuam, quando semel iudicium cæptum est cum præsente, & post cæptum iudicium reus recessit, *l. consentaneum*, & ibi Baldus *nu.* 8. *Cod. quomodo, & quando Iudex l. si is qui Romæ*, 34. iuncta glossa vltima, *ff. de iudicijs*, Paulus *in d. l. hæres absens*, §. 1. *num.* 8. *vers. fallit etiam quandò*, Ias. *in l.* 1. *num.* 2. *vers. secundò limita, ff. de eo, quod certò loco*, additio ad Bartol. *in d. l. hæres absens*, §. 1. *numer.* 1. *liter. C. verb. locus remissioni*. Bernardus Diaz *regul.* 642. *fallent.* 14. Innocentius *in cap. præterea, num.* 1. *vers. si autem vocatus venit, de dilationib.* Abbas Panormitan. *in d. cap. vltimo, num.* 36. Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, num.* 23. *in princip. de foro compet.* Ripa *in cap.* 1. *num.* 66. *vers. sexto limitatur, de iudicijs*, Barbosa *in d. l. hæres absens.* §. 1. *num.* 30. *&* 31. Et confirmari videtur ex textu *in l. cum quædam*, 19. & ibi notatis à Doctoribus, *ff. de iurisdict. omn. iudic.*

231 Sublimita quartò, vt propter nimiam rei cõtumaciam reus sit remittendus ad locum contractus, & Iudicem eius, vt post Baldum *in d. l. consentaneum, num.* 8. *C. quomodo, & quando Iudex*, tradit Marianus Socinus *in d. cap. dilecti, num.* 44. *de foro compet.* Romanus *in l. si verò*, §. *de viro, numer.* 80. *ff. solut. matrimon. & singular.* 283. Bernardus Diaz *regul.* 642. *fallent.* 10. Felinus *in d. cap. vltimo, num.* 22. *vers. sextò fallit, de foro compet.* Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 8. *ordinam. gloss. vltima in fin.* qui alios refert.

232 Sed contrarium, imò ob nimiam contumaciam non esse locum remissioni ad Iudicem loci contractus, & hanc sublimitationé esse falsam, Baldumque loquutum esse in casu diuerso ab hoc, videlicèt, sublimitationis precedentis, veriùs arbitror. Ex eo impugnatur prædicta sublimitatio, quoniam, vt adnotauimus superiùs, nu. 221. post Paulum Castrensem, a quo nó videtur dissensisse Marianus ibidem ad finem dicti numeri relatus absens à loco contractus, etiam si vocetur ad iudicium, & non compareat coram Iudice, non est contumax, nedum nimis contumax. Non ergo verificari potest ista conclusio in casu, de quo loquimur, quippè cùm termini ipsi casui nostro videantur repugnantes: atque ideò eam meritò reiecerunt Ripa *in cap.* 1. *num.* 66. *vers. sexto limitatur de iudicijs*, Couarruuias *in practic. d. cap.* 10. *num.* 4. *vers. tertio subinfertur, in fine*, Barbosa *in d. l. hæres absens*, §. 1. *nu.* 36. Molinus *de brachio sæculari lib.* 2. *cap.* 33.

233 Sublimita quintò, vt de iure Regni Castellæ in contractibus locus sit remissioni aduersus predictas regulas iuris communis, & regij pariratum, iuxta *l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 8. *ordinamenti veteris*, quæ est *l.* 1. *titul.* 16. *liber.* 8. *recopil.* qua statuitur, eodem modo debitores, qui ad loca munita, & priuilegiata se receperunt, posse ab eis extrahi, quo delinquentes, & vtrosque debere remitti ad loca vbi cotraxerunt vel deliquerunt, non obstantibus quibuscunque priuilegijs. Ex qua lege hanc sublimitationem tradit Auendanus latè eam comprobans *in l.* 4. *tit. de las excepciones, lib.* 3. *ordinamenti, ex numer.* 10. *& responso* 40. *num.* 11. *& de exequend. mandat.* 2. *par. cap.* 7. *num.* 9. Hanc verò iuris ciuilis correctionem oriri putat ex alio discrimine inter ius ciuile, & regium: nempè, quod iure ciuili creditor nullum ius habebat in persona debitoris, *l. vltima*, §. *creditor, ff. de liber. homin. exhib.* quoniam facta cessione bonorum liberabatur, vt ait Bartol. *in l. immo magis, numer.* 2. *ff. de liber. exiben.* quod quidem verum erat quòad eum effectum, vt etiam iudicatus in carcerem duci non posset, *l.* 1. *C. qui bon. ceder. poss.* atque ita ob æs alienum seruire liberos creditoribus compelli, ea iura non patiebantur, imò in eos, qui id egissent statuta erat poena, *l. ob æs, cum auth. immo, C. de action. obligat.* Iure verò regio si debitor non soluit, quia non habet vnde soluat, potest capi, & traditur tandem creditori cum torque ferreo in collo; vt ei seruiat, atque mercede ipsa operarum obsequialium compensata debito satisfaciat, *l.* 4. 5. 6. *&* 7. *titul.* 16. *liber.* 5. *recopilat.* atque ob id potest ob debitum ciuile ab Ecclesia extrahi, *l.* 13. *tit.* 2. *liber.* 1. *recopilation.*

lation. quemadmodum iuxta ius commune seruus extrahi poterat, *l. si seruus 4. C. de ijs, qui ad Eccles. confug.* ita fit, vt ad eum effectum debeat fieri remissio debitoris ciuilis ad locum contractus. Hactenus Auendani paradoxa, quem Castellanorum nemo sequutus est.

234 Sed verius est, per *d. l. 1. tit. 17. libr. 8. veteris ordinament.* & *l. 1. tit. 16. lib. 8. recopilat.* quæ est eadem, nō corrigi iuris communis, & particularum regulas: videlicet, in ciuilibus non esse locum remissioni ad Iudicem contractus, & ex consequenti prædictam quintam sublimitationem falsam esse. Quod quominus foret dubium data opera in noua recopilatione sublata sunt verba illa legis veteris ordinamenti, *oficieron la deuda y contrato*, quæ dubiorem reddebant decisionem, & absolutè statutum est, quoslibet debitores, & delinquentes ex quibuscumque locis, quoquo modo etiam priuilegiatis, extrahendos esse, & remittendos ad loca, vbi delinquerunt, vt ibi puniantur nullis priuilegijs obstantibus. Quod stantibus etiam prioribus verbis opinatus est Montalnus ab Auendaño relatus, Auiles *in cap. 27. Prætorum, verb. entreguen, numer. 16. & 17.* Didacus Perez *in d. l. 1. titul. 17. libr. 8. ordinament. gloss. vltim.* Guttierez *de iurament. confirm. 3. par. cap. 16. num. 2.* Azeuedus *in l. 1. num. 54. 55. & 56. tit. 21. lib. 4. recopilat.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. 1. numer. 157.* Rodriguez *de exequutione, cap. 2. num. 5. & 6.* Fundamentum est, quoniam expedit iura iuribus concordare *l. vnica, Codicis de inofficios. dotib. cap. cum expediat, 29. de elect. in 6.* & eorum correctio quantùm fieri possit est vitanda: non enim credendum est, Legislatorem, qui iura potiùs tueri debet, vno verbo, quod tantis vigilijs excogitatum est, & inuentum, subuertere voluisse, *l. si quando 35. in princip. Cod. de inofficios. testament. capit. Ecclesia vestra 57. de election.* Molina *de primogen. liber. 3. capit. 13. numer. 41. & 42.* Menoch. *de præsumpt. liber. 6. præsumpt. 38. ex numer. 2.* Cardinal. Tuscus *liter. C. concl. 1037.*

235 Assignant autem varias interpretationes ad *d. l. 1. tit. 17. lib. 8. ordinament.* prædicti Doctores, ego verò facillimo negotio hanc difficultatem dilui posse arbitror: nam lex illa id quidem principaliter statuit, ne vlla locorum priuilegia impediant, ne remissio fiat ad locum contractus, aut delicti, & remissionem faciendam nullis priuilegijs obstantibus. Ne quis existimet esse in Regno nostro ciuitates effugij gaudentes immunitate, quales erant apud Israelitas *Numeror. 35. num. 19. Deuteronom. 19. num. 1. & 2. Iosue 20. num. 2.* sed omnem locum patere Iudicibus, quo iustitiam exerceant; & nullum immunitate loci excusati posse, quominùs impleat literas requisitorias Iudicis petentis; remmitti sibi delinquentes, aut debitores; sed lex illa non facit Iudicem competentem ad petendam remissionem eum, qui alioqui competens non esset, de ea enim re nihil disponit. Itaque remissio quidem debitoris facienda est, sed tamē fieri debet ex requisitione Iudicis competentis, & qui iure possit eam petere non aliàs. Si enim Iudex aliquis peteret, ad se remitti reum in ciuilibus, vel in criminalibus, qui competens non esset, vel literas requisitorias mitteret sine solemnitatibus requisitoris, & vt vulgò diximus, non iustificatas, certè is reus remittendus non esset, neque extrahendus à ciuitate, vel loco, in quo inuenitur, etiam si nullo nitatur priuilegio, vt extante prædicta lege niti non potest, iuxta rectè tradita à Farinacio *in praxi crimin. q. 7. numer. 34. & 35.* Cùm igitur Iudex contractus competens non sit ad petendam remissionem regulariter, eo petente decerni non debet. Quòd si in celebratione contractus interuenisset submissio rei ad Iudicem loci contractus, cum renuntiatione proprij fori, & Iudex ille peteret eo casu remissionem rei; remmitendus quidem esset, quoniam eo casu remissio locum habet, vtpotè petita à Iudice competente, & eam iure postulante, vt tetigimus supra num. 219. & inferiùs quæst. 8. latiùs tractabimus. Itaque decisio eius legis intelligenda est præsuppositis terminis habilibus, quod in cuiuslibet legis, & dispositionis interpretationē locum habet, *leg. qui testamento, ff. de testament. ibi, nisi quid aliud eos impedit, l. dudum, in fine, ff. de contrahend. empt. c. 1. de filijs Præsbyter. in 6.* Quæ communis est Doctorum traditio, notat Decius *in cap. quæ in Ecclesiarum, 7. nu. 2.* & ibi additio Syluestri Aldobrandini, *de constitution. & in cap. 1. 1. lectur. num. 89. circa finem, de iudicijs*, vbi Alciatus *numer. 22.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidianar. cap. 3. num. 49.* Igitur remissio in contractibus, aut delictis facienda est à locis munitis, & quantumcunque priuilegiatis; sed tamen ijs casibus, quibus de iure locum habet, interuenientibusque cæteris solemnitatibus debitis, & consuetis. Quam solutionem miror, cum sit tàm plana, & patens, à nemine, ex ijs, quos retulimus, fuisse adhibitam, aut animaduersam. Non est igitur vera prædicta quinta sublimitatio. Alias sublimitationes prædictæ limitationis principalis tradiderunt Doctores in locis relatis, quas tamen nos hoc consultò omittimus, & inferiùs præcipuas ex eis congruentioribus obiter attingemus.

236 Limita secundò principalem regulam, & conclusionem propositam, vt forum contractus non sit quidem ita necessarium, vt non possit contrahens alibi conueniri; potest enim etiam conueniri de rebus ad contractū pertinentibus apud Iudicem domicilij, si actor id forum eligat, quoniam forum cōtractus est cumulatiuum, & additum foro domicilij, non priuatiuum. Cui consequens est, vt sit voluntarium quidem ex parte actoris, qui facultatem habet eligendi, vel id, vel forum domicilij, si maluerit, iuxta dicta superiùs num. 152. de foro rei sitæ; necessarium verò ex parte rei, qui si conueniatur ibi non potest forum declinare. Limitationem probat textus *in cap. dilecti, 17. de foro compet. & ibi glossa, verbo, vbi domicilium.* Zabarella *nu. 3.* Panormitanus *nu. 10.* Ancharanus *n. 7.* Marian. Socin. *num. 7. in princ.* Felin. *in cap. licet ratione, vltimo, num. 19. versic. & nota, eod. tit.* Ripa *in cap. c. nu. 63. de iudicijs*, Gregor. Lop. *in d. l. 32. tit. 2. par. 3. gloss. 10. vers. tertio limita*, item textus *in d. l. hæres absens, §. vltimo.* vbi Doctores, Baldus *in 2. lectur. nu. 1.* Barbosa *num. 9. 10. 20. 21. & seqq. ff. de iudicijs.*

237 Limita tertiò, vt ex contractu non sortiantur forum contrahentes, quando contractus fit cum aduena, & viatore, & tanquam cum statim recessuro, de quo contractu conueniens in loco contractus conueniri non potest. Ita probat textus *in d. l. hæres absens, §. proinde, ff. de iudicijs*, & ibi notant Doctores, Barbosa *numer. 94. & seqq.* Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, numer. 18. de foro compet.* Gregorio Lopez *in d. l. 32. tit. 2. part. 3. gloss. 10. vers. limita primo*, Guid. Papæ *singul. 677. num. 1.* Capella Tholosan. *quæst. 103.* Caualcanus *decis. 2. numer. 3. 1. part.* Alderan. Mascard. *de general. statut. interpret. concl. 6. numero 36.*

238 Sublimita primò, prædictam tertiam limitationē principalem, vt si quis contrahat cum mercatore aduena, sed qui in loco contractus, in quo fortè celebrantur nundinæ, ad quas mercator accessit exercendi commercij causa habuit tabernam, pergulam, vel armarium, horreum, seù officinam conducta, in quibus merces repone-

ret; tunc ratione contractus fortiatur forum vterque cõtrahens. Expone verò prædicta verba, *taberna, pergula, armarium, horreum, officina*, vt exponit Ioannes Caluinus *in lexico iuris*, ita probat textus *in d. §. proinde*, Marianus *in d. cap. dilecti, numer.* 18. & 21. rationem autem regulæ, & limitationis reddit Iurisconsultus Vlpiano *in d. §. proinde*, quoniam, vbi quis sic venit ad locum aliquem vt statim sit discessurus, atque sic contraxit, durissimum esset, vt in omnibus locis, ad quæ iter faciens, vel nauigans delatus est, conueniretur, ac litigaturus, defensurusque se detineretur. Quæ ratio non militat in eo, qui ad nundinas cum mercibus profectus pergulam, armarium, vel tabernam constituit, nàm ibi creditur moratutus, & eà mente venisse, vt moretur, donec satisfaciat contractibus ibidem celebratis, vt rectè etiam notat Barbosa *in d. §. proinde, num.* 105. *& sequentib. & nu.* 122. & 123. ac per consequens, de ibidem gestis ibi meritò conuenitur.

239 Sublimita secundò, vt si contractum sit cum aduena, & viatore possit in loco contractus conueniri, vt impleat ea, quæ secundum naturam contractus erant statim expedienda. *Exemplum fit*, emit quis equum certo pretio, quod statim soluit; & equus ei non traditur, poterit emptor conuenire venditorem, vt statim equum tradat. Ita docet Bart. *in d. §. proinde, num.* 1. Bald. 1. *lect. numer.* 1. *&* 2. *lect. num.* 2. Angel. *numer.* 8. Paul. *numer.* 5. *&* 13. Fulgos. *num.* 7. Geminianus *in c.* 1. *§. nec etiam, num.* 6. & ibi Philip. Franc. *num.* 4. *de foro comp. in* 6. Stracca *tract. de mercatura, tit. quomodo in causis mercat. proced. sit*, 2. *particula, nu.* 20. idem prorsus vice versa dicendum est, quoties in venditione agitur, ne fides de pretio habeatur, sed soluatur statim, quia in venditio fit præsenti pecunia; nàm nisi soluatur, potest aduena cõueniri in foro contractus, vt ab eius loci Iudice soluere compellatur. Ita præter relatos animaduertit Baldus *in Rubr. num.* 5. *Cod. de reuocand. ijsique in fraud.* Panormitanus *in cap. licet ratione. vltimo, num.* 33. *vers. secunda limitatio est, de foro comp.* Felyn. *ibi, num.* 17. *vers. item referunt*, Marianus *in d. cap. dilecti, numer.* 19. Rodericus Suarez *in l.* 2. *tit. de los emplazamientos*, *§ fin. numer.* 37. Benedictus Vadus post regulas Socini *litera A. regula* 13. *fallent.* 4. 7. *&* 8. Caualcan. *decis.* 2. *nu.* 9. 18. *& seqq.* 1. *par.* atque ita ista sublimitatio est communis Doctorum sententia. Ratio est quoniam alioqui, si non posset contrahens implorato officio Iudicis loci contractus, & eius auxilio, compellere alterum secum contrahentem, vt impeleret, quæ statim ex natura contractus implenda sunt, maneret deceptus, & durissimum esset sequi forum domicilij contrahentis distantissimum fortassis, vt compelleretur implere ea, quæ tacitè actum fuisset, vt impleret in loco contractus, cui iniquitati, & dolo locus esse non debet, quod annotauit vbi supra Marianus, & Albericus *in d. l. hæres abs. n.* 8.

240 Confirmatur, quoniam licèt quando traditur res simpliciter non tradito pretio, videatur habita fides de pretio, vt tradit Glossa *in l. quod vendidi*, 19. *ff. de contrah. empt.* quam sequitur Romanus *singul.* 310. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 79. *num.* 4. & Lucas de Penna ab eo relatus; tamen cùm res traditur aduenæ, non præsumitur habita fides de pretio. Neque est verisimile, haberi fidem contrahenti ignoto, & vt plerunque contingit statim recessuro, vt docuit Baldus *in l. si non donationis*, 8. *C. de contrah. empt.* & ibi Paulus *numer.* 2. *&* 3. & Rom. *singul.* 31. & ibi addit. Mantica *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 4. *tit.* 21. *numer.* 9. *vers. tertiò notandum est*, Gizzarellus *decis.* 40. *ex num.* 2.

241 Neque obstat, quod hæc sublimatio nimis videatur restringere decisionem textus *in d. §. proinde* rationemq; eius, illique aduersarij. Quo fundamento motus Barbosa ibi, *nu.* 116. *& seqq.* ab hac sententia discessit. Nàm respondendum est, in primis, non esse nouum, multa iure ciuili contra strictam iuris rationem pro vtilitate communi recepta esse, quod innumerabilibus exemplis probari potest, *l. si ita vulneratus*, 52. *§. vltimo, ff. ad l. Aquil.* Vtilitas autem communis poscere videtur, ne impunè decipiantur, & fraudentur contrahentes cum aduenis. Etenim si ideo possent aduenæ non implere contractus, & fidem fallere, quòd non possit adiri Iudex, qui compellat eos fidem seruate, daretur illis impunè peccandi, & fraudandi libera occasio, quod iura abhorrent, *l. illud*, 5. *ff. de pact. dotalib.* Cui rationi non satisfaciet, si quis dicat, imputare debere sibi contrahentem cum aduena, & statim recessuro, si ab initio non exegit ab eo cautionem. Quoniam id fieri non solet, & esset nimia humanorum commerciorum restrictio, si venditori, qui vendit præsenti pecunia, posset imputari, quod non exegerit cautionem ab emptore: itemq; emptori, quod à venditore, cui pro re præsente vendita pretium soluit, cautionem de ea tradenda non exegit. Ciuili enim modo exerceri solent commercia, neque existimare debet semper contrahens; omnes, cum quibus contrahit, eum esse decepturos, vt istis cautelis opus sit se præmunire. Contingit enim sæpè eum, qui emit, à mercatore petere, vt merce tradita secum mittat, qui pecuniam reportet. Erit ne in culpa mercator, si id agat? quis id dicat? quòd si id agens ab emptore decipiatur, qui velit retinere rem emptam, & pretium, qua fronte negabitur Iudici loci contractus, facultas compellendi emptorem, vt venditori satisfaciat; fidemq; contractus seruet? Non video cui possit id persuaderi. Certè DD. omnes, quos retulimus, communi consensu credunt, eam facultatem Iudici loci contractus negari, nec debere, nec posse, Cui consequens est, vt neque restringatur nimis decisio, *d. §. proinde*, neque offendatur eius ratio, quæ in hoc casu nullatenus militat. Qua æquitate conuictus idẽ Barbosa *in d. §. proinde, num.* 129. vel inuitus in hanc sententiam descendit.

242 Secundò respondendum est, in contractu facto cum aduena, in quo non habetur fides de pretio, nec solutio differtur in diem, aut traditio rerum, circa quas contractus versatur, tacitè actum videri, vt in eodem loco, in quo contrahitur, statim contractus impleatur. Ex quo consequens est, vt in eodem loco contrahens conueniri possit ratione destinatę solutionis, vt latius dicemus infra, limitat. 5. ex nu. 248. tametsi enim quòd ad contractum attinet, soleant Doctores ex doctrina Iurisconsultorum distinguere, an fiat cum aduena, & statim recessuro, an cum permansuro, tamen quòd attinet ad destinationem solutionis, locumque eius, eam distinctionem non faciunt, & indistinctè aiunt, posse conueniri cõtrahentem in locò destinatæ solutionis, siue ibi sit tanquam aduena, & statim recessurus, siue tanquam permansurus, vt dicturi sumus inferius, num. 276. Mirum igitur non est, si ratione istius tacitæ destinationis aduena possit in loco contractus conueniri. Quæ fuit annotatio Baldi *in d. l. hæres absens*, 2. *lectura*, *numer.* 2. quam etiam tradit Panormitanus *in d. capit. vltimo, num* 33. Felyn. *ibi numer.* 17. 19. *&* 20. *de foro compet.* Marianus *in dicto cap. dilecti, num.* 19. additio Capellæ Tholosanæ *quæst.* 103. *n.* 3. *vers. secunda limitatio*, Caualcanus *decis.* 2. *ex num.* 16. 1. *part.* Barbosa *in dicto §. proinde, num.* 134. *&* 135.

243 Igitur

243 Igitur prædicta tertia limitatio locum habet, & seruanda est, eo casu, quo contrahens cum aduena, & statim recessuro, eius fidem sequùtus fuerit circa obseruantiam contractus. Tunc enim eum conuenire debet in suo foro, & domicilij Iudicem adire, quòd si Iudicem loci contractus adeat, poterit exceptione fori submoueri, quia istum Iudicem reus iure declinare potest, iuxta dictam tertiam limitationem, & tradita a Paulo Castrensi, *in d. l. hæres absens, §. si quis tutelam, nu. 4. ff. de iudicijs*, & Roderico Suarez *in l. 2. tit. de los emplazamientos, §. fin. nu. 35. & 36.* Natta *cons. 430. nu. 19.*

244 Sublimita tertiò, si is, qui contraxit cum aduena, & statim recessuro, probabilitèr, & inculpabilitèr, seu incóuincibilitèr ignorauit, eum esse aduenam, & statim recessurum: nam tunc ex contractu in loco contractu aduena forum sortitur, & conueniri potest. Id videtur probari ex textu *in d. l. hæres absens, § proindè, in secundo responso*, & tradit Bartol. *ibi, numer. 1.* Angelus *§. 1. numer. 6. in fine.* Panormitan. *in d. cap. vltimo, num. 33.* Marian. *in d. cap. dilecti, nu. 18. de for. comp.* Philip. Franch. *in cap. 1. §. nec etiam, num. 5. eod. tit. in 6.* additio Capellæ Tholosanæ *quæst. 103. nu. 3. limit. 1.* Benedict. Vadus post regulas Socin. *lit. A. regul. 13. fallent. 5.* Bernardus Diaz *regul. 146. limitat. 1.* Caualcanus *decis. 2. numer. 9. 1. part.* Alderan. Mascard. *de general. statut. interpretat. conclus. 6. num. 41.* Ratio est, quia iusta, & probabilis ignorantia nulli damnum debet afferre, *§. item si adhuc, instit. de mandato*, & ibi Glossa. Aequumque est, ne sibi præiudicet, qui ignorantèr cum alio contrahit, credens, aut illum sibi citò satisfacturum, aut si minus id faciat, breuiter, & facilè posse inuocato auxilio Iudicis loci contractus, qui præstò est exigere debitum sibi ab eo, neque venit in eius animum fore vt longo terræ tractu necesse foret contrahentem insequi, vbi fortassis domicilium ille habet, vt ab eo peteret apud eius loci Iudicem sibi debita.

245 Verùm si dubitetur, an sciuerit, an ignorauerit eum, cùm quo quis contrahit aduenam esse, & statim recessurum, difficultas est, cui incumbet probatio, & pro quo stabit præsumptio; an pro aduena eum cognitum esse tanquam aduenam, an pro contrahente eum ignorasse? Et Bartol. *in dicto §. proinde, num. 1.* distinguit sic: aut aduena habebat tabernam, pergulam, vel armarium, & tunc contrahens cum eo præsumitur ignorasse eum statim recessurum: aut non habebat, & præsumitur agnouisse contrahentem, cum statim recessurum, & esse aduenam, viatorem. Addere tamen debes, si tamen iste incederet in habitu aduenæ, & viatoris, & non ciuis. Nam præsertim in ciuitatibus numerosis, in quibus populi ciuiumque frequentia, & multitudo maxima est, quis poterit vllo alio signo distinguere ciues ab aduenis? Grauissimum autem iugum imponeretur contrahentibus, si iuxta regulam, *leg. qui cum alio, 20. ff. de regul. iuris*, & ibidem tradita à Decio, & Cagnolo, item Menoch. *de præsumption. libr. 3. præsumption. 88.* hoc casu deberent cognoscere antequam contraderent nomen, genus, patriam, & qualitates eius, cum quo contrahunt, quibus rectè responderetur, quod Angelus respondit Thobiæ seniori, *Thob. 5. numer. 17: Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium?* Certè nimia esset curiositas à morali, & humano negotiandi modo, & receptis moribus omninò aliena. Ita Panormit. *in d. cap. vlt. n. 33. de for. cõp.* quidquid contrarium dixerit Barbos. *in d. §. proinde, nu. 97. & seqq.* Certè Decius *in d. l. qui cum alio, nu. 3. in fin.* & Cagnol. *nu. 15. & 16.* regulam illam credunt limitandam, quoties contingerit contrahentem iusta, &

probabili ignorantia deceptum esse, & in multis casibus iustam, & probabilem ignorantiam conditionis eius, cum quo contrahitur admittit Menochius *dicta præsumption. 88. numer. 15. & sequentib.* Igitur illi incumbet probatio, contra quem stat præsumptio scientiæ, vel ignorantiæ. Dum addamus sentire Mascardum *conclus. 479. debitorem tanquam idoneum, num. 3. volum. 1.* cuius sententiam approbat Menoch. *dicta præsumption. 88. numer. 17.* ignorantiam similem, ignorantis iuramento probari.

246 Limita quartò principaliter propositam conclusionẽ, & regulam, si cum quis contrahit in vno loco, conuenit, vt in alio defendatur, & respondeat; tunc enim non sortitur forum in loco in quo contractus geritur. Ita probat textus *in dicta l. hæres absens, §. proinde, ff. de iudicijs.* Ratio est, quoniam vbi tempore celebrati contractus declaratum est reum alio loco responsurum esse, tacitè videtur conuentum, quod in loco contractus non teneatur respondere, ac per consequens in eo non sortiatur forum, neque conueniri poterit, tametsi ibi inueniatur; Nata *cons. 430. num. 19.*

247 Neque obstat, quod hæc conuentio censeatur inefficax iuxta *l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iudic.* nam respondetur Glossa *in d. §. proinde, verb. vt defenderes conuenit*, pactum illud efficax esse ad declinandum forum, non ad constituendum; quam approbant communiter Doctores ibi, Bartol. *nu. 1.* Baldus *in 2. lect. nu. 2.* Angel. *nu. 6.* Fulgos. *nu. 6.* Speculator *lib. 1. tit. de actore, §. 1. numer. 68. in fin.* idem Baldus *cons. 365. ad euidentiam. num. 3. vol. 5.* & alijs, quos refert Barbosa *in d. §. proinde, num. 47.* & Nicolaus Genua *in conciliatione, l. si quis in conscribendo, C. de pact. & l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. iudic. ex num. 11.* Itaque cum hoc pactum habeat duas partes, vnam negatiuam tacitam, quòd contrahens non conueniatur in loco contractus, alteram positiuam, & affirmatiuam expressam, quod conueniatur in alio, quò ad primam validum est ex concordi Doctorum ferè omnium sententia post glossam: quò ad secundam verò partem, an sit validum controuersum est, negante Glossa, affirmantibus alijs. Sed quoniam hæc difficultas directò pertinet ad eam partem huius disputationis, qua inferiùs promisimus acturos esse de submissionibus, prorogationeque iurisdictionis alieni Iudicis, habetq; amplam materiam, in eum locum, quæ erit octaua quæstio reseruamus, contenti hac limitatione, quam in præsenti asseruimus.

248 Limita quintò principaliter propositam regulam, si in vno loco fiat contractus, in alium destinetur solutio; nam tunc reus non est conueniendus, neque sortitur forum in loco contractus, sed in loco, in quem solutio destinatur. Ita probat textus *in dicta l. hæres absens, §. illud sciendum, ff. de iudicijs*, & ibi notant Doctores, *l. 32. titul. 2. part. 3. vers. e la sexta*, vbi Gregorius *glossa 10. versic. quinto limita, & glossa 11.* Ratio autem limitationis, est quoniam iuris censura non intelligitur quis contraxisse, vbi contractus verba sunt prolata, sed in eo loco, in quem solutio destinata est, *l. contraxisse, 21. ff. de action. & obligation. l. 3. ff. de bon. authorit. iudic. possidend.* Quam limitationem, & rationem docet Bartol. per textum ibi, *in l. quæro, 100. ff. de solution.* Salicetus *in l. prima, numer. 4. ff. de eo, quod certo loco*, Iaso. *in versic. plus autem, numero 16. 17. & 18. instit. de action. & in d. l. 1. numer. 3. & sequentib. ff. de eo, quod certo loco*, Panormitan. *in d. cap. vltimo, num. 30. de foro compet.* vbi Felin. *numer. 19.* Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, ex nu. 9. eod. tit.* Addit Ias. *in d. l. 1.* ex communi sensu Doctorum, quod in loco destinatæ solutionis

conueniri possit quis, non solùm quoad ea, quæ principaliter veniunt in contractu, sed etiam quoad accessoria eius, nempè interesse, damna, & expensas, id quod in foro contractus contingere notauimus supra, numero 165. adnotauit id quoque Panormitan. *cap.1. numer. 21. 22. & 23. de iudicijs.* Decius ibi 1. *lect. num.* 124. & 149. & *seqq.* Ripa *ex numer.* 61. latè Alciatus *ex num.* 31. Couarru. *in practic. cap.* 10. *num.* 5. *vers. sexto subdeducitur*, Belon. *dec.* 105. & *dec.* 161. *n.* 5. 6. & 7. Barbosa *in d.l. hæres absens*, §. *proinde, numer.* 7. & 57. & *seqq.* & §. *final. num.* 2. & 16. Mantica *de tacit. & ambigu. conuent. liber.* 14. *tit.* 39. *num.* 22.

349 Pro perfecta autem declaratione prædictæ limitationis nonnulli casus sunt distinguendi, quemadmodũ diuersis modis possunt concipi verba, quibus in locum à contractus loco diuersum destinari solet solutio, vt quid in vnoquoque dicendum sit, exponatur. Et tametsi Marian. Socin. *in d.c. dilecti, num.* 6. *circa fin.* distinguat plurimos casus, & fortassis omnes, qui possunt contingere, ad quem si quid à nobis omittatur poterit recurri, nos præcipuos dumtaxat attingemus.

350 Primus casus est, cũ contractus in vno loco fit, & solutio destinatur in alium particulare locum expressum; verbi gratia, contraho Hispali, & destino solutionem faciendam Toleti. In quo casu dicendum est contrahentes non sortiri forum Hispali, sed Toleti, & ibi esse conueniendum reum, iuxta superiùs dicta.

351 Sed difficultas est, an eo casu possit reus alibi cõueniri, quam in loco solutioni destinato ratione prædicti contractus? Sunt enim, qui dicant prædicti contractus reum posse conueniri in quocumque loco, in quo reperiatur, non solùm in quo solutio destinata est: ita sensit Bartolus *in leg.* 1. *numero* 2. *ff. de eo, quod certo loco.*

352 Sed verior est contraria sententia, nempè non posse reum ratione huius contractus conueniri vbicunque reperiatur, sed solùm in loco destinatæ solutionis, vel foro domicilij, vel alio idoneo loco, in quo reus forum sortiatur. Quod possit præter forum destinatæ solutionis conueniri in alio competenti foro, probat textus *in d.l. hæres absens*, §. *illud sciendum*, & quod de foro contractus similiter dictum est superiùs, num. 236. non posse autem eum vbique conueniri fuit sententia Glossæ vltimæ, *in d.l.* 1. *ff. de eo quod certo loco*, communiter approbata à doctoribus Salicet. ibi *num.* 2. Ias. *num.* 7. qui alios refert Panormitan. *in cap.* 3. *nu.* 5. *de plus petition.* Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, nu.* 10. *de for. compet.* Belono *decis.* 104. *num.* 7. Barbosa *in d.l. hæres absens*, §. *vltimo, ex nu.* 23. Ratio autẽ curreus in alio loco, quã in solutioni destinato conueniatur est, quã *in d.l.* 1. reddit Iurisconsul. quoniã nisi reus hoc casu in loco domicilij conueniri posset, creditor suum debitum consequi non posset, cum debitor, vel data opera, vel necessitate alijs locis detentus nunquam ad locum solutioni destinatum accederet. Ratio verò cur non possit vbique conueniri est, quoniam si vbique conueniri posset deterioris conditionis esset, qui certo loco soluere promisit, atque ex consequenti elegit vnum locum cæteris exclusis, qui strictior est contrahendi modus, quàm qui simpliciter promisit soluere nullo loco expresso, cum iste non nisi in loco idoneo posset conueniri; posset vbique, quod est ab omni ratione alienũ. Ita argumentatur Paul. Castrens. *in d.l.* 1. *num.* 6. & Ias. *num.* 7. fundamentis autem Bartoli satisfaciunt prædicti. Omitto vero data opera hac in re, quod pertinet ad actionem arbitrariam, quæ vertitur in hoc iudicio circa interesse actoris in exactione debiti sibi, potiùs in vno loco, quàm in alio; de qua Doctores agunt *in d.l.* 1. & *in capit.* 1. *de plus petition.* quippè cùm sit materia diffusa, & à nostro instituto aliena.

353 Secundus casus est, si contractus fiat in vno loco, & solutio destinetur in quèlibet locum nullo in specie expresso. In quo sententia communis est, posse reum conueniri in quocumque loco inueniatur, & apud quemuis Iudicẽ ordinarium eiusdem loci vt contractum seruet: sic sensit Speculat. *libr.* 2. *tit. de compet. iud. addition.* §. 1. *numer.* 18. & 19. Ias. post Bartol. *in l. si conuenerit*, 18. *num.* 39. Decius *ibi numer.* 31. *ff. de iurisd. omn. iudic.* Oroscius *numer.* 7. Panormitanus *in capit.* 1. *numer.* 23. *de iudicijs.* Decius *ibidem* 1. *lectur. nu.* 153. 167. Ripa *num.* 72. Alciatus *nu.* 32. *vers. quarto amplia*, Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, nu.* 31. Vincent. de Franch. *decis.* 177. *numer.* 2. Andreas Gail *obseruat. practic. lib.* 2. *obseruat.* 36. *num.* 16. Cattarius *decis.* 6. *numero* 5. Gratianus *decis.* 180. *in additione, numero* 11. Rodericus Suarez *in leg. post rem, ff. de re iudic. in declaratione legis Regni.* §. *circa Iudicem, seu quæstione* 5. *numer.* 19. Gallesius *de camerali obligatione* 2. *part. tractat. ad secundam partem formulæ, quæst.* 3. *ex num.* 1. *aliâs quæst.* 9.

354 Limitat tamen resolutionem huius casus Iaso. *in d. l. si conuenerit. num.* 43. nisi in aliquo loco inueniatur promissor à casu in transitu, iter faciendo, vel nauigando, nam ibi conueniri non poterit non obstante generali illa, & improuida solutionis destinatione. Cui ego libenter assentior, quoniam non est verisimile voluisse quem obligare se sub verborum generalium inuolucro, vt iter faciens, & nauigans detineatur in quocunque loco obuius, compellaturque iudicium suscipere, & soluere: quam rationem colligo ex textu *in d.l. hæres absens*, §. *proinde*. Idemque ex eadem verisimili contrahentium mente dicendum esset, si promissor per aliquem locum pertransiret infectum peste: ibi enim non esset æquum eum cõuenire ex simili indefinita, & indeterminata, generalique destinatione, ex eiusdem Iasonis sententia, *dicto numer.* 43. post Angelum, & Alexandrum, quos refert. Quam eãdem sententiam sequutus est Aretinus *in l. cum res legata.* 47. *num.* 2. *colum.* 2. *ff. de legat.* 1. Decius *in d. cap.* 1. 1. *lectur. num.* 168. *de iudicijs.* Oroscius *in d.l. si conuenerit. numer.* 7. Seraphinus *de priuileg. iurament. loquens in strictiori casu, priuileg.* 105. *numer.* 4. Mantica *de tacit. & ambigu. conuention. lib.* 14. *tit.* 39. *nu.* 9.

355 Tertius casus est si contractus fiat in vno loco, & solutio destinetur in multa loca alternatiuè, vt si contrahens Hispali, promittat soluere Baeçæ, vel Toleti. In quo dicendum est, non soluente reo in vno ex istis locis statuto tempore, cui electio danda est, vbi soluat, dandam esse electionem actori, vbi petat, & in eo loco quo actor maluerit, forum sortiri reum, vt se defenderet debeat: ita probat elegans textus *in leg. non vtique.* 3. *in princip. ff. de eo, quod certo loco*, qui rationem reddit, & ibi Doctores notant, obseruat Marin. Socinus *in d. cap. dilecti, numero* 28. *de for. compet.* Ripa *in capit.* 1. *numer.* 69. *de iudicijs.*

356 Quartus casus est, cum contractus fit in vno loco, & solutio destinatur in multa loca copulatiuè. Et isto casu dicendũ est, videri pro rata diuisas summas debitæ quantitatis in tòt loca, quòt continet solutionis destinatio; ita scilicet, vt si sunt duo loca solutio, & petitio fiat per medietates, si tria loca, per tertias partes, si quatuor, per quartas: ita probat textus *in d.l. non vtique*, 3. §. *si quis ita, ff. de eo, quod certo loco*. & ibi Doctores Marianus *in d.*

cap. di-

cap. dilecti, num. 29. Ripa in d. cap. 1. nu. 69. de iudicijs. Dum aduertamus, si adiecta fuerit copulatiua locorum promissioni rei indiuiduæ, ne contractus vitietur, vtpotè de re impossibili, copulatiua, pro disiunctiua benignè erit accipienda, quod frequentissimè contingere, testis est Iurisconsult. in l. sæpe, 53. ff. de verbor. signific. cum doceat generaliter Glossa notatu digna, in l. & puto, 16. §. Iulianus, verb. non communicari, ff. famil. ercisc. verba impropriè esse accipienda, vt valeat actus, qui alioqui nullus futurus fuisset, & inualidus: quã Glossam, quæ loquitur de sententia strictè interpretanda, non minùs quam contractu, commendant Baldus in cap. licet, vltimo, nu. 8. de translat. Episcop. & Angel. in §. omnium autem actionum, num. 24. instit. de action.

257 Quintus casus est, si exprimantur in cõtractu duo, vel tria loca, in quæ solutio destinetur, & subiungatur clausula generalis. Verbi gratia, contraho Hispali, & promitto me soluturum Cordubæ, Toleti, & Granatæ, & vbicunque fuerim inuentus. In quo Bartol. in d. leg. non vtique 3. §. si quis ita, numer. 1. quem sequitur ibi Ias. & alij, quos ille refert, ait, dicendum esse, non videri pro rata diuisas partes solutionis. Quoniam si præstatio per loca singula diuideretur, redigeretur ad tàm paruas summas, vt esset inutilis creditori: quæ interpretatio vitanda est ex textu in l. quoties, ff. de reb. dub. Ea est igitur adhibenda interpretatio, vt credatur reus se obligasse, vt totã quantitatem in quolibet loco soluat. Verùm Bartolo addendum est, ex contractu istis verbis concepto, non posse promissorem conueniri in locis distantioribus, quàm sint expressa: argumento textus in l. vltima, §. cui dulcia, ff. de tritico, vino, & oleo legat. & in clement. non potest, in fin. de Procurator. & in capit. sedes, 15. de rescript. quæ fuit annotatio Panormitan. in cap. 1. num. 23. de iudicijs, quem sequitur ibi Felin. nu. 7. vers. secundo declara, Decius 1. lectur. num. 157. Ripa num. 71. Alciatus num. 32. vers. quarto amplia, ita nisi tantisper discedat à communi, Ias. in d. l. si conuenerit, 18. ex numer. 44. ff. de iurisd. omn. iudic. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 39. numer. 6. Anton. Massa Gallesi. ad secundam partem formul. cameral. obligat. q. 3. num. 2. & 3. alids q. 9. & Marianus in d. cap. dilecti, nu. 30. qui alios quosdam casus prosequitur.

258 Ex dictis infertur, quid dicendum sit quando contrahens in [illegible] promittit responsurum se in allo: nam verbum, respondere, duobus modis accipitur. Primò, vt idem sit, quod soluere: secundo, vt idem sit, quod litigare, vt notat Glossa in l. eum qui, 3. verb. respondere, C. de Procurator. & ibi Baldus num. 3. Alexand. in l. si quis, penultimis, num. 7. C. de pact. Ias. in versic. plus autem, num. 26. instit. de action. Felin. in cap. 1. numer. 7. vers. tertio declara, de iudicijs. Decius ibi 1. lectur. nu. 169. & 170. & in 2. lectur. nu. 78. & 80. Ripa numer. 60. & 73. Barbosa in l. 1. in artic. 3. num. 232. ff. de iudicijs. Igitur si verbum, respondere, accipiatur pro soluere, idem dicendum est, quod dictum est de promissione soluendi in prædictis casibus. Si verò accipiatur pro litigare, pactum pertinebit ad materiam submissionis, & prorogationis iurisdictionis iuxta l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. iudic. de quo agit Mantica dicto tit. 39. num. 8. & nos in quæstione octaua, & vltima huius disputationis acturi sumus.

259 Quintam prædictam limitationem sic explicatã, nunc ampliabis primò, vt idem operetur destinatio tacita solutionis in alium locum, quod expressa, videlicèt, vt in loco tacitè destinato ad solutionem faciendam conueniri debeat, qui contrahit, non in loco celebrati contractus: quoniam hac in re idem operatur tacitum, quod expressum, ex vulgari regula textus in l. cum quid, ff. si certum petatur. Ita Abbas Panormitanus in capit. licet vltimo, numer. 32. de foro compet. Felin. ibi numer. 17. in fin. Decius in cap. 1. 1. lectura numer. 151. de iudicijs, Ripa ibidem num. 61. Alciatus numer. 32. vers. amplia secundo, idem Decius in d. l. si conuenerit, 18. numer. 31. ff. de iurisdict. omn. iudic. Barbosa in d. l. hæres absens, §. proinde, num. 135. & docuit Bartol. in l. si fideicommissum, 50. num. 1. ff. de iudicijs ex textu in l. sed & si susceperit, 52. §. sed & si proponas, ff. eodem, idque planè probat textus ex hac ratione intelligendus, in l. exigere dotem, 65. ff. de iudicijs, qui nihil continet speciale in contractus dotis, sed conforme huic generali regulæ vt rectè interpretatur Barbosa ibi, num. 13. & 14.

260 Amplia secundò, quintam limitationem, vt idem sit dicendum, etiam si post perfectum cõtractum in vno loco adijciatur ex interuallo destinatio solutionis in alium locum, nàm in loco solutionis destinatæ poterit conueniri reus. Ita sentit Felynus in [illegible] vltimo, num. 17. de foro compet. Decius in d. c. 1. 1. lectura, numer. 152. de iudicijs, & ibi Ripa num. 63. in fine, Alciatus num. 32. vers. amplia tertiò, Ioannes Baptista Sancto Seuerinus in repetit. l. cunctos populos, num. 130. C. de summa Trinit. & Fide Cathol. Verùm tamen ex animaduersione eorumdem, quam etiam sequitur Barbosa in d. §. proinde, num. 50. notandum est, hoc casu forum solutionis accumulari foro contractus, vt reus possit vtrobique conueniri tàm inquam in foro contractus, quàm destinatæ solutionis. Nàm forus contractus iàm perfecti non impeditur ex nouo foro solutionis destinatæ addito priori, ex pacto cohærente contractui principali. Idem tradit idem Barbosa in d. l. hæres absens, in princ. nu. 85.

261 Amplia tertiò, eandem quintam limitationem, vt si quis existens Romæ, verbi gratia, vendat fundum per nuntium, vel epistolam existenti Bononiæ inspiciendus sit locus Bononiæ, in quo censetur contraxisse venditor, & ibi sortitur forum, & non ipsa Roma, in qua venditor existit. Ita docet Baldus in l. multum interest, nu. 28. C. si quis alteri, vel sibi, Hippolycus de Marsilijs in repet. l. vltima, num. 204. ff. de iurisd. omn. Iud. Felynus in cap. 1. nu. 23. vers. sed aduerte, de sponsalib. Gregor. Lopez in d. l. 32. t. t. 2. par. 3. glossa 10. in fin.

262 Sublimita modò primò, dictam quintam limitationẽ principalem, vt in loco destinatæ solutionis, ita demum possit reus conueniri, si ibidẽ inueniatur, nàm absens non poterit conueniri, nec remitti ad forum solutionis destinatæ. Ita sentit Innocentius in d. cap. dilecti, nu. 2. de foro comp. Panormitan. in c. 1. nu. 23. de iudic. Decius ibi, 1. lect. n. 158. Ripa nu. 64. Alciat. nu. 33. idem Decius in d. l. si conuenerit, 18. nu. 33. ff. de iurisd. omn. iud. Et manifestè colligitur ex dictis à nobis supra in prima limitatione principali n. 218. cum sequentib. ex quibus debes declarare, & extendere, aut restringere conclusionem hac sublimitatione contentam. Nàm quod de vero contractu dictum est, procedit etiam in hoc ficto, qui iuris fictione censetur celebrari in loco destinatæ solutionis, vt tetigimus supra, num. 248. & notant Panormitan. in d. cap. licet, vltimo, nu. 30. de foro compet. Decius in c. 1. 1. lect. numer. 155. de iudicijs, Ripa ibi, numer. 62. Alciatus num. 31. Barbosa in d. l. hæres absens, §. proinde, num. 54. & §. vltimo, num. 6. & 16. Si enim in vero contractu necesse est, vt concurrat præsentia rei, vt possit in eius loco conueniri, quantò magis id erit necessarium in contractu ficto.

263 Restringe igitur primò, hanc primam sublimitationẽ, si reus se submisit Iudici loci destinatæ solutionis cum renuntiatione proprij fori, nam tùnc iste Iudex po-

terit procedere contra absentem, & ad eum erit remittendus, iuxta dicta supra, nu. 219.

264 Restringe secundò, vt possit absens conueniri in loco destinatæ solutionis quòad bona, iuxta decisionem textus *in cap. Romana, §. contrahentes, de foro comp. in 6.* & latè à nobis dicta supra, nu. 220. cum sequentibus.

265 Restringe tertiò si contra reum presentem cæptum est iudicium, & post cæptum iudicium locum iudicij subterfugiat, & ab eo recedat, poterit enim tùnc Iudex loci destinatæ solutionis litem prosequi, & definire iuxta dicta supra, num. 230.

266 Restringe quartò, vltra dicta, dictam primam sublimitationem, si quis in certo loco soluere promisit, & se ibi repræsentare, nàm in eo loco poterit conueniri, etiam si sit absens, & ad eius loci Iudicem erit remittendus. Ita sentit Baldus *in l. eùm Archimedoram, numer. 5. 6. & 7. C. vt in possess. legat.* quem sequitur Decius *in capit. 1. 1. lect. num. 162. de iudicijs*, & ibi Ripa *num. 66. vers. tertiò limitatur.* Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, num. 34. in fine, de foro compet.* Felyn. *in d. cap. vltimo, num. 22. vers. quartò fallit, eodem titulo*, Ias. *in l. si conuenerit, 18. num. 41. ff. de iurisd. omn. Iudic. & in l. 1. num. 2. vers. quartò limita. ff. de eo, quod certo loco.* Bartholom. Socin. *regula 416. fallentia 3. aliàs litera R. regula 5.* Bernardus Diaz *regula 642. fallentia 3.* Couarr. *practic. c. 10. num. 6. vers. duodecimo, vbi*, Molinus *de brachio seculari. lib. 2. cap. 31.* Guttierrez *de iurament. confirm. 3. par. c. 16. num. 3.*

267 Restringe quintò, eandem primam sublimitationem, si quis promisit soluere certo loco, & certa die: nam in eo loco poterit absens conueniri, & quod consequens est ad eū erit remittendus. Ita sentit Baldus *in c. 1. num. 9. de milite vassallo, qui contum. est.* Iaso. *in l. si conuenerit, 18. num. 42. ff. de iurisd. omn. Iud. & in l. 1. num. 2. vers. quintò. ff. de eo, quod certo loco.* Decius *in d. c. 1. 1. lect. num. 164. de iudicijs*, Ripa *ibi, num. 66. vers. quartò limitatur*, Alciatus *num. 33. vers. fallit etiam*, Bernardus Diaz *regula 642. fallentia 15.* Couarr. *practic. cap. 10. nu. 6. vers. decimotertiò*, Guttierrez *de iuram. confirm. 3. part. capit. 16. numer. 6. in fin.* Franciscus Molinus *de brachio seculari, lib. 2. cap. 31.* Isti adhoc asserendum mouentur auctoritate Innocentij, quem pro sua sententia referunt *in cap. si aduersarius, num. 4. vers. sed hac ratione videtur, de eo qui mittitur in possess. causa rei seruandæ*: adduntque rationem, quam ex doctrina Innocentij colligunt. Quoniam quis ita soluere promisit, si non soluat eo loco, & tempore, quo promisit, videtur per dolum abesse vnde habetur pro præsente; quemadmodum is, qui dolo desijt possidere, pro possessore, *l. is, qui dolo, & l. fin. autem, §. 1. ff. de rei vindicat.* quæ eadem ratio facit pro præcedenti restictione.

268 Ego vt verum ingenuè fatear salua tantorum hominum austoritate suspectas habeo falsitatis duas istas posteriores conclusiones istis duabus restrictionibus contentas, & difficultèr eas practicarem. Moueor primò, quod Innocentius originalis author, vt fertur illius postremæ restrictionis nō dicit id, quod dixisse refertur; imò vero contrarium. Cum enim *in d. cap. si aduersarius, num. 3.* premisisset generalem doctrinam, videlicet presumi malitiosam absentiam vbicunque qui tenetur aliquid facere, & abest, vt Clerici ab Ecclesia, in qua tenetur residere, id quod etiam asseruit Felyn. *in capit. dilectus, el 2. numer. 7. de rescript.* & mariti ab vxore, cum qua tenetur cohabitare; & ideo si absunt sine iusta causa procedi cōtra eos lite non contestata, & sufficere citationem fieri ad domum, dicto num. 4. limitat prædictam generalem doctrinam, vt tùnc locum habeat, quandò vxor agit contra maritum, & Ecclesia contra Clericum, vel Prælatum: secus quando quiuis extraneus ageret actione reali, vel personali contra quemlibet istorum. Quia quantum ad illa non videtur esse absens causa malitiæ, cùm ad illa non teneatur præsens esse, nisi citaretur. Obijcit autem statim contra se innocentius. *Sed hac ratione videtur, quòd si aliquis tenetur soluere aliquid certo loco, & tempore, quòd videtur malitiosè absens, si tùnc assuit; & sic procedendum sit contra huiusmodi ad missionem in possessionem, & ad sententiam.* Hactenus obiectio: subiungit autem solutionem. *Sed hoc non obstaret* (Inquit) *quia in illis non potest procedi, nisi ad missionem in possessionem, quod licet, etiamsi sine malitia absens sit. Etenim non ita præcisè tenetur ad soluendum, sicut maritus ad debitum vxori reddendum, & Clericus ad Ecclesiæ seruiendum.* Hactenus Innoc. Ergo ex sentētia Innocentij nō potest procedi contra absentē istū, præterquā admissionem in possessionē, quod generale est in omnibus, qui contractui suo nō satis faciunt, quod latiùs tractauimus supra, ex num. 220. Qui autem Innocentio illam sententiam imponunt, locum non legerunt integrum, cum id, quod contra suam sententiam obijcit, sententiam eius fuisse crediderint, aut non intellexerunt; quod ijs, qui cursim legunt sæpè contingit, non expendentibus, quid Doctores sentiant perspecta integra doctrina, & tota mente.

269 Secundò moueor, quoniam qui contrahit in aliquo loco, & obligationi contractus non satisfacit, dolo etiā videbitur abesse à loco, in quo contractum implere obligatus est, ex regula generali, *l. dolus, 44. ff. mand.* quod qui potest, & tenetur aliquid facere, & non facit, est in dolo. Iste tamen absens non conuenitur in loco contractus veri, sed dumtaxat proceditur contra eius bona: quod locum habet etiam si dolo latitet, iuxta textum *in d. cap. Romana, §. contrahentes*, & latiùs à nobis dicta, ex d. num. 220. ergò non sat est, quem dolo videri abesse à loco contractus ficti, in quo videlicet soluere promisit, vt ad eum possit absens remitti, aut in eo absens conueniri: cum enim dolum eatenus iura punire voluerunt, vt possit Iudex procedere ad possessionem ex primo decreto bonorum eius, non vlterius.

270 Nec satisfacit Alciatus *in d. cap. 1. num. 33. de iudicijs*, restringens, & limitans superiorem doctrinam ad eum casum, de quo nos egimus supra num. 229. quo reus, neque habet bona intra territorium Iudicis loci destinatæ solutionis, neque in suo domicilio, nàm in eo casu non potest pati missionem bonorum ex primo decreto, cum bona non habeat, subijcique supplicio iustum per eam dolum eius punientium; neque enim videtur æquum, vt iste bona non habens impunitus maneat ob fraudem contrahenti factam, fractamque contractus fidem, quare locum habebit remissio ex Baldi: & aliorum doctrina, non inquam satisfacit. Primò, quoniam facilè occurritur, istum reum malè quidem facere, quòd contractus fidem non seruat, obligationique suæ non satisfacit, sed pœnam in eum statutam non esse, vt dixit Vlpianus *l. at si quis, §. diuus Marcus, ff. de religios. & sumptib. funer.* non enim punitur omne illicitum Farinac. *in praxi crim. q. 18. num. 6. & 7. & q. 31. nu. 108.* multis relatis, & Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus, libr. 3. cap. 12. numer. 59. & lib. 1. animaduersionum, cap. 11.* & notat eleganter loquens vniuersim de omni legislatione humana, reddens etiam rationem Abulensis *in opusculo defensorij, 2. part. cap. 57. & 58.* dicamque iterum interius disputat. 3. nu. 12. Secundò, quoniam satis est à iure prouisum, hoc casu remediū ex eo, quod poterit creditor

coram Iudice domicilij rei petere ab eo principale debitum, cum damnis, & interesse illatis ex mora solutionis iuxta textum *in d. l. hæres absens, §. vltimo, ff. de iudicijs*, vt superius diximus, nu. 236. Quam nostram sententiam videtur tradidisse Gregorius Lopez *in l. 13. tit. 11. p. 5. gl. 4.* declarans textum ibi, qui videbatur facere pro contraria sententia, à qua discedimus.

271 Restringe sextò prædictam primam sublimitationem, si quis promittat soluere certo loco, & se ibi repræsentare adhibito iuramento: nam tunc absens poterit conueniri apud eius loci Iudicem, & ad eum erit remittendus. Ita sentit Marianus Socinus *in dict. cap. dilecti, num. 31. in fin. vers. secundo fallit, de for. compet.* Felinus *in cap. vltimo, nu. 22. vers. quinto fallit, eod. tit.* Ripa *in cap. 1. num. 66. versic. quinto fallit, de iudicijs*, Ias. *in l. 1. num. 2. vers. limita, ff. de eo, quod certo loco*, Barthol. Socin. *regul. 416. fallent. 2. & 4.* Bernardus Diaz *regul. 642. fallent. 2.* Guttierrez *de iurament. confirm. 3. par. cap. 16. nu. 6. in fin.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 105. num. 3.* Tuscus *lit. F. concl. 442. num. 4.* Allegatur pro hac sententia Angelus *in d. l. hæres absens, §. si quis tutelam, num. 3. in fin. ff. de iudic. & in §. si verò, nu. 18. in Auth. de exhibit. reis*, & Romanus *singul. 283.* sed Angelus, & Romanus loquuntur de casu diuerso, in quo quis præstito iuramento se obligauit ad litigandum coram certo Iudice confirmans iuramento pactum, de quo *in l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iud.* Et Couarru. *in practic. q. cap. 10. num. 6. vers. decimo*, discedit à prædicta sententia, vbi iuramentum adhibetur ad contractus confirmationem, & non cadit super promissionè de litigando. Cuius sententiam sequitur BeneKendorfius *in addit. ad Seraphinum d. priuil. 105. nu. 4.* de qua tamen promissione de litigando iuramento confirmata inferius agemus, cum de submissionibus sermo fit. Ideo restrictionem istam suspectam quoq; habeo, quam improbauit Molinus *de brach. secul. li. 2. c. 29. ex n. 5.* tametsi ob reuerentiam iuramenti de ea censeam maturiùs deliberandum.

272 Sublimita secundò propositam quintam limitationem principalem, vt locus destinatæ solutionis, & non locus celebrati contractus attendatur, quod attinet ad sortiendum forum; sed cum agitur de alijs effectibus, videlicet de solennitate contractus, de eius interpretatione, viribus obligationis, modo cauendi, & consequenter decisione litis, cum sententia iuxta obligationem sit ferenda, *l. vt fundus, ff. comm. diuid.* attenditur locus negotij gesti, eiusq; consuetudines, & statuta, & non locus in quem collata est solutio. Hæc fuit traditio Bart. *in l. 1. num. 13. cum seqq. C. de summ. Trin. & in l. semper in stipulationibus, 35. num. 2. ff. de reg. iur.* vbi Decius *num. 8.* & Cagnol. *num. 6.* Bald. *in d. l. 1. num. 93. C. de sum. Trin. & in l. 1. nu. 1. C. ne filius pro patre*, sequitur Cyn. *in d. l. 1. num. 4.* Alberic. *num. 23.* Salicet. *num. 4. & seqq.* Paul. *nu. 11.* Fulgos. *nu. 18.* Ias. *1. lect. ex num. 17. & 2. lect. ex num. 56.* Aleiat. *num. 16. C. de sum. Trin.* Decius item *in d. l. si conuenerit, 18. num. 32. ff. de iurisd. omn. iud.* Panormit. *in d. cap. dilecti, 17. nu. 5. & in c. licet, vltim. n. 30. de for. comp.* Felin. *in d. cap. vltim. nu. 18. & in cap. 1. num. 23. de sponsal.* vbi etiam idem Panormit. *nu. 10.* Marian. Socin. *in d. cap. dilecti, num. 47.* Phil. Franch. *in cap. 1. §. nec etiam, nu. 6. de for. comp. in 6.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, ex num. 58. ad 93.* Alexand. *consil. 21. num. 3. lib. 2.* Socin. *cons. 247. num. 5. lib. 2.* Cassan. *consil. 7. nu. 1. 2. & 3.* Surd. qui plurimos refert, *cons. 257. n. 1. lib. 2.* Afflictus in pulchro casu *decis. 226.* Guid. Pap. *decis. 262.* Mantica *de tac. & amb. conu. lib. 3. tit. 13. ex nu. 14. & lib. 14. tit. 39. num. 24.* Ant. Gabr. *lib. 6. commun. tit. de consuetudine, concl. 2. ex num. 1. & nu. 6.* Cardin. Tusc. *lit. S. concl. 461. ex n. 7. & concl. 653. num. 1.* Alder. Mascard. *de gener. statut. interpret. concl. 7. ex n. 1.* Cancer. *var. resol. 1. par. cap. 9. num. 91.* Probant apertè hanc conclusionem textus *in l. si fundus, ff. de euiction. & in l. 2. Cod. quemadm. testament. aper.*

273 Restringe tamen primò dictam secundam sublimitationem, vt tametsi locus contractus, & non destinatæ solutionis attendatur, quoad vim obligationis, & eius solemnitates, tamen si agamus de ijs, quæ respiciunt executionem ipsius, attendatur locus destinatæ solutionis. Ita animaduertit Panormit. *in cap. 1. n. 11. de sponsal.* Barthol. Socin. qui dicit esse communem sententiam *cons. 14. nu. 5. volum. 4.* Afflict. *vbi supra*, Mantica *de tacit. ambigu. conuent. lib. 3. tit. 13. ex num. 16.* Barbosa *in d. §. proinde, nu. 69. & seqq.* & planè colligitur ex doctrina Baldi *in l. 1. in princ. ff. de vsuris*, vbi eius legis summam ita excipit, *In bonæ fidei iudicijs præstantur vsuræ secundum consuetudinem regionis, vbi est collata solutio, seu quod idem est loci iudicij*, quicquid dubitauerit Cott. *in memoralibus, verb. instrumentum factum.*

274 Restringe secundò, vt quoad ordinem iudicij attendi debeat locus iudicij, & non locus contractus, nec destinatæ solutionis si differant inter se, vt docent Bartol. Bald. Ias. & cæteri Doctores à nobis adducti supra numer. 272.

275 Sublimita tertiò quintam limitationem principalē, si reus sit tanquam viator, & aduena, & statim recessurus in loco destinatæ solutionis: nam non poterit ibi conueniri, vt de loco veri contractus diximus supra n. 237. Ratio est, quia in loco veri contractus non sortitur forum; qui ibi contraxit, vt aduena. Ergo idem dicendum est in loco ficti, idest destinatæ solutionis, ne alioqui maiorem vim tribuamus fictioni, quam veritati. Ita ex hac ratione sentit Alber. *in l. hæres absens §. 1. nu. 9.* & in eandem sententiam refert Iacobum de Rauena, sequitur Paul. Castr. *in l. 1. n. 3. ff. de eo, quod certo loco.*

276 Sed contrariū est verius, videlicet eum, qui destinauit solutionem in specialem aliquem locum posse in eo conueniri, etiam si ibi inueniatur tāquam aduena, & statim recessurus. Ita sentit Bart. *in d. l. hæres absens, §. proinde, num. 1. in fin.* Barbos. ibi, *num. 131.* Marian. Soc. *in d. c. dilecti, 17. num. 18. de for. comp.* Franc. Aret. *in l. cum res legata, 47. num. 2. colum. 2. ff. de leg. 1.* facit quod tradit Paul. Castr. *in l. 2. §. legatis, num. 5. & 6. ff. de iudicijs.* Ratio est, quia cum quis in aliquo loco semel sortitus est forum, non inspicitur, an sit in eo tanquam permansurus, an tāquam statim recessurus, vt possit in eo conueniri, alioqui in loco domicilij nō posset, qui peregrinari vult, & statim recessurus est, conueniri. At qui in vno loco contrahit, in alio autem soluere promittit, adstrictus manet foro loci solutionis destinatæ. Ergo non debet inspici, an sit ibi, vt aduena, & statim recessurus, an vt permansurus, sed indistinctè poterit conueniri, si ibi inueniatur.

277 Ad argumentum vero Alberici, & Paul. Castr. omissa solutione Barbosæ *in d. §. proinde, n. 134.* quæ non satisfacit. Respondendum est, esse disparem rationem inter locū veri contractus, & ficti, quoad id, in quo comparantur, ac per consequens ex vno ad alterum argumentum non valere, *l. Papinianus 21. in fin. principij, ff. de minor.* Euerardus *in locis legalibus, loc. 18.* Discrimen verò in hoc consistit, quod per verum contractum factum in loco aliquo ab aduena, & statim recessuro, non producitur forum in eo loco, cum necesse sit ad primam productionem fori in loco contractus, vt quis contrahat in eo, & ibi existat cōtractus tempore, tanquam permansurus, vt diximus su-

pra

pra nu. 237. ex quo fit, vt si tempore contractus ibi fuit, vt aduena, etiam si postea ad eum locum reuertatur, & ibi inueniatur, nihilominus conueniri non possit apud eius loci Iudicem, vtpotè apud in competentem, & cuius foro non subijcitur, neque vnquam fuit subiectus. Quod docuit glossa notatu digna *in cap. 1. §. nec etiam, versic. respondere, de for. comp. in 6.* & ibi Philip. Franch. *numer. 2.* Mantica *de tac. & amb. conu. lib. 14. tit. 39. num. 31.* Forum verò in contractu ficto non producitur per veram existentiam in loco ficti contractus, sed per solam destinationem solutionis; semel autem productum, & contracta subiectione Iudici eius loci, non amittitur ex eo, quod quis ibi inueniatur tanquam aduena, & statim recessurus. Quemadmodum semel productum forum veri contractus, non amittitur, si quis reuertatur ad locum ipsius tanquam aduena, & inueniatur ibi tanquam statim recessurus; imò eo non obstante poterit ibi conueniri, vt per locum ab speciali probat textus *in leg. qui mittuntur, 35. § sed vtsi, ff. ex quib. caus. maior.* & explicat Glossa *in verb. destinati, in l. 2. §. legatis, ff. de iudic.* & Barbos. *in d. §. proinde, num.* 136. exceptiones enim semper firmant regulam in contrarium. *l. nam quod liquidè, §. vltim. ff. de pen. leg.* in quo similis est vterque forus; veri scilicet, & ficti contractus, quod animaduertit idem Barbos. *in d. §. proinde, nu.* 130. sequutus Paul. Castr. *in d. l. hæres absens §. 1. n. 5. vers. in textu ibi durissimum est.*

178 Restringenda tamen est resolutio ista eo casu, quo superius restringendam diximus, num. 254. scilicet, cum quis promisit se soluturum vbicunque inueniatur nullo certo loco expresso; nam tunc ex verisimili mente contrahentium, non intelligitur voluisse obligare se, vt soluat in loco, in quo inuentus fuerit peregrinus, aduena, & prætemauigans, vel in loco infecto peste, aut alioqui non tuto; vt notauit Angelus *in l. cum res legata, 49. num. 2. ff. de legat. 1.* quem sequitur Alexand. ibi *num. 4.* & Aretin. *num. 2.* eius sententiam egregiè interpretatus, quam confirmant argumento, *l. obligatione generali, ff. de pign. & l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss.* Nos, Iasonem, & alios pro eadem retulimus d. n. 254.

179 Limita sexto principaliter propositam regulam, & cóclusionem, vt forum contractus sortiatur quis in loco, in quo gestum est negotium, non in loco, in quo ratum habetur. Id docuit Cynus *in l. si pecuniam, nu. 2. in fin. C. de neg. gest.* vbi Baldus *n. 6. & in l. ex placito, n. 6. vers. octauo, C. de rer. permut.* vbi *ex n. 5.* multa adducit in eius sententiæ confirmationem, Greg. Lopez *in leg. 32. tit. 2. p. 3. gloss. 10. in fin.*

180 Limita septimò, vt si quis contractum ante factum confirmauerit non sortiatur forum in loco, in quo confirmatio facta est, sed in loco, in quo ab initio contraxit. Probatur ex singulari textu *in l. si quis in legatione, 8. ff. de de iudicijs,* quem Romanus *sub l. non videtur. 3. n. 3. eod. tit.* ait perpetuò memoria tenendum, & alibi se nescire, sequitur Ias. *in l. more, 5. numer. 29. ff. de iurisd. omn. iud.* Gail *obseru. pract. lib. 2. obseru. 1. num. 4.* Mantica *de tac. & amb. conuent. lib. 14. tit. 39. num. 28.* Barbosa *in l. 2. §. legatis, nu. 146. & 147. de iudicijs,* Molinus *de brach. secul. lib. 2. c. 27. num. 14.*

Limita octauò de iure Regni Castellæ, vt non sortiantur forum in loco contractus Agricolæ ob priuilegium illis concessum per nouam pragmaticam eiusdem Regni, vt latiùs dicemus inferius hac eadem disputatione, quæst. 9. sectio. 8. num. 1132. atque ideo non possint in loco contractus conueniri, sed solùm in loco sui domicilij.

181 Declara tandem omnia dicta, vt locus contractus intelligatur, in quo facta est conuentio: non autem in quo conscriptum est instrumentum, quia iste locus non est in consideratione. Obseruat Abb. Panormit. *in cap. licet, vlt. nu. 31. de for. compet.* Marian. Socin. *in cap. dilecti, num. 32. eod. tit.* Angel. post Gloss. *in l. exigere dotem. 65. nu. 2.* Paul. *num. 3.* Cagnol. *nu. 31. & 32. ff. de iudic.* & ibidem Barbos. *n. 181. cum seq.* per textum ibi, Ant. Gab. *lib. 6. commun. tit. de consuetud. concl. 2. num. 15.* Mantica *de tacit. ambig. conu. lib. 14. tit. 39. nu. 25.* Cautè tamen limitat hoc Abbas nisi contractus fieret in scriptis, iuxta notata à Doctoribus *in l. contractus, C. de fid. instrum.* per textum ibi. Qua in re videndi sunt Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 148.* Mantica *de tac. & amb. conu. lib. 1. tit. 10.* Tuscus *litera C. concl. 990. & 991.* apud nos, *l. 6. tit. 5. par. 5.* & ibi Greg. *gloss. 1.* Ant. Gom. *tom. 2. var. c. 2. num. 17.* Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. 3.* Castillo *lib. 3. quotid. controu. c. 26.* Ex quibus colliges, scripturam quandoque adhiberi in contractibus dumtaxat ad probationem conuentionis partium, quandoque ad essentiam, perfectionem, & complementum contractus. Primo casu dicimus, locum scripturæ non producere forum, neque esse in consideratione; secundò verò casu, ibi contrahere censendi sunt, qui contrahunt, vbi instrumentum, & scriptura contractus fit, quia scriptura est de essentia, complemento, & perfectione contractus, atque ex consequenti vbi fit scriptura contractus fit, idq; est contrahere in scriptis; locus ergò contractus, qui forum producit est locus, vbi fit scriptura: notat Barbosa vbi supra *nu. 186.*

182 Verum adijciamus examen eius difficultatis, quod ad hunc locum planè pertinet: an possit quis conueniri in loco domicilij, in quo habitabat, cum contraxit, qui post contractum in alium locum transtulit domicilium, an conueniri potius debeat apud Iudicem loci noui domicilij.

283 Et conueniri posse istum indistinctè in foro prioris domicilij, probare videtur textus expressus *in l. 2. C. de iurisd. omn. iud.* vbi docuit Bart. *n. 1.* Baldus *n. 2.* Speculat. *lib. 2. tit. de comp. Iud. adit. §. 1. n. 33.* idem Bart. *singul. 150.* Marcellus Calà *de modo articulandi, in princ. n. 66. seù in §. 1. gl. 1. n. 66.*

284 Ad explicationem tamen illius legis, & eorum, quæ circa eam notant Doctores distinguendi sunt duo casus. Primus, quando quis contraxit extra locum domicilij, & postea mutauit domicilium, quod habebat tempore cõtractus. Secundus, quando quis contraxit in ipso loco domicilij, & post mutauit domicilium.

285 Primo casu dicendum est, mutato domicilio, non posse quem conueniri in loco prioris domicilij, de contractibus ante mutationem gestis extra ipsum. Ita sentit Glossa *in d. cap. Romana, §. contrahentes, in positione casus circa medium, de for. compet. in 7.* Panormitanus *in cap. proposuisti, num. 8.* Felin. ibi *num. 2. de for. compet.* Marianus *in cap. licet ratione, vltimo, num. 56. eod. tit.* Salicetus *in d. l. 2. num. 3. & 4. C. de iurisd. omn. iud.* Paul. Castrens. ibi, *num. 7.* Alexand. *in l. cum quadam puella, 19. in princip. num. 2. ff. de iurisdict. omn. iud.* Decius ibi, *num. 4.* Ias. *nu. 5.* Cagnolus *num. 22.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, numer. 8. & seqq. ff. de iudicijs,* Gregorius Lopez *in leg. 32. tit. 2. par. 3. gloss. 10. vers. tertio limita.* Quod apertè probatur ex textu *in d. cap proposuisti, & in d. l. cum quadam,* in quibus, vt Iudex veteris domicilij possit prosequi iudicium contra reos domicilium mutantes, ponderatur præuentio, & in ea fit fundamentum decisionis: quæ si necessaria non fuisset, frustrà expenderetur, vt præcipuum eorum textuum

tuum fundamentum. Ex quibus à contrario sensu colligitur, vbi non præcessisset præuentio, non posse Iudicem domicilij procedere contra reos, qui domicilium mutauerant.

286 Secundo, quoniam mutato domicilio priori, & eo finito extinguuntur omnes eius effectus, vt notat Panormitanus *in c.significauit, num.5. de Parochijs*, cum cessante causa cesset effectus, *l.adigere, §.quamuis, ff.de iurepatron. cap.cum cessante, de appellat.* Ergo non potest reus in loco prioris domicilij deinceps conueniri, cum is sit præcipuus effectus domicilij, vt ratione illius, quis sortiatur forum, *d.l.hæres absens, §.vltimo, cap.vltimo, de for.competent.* vbi notat Marian. Socin. *num.43.& 45.* Cagnolus *in l.cum quædam, 19. in princip.num.22.ff.de iurisdict.omn. Iudic.* & dixi supra n.3. cum sequentib. Atq; ideo à Bartoli, & aliorum sententia recedunt prædicti Doctores, quatenus hoc casu credit, posse reum conueniri apud Iudicem veteris domicilij.

287 Secundo casu dicendum est, eum, qui contrahit in loco domicilij, duplici ratione sortiri forum, tùm ratione domicilij, tùm ratione contractus; ratione quidem domicilij reuocabiliter, nam domicilium mutari potest, *l.non vtique, 4. l. domicilium, 20. l.filij libertorum, 22.§. municipes, ff. ad municip. d.l.nihil, 31. ff.eodem*, & commutato expirat subiectio Iudicis deserti domicilij; vt priore casu dictum est; ratione autem contractus, irreuocabiliter forum acquiritur, quia cum contractus nequeat non esse gestus, quippè cùm facta infecta fieri non possint, *l.in bello, 12.§ facta, ff.de captiu.& postlim. reuers.* ratione contractus poterit iste conueniri apud Iudicem domicilij antiqui: cum ijs tamen conditionibus, quæ in foro contractus requiruntur; videlicèt si ibi inueniatur, vt rectè adnotauit Angelus *in l.hæres absens, §.1.num.13.ff.de iudicijs*, præter eos, quos retuli num. 285. antecedenti, qui ita interpretantur, *d.l.2.C.de iurisdict.omn.iud.* vt loquatur, & intelligenda sit de hoc secundo casu. Pro cuius plena expositione animaduerto, verbum, *tantum*, in eo textu additum esse ad excludendum forum actoris iuxta quæstionem ibi propositam, & decisam, non ad excludendos foros rei, aut aliquem ex ipsis, quod ibidem notauit Glossa *scholio vltimo*. Iuxta quam expositionem, & sententiam ego in occurrenti casu practicaui hanc doctrinam, fugens officio Iudicis ordinarij in patria mea, ciuitati Baccensi: cum enim essent coram me præsentatæ quædam literæ requisitoriæ, quibus extraneus Iudex petebat, vt caperem quendam reum, & eum ad illum remitterem, virtute contractus facti in illius territorio, in cuius instrumento non aderat clausula submissionis, qui reus cum contraxit, habuerat in illo territorio domicilium, quod tempore iudicij transtulerat ad ciuitatem Baccensem; vbi aderat pronunciaui non esse locum exequutioni requisitoriarum: quòd si actor vellet apud me agere cum reo, qui ratione domicilij præsentis erat meus subditus, prestò esse, vt iustitiam ipsi administrarem. Hactenus de foro contractus, fusè quidem, sed non inutiliter Madriti die 22. Iunij 1624.

SVMMA QVÆSTIONIS Quintæ.

288 *HÆres conuentus, vt hæres in eodem loco, & foro conueniri debet, in quo defunctus.*

Hæres & defunctus censentur eadem persona.

289 *Vbi defunctus absens potuit conueniri, ibi & hæres, & vbi defunctus non nisi præsens, hæres non nisi præsens conuenitur.*

290 *Qui senserint, non posse conueniri hæredem in foro defuncti, nisi præsentem, & quibus argumentis, & n.291.*

292 *Expenditur repugnantia textus in l. hæres absens, in princ. ff.de iudic.*

293 *Sententia Alberici de hac re.*

294 *Sententia Angeli, & Pauli.*

295 *Vera interpretatio textus, & compositio repugnantiæ apparentis.*

296 *Interpretatio textus in l. si is qui Romæ, ff.de iudicijs, & de translatione instantiæ in successorem remissiuè.*

297 *Ad translationem instantiæ non est necessaria litis contestatio, sed sat est citatio.*

298 *Hæres conueniendus est in foro defuncti, etiam priuilegiatus.*

299 *Hæres priuilegiatus priuilegio clauso in corpore iuris, non conuenitur in foro defuncti de iure communi, secus de iure Regni Neapolitani.*

300 *Clausula generali,* non obstante quocunque priuilegio, *non derogatur priuilegijs clausis in corpore iuris, sed hæc conclusio non colligitur ex dict.l.hæres absens, contra communem Doctorum.*

301 *Clericus hæres laici conuenitur apud Ecclesiasticum, non apud sæcularem.*

302 *Adita hæreditate, patrimonium defuncti censetur patrimonium Clerici adeuntis, & gaudet priuilegijs competentibus patrimonio Clerici.*

303 *Qui fuerint in contraria sententia.*

104 *Prior tamen sententia tutior est, & communior, & interpretatio tex.in d.l.hæres absens, in princ.ff.de iudicijs, ex multorum sententia.*

305 *Prædicta interpretatio impugnatur. Aduerbium, vbi, non solùm significat locum, sed etiam Tribunal, & denotat identitatem loci, Tribunalis, & Iudicis.*

306 *Vera interpretatio tex.in d.l.hæres absens.*

307 *Clericus hæres laici, apud Ecclesiasticum loci domicilij defuncti debet conueniri necessariò, non in sui domicilio.*

308 *L.57.tit.6.p.1. quomodo accipienda.*

309 *Iudicio cœpto cum defuncto laico apud sæcularem, Clericus hæres laici cogendus erit litem prosequi coram sæculari, & duæ notabiles limitationes remissiuè.*

310 *Instantia inchoata cum defuncto transit in hæredem.*

311 *Hæres, etiam Clericus, succedit in vniuersa iura defuncti, actiua, & passiua, & obligatur contractibus eius, & quasi contractibus.*

312 *In contraria sententia quinam fuerint, & eorum fundamenta, & n.313.& 314.*

315 *Prior sententia est magis communis, & approbata.*

Multum interest, an conueniatur Clericus ante litem motam, an lite cœpta.

316 *Vera ratio decidendi ad textum in l.si constante, §.fin.ff. soluto matrimonio, non est, quod fiscus habeat proprios Iudices, sed quod fiscus succedens per publicationem, succedit bonis, non personæ.*

317 *Expenditur aduersus hanc rationem text. in l. tàm ex contractibus, ff.de iud.*

318 *Explicatur prædictus textus.*

Pater videtur intercedere pro filio, quatenus est in peculio, & ob id in patrem instantia transfertur, & potest aduersus eum exequutioni mandari sine nouis actis, & processu.

Regula est, vt aduersus fideiussorem iudicij sententia sine nouo processu exequutioni mandetur.

Item

Item instantiam, & adaelli nocere, quibus nocet sententia.

319 *Laicus hæres Clerici defuncti, pro debitis defuncti, vbi debeat conueniri, & distinguitur an lis fuerit capta cum defuncto, an non.*

320 *An, & quando priuilegiatus succedens non priuilegiato, vtatur priuilegio suo circa obligationem ab antecessore contractam resoluitur sub eleganti distinctione, & n. 321.*

322 *Hæreditas iacens, & non addita sortitur idem forum, quod defunctus, hæreditas laici iacens, etiam si hæres sit Clericus, conuenitur apud laicum; & Clerici iacens, etiam si hæres sit laicus, conuenitur apud Clericum.*

Laudatur Doctor Gabriel Henriquez in Salmanticensi Academia primarius Professor, Authoris præceptor.

323 *Cùm conuenitur hæreditas iacens, an adeundus sit Iudex domicilij defuncti, vel loci, vbi est hæreditas.*

324 *Hæreditas iacens Clerici, gaudet priuilegijs, quibus gaudebant bona viuo Clerico, non solùm quòad forum, sed quòad exemptionem à gabellis.*

325 *Qui senserint contrarium.*

Priuilegium personale extinguitur cum persona, & hæreditati communicari non potest.

326 *Magis representat defunctum hæreditas iacens, quam hæres & hæreditati iacenti communicatur multa iure personalissima defuncti, quæ ad hæredem non transeunt.*

Hæreditas personæ defuncti vicem sustinet, in omnibus, in quibus non requiritur factum, neque opera, neque substantia personæ.

Hæreditas iacens representat defunctum quòad ætatem.

Iura loquentia de casu vero, extenduntur ad casum fictum, in quo viget eadem ratio.

327 *Priuilegia personalia defuncti fori, & immunitatis, durant apud hæreditatem iacentem.*

328 *Vbi veritas, & fictio concurrunt circa idem subiectum, & eundem finem, veritas præualet fictioni.*

Hæreditas non addita representat defunctum, & non hæredem.

Addita representet hæredem, & non defunctum.

329 *Quæ ad hæreditatem pertinent, an sint expedienda in foro defuncti.*

330 *Quid de insinuatione, & publicatione testamenti quidam dixerint, & 331.*

332 *Testamenti publicatio, & insinuatio semper est facienda coram iudice sæculari, & non coram Ecclesiastico.*

333 *Causa exequutionis testamenti est mixti fori.*

334 *Exequutio vltimarum voluntatum quòad legata pia est mixti fori: Exequutio autem quòad profana pertinet ad Iudicem sæcularem.*

335 *Hæres laicus pro legatis profanis soluendis conueniendus est apud sæcularem, non apud Ecclesiasticum.*

336 *Explicatur l. 7. tit. 10. p. 6.*

Officium exequutoris testamenti est ministerij, non iurisdictionis, & quatenus pertineat ad Episcopos.

337 *Inuentarium bonorum Clerici defuncti faciendum est apud Iudicem sæcularem.*

338 *Bona hæreditatis Clerici addita per laicum, censenda sunt laici, & amittunt fori priuilegium.*

339 *Aperitur in hoc articulo duplex difficultas.*

340 *Inuentarium hæreditatis Clerici iacentis, non addita à laico, confici debere coram Ecclesiastico, qui senserint.*

341 *Contrariam sententiam qui tenuerint, & qua ratione.*

342 *Resolutio prædictæ difficultatis, & censura, & fundamenta postremæ sententiæ.*

Apud tabelliones in Regnis Hispaniarum securiùs, & fideliùs, custodiuntur instrumenta, quam apud Notarios Ecclesiasticos, & eorum successores.

Instrumentorum seruandorum magna sollicitudo apud antiquos.

343 *Hæreditatis iacentis laici, relinquentis hæredem Clericum, vel pium locum, inuentarium conficitur apud sæcularem Iudicem.*

344 *Consuetudo Hispaniæ in conseruandis bonis Prælatorum defunctorum.*

345 *Hæreditatis aditæ per Clericum, vel pium locum, inuentarium conficiendum interuentu Ecclesiastici, qui senserint.*

346 *Contrariam sententiam, inuentarium eo casu conficiendum coram sæculari, qui amplectantur.*

347 *Consuetudo multum valet in hac re.*

348 *Forus defuncti non transit in particularem successorem, & limitatur.*

349 *Successor singularis ex titulo inualido priuilegiatus, an subijciatur eidem foro, cui subijciebatur antecessor, & proponitur frequens quæstio.*

350 *Clericus possidens hypothecas census obtentas à laico, conueniendus est coram sæculari pro exactione pensionum decursarum.*

451 *Verius est conueniendum esse coram Ecclesiastico.*

Ex titulo inualido transfertur possessio.

Citari debet possessor hypothecarum.

Sæcularis non potest citare Ecclesiasticum.

352 *Satisfit argumentis contrariæ sententiæ.*

353 *Cùm hæres cõuenitur actionibus initium sumentibus à persona ipsius hæredis, ex quasi contractu aditionis, non conuenitur in foro defuncti, sed vbi fuerit maior pars hæreditatis apud competentem, scilicet hæres laicus apud laicum, Ecclesiasticus apud Ecclesiasticum.*

354 *Si legatarius conueniat hæredem, vt caueat pro legato, potest id facere apud Iudicem loci, vbi est hæreditas, vel maior eius pars.*

355 *Hæres adeundo hæreditatem videtur quasi contrahere cum legatarijs in loco, quo eam adiuit: tacitè tamen solutionem destinare in locum, vbi fuerit maior eius pars.*

Testator in dubio præsumitur in minimo velle grauare hæredem.

356 *Exceptio ex l. si fideicommissum, ff. de iudicijs, in fauorem hæredis conuenti in loco vbi hæreditas est addita, est incompetentia, quæ opponi potest, & exequutioni legati, & petitioni.*

357 *Hæres pro legatis conueniendus est, in loco vbi fuerit maior pars hæreditatis, si fuerit præsens, non si sit absens.*

358 *Hæres pro re legata in specie potest conueniri, in loco, in quo est ipsa res, si ibidem inueniatur, etiam si in diuerso loco inueniatur maior pars hæreditatis.*

359 *An in loco, vbi est res legata, pro ipsa possit agi actione personali, vel solùm reali, grauis controuersia, & qui negauerint.*

160 *Verius est, posse etiam agi actione personali ex testamento.*

361 *Explicatur textus in dicta l. sed & si susceperit, §. si ea res, ff. de iudicijs, & reijcitur sententia Fulgosij, & Petri Barbosæ.*

362 *In loco vbi existit res legata, agitur pro satisdatione, & cautione præstanda. Officium Iudicis magis simile est actioni personali, quàm reali.*

363 *Hæres per hæreditatis aditionem videtur se obligare, vt soluat legata in loco, in quo res legata existit.*

364 *Hæres pro legatis legitime conuenitur actione reali, & personali in loco, in quo testator tacite, vel expresè vult ea solui.*

365 *Legata peti possunt in domicilio hæredis, vel vbi fuerit maior pars hæreditatis, vel vbi fuerit res legata, de iure Castellæ.*

366 *Conciliatio Pauli Castren. duarum præcedentium contrariarum sententiarum.*

Voluntatem excludit ignorantia. Nihil volitum, quin præcognitum.

367 *Ab affirmatione vnius ad negationem alterius non inducitur legitimè argumentum, nisi inter contraria.*

368 *Cùm in foro rei sitæ sortitur reus forum, non solum ratione rei sitæ, sed destinationis solutionis, potest ibidem conueniri actione reali, & personali.*

369 *Seclusa voluntate testatoris, in foro rei sitæ agitur solùm actione reali, non personali.*

370 *Cùm hæres promisit soluere legata in certo loco, potest ibi pro eorum solutione conueniri.*

371 *Hæres potest conueniri pro legatis, vbicunque voluerit testator ea solui, etiam si ibidem non sit maior pars hæreditatis.*

372 *Si in aliquo loco hæres capit soluere legatum, omittens dilatoriam exceptionem, ibidem cogetur integrè legatarijs satisfacere.*

373 *Proponitur circa hanc rem duplex difficultas.*

374 *Hæres legitimè potest conueniri in loco, in quo soluere cœpit vnum legatum, pro reliqua parte eiusdem legati, & quæ sit huius conclusionis ratio.*

Laudatur insignis Vir, Illustrissimus Dominus Cardinalis D. Gabriel de Trejo, Episcopus Malacensis, Supremi Hispaniarum Senatus Præses, Authoris præceptor.

375 *Opponitur prædictæ resolutioni text. in l. vltima, C. ne vxor pro marito, & duobus modis dissoluitur eius difficultas, & num. 376.*

377 *Renunciatio exceptionis fori declinatoriæ est indiuidua.*

378 *Obligatio ex solutione partis ad solutionem totius est grauis momenti, leuis verò, alligari foro, cui quis alligatus non erat.*

Minori omittenti proponere exceptionem fori declinatoriam non est concedenda in integrum restitutio.

379 *Ex solutione vnius legati in aliquo loco facta ab hærede non censetur renunciatum exceptioni declinatoriæ quòad cætera legata.*

380 *Hæres scienter soluens vnum legatum est testamento inutili, non manet obligatus ad soluenda alia legata inutilia.*

381 *Consensus debet regulari iuxta actum, ex quo deducitur, & actus limitatus producit consensum limitatum.*

382 *Hæredem soluentem vnum legatum in loco incompetenti, posse conueniri pro alijs ibidem, qui crediderint.*

383 *Expenditur distinctio Pauli Castr. in hac re.*

384 *Explicatur textus in d. l. si fideicommissum, §. fin. ff. de iudicijs.*

385 *Verisimilem esse Pauli opinionem, sed quid contra eam obijci possit.*

386 *Forus loci, in quo fuerit maior pars hæreditatis, est necessarius ex parte hæredes, voluntarius ex parte actoris.*

Cùm reus sortitus multos foros, electio fori ad actorem pertinet.

387 *Vbi legatum solui debeat remissiuè.*

488 *Terminus iuris deliberandi petendus est de iure Castellæ à Iudice loci, vbi est maior pars hæreditatis.*

389 *Cùm ratio constituendi forum in defuncto fuit personalis, non est conueniendus hæres, vbi debuit conueniri defunctus.*

390 *Hæres ex cõtractu à defuncto iurato nõ potest coram Ecclesiastico conueniri, neq; ex eius contrauentione censetur periurus.*

Cætera inuenies post n. 390.

QVÆSTIO QVINTA.

De foro hæredis, & successoris.

SIT regula generalis, & conclusio. Hæres, cum conuenitur tanquam hæres in eodem loco, & foro conueniri debet, in quo defunctus debuit conueniri. Hanc regulam probat textus *in d. l. hæres absens, in principio, ff. de iudicijs*, cum qua conuenit, *l. 32. tit. 2. par. 3. vers. è la fiesta*, tradunt Doctores *in d. l. hæres absens, in princip.* vbi Bart. Alberic. Bald. Angel. Fulgos. Roman. Sapia *num. 1.* Barbosa *num. 1.* idem Roman. *cons. 300. num. 2.* Anchar. *cons. 244. num. 2.* Franc. de Ponte *cons. 18. num. 9. volum. 1.* Card. Tusc. *lit. H. concl. 48. & concl. 49. num. 10.* Ratio huius conclusionis est, quia hæres, & defunctus censentur esse eadem persona, *Auth. de iureiur. à morient. præstit. post princip. collat. 5. l. hæredem, 59.* vbi Decius, & Cagnol. vterq; *num. 1. ff. de reg. iur.* Surd. *cons. 222. num. 12. lib. 2. l. 13. in fin. tit. 9. p. 7.* in quam rem nonnulla congessit Nouarius *in prax. elect. & variat. fori*, post hæc scripta visus *q. 20. num. 2. & 3. cum seq.* Quare ex persona hæredis nullam mutationem recipit obligatio defuncti quòad forũ, aut vllam aliam conditionem *l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligat. l. in exequutione, 85. §. pro parte*, vbi notat Paulus *ff. eod. tit.* Surd. *dict. cons. 222. n. 14. lib. 2.* Eam rationem reddunt Ancharanus, & Sapia, vbi supra, Cardin. Tusc. *d. concl. 49. num. 10.* Barbosa *vbi supra num. 10.*

289 Amplia primò, & declara regulam istam, vt vbi defunctus absens potuit conueniri, possit etiam conueniri hæres absens, & vbi præsentia fuisset necessaria ad conueniendum defunctum, necessaria sit præsentia hæredis, vt tanquam hæres possit conueniri. Quapropter quia defunctus in loco sui domicilij potuit etiam absens conueniri, iuxta dicta supra quæstion. 1. num. 13. in eodem loco hæres tametsi absit poterit conueniri: in cæteris autem foris videlicet originis, rei sitæ, aut contractus, quoniam præsentia defuncti fuisset necessaria ad facultatem conueniendi, ex dictis supra dicto num. 13. & num. 149. & 218. etiam est necessaria præsentia hæredis, vt conueniri possit. Quam ampliationem, & declarationem conuincit prædicta ratio, & eam docet Bart. *in l. si fideicommissum, 50. in princ. ff. de iudicijs*, Baldus *in repetit. l. 2. num. 86. ff. de iureiur.* vbi ait, forum reale, quod defunctus contrahit ratione rei, seù domicilij, bene transire in hæredem, vt respondeat in eodem foro; & Fulgosius *in d. l. hæres absens, §. 1. num. 1.* & Barbosa cum alijs, quos refert vbi supra, *num. 9. 12. 13. 20. & 26.* estq; de mente Glossæ *in eadem l. hæres absens, in princ. schol. 2. & 3.* cui fauet Paulus ibi *num. 2.*

290 Sed contrariam sententiam huic ampliationi, quinimo hæredem non posse conueniri in foro defuncti, nisi ibidem inueniatur, & sic necessariam esse præsentiam hæredis in foro defuncti ad facultatem conueniendi eũ, amplectuntur Angelus *in d. l. hæres absens, in princ. num. 1.* Paulus *num. 2.* Sebastianus Sapia *ante num. 1.* Romanus *d. cons. 300. num. 2.* Mandellus Albensis *cons. 208. numer. 1.* Tuscus *lit. H. concl. 48. num. 3.* Ant. Massa Gallesius *ad 2. part. formul. cameral. obligat. quæst. 2. num. 5. aliàs q. 8.* & alij, quos refert Barbosa, vbi supra, *nu. 6.* Quam probant primo ex textu *in d. l. hæres absens, in princip.* vbi videtur requiri præsentia hæredis, vt in foro defuncti possit conueniri,

niri, dicente Iurisconsulto, *& conueniendus si ibi inueniatur*, scilicet hæres.

291 Secundò, ex textu *in l. si is qui Romæ, 34. ff. de iudicijs*, vbi ad hoc, vt hæres Romæ conueniri possit, & ibi defendi debeat, requiri videtur, vt defunctus Romæ iudicium susceperit, acceptoque iudicio decesserit. Ex quo colligi videtur, aliud esse dicendum, si ante acceptum iudicium decessisset, eoq; casu hæredem Romæ defendi non oportere, si absit alibiq; domicilium habeat.

292 Nihilominus non est recedendum à prædicta prima ampliatione, & declaratione, vt planè probat adducta ratio ex textu *in d. Authen. de iureiurand. amortem præst. post principium*. Neque obstat textus *in d. l. hæres absens, in principio*, qui primo quidem aspectu ex eo videtur difficilis, quod initium illius primi versiculi contineat repugnantia cum fine; nam initium videtur loqui de hærede absente, quem ita demum conueniri posse dicit, si ibi inueniatur, quod inuoluit repugnantiam; si enim abest cum defenditur, quomodo præsens est cum conuenitur?

293 Hanc repugnantiam varijs modis componunt Doctores. Nam primo Albericus ibi, *num. 2.* ait, hæredem dici absentem à loco domicilij defuncti, quia extra eum locum habet suum domicilium; cæterum, vt ibi conueniri possit, requiritur in eo loco eius personalis præsentia. Sed videtur inferre vim literæ, cum absentem vocat eum, qui re vera præsens est, contra textum *in l. absentem, 199. ff. de verb. signif.* quo argumento eam sententiam reprobat Sebastianus Sapia ibi, *ante n. 1.*

294 Secundò, Angelus *eodem loco n. 1.* & Paulus *n. 2.* quorum sententiam sequitur Sapia vbi supra, & communem credit, dicunt hæredem absentem conueniri posse in loco, in quo potuit defunctus, si lis fuerit cum defuncto contestata, iuxta textum *in dict. l. si is qui Roma*: de quo casu loquitur initium textus *in d. l. hæres absens*: secus erit si iudicium cum defuncto cæptum non fuerit, nam tunc requiretur præsentia hæredis, vt hæres eo loco conueniri possit; de quo casu loquitur finis illius primi versiculi. Sed non minorem vim infert ista sententia prædicto textui, dum in eodem verborum contextu supplet verba aliena à mente Iurisconsulti, quod non caret vitio diuinationis.

295 Melius igitur respondendum est, nullam in eo textu contineri repugnantiam, sed Iurisconsultum comparasse hæredem absentem cum defuncto absente, & hæredem præsentem cum defuncto præsente. In priori quidem parte illius versiculi loquutum esse de vtroque absente, dum ait, hæredem absentem ibi defendendum, vbi defunctus debuit, scilicet defendi absens: nam verbum, *defendere*, refertur ad eos, qui absunt à loco iudicij, *l. de qua re, 74. §. final. ff. de iudicijs, l. solutionem, 23. ff. de solution.* notat Fulgosius *in dicta l. hæres absens, §. 1. num. 1.* significat Caluinus in Lexico exponens verbum, *defendere*: In posteriore autem parte illius versiculi, vbi ait, conueniendum hæredem si ibi inueniatur, agit de hærede præsente, ad quem refertur verbum, *conuenire*, & supplenda sunt verba, *vbi defunctus debuit, aut potuit præsens conueniri*, comparat enim ibi hæredem præsentem cum defuncto præsente, quasi planius diceret hæres absens ibi est defendendus, vbi defendi debuit defunctus absens, & hæres præsens ibi est conueniendus, vbi conueniri debuit defunctus præsens. Quæ expositio confirmat egregie prædictam ampliationem, & expeditum reddit sensum textus, qui est de mente Glossæ ibi *scholio 2. & 3.* & Fulgosij vbi supra, & eum probat Barbosa *ibidem ex numero 12.* cum alijs, quos refert.

296 Neque item obstat textus *in d. l. si is qui Romæ, 34. ff. de iudic.* nam in primis respondetur, in eo textu non declarari, an defunctus Romæ domicilium habuerit, atque exinde potuerit ibi absens conueniri, cum tamen videatur præsupponi ad facultatem conueniendi hæredem ibidem, præsentiam eius fuisse necessariam, nisi iudicium à defuncto fuisset susceptum: nam fortassis eo casu Romæ non potuit inchoari iudicium cum defuncto, nisi ibidem fuisset inuentus, ac per consequens inter hæredem, & defunctum nihil interest, cum par fuerit vtriusque conditio, neque in eo textu vllum inter eos discrimen, aut introducatur, aut significetur. Secundo respondetur, iuxta communem interpretationem in eo textu agi de diuerso quodam effectu orto ex litis contestatione, videlicet de translatione instantiæ litis cæptæ cum defuncto, ad quam requiritur iudicium esse susceptum à defuncto, ne sit necessariũ cũ hærede nouam litẽ inchoare: nam ad hoc, vt hæres possit conueniri vbi defunctus potuit, non erat necessarium litem esse inchoatam cum defuncto, vt modo diximus, & expreſsè tradit Romanus *dicto cons. 300. num. 2.* ex quo fit, vt Bartolus *in d. l. si quis Romæ*, summarium ita formauerit, *in successorem transit instantia, quæ debet terminari in eodem loco*, Bartoli sententiam sequuti sunt ibi Baldus, Angel. *num. 1. & 2.* Fulgos. *num. 1.* & est de mente Pauli ibidem, adhæsit Barbosa vbi supra, *num. 22. & sequentib.* Maranta *in praxi, 5. part. num. 12.* Gail. *obseruat. practic. lib. 1. obseru. 37. num. 9.* & de translatione instantiæ in successorem, quibusq; casibus contingat, vide Doctores Canonistas *in cap. quæ-V. 11. de iudicijs*, vbi Panormit. *nu. 11. prope medium*, Felin. *ex n. 2.* Decius *ex n. 14.* Maranta vbi supra, Imola *in l. si eum hominem, 24. ff. de fideiussor.* Molina *de primogen. lib. 4. c. 8. num. 6.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 53. ex nu. 18.* Galluppus *in prax. Sac. Reg. Consil. Neapol. par. 2. cap. 16. ex n. 9.* Barbosa *in l. si constante, §. fin. ex n. 15. ff. solut. matr.* Guido Papæ *singul. 631. an instantia.*

297 Qua in re adnotare oportet, etiãsi *in d. l. si is qui Romæ*, requiri videatur ad prædictum effectum translationis instantiæ, litem fuisse contestatam cum defuncto, verius tamen esse, satis esse ad eam instantiæ translationem, quod defunctus citatus fuerit ad causam ante mortem. Quod comprobare videntur simplicia verba, & generalis conclusio textus *in l. si petitur, 31. ff. de iudicijs*, & melior textus *in l. si defunctus, 15. in princip. ff. de Procurat.* docet Bald. *in l. 1. num. 2. C. si pend. appellat. mors interuen.* Iaf. *in l. cum quædam, 19. in principio, num. 8. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Barbosa *in l. si constante, 25. §. fin. num. 218. circa fin. & num. 28. circa med. ff. solut. matrim.* Couarru. *in pract. cap. 8. num. 3. in fin.* Molina *de primogen. lib. 4. cap. 8. num. 6.* Quam resolutionem tametsi idem Molina significet procedere vniuersim, & sine limitatione quòad translationem instantiæ in quemlibet successorem, siuè vniuersalem, siue singularem; Tamen Couarruuias credit limitandam esse ad successorem vniuersalem, qualis est hæres, in quem instantia transfertur ex sola defuncti citatione; in cæteros vero singulares, aut vniuersales, qui non sint hæredes non transferri, nisi lis cum defuncto fuerit contestata. Quæ fuerat sententia Angeli *in l. tàm ex contractibus, 57. nu. 2. & 4. ff. de iudicijs*, Pauli ibi, *num. 3.* quem sequitur Barbosa *in d. l. hæres absens, in principio, n. 25. 143. & 144.*

298 Amplia secundò prædictam principalem regulam, & conclusionem, vt hæres sit conueniendus in foro defuncti, etiam si sit priuilegiatus, qui suo proprio priuilegio non

non poteſt excuſari, quominus in foro defuncti iudicium ſubeat. Ita probat textus *in d.l. hares abſens, in fine principij, ibi, nulloque ſuo proprio priuilegio excuſatur*, vbi tradunt Gloſſa in verbo *excuſatur* Bartol. *ante, & poſt num.* 1. Albericus *nu.* 1. Baldus *in* 1. *lectur.* Angelus *nu.* 1. Folgoſius *nu.* 1. Paulus *nu.* 3. Romanus *nu.* 1. Barboſa *nu.* 89 *& ſeqq.* Franchis *deciſ.* 234. *nu.* 2.

299 Limita tamen iſtam ampliationem, vt procedat in hærede priuilegiato priuilegio proprio, & ſpeciali indulto ſibi à Principe: illo enim priuilegio non obſtante poterit iſte hęres conueniri in foro defuncti: ſecus erit, ſi priuilegium ſit clauſum in corpore iuris, & commune; hoc enim priuilegium fori obſtabit, quominus hæres priuilegiatus in foro defuncti conueniri poſſit: qualia ſunt priuilegia Clerici, militis, pupilli, & viduæ. Ita docent Gloſſa, & Doctores omnes relati numero præcedenti, & indicat textus ipſe, dum loquitur de priuilegio hæredi proprio; ſequitur Ponte *conſil.* 18. *num.* 10. Couarru. *in practic. cap.* 8. *num.* 4. *verſ. tertia concluſio*, Franchis *d. deciſ.* 234. *num.* 2. *& deciſ.* 363. *num.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 182. *num.* 27. Giurba *deciſ.* 82. *nu.* 9. & loquētes de priuilegio viduæ & pupilli, *ex l. vnica, C. quando imperator inter pupillos, vel viduas*, Folgoſius *in d. l. hęres abſens, in princip. num.* 1. Paulus *num.* 3. Baldus *in authent. quas actiones, num.* 13. *C. de Epiſc. & cleric.* Quæ tamen limitatio ſublimitanda eſt, vt non procedat de iure Regni Neapolitani in quo hæres conuentus ex contractu defuncti, nō poteſt declinare forum etiā ſi ſit priuilegiatus priuilegio inſerto in corpore iuris, vt eſt illud ſigillatim, quo gaudent pupillus, & vidua, *ex d. l. vnica, C. quando imper. inter pupil. vel vidu.* vt ſtatuitur *in ritu* 234. vbi notat Carauita *ex num.* 1. & Vincentius de Franchis *d. deciſ.* 234. *num.* 3. *& deciſ.* 364. *ex num.* 3. *&* 4. tametſi contra ſentiat, ſic deciſum referens Bartolomeus de Capua *in conſtitut. ſtatuimus, in princip. de offic. Magiſtri iuſtitiarij?* loquitur tamen contra textum ritus, dicam infra nu. 622.

300 Ex qua limitatione relata ad textum *in d. l. hares, abſens, in fine principij*, inferunt prædicti Doctores communiter, clauſulam generalem, *non obſtante quocunque priuilegio*, non obeſſe, aut derogare priuilegijs in corpore iuris clauſis; neque ad ea referri, ſed dumtaxat ad priuilegia propria, & priuata extra corpus iuris vagātia: notauit Gloſſa *in authent. qua in prouincia, verb. illic omni priuilegio C. vbi de crimin. agi oport.* & ibi Bartol. *num.* 2. Bald. *num.* 7. Salicet. *num.* 4. Paul. *num.* 5. idem Bartol. *in l.* 2. *§. legatis, num.* 5. *ff. de iudicijs*, idem Paulus *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de legibus*, Ludouicus Romanus *in l. ſi vero,* 65. *§. de viro, num.* 45. *ff. ſolut. matrimon. & conſ.* 498. *num.* 15. Fulgoſius *conſ.* 105. *num.* 2. *circa finem* Felinus *in cap. nonnulli,* 28. *num.* 26. *de reſcrip.* Ripa *in cap.* 1. *num* 55. *poſt medium, eod. tit.* Iaſ. *in l.* 1. *num.* 16. *ff. de conſtitut. Princip.* Decius *conſ.* 165. *nu.* 4. Hippolyt. de Marſil. *ſingul.* 558. *clauſula generalis*, Menoch. *de præſumptionib. lib.* 6. *præſump.* 40. *nu.* 13. Neque verò mirum, id eſt cum facilius tollantur, quæ iure ſpeciali ſunt inducta quàm quæ iure communi, *l. eius militis, §. militia miſſus, ff. de milit. teſtament.* Ant. Gabr. *lib.* 5. *communium tit. de regul. iur. concluſ.* 9. *nu.* 6. *cum ſeqq.* Mulin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 25. *in fin.* Cæterum tametſi huius illationis doctrina vera ſit, ea non colligitur ex textu *in d. l. hares abſens, in princip.* in quo nulla inuenitur clauſula generalis, quæ ad omnia priuilegia referri poſſit: tantum enim agit de priuilegijs hęredi proprijs, quibus non obſtantibus in foro defuncti conueniri poſſe, definit.

301 Secundò infertur, Clericum hęredem laici, cum conuenitur actionibus hæreditarijs à defuncto transfuſis ex contractibus, aut iuribus à defuncto originem habentibus, conueniendum eſſe nihilominus apud Iudicem Eccleſiaſticū non apud ſæcularem, vbi defunctus erat cōueniendus. Quoniam priuilegium fori, quo Clericus gaudet, non eſt proprium & perſonale, ſed commune; & inſertum in corpore iuris, ac per conſequens obſtat, ne Clericus hæres apud ſæculare tribunal defuncto competens conueniri poſſit. Hanc doctrinam tradunt Gloſſa in verbo, *ſæcularem, in cap. Clericum nullus,* 11. *q.* 1. vbi Archidiacon. & Geminian. vterque *num.* 3. Bartol. *in d. l. hæres abſens, in princip. num.* 1. Alberic. *num.* 4. Bald. *in* 1. *lectur. num.* 1. Angel. *num.* 1. Fulgoſ. *num.* 1. poſt Cinum, quem refert, Paulus *num.* 3. *&* 4. Iaſ. *in auth. quas actiones, num.* 39. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* poſt Cinum, Baldum, & Fulgoſ. ibidem, Romanus *in l. ſi conſtante,* 25. *§. fin. num.* 14. *ff. ſol. matrim.* Panormitan. *in cap. qui a, V.* 11. *nu.* 12. *de iudicijs*, Felyn. *ibi, num.* 3. *in fine*, & eius additio, Decius *num.* 36. vbi ait, de hoc non dubitari, Couarr. practic. *cap.* 8. *num.* 4. Gregor. Lopez *in l.* 57. *tit.* 6. *par.* 1. *gloſ.* 5. Salon de Pace *in l.* 3. *Tauri ex num.* 785. vbi ſatis prolixè tractat, & numer. 797. ait, nullum Doctorem expreſsè tenere ſententiam contrariam, Gail *obſeruat. pract. lib.* 1. *obſeruat.* 37. *num.* 10. Farinacius *in praxi crim. quæſt.* 8. *num.* 46. *verſ. amplia,* 17. Scaccia *de iudic. cauſar. ciuil. & crim. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 23. Carolus de Graſſis *de effectibus clericatus,* 1. *effectu, ex num* 178. Carauita *ad Ritum* 234. *num.* 5. Bouadilla *lib.* 2. *politic.* 18. *num.* 166. Parladorius *lib.* 2. *rer. quotid. c. fin.* 2. *par. §.* 1. *num.* 8. *&* 10. Paz *in praxi tom.* 2. *præludio* 2. *num.* 40. Azeuedus *in l.* 15. *num.* 6. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop.* Olanus *in concordia, litera C. num.* 26. *& ſeqq.* Spino *in ſpecul. teſtament. gloſſa* 33. *princip. num.* 92. Surdus *deciſ.* 110. *num.* 8. *&* 9. *& conſil.* 222. *numer.* 2. *cum ſequen. & num.* 16. *lib.* 2. Marta *de iuriſdictione,* 4. *par. cent.* 1. *caſu* 33. *num.* 5. Barboſa *in l. ſi conſtante,* 25. *§. final. num.* 28. *&* 29. *ff. ſoluto matrim.* & in eam tandem inclinat *in dict. l. hæres abſens, in princip. num.* 167. *cum ſequentibus*, Gratian. *tomo* 1. *diſcep. forenſ. c.* 16. *num.* 32. Peregrinus *de fideicommiſ. art.* 53. *num.* 20. faciunt tradita à Caualcano, qui loquitur de fiſco ſucceſſore priuati, *dec.* 8. *n.* 10. *&* 11. 2. *par.*

302 Ratio autem eſt, quoniam poſtquam Clericus hæres hæreditatem adiuit, incipit patrimonium defuncti, & iura ab eo transfuſa cenſeri patrimonium proprium Clerici adeuntis, *§. licet autem, inſt. quibus ex cauſ. manumit. non licet, §.* 1. *inſt. de hæred. qualit. & differ. l. ſed ſi plures,* 10. *§. ſilio, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. paterfamilias,* 12. *ff. de priuil. credit.* notat Gloſſa *in l.* 1. *§. veteres, verbo, per vnum reliquorum, ff. de acquirend. poſſeſſ.* & multis relatis Gutierrez *lib.* 7. *pract. de gabellis, q.* 88. *num.* 7. Pereira *de manu regia,* 1. *par. c.* 16. *num.* 20. atque adeo incipit gaudere priuilegio competenti patrimonio Clerici, quod iuriſdictioni ſæculari non ſubiacet, vt diximus ſuperius num. 153. & dicemus quæſtione ſequenti, num. 393. Nàm quando res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatum, amittit naturam àntiquam, & efficitur priuilegiata, vt probat tex. *in cap. vnico, §. fin. de iure patronatus, in* 6. & tradit Panormitan. *conſil.* 9. *nu.* 2. *par.* 1. & egregiè notat Ancharanus *conſ.* 129. *num.* 6. Iaſon *in Auth. quas actiones, num.* 38. *&* 42. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Marta *de iuriſd.* 4. *par. cent.* 1. *caſu* 11. *num.* 28. *&* 29. *& ſeqq. & cent.* 2. *caſu* 125 *num.* 18. *& ſeq.* quemadmodum è contra, res priuilegiata amittit priuilegium, cum peruenit ad non priuilegiatum, *l. per Procuratorem,* 89. & ibi notat Bart. *nu.* 3. *ff. de acquir. hæred.* Fran-

ciscus de Ponte *consil.* 18.*nu.* 13.*&* 14. Menoch.*cons.* 322. *num.* 17. *& seqq. lib.* 4. & iterum attingemus inferius, num. 319.

303 Contrariam tamen sententiam huius illationis conclusioni, quinimò Clericum hæredem laici conueniendum esse in foro sæculari, non obstante priuilegio fori, tenēt nonnulli, quos suppresso nomine retulit dicta Gl. *in c. clericum nullus*, 11.*q.* 1. quod ita determinatum fuisse Pergami per quosdam antiquos, testatur Albericus *in d. l. hæres absens, num.* 4. sequitur Menchaca *de successio. lib.* 3 § 22.*num.* 70.*cum sequentibus.* Ioannes Lupus *in repet. Rubr. de donat. inter*, §. 39.*num.* 8. Rodericus Suarez *in repet. l. post rem, in declaratione l. Regni extensione* 1.*num.* 4.*ff. de re iud.* Auiles *in c.* 10. *prætorum, verbo, la execucion, num.* 66. Quesada *diuersarum quæst. iuris. c.* 4.*num.* 7. *versic. quò ad patrimonialia verò*, Villalobos *inter communes opiniones litera C. conclusione Clerici nunquam fuerunt de iurisdictione laicorum, pag. mihi* 110.*column.* 2. *in nouiori impressione, sub titul.* 11.*de for. compet. num.* 3.*lib.* 1. Barbosa sibi fere contrarius *in d. l. hæres absens, in princ. ex nu.* 104. *ff de iudicijs.* Fundamentum est textus *in d. l. hæres absens, in princ.* qui loquitur generaliter, & statuit ibi esse conueniendum hæredem, vbi defunctus conueniri debuit, ex ea ratione, quia defunctum repræsentat, & ex persona defuncti conuenitur, quæ ratio extendit se etiam ad Clericum, qui tametsi ex sua persona gaudeat priuilegio fori, non tamen gaudet quatenus repræsentat personam defuncti, discreta enim solent esse iura, quamuis in vnam, & eandem personam concurrant, *l. tutorem*, 22.*ff. de ijs, quib. vt indig.* Secundò item, quod ad nostrum Regnum attinet, hæc sententia videtur apertè definiri *in l.* 57.*tit.* 6.*p.* 1. quæ statuit, Clericum hæredem laici conueniendum apud Iudicem sæcularem, cùm conuenitur ex iuribus hæreditarijs, aut ratione noxæ à defuncto illatæ. Quo sensu acceperunt prædictam legem Doctores Hispani modo relati.

304 Nihilominus non est recedendum à prædicta conclusione, & sententia, quæ vt est tutior, & magis iuribus conformis, ita communior plane est, & Tribunalium vsu magis recepta. Neq; obstat textus *in d. l. hæres absens*, nàm respondendum est, intelligendum esse de foro defuncti respectu loci, non respectu personæ Iudicis. Idest hæredē conueniendum esse in eodem loco, in quo defunctus debuit conueniri, sed non apud eundum Iudicem, apud quē defunctus debuit conueniri, nam aduerbium *vbi* magis denotat locum, quàm Iudicis Tribunal. Quare nihil facit pro prædicta sententia. Ita respondet Fulgosius *in d. l. hæres absens, in principio, num.* 1. quod ante tradiderant *in d. cap. Clericum nullus*, 11.*q.* 1. Archidiacon. *nu.* 3. & Geminianus *num. item*, 3. & Albericus *in dict. l. hæres absens, num.* 4. sequitur Couarr. *practic. d. c.* 8.*num.* 4.*vers non obeuis*, Franciscus de Ponte *cons.* 18.*num.* 9. Marta *de iurisdict.* 4.*p. cent.* 1.*casu* 33.*n.* 10.

305 Sed hæc solutio planè displicet, existimo enim textum *in d. l. hæres absens, in princip.* denotasse hæredem in eodem foro, & apud eundem Iudicem conueniendum esse, apud quem poterat defunctus conueniri. Quod conuincit ratio decidendi supra adducta. Si enim hæres repræsentat defunctum, & censetur eadem persona cum defuncto, quonam modo in vna, & eadem persona locus fiet Tribunalium, & Iudicum diuisioni? Deinde quoniam aduerbium *vbi* non solum significat locum, sed etiam Tribunal, & denotat identitatem locis Tribunalis, & Iudicis, vt constat ex *l. vbi captum*, 30. *ff. de iud.* quo textu absurdum esset, significari solùm, litem esse terminandam in eodem loco, in quo cœpta est, & non etiam apud eūdem Iudicem, coram quo initium sumpsit. Præter quā quod Vlpianus prædictæ legis author, non agnouit distinctionem iurisdictionis Ecclesiasticæ à sæculari, & Tribunalis laicorum, & Clericorum: sed cum vnam solùm iurisdictionem, ordinariam agnosceret, & vnum solum Iudicem, in quolibet loco subiecto Romano Imperio, hæredem dixit conueniendum, vbi defunctus debuit. Ergo contra Iurisconsulti mentem est eiusmodi interpretatio. Quare meritò ab ea discessit Barbosa *in d. l. hæres absens, in princ. nu.* 121.*&* 122. etiam si harum rationum non meminerit.

306 Respondendum est igitur, regulariter verum esse hæredem conueniri debere apud eundem Iudicem, apud quem potuit conueniri defunctus, nihilominus id esse limitandum ex mente Iurisconsulti, & verbis textus *in d. l. hæres absens*, cùm hæres excusatur priuilegio fori clauso in corpore iuris, & communi toti alicui ordini, ne conueniatur apud Iudicem defuncti, vt superius num. 299. diximus ex sententia communi Doctorum. Et quo, quia Clericus habet priuilegiū fori clausum in corpore iuris, iuxta *in d. c. Clericum nullus*, 11.*q.* 1. & alios textus, quos congeremus inferius, quæstione sequenti, n. 392. ius speciale constituit, & à prædicta regula excipiendus est, vt ex ante dictis constat.

307 Neque verò existimandum est, propterea Clericum hæredem laici extraneum à loco, in quo degebat defunctus, & alibi domicilium habētem, cōueniri debere apud Iudicem Ecclesiasticum sui domicilij; imò verò tenebitur respondere coram Iudice Ecclesiastico loci eius, in quo degebat defunctus creditoribus hæreditarijs, & non poterit forum declinare sub eo prætextu, quod alibi domicilium habeat, & suo priuilegio poruerit forum defuncti declinare: imò verò Clericus conuentus apud Ecclesiasticum loci defuncti, censendus est conueniri in eodem foro: forum enim non diuidunt Iudices diuersi, & variæ iurisdictiones, sed territoria diuersa, vt tradunt Baldus *in Auth. qua in prouincia, num.* 7. Paulus *num.* 4.*C. vbi de crim. agi opor.* Illud autem priuilegium postquam eum effectum sortitum fuerit, vt Clericum eximat a Iudice sæculari defuncti, iuxta omnium priuilegiorum naturam sic debet interpretari, vt ius commune lædat, quantò minùs possit, *l.* 2.*C. de noxalib. actionib.* notat in simili Grammaticus *decis.* 92.*numer.* 7.*&* 8. & restringi debet ad terminos iuris communis, ne creditorum iuri quæsito ad exigenda sua debita in foro defuncti præiudicium inferatur, iuxta generalem doctrinam Baldi *in l. si quando*, 35.*num.* 4. & ibidem Cyni *ante num.* 1. Saliceti *num.* 3. *C. de inoffic. testam.* Felyni *in cap.* 1.*numer.* 9.*vers. declara*, Decij *ibi, num.* 31. *de rescriptis*, Ludouici Molinæ *de primog. lib.* 2.*cap.* 10.*num.* 77.*&* 78.*& cap.* 11. *num.* 11.*vers. tertiò, quia, & lib.* 4 *c.* 7.*num.* 2. priuilegium enim vnius non debet alteri præiudicium generare, *l.* 2. *§. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. cap. ex multiplici* 3.*de decimis, cap. quamuis*, 8.*de rescriptis, in* 6.*cap. si propter tua debita, eod. tit. & lib.* Glossa prima *in cap. pastoralis*, 19.*de priuilegijs*, Peregrinus *de iure fisci, lib.* 1.*tit.* 3.*nu.* 21. Riccius *collectan. millesima decima*, neque priuilegia porriguntur ad alienam iniuriam, *l. impuberi*, 41.*ff. de administrat. tutor. l. debitor* 3.*in princip. ff. de separationib. l. cum filiusfamilias*, 28.*ff. de militar. testament.* Ac per consequens etiam si Clericus ex suo priuilegio reddatur immunis a Iudice sæculari defuncti, manet subiectus foro Ecclesiastico eiusdem loci, vbi degebat defunctus, vt ibidem conueniatur de iuribus hæreditarijs, quominùs

cle-

clericali priuilegio lędantur creditores defuncti laici, atq; catenus assentimur sententiæ Alberici, Fulgosij, & aliorum, quos supra n. 304. præcedenti retulimus, & à quibus discessimus.

308 Non item obstat *d. l. 57. tit. 6. p. 1.* quæ intelligenda, & practicanda est iuxta limitationem prædictæ illationis statim subijciendam.

309 Conclusionem tamen prædicta illatione contentam, de qua supra n. 301. limitabis, vt procedat cum conueniatur Clericus hæres laici ante iudicium cęptum cum defuncto: tunc enim conueniendus est apud Iudicem Ecclesiasticum: secus est si iudicium cęptum fuit cum defuncto laico apud Iudicem sæcularem: nam tunc Clericus heres laici adstringitur instantia cępta cum defuncto, quæ ad illum translata est per aditionem hæreditatis, & cogendum erit litem prosequi coram Iudice sæculari. Et erit hæc sublimitatio generalis ad limitationem traditam à nobis supra num. 299. nam cum regulare sit instantia transferri in successorem vniuersalem, vt supra diximus, num. 296. cum sequenti, ex textu *in d. l. si is qui Romæ, 34. ff. de iudicijs;* quoties priuilegiatus priuilegio etiam inserto in corpore iuris succedit non priuilegiato post litem cæptam cum defuncto tenebitur prosequi litem coram Iudice defuncti, vbi cæpta est eo priuilegio non obstante, vt de vidua, pupillo loquens, tradit Nauarius *in praxi electionis, & variation. fori*, post hæc scripta visus, *quæst. 20. section. 2.* Prædictam limitationem in casu Clerici succedentis laico post litem cæptam cum defuncto coram Iudice sæculari, tradiderunt Angelus *in d. l. hæres absens, in princip. num. 3.* Paulus *num. 4.* Imola *in l. si cura hominem, 34. num. 4. ff. de fideiussor.* Ias. *in authent. quas actiones, num. 39 C. de sacrosanct. eccles. & in l. cum quædam, 19. in princip. num. 8.* & ibi Paulus *num. 9. ff. de iurisdict. omn. iudic.* idem Paulus *in l. si constante, 25. §. final. num. 5. ff. solut. matrim.* vbi Romanus *num. 13. in fin. & num 14.* Alexand. *num. 4.* Io. Crotus *in repetit. l. nemo potest, num. 84. ff. de legat. 1.* Felinus *in cap. quia, 11. num 3. de iudicijs*, post Marianum quem suum Dominum appellat, Aufrerius *de potestat. sæcular. in ecclesiastic. regul. 2. fallent. 9.* Couarru. *in practic. d. cap. 8. nu. 2. & 3.* Burgos de Paz. *in l. 3. Tauri, num. 787. & 797. & seqq.* Gail *practic. obseruat. lib. 1. obseruat. 37. num. 8. & 9.* qui dicit hanc sententiam veriorem, & in camera approbatam, Minsinger *centur. 3. obseruat. 45. num. 2. & 3.* qui tamen requirit litem contestatam cum defuncto laico, Viuius *inter commun. opin. verb. Clericus, opinion. 108.* relatus nunc *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 1. de iudicijs, num. 115.* qui ait in iudicando, & consulendo hanc sententiam intrepide sequendam, vti veriorem, æquiorem, & communiorem, refertq; iuxta eam decisionem Regiæ Audientiæ Aprutinæ, Barbosa *in l. si constante, 25. §. final. num. 27. & seqq. ff. solut. matrim. & in d. l. hæres absens, in princip. ex num. 137. ff. de iudicijs*, Spino. *in specul. testam. gloss. 33. num. 75.* Scacia *de iud. causar. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 11. num. 23.* Farinacius *in prax. criminal. quæst. 8. num. 46. vers. amplia, 17.* Cenallos *in specul. practic. lib. 1. quæst. 36. num. 9. & seqq. & lib. 4. q. 897. num. 625. & tract. de cognitione per viam violentiæ 2. par. q. 40. ex num. 9.* Castillo *lib. 3. quotidian. controuers. cap. 25. nu. 49.* & rationes reddit *ex numer. 45.* Auendanus *de exequend. mandat. 1. part. cap. 1. num. 33.* Bouadilla *lib. 2. politicæ, cap. 18. num. 165.* Menchaca *de successionibus lib. 3. §. 22. nu. 72. tom. 1.* Surdus *decis. 110. ex num. 1. & cons. 222. num. 9. cum seqq. lib. 2.* Follerius *in additione ad Marantam in praxi 4. part. distinct. 1. num 79.* Paz *in prax. tom. præsud. 2. num. 41.* *Thomæ Carlenalij de Iudicijs.* *in fin.* Azeuedus tametsi dubius *in l. 15. num. 6. in fin. tit. 4. lib. 5. recopil.* Gratianus *disceptat. forens. cap. 16. num. 31. & 33.* Gallesiùs *ad form. cameral. obligat. 2. part. q. 2. num. 5. aliàs q. 8. numer. 5.* & ad eum Zachias, *verb. per Iudicem laicum ad vlteriora, ex num. 1.* Emanuel Rodericus *tom. 2. regular. q. 62. art. 21.* Castillo *decis. 2. nu. 2. & seq.* Galluppus *in prax. Sacr. Reg. Consil. Neapolit. part. 2. cap. 16. nu. 20.* Carauita *ad ritum 234. num. 3.* Pereira *de manu regia, 2. par. cap. 30. ex num. 1. & num. 6.* Carolus de Grassis *de effectib. clericat. 1. effect. num. 282. cum seqq.* Quæ sententia in nostro Regno seruanda est, iuxta textum *in leg. 57. tit. 6. part. 1.* quam ita intelligendam sentit, Gregor. ibi, *glos. 5.* quem sequitur Couarruuias, & Auendanus, & alij, quidquid nonnulli Hispani contradicant, vt superiùs aduertimus, nu. 303. Addendum tamen est ad effectum istius translationis instantiæ cæptæ cum defuncto in Clericum hæredem satis esse, iuxta dicta superius, num. 297. si defunctus citatus fuerit, non etiam requiri, vt lis fuerit cum defuncto contestata, quidquid Minsingerus, vbi supra dixerit. Addes autem notabilè huius limitationis ampliationem de continuando iudicio apud sæcularem Iudicem cum Clerico fideicommissario per hæredem laicum, quàm habes apud Peregrinum *de fideicommiss. art. 48. ex num. 62.* quem sequitur Grassis *de effectib. cler. 1. effect. num. 947. vers. limitatur vigesimooctauo*, & Christophorus de Paz *post hæc scripta visus, de tenuta c. 64. n. 13.* aliam apud Franchis, *decis. 656. n. 1.* quam tamen, & ipse reprobat ibi, & ego non credo veram, de quibus agam latiùs infra, ex n. 950.

310 Ratio autem huius limitationis est, quia iure sancitum est, instantiam inchoatam cum defuncto transire in hæredem, *d. l. si is qui Romæ 34. ff. de iudicijs, & in l. si cum hominem, 34. ff. de fideiussor. & in cap. quia V. 11. de iudicijs*, quibus locis notant Doctores, & Barbosa *in dicta l. si constante, 25. §. final. numer. 15. ff. solut. matrim*, alios textus congerens: non reperitur autem decisum limitandam esse regulam in hærede laico, vt in eo tantum procedat, non in hærede Clerico. Ergo standum est regulæ in quocunque casu, & indistinctè accipienda est in quocunque hærede cuiuscunque sit conditionis, *l. de pretio, ff. de publician. in rem act.* Neuizanis *in sylua nuptiali, lib. 6. num. 21. & 22.* Viuius *decision. 135. ex numer. 1.* Gonarrum. *libr. 2. variarum, cap. 12. num. 4.* Gonzalez *in regulam 8. cancellar. gloss. 8. ex num. 70.* & plerique alij, quos consulto omittimus. Præsertim cum eadem ratio vigeat in hærede Clerico, quæ viget in laico ad transferendam instantiam, & eadem incommoda sequantur, si Clericus non alligaretur instantiæ cæptæ, quam si laicus. Violaretur enim regula, *l. vbi cæptum, ff. de iudicijs*, & regula *l. nulli, Cod. eodem titulo*, cum causæ continentia diuidenda foret: si cæpta semel lite, nouus Iudex esset adeundus, & nouum iudicium inchoandum, priuilegiumque clericale, contra manifestas iuris regulas, creditori laico, qui cum Clerico non contraxit, neque Clericum conuenerat, ac per consequens compelli non poterat tribunal Ecclesiasticum sequi, præiudicium generaret, ad eiusque iniuriam traheretur, quod fieri non debet, *capit. ex multiplici, de decimis, cap. si propter tuas debita, 10. cap. quamuis, 8. de rescriptis in sexto*, & ibi Doctores, Glossa prima *in cap. pastoralis, 19. de priuilegijs, l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l. impuberi, 41. ff. de administrat. tut. leg. quamquam, Cod. de testament. milit.* & ibi Baldus *leg. cum filius 28. ff. de milit. testament. l. debitor, in principio, ff. de separation.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 1. titul. 3. ex numero 21.* Riccius *collectan.*

1010. Molina *de primogen. lib. 2. cap. 1. nu. 13.* cum tamen obligationes, & earum iura ex persona successoris immutari non soleant, *l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.*

311 Deinde quoniam hæres etiam Clericus succedit in vniuersa iura actiua, & passiua defuncti, & ligatur contractibus eius, & obligationes defuncti in eum transfunduntur per hæreditatis aditionem, *l. nihil est aliud, 24. ff. de verborum significat. leg. hæreditas, 63. ff. de regulis iuris, l. cum à matre, 14. Cod. de rei vindicat.* Ergo simili modo ligabitur, quasi contractibus defuncti, & obligationibus, quæ inde procedunt. Cum igitur in iudicio quasi contrahatur, *l. 3. §. idem scribit, ff. de pecul.* notat Bartolus in *l. 2. §. sed etsi vnus, num. 2. ff. de prætor. stipul.* Paul. de Castro in *d. l. 3. §. si filiusfamilias, num. 3. de pecul.* quasi contractus in iudicio à defuncto celebratur transferetur in Clericum hæredem, vt eodem ligetur, & teneatur iudicium ceptum prosequi; valet enim argumentum à contractibus ad iudicia, Euerardus *loco 39.* quemadmodum à contractibus ad quasi contractus, *l. si pupilli. 6. §. sed si quis ita, ff. de negotijs gestis*, idem Euerardus *loco 37.* Plures rationes huius limitationis adducit Surdus *dict. decis. 110. & dict. consil. 222. ex num. 10.* & Carolus de Grassis *de effectibus clericat. 1. effect. ex num. 283.* Qui tamen eam vtiliter limitat, *ex numer. 291.* cum iudicium ceptum fuerit nullum, vel perimatur instãtia, quia cessant tunc prædictæ rationes, & iudicium de nouo est inchoandum. Quam limitationem quòad id, quod si iudicij cępti cum laico, & prosequuti cum Clerico instantia perimatur Clericus heres laici conueniendus sit coram Ecclesiastico ampliandam credunt multi etiam si per insufflationem spiritus vitę apud Neapolitanos visitatam instantia restauretur, & lis reuiuiscat, In ijs sunt Vincentius de Anna *sing. 129.* Marta *de iurisdict. par. 4. cas. 141.* Rouitus *in pragmat. Reg. in Rubric. de instantia causæ non restituenda, num. 13. 14. & 15.* Palschalis *de patria potestate, par. 1. cap. 8. nu. 218.* Galluppus *in praxi Sac. Reg. Conf. Neapol par. 2. cap. 16. n. 38.* Trentacinquius *lib. 2. resol. 4. n. 40. de iudicijs.*

312 Contrariam tamen sententiam huic limitationi, quin immo Clericum heredem laici etiam si succedat lite iam cępta cum defuncto non teneri prosequi litem in foro sęculari, sed trahendum esse ad Iudicem Ecclesiasticũ nouo iudicio, neque in eum transferri instantiam cęptam cum defuncto laico, cui successit, senserunt multi, & non contemnendi Doctores. Ex quibus fuit Abb. Panormitan. *in d. cap. quia V. 11. num. 12. in fin.* Decius *num. 37.* Ant. Butr. *nu. 11.* Io. Imola sibi contrarius *num. 3.* & vterque dubitanter, *de iud.* Cui multum fauent Baldus, & Salicetus *in l. 1. in fin. C. si pendent. appellat. mors interuen.* sequitur Marantà *in prax. 5. par. nu. 13.* Didacus Perez *in l. 4 tit. 2. lib. 5. ordinament. gloss. 2. ad fin. pagin. 143. vers. quid esset si Clericus*, vbi dicit hanc opinionem esse communiorem, veriorem, & tutiorem, eamq; iuxta iura vetera, & ius commune veriorem cē set Burgos de Paz *in l. 3. Tauri n. 792.* licet iuxta iura Regni ab ea recedendum putet, recedatq; re vera, *num. 797.* eidem mordicus adheret Marta *de iurisdictione, 4. par. cent. 1. cas. 33. num. 5. cum seqq.* tenet Peregrin. *de fideicom m. art. 53. num. 20.* Seraphin. *decis. 957. nu. 8. & 9.* quę eadem est apud Farinacium *inter criminales decis. 81. num. 5. 1. par.* Trentaciuq. *variar. resol. lib. 2. resol. 4. nu. 17. de iudicijs*, Alexan. Ambrosin. *de immun. & libert. ecclesi. cap. 20. num. 45. & seq.* aliosq; refert pro eadem Bonadill. *lib. 2. polit. cap. 18. nu. 167.* Carol. de Grass. *de effectib. cler. effect. 281. vers. subampliatur tertio*, tuetur Mobsesius *ad consuetud. Neapol. par. 2. tit. de personis, quæst. 8. & in additione ad eam, ex num. 2. & consil. 16. nu. 19.* qui nimis ardenter, & audacter, sed nimis etiam sine fundamento adhibet in hac re censuram, vocans hanc sententiam vlu receptam in toto Orbe, & ab ea in consulendo, & iudicãdo non recedendum; cum tamen semper recedatur in tribunalibus sæcularibus, & habeatur pro re indubitata, & incontrouertibili contrarium.

313 Probatur primò hæc sententia, quoniam etiam in hoc casu viget ratio ea, quod Clericus non possit conueniri coram Iudice sæculari, *Auth. statuimus, C. de Episcop. & cler. cap. si diligenti, de for. competent.* Ergo tametsi lis cæpta sit contra defunctum laicum, Clericus hæres non tenebitur eam prosequi, sed perimetur instantia, & lis denuò inchoabitur coram Ecclesiastico, quia quando forus mutatur ex mutatione personæ successoris, & qualitatis eius, successor non tenetur sequi forum defuncti, Glossa *in cap. is qui in ius, 46. de regulis iuris in 6.*

314 Secundò probatur ex textu *in l. si constante, 25. §. fin. ff. sol. matrim.* vbi ex eo instantia cæpta cum delinquente non transit in fiscum, quia fiscus habet suos Iudices speciales, vt ibi docet Bartol. *num. 4. & in l. si eum hominem, 34. nu. 1. ff. de fideiussor.* Paulus *in l. tam ex contractibus, 57. num. 3. ff. de iudicijs*, Panormitan. *in cap. quia V. num. 12. de iud.* quibus alios etiam referens subscribit, Peregrinus *de iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 65. & lib. 7. tit. 1. num. 11.* plures etiam allegat Barbosa *in d. l. si constante, §. final. num. 17. ff. solut. matrimon.* Ergo simili modo instantia cæpta non transferetur in Clericum, aut Ecclesiam hæredem, cum suos quoque Iudices, videlicet Ecclesiasticos habeat.

315 Sed non est recedendum à prædicta limitatione, quã planum est pensatis Doctoribus eidem adhærentibus, censendam esse, vt est verior, ita magis communem, & approbatam, vt ex eorum relatione constat, falsique qui censuerunt eam, à qua recessimus communiorem opinionem, quod adnotauit quoque Viuius ante relatus num. 309. inuehens aduersus Marantam tanquam ex semetipso, suoque capite loquentem, cum eam dixit esse magis communem. Neque obstant fundamenta proposita; nam ad primum respondendum est, inter casum, quo conueniendus est Clericus hæres laici ante litem motam cum defuncto, & quando conuenitur lite cum defuncto cæpta, esse magnum discrimen. Nam primo casu lis incipit postquam Clericus est effectus dominus hæreditatis per aditionem, ac per consequens tanquam circa factum initium sumens à sua persona, quæ priuilegiata est, quodque posterius est priuilegio Clericali, vtitur priuilegio suo. Sed in secundo casu lis antecedit tempus, quo Clericus efficitur dominus hæreditatis, & prior est quam Clerici priuilegium, ex quo consequens est, vt Clericus non possit quòad eam litẽ vti suo priuilegio, iuxta textum *in l. fiscus 6. cum l. eum qui 33. ff. de iure fisci*, & tradita à Peregrin. *de iure fisci, lib. 6. tit. 7. num. 3.* & Barbosa *in l. si constante, 25. §. fin. num. 16. vers. & pro illis vrgenter facit ff. solut. matrim.* Ita respondit idem Barbosa *in d. l. hæres absens, in princip. nu. 138. ff. de iudicijs*, & considerat *in d. §. fin. num. 29. vers. neque dicas*, quod nos inferius magis declarabimus, & confirmabimus, n. 320. & 321.

316 Ad secundum argumentum ex textu *in d. l. si constante, §. fin.* respondetur, rationem decidendi conclusionis illius textus, quod instantia non transfertur in fiscum nõ esse eam, quod fiscus habeat proprios Iudices, quinimo ea nõ obstante instantia transibit in fiscum hæredẽ institutum

tutum, iuxta textum in l. 1. §. fin. ff. de offic. Procur. Cæsar. & in l. aufertur, 46. §. seruus Cæsaris, ff. de iur. fisc. quoniam fiscus hæres institutus vtitur iure priuati, l. si legatus, 30. §. fin. ff. ad trebell. l. ex imperfecto, 3. C. de testam. docet Bald. in d. l. si constante, §. fin. num. 2. Angel. nu. 3. Cuman. num. 7. Imol. num. 10. Paul. nu. 5. Barbos. nu. 18. idem Imol. in l. si cum hominem, 34. nu. 3. ff. de fideiuss. Dec. in c. quia, 11. num. 35. de iudic. Pereira de manu regia 2. p. c. 30. nu. 9. quidquid alij dicant, quos refert vbi supra Barbosa: sed rationem esse, quoniam cum fiscus succedit per publicationem, succedit bonis, non personæ, ac per consequens non repræsentat personam, quo fit, vt in eum instantia non trāseat, tametsi successoris vniuersalis vicem sustineat, atq; adeo argumentum nihil conuincit aduersus conclusionem, quam defendimus. Quam doctrinam tradiderunt prædicti Doctores locis modo relatis, post Iacobum de Arena, quem refert Barbos. in d. §. fin. n. 19. & Guillelm. Bened. in repet. cap. Raynutius, verb. & vxorem, decis. 5. num. 277. & 288. cum multis antecedentibus, & sequentibus, de testamentis.

317 Neq; aduersus hanc solutionem quidquam facit textus contrà eam à nonnullis expensus in l. tam ex contractibus, 57. ff. de iud. vbi instantia iudicij cœpti cum filio familias mortuo, transit in patrem successorem peculij, qui non est hæres, neq; filium repræsentat, l. qui contra, 12. & ibi Paul. ff. de fideiuss. sed tantum successor bonorum, l. 2. ff. de castrens. pecul. Ex quo fieri videtur, vt transferatur in fiscum instantia, etiam si non sit hæres, aut repræsentet personam defuncti, cum quo iudicium cœptum est, ex eo solum, quod sit bonorum successor, nisi obstaret alia ratio supra adducta, quod habeat suos proprios speciales Iudices.

319 Non inquam obstat textus iste, quoniam respondetur filium familias dum litem contestatur adstringi quasi contractu, vt soluat id in quo fuerit condemnatus, & pater videtur pro eo intercedere, quatenus est in peculio, l. 3. §. idem scribit, ff. de peculio, quasi quidem esset fideiussor iudicij, vt docet Bartol. in l. filio, 54. numer. 8. ff. solut. matrimon. & Cumanus in d. l. si constante, §. final. num. 8. Ob eam ergo rationem instantia ad patrem transfertur, vtpotè ad eum, cui nocet sententia, & aduersus quem potest executioni mandari in peculio sine nouis actis, aut processu. Regulare enim est, vt aduersus fideiussorem iudicij sententia sine nouo processu executioni mandetur, l. 1. ff. iudicatum solui, vbi Bartol. num. 1. & 2. l. vltima, §. vltimo, C. de vsur. rei iudic. Vincentius de Franchis decis. 400. num. 1. Peguera decis. 197. numer. 3. Carrocius decis. 136. num. 12. Sese decis. 194. ex numer. 1. Surdus decis. 218. num. 12. & 13. Misingerius singul. obseruat. cent. 4. obseru. 99. ex nu. 1. Caballus resol. crim. cent. 3. casu 252. num. 7. Caballinus millelog. 268. Cardin. Tuscus liter. F. conclus. 311. ex num. 10. Castillo quotid. controuers. lib. 4. cap. 14. ex num. 29. cum plurimis omissis. Iure igitur instantia iudicij ad eum transit, & ei nocet, siquidem nocent acta, & sententia: nam generalis est regula, instantiam, & acta iudicij illis nocere, quibus sententia nocet, cap. inter dilectos, 6. versic. nec attestationes, de fide instrument. l. sed etsi possessori, §. final. ff. de iureiurand. Afflictis decis. 396. num. 3. Molina de primogen. lib. 4. cap. 8. numer. 5. Peregrinus de fideicommiss. artic. 53. numer. 31. Barbosa in d. l. si constante, §. fin. num. 21. ff. solut. matrimon. qui multos refert. Ex quibus intelliges in casu dict. l. tam ex contractibus, non ex eo in patrem transire instantiam, quod sit successor bonorum filij, vt quidam Doctores existimarunt, sequuti Bartolum in d. l. si constante, §. fin. Thomæ Carlenalij de Iudicijs.

sed ex eo, quod cum propter quasi contractum litis contestationis, teneatur pro filio, quasi fideiussor iudicij, ei nocet instantia, & processus, actaq; iudicij, quemadmodū, & sententia, quæ aduersus eum potest mandari executioni, iuxta superiùs dicta, quæ locum non habent in fisco; qui succedit reo in bonis per publicationem, cuius tamen personam non repræsentat, quo fit, vt in eum instantia non transferatur.

319 Tertiò ex prædictis infertur, quid dicendum sit in casu inuerso, scilicet si laicus hæres Clerici conueniatur pro debitis defuncti: nam si lis cum Clerico cœpta fuisset apud Iudicem Ecclesiasticum, ibi prosequenda est à laico hærede, ne continentia causæ diuidatur, l. nulli, Cod. de iudicijs, cap. 1. de caus. possess. & proprietat. & vt ibi iudicium finem accipiat, vbi initium sumpsit, l. vbi cœptum, 30. ff. de iudicijs, quia ob easdem rationes ex superius dictis, & quia repræsentat defunctum hæres, eademque persona cum ipso censetur, instantia in eum transit à defuncto, atque apud eundem Iudicem tenetur litem prosequi, apud quem à defuncto cœpta est; comprobat Cochier de iurisdiction. part. 2. quæst. 18. tom. 1. Pereira de manu regia 2. part. cap. 30. numer. 13. Si verò lis cœpta non fuisset, laicus non poterit ex persona Clerici, quam vt hæres repræsentat, allegare declinatoriam fori, aut eius priuilegijs gaudere, quæ cum persona extincta fuerunt: nam mutatione personæ mutatur priuilegium, vt probat textus in l. licitatio, 9. §. fiscus, ff. de publ. can. & vectigal. & in l. in omnibus causis id obseruatur, 68. ff. de regulis iuris, & in l. 1. C. de imponend. lucrati. description. libr. 10. & notarunt præter eos, quos retulimus supra hac eadem quæstione num. 302. in fine Baldus in rubr. num. 13. C. de vsur. & Bartol. quæst. 2. Pisanæ ciuitatis, num. 8. dicens, quod si non priuilegiatus priuilegiato succedat, priuilegio non vtetur; Decius in d. l. in omnibus causis, num. 18. Boerius decis. 180. num. 10. & decis. 213. numer. 19. Guido Papæ decis. 261. num. 1. & 2. Alexand. cons. 35. numer. 16. lib. 4. Rolandus cons. 61. num. 5. & sequent. volum. 4. Ponte cons. 18. num. 10. & 11. Tiraquel. tract. de cessante causa, n. 217. & de casu nostro in specie loquentes Iaso. in Auth. quas actiones, num. 41. C. de sacros. Eccles. vbi tangit Baldus num. 13. Fulgos. cons. 165. num. 1. in fin. Menoch. cons. 322. num. 18. & 19. lib. 4. Barbosa in d. l. hæres absens, in princip. num. 216. & seqq. Carol. de Grassis de effectibus clericat. 1. effectu, num. 320. atque ideo laicus hæres Clerici, non est conueniendus apud Ecclesiasticum Iudicem pro defuncti debitis, sed apud Iudicem sæcularem. Rectè igitur Bal. in d. Auth. quas actiones, num. 13. (cuius doctrinam approbat, & sequitur Pont. d. cons. 18. num. 15. retulitq; Rodericus Suarez in l. post rem, ff. de re iudicata, in declarat. l. Regni, ampliatione 1. n. 4.) notauit, esse discrimen inter obligationem iam contractam per defunctum, & forum, quod illa, tanquam respiciens solùm præteritum tempus, non variatur ex persona successoris, l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig. at hic, cùm respiciat iudicium, & sic totus pendeat à tēpore futuro, variari potest ex persona successoris, quæ quod attinet ad forum, & iudicium, attendenda est, si iudicium in ea sumat initium, non in persona defuncti. Dū tamen addas, iuxta dicta superius, n. 299. tunc personam hæredis variare forum defuncti, cùm est priuilegiata priuilegio in corpore iuris inserto, si tamē lis cum defuncto cœpta non est: secus si priuilegium hæredis non sit insertum in corpore iuris, sed hæredi proprium, nam ex eo non introducitur varietas quòad forum defuncti.

320 Tandem vt quoties casus occurrat, radicitus possit examinari, & definiri, reducenda est in memoriam tra-

ditio Doctorum *in d. Auth. quas actiones, C. de sacros. Eccl.* circa difficultatem, eo loco tactam ab interpretibus, an, & quando priuilegiatus succedens non priuilegiato, vtatur priuilegio suo circa obligationes ab antecessore contractas, ex qua, velut ex prima radice, & fundamento, propositarum quæstionum resolutio ducit originem. Videndus est autem ibi Cynus *num. 3. cum seqq.* Albericus *num. 3.* Baldus *num. 12. & 13.* Salicet. *num. 9.* Ias. *num. 38.* & Barbosa *in d. l. hæres absens, in princ. ex num. 147. ff. de iudic.* Et verior sententia, quæ ex eorum doctrina colligitur, est distinguendos esse duos casus. Primus est, cùm agimus de obligatione contracta, & perfecta cum defuncto antecessore non priuilegiato, quæ in nullo pendet ex facto, vel non facto, seù omissione successoris priuilegiati. Et in hoc casu, quòad eam obligationem successor priuilegiatus non vtitur priuilegio suo, ne iuri plenè quæsito à contrahente præiudicium fiat, cum ex persona successoris conditio obligationis immutari non soleat, *d. l. 2. §. ex his, ff. de verbor. obligat. l. apud Iulianum, 3. in princ. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. l. cùm quidam, 17. §. fiscus ff. de vsur.* Surd. *cons. 222. num. 14. lib. 2.* Gratianus *disceptat. forens. tomo 1. cap. 182. num. 32. & sequentibus.* Secundus casus est, cùm agimus de obligatione, quæ tametsi ab antecessore non priuilegiato contracta sit, pendet tamen effectus eius ex facto, vel omissione successoris priuilegiati. Et hoc casu, quòad hanc obligationem successor priuilegiatus, pro tempore antecedenti successionem suam, non vtitur suo priuilegio: pro tempore verò post suam successionem succedente, vtitur suo priuilegio, *l. Æmilius largianus, 39 in princip. ff. de minor. l. cùm filiusfamilias, 49. §. in hac,* & ibi Glossa *verbo stetisse ff. de verb. oblig. d. l. cùm quidam, 17. §. si debitores ff. de vsuris,* optimus textus *in l. fiscus, 6. in princip. ff. de iure fisci. Fiscus* (ait Vlpianus) *cùm in priuati ius succedit, priuati iure pro anterioribus suæ successionis temporibus vtitur, cæterum postea quam successit, habebit priuilegium suum.* Confirmat id textus *in l. eum qui 33. ff. eod. tit.* Et ex hac conclusione procedit *dec.* Afflict. 212.

321 Cuius tamen casus resolutionem rectè limitat Imola *in d. l. si cum hominem, 34. num. 3. ff. de fideiussor.* quem sequitur Romanus *in d. l. si constante, 25. §. si bona, nu. 13. paulò post medium, ff. solut. matrimon.* Alexand. ibi, *num. 4. in fine,* & Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. tit. 1. num. 11.* vt priuilegiatus pro tẽpore, & successu futuro, post suam successionem vti debeat etiam iure priuati, & non suo priuilegio, cum agitur de aliquo effectu, qui est connexus cum ante gesto, & inseparabilis ab eo, quoniam iste casus æquiparatur primo à nobis commemorato. Hinc oritur, vt tam fiscus, quam Clericus hæres instantiam cœptam cum defuncto prosequi teneantur coram Iudice defuncti eorum priuilegijs non obstantibus, & eis vti non possint quòad mutationem fori, & iudicij, vt diximus superiùs num. 309. & sequentibus. Quoniam acta iudicij subsequuta post eorum successionem separari non possunt ab ante gestis, & finis iudicij cum initio eius sit connexus, quippè cum vbi cœptum est, ibi finem accipere debeat, neq; possit diuidi continentia causæ, vt dicebamus supra, n. 310. Quibus tamen addes, quæ eleganter hac in re adnotauit Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib. 3. q. 4. ex n. 42.*

322 Amplia tertiò prædictam regulam, vt non solùm hæres cum hæreditatem adiuit, sortiatur idem forum, quod defunctus, sed etiam hæreditas ipsa iacens, & non adita: quare si hæreditas laici adita non est, etiam si hæres institutus sit Clericus, conuenienda est coram Iudice laico, apud quem defunctus debebat conueniri, & viceuersa si hæreditas iacens sit Clerici, tametsi laicum hæredem instituerit, conuenienda erit coram Ecclesiastico Iudice Clerici defuncti. Ratio est, quoniam hæreditas quandiu iacens est, repræsentat defunctum, non hæredem futurum, *l. non minus, 31. in fine, ff. de hæred. institut. l. hæreditas, 34. l. hæreditas, 61. ff. de acquir. rer. domin. l. denique, 13. §. quæsitum, ff. quod vi, aut clam. l. quod seruus, 36. ff. de stipul. seruor. l. mortuo, 23. ff. de fideiussor. §. seruus etiã alienus, inst. de hæred. inst. Princ. inst. de stipul. seruor.* notat Bartol. *in rub. num. 1. ff. de acquir. hæred.* Angel. ibi, n. 1. Ias. *n. 4. & 5.* Franchis *decis. 101. nu. 28.* Peregrinus *de fideicommiss. art. 49. nu. 3* Menoch. *consil. 105. num. 60. lib. 1.* & insignis præceptor noster Gabriel Henriquez, iuris ciuilis notitia, & docendi gratia præclarus, *in eadem rubrica, num. 4. & seqq.* & Glossa *in cap. causa carpensis, 13. verb. solis Ecclesiarum, de verb. significat.* Si igitur hæreditas iacens defunctum repræsentat, & eius personæ vicem sustinet, quemadmodum bona Clerici, dùm viuebat, exempta erant à sæculari iurisdictione, & subiecta dumtaxat cognitioni Iudicis Ecclesiastici, vt diximus quæstion. 3. numer. 153. & fusiùs dicemus quæstione sequenti numero 393. ita etiam hæreditas Clerici dum iacet, & Clericum repræsentat, & non hæredem laicum, *l. si mihi, & Titio, 57. §. 1. ff. de legat. 2.* vbi Bartol. subdita dumtaxat erit Iudici Ecclesiastico, tàm quoad seipsam, quæ est persona quædam ficta vice defuncti, quam quoad bona, quæ censentur esse sub ipsius personæ fictæ dominio *d. l. hæreditas, 61. ff. de acquir. rer. domin. d. l. denique, §. quæsitum. ff. quo vi, aut clam.* Et viceuersa ob eandem rationem, hæreditas laici iacens, etiam si hæres institutus Clericus sit, quia interim dum iacet, repræsentat defunctum laicum, non pertinebit ad iurisdictionem Ecclesiasticam, sed sæcularem. Hanc ampliationem tradit Barbosa. *in d. l. hæres absens in principio, num. 180. & seqq. ff. de iudicijs,* & colligitur ex traditis à Guttierrez *libr. 2. practicar. q. 49 num. 3.* significat Florez *lib. . variar. quæstion. 21. numero 200.* & apertè sentit Lassarte *de decima venditionis, cap. 19. num. 44.* Marta *de iurisdictione, 4. part. cent. 2. casu 122. num. 14. & 15.* & ante eos omnes Belluga *in specul. Princip. rubric. 17. §. final. num. 14. & 15.* quidquid contrarium probare conetur Fulgosius *cons. 105.*

323 Sed quæret quispiam, quis Iudex laicus; vel Clericus sit adeundus, cum conuenitur hæreditas iacens, an inquam Iudex domicilij defuncti, an loci vbi est hæreditas, vel maior eius pars? Respondendum est, idem in hoc casu constituendum esse, quod si viueret defunctus: nam si actio realis in iudicium deducatur, adiri poterit Iudex loci, vbi res est sita. Si verò actio personalis competens contra defunctum, Mandellus *cons. 208. num. 1.* ex textu *in l. vnica, Cod. vbi de hæredit. agitur,* & ibi traditis à Doctoribus cum Glossa existimat, adeundum esse Iudicem loci, vbi est maior pars hæreditatis, & hæreditatem iacentem non posse alibi conueniri, quam vbi sunt bona hæreditaria. Sed hoc nulla ratione probat, quare existimo veriùs esse hæreditatem iacentem, ibi posse conueniri, vbi defunctus poterat, & vbi hæres conueniendus esset, si adijsset, ex foris inquam ab hæreditate prouenientibus, iuxta hactenus dicta: dum tamen intelligas, vbi multi sunt fori electionem fore actorum, vt diximus supra num. 152.

324 Ex qua ampliatione sic explicata, in primis infertur, cum hæreditas Clerici defuncti, antequam adeatur repræsentet Clericum, & sit persona ficta vice defuncti, censeri quoque debere bona eius, bona & patrimonium

Clerici,

Clerici, & eisdem priuilegijs gaudere, quibus gaudebant viuo Clerico. Vnde si aliqua ex prædictis bonis distribuantur, vel vendantur hæreditate iacente, id fiet apud Iudicem Ecclesiasticum, vt apertè sentire videntur Guttierrez, & Lassarte vbi supra, & tradit Barbosa *vbi supra numer.* 199. *&* 200. Item quemadmodum ea bona viuo Clerico erant exempta à gabellis, *cap. quamquam, 4. de censibus in 6. l. 6. tit. 18. lib. 9. recopilat.* ita si dum eius hæreditas iacet, aliqua venderentur ad hæreditatem pertinentia, immunia esse deberent à solutione gabellæ. Ita sentit Florez *lib. 2. variar. dicta q. 21. num. 201.* testaturq; se id semper vidisse vsu receptum: sequitur Barbosa *vbi supra, num. 201.* Molina *de iustitia, tract. 2. disput. 663. num. 11.*

325 Quò ad hoc vltimum tamen contrariam sententiam, quinimo bona Clerici hæreditaria, dùm eius hæreditas iacet, non gaudere immunitate gabellæ, qua viuo Clerico gauderent, sed ex eorum venditione exigendam esse, docuerunt Lassarte *de decima venditionis, cap. 19. nu. 38. & 40.* Guttierrez *libr. 7. practicarum de gabellis, quæst. 88. numer. 4. & seqq.* allegans pro eadem sententia Girondam *de gabellis, par. 11. in princip. num. 8. & 9.* quem videre non licuit, quos sequitur Pereira post hæc scripta visus *de manu regia 1. part. capit. 16. numer. 28.* probant isti suam sententiam, quoniam immunitas bonorum Clerici est priuilegium personale, quod extinguitur cum persona Clerici defuncti, *l. quia tale, 14. ff. solut. matrimon. cap. priuilegium 7. de regul. iur. in 6.* & hæreditati communicari non potest, quemadmodum nec hæredi, vt de priuilegio fori considerauimus supra num. 312. & 319. & 320. quamuis defunctum sine dubio (ait Lassarte) repræsentat à tempore mortis, *l. hæres quandoque, 54. ff. de acquir. hæredit.* Igitur si bona Clerici, etiam eius hæreditate iacente vendantur, oneri gabellæ erunt obnoxia.

326 Nihilominus prior sententia eximens à gabella bona Clerici, dùm eius hæreditas iacet, verior est, quam vltra citatos sequuntur Riccius *in praxi fori Eccles. resol. 129. p. 3. &* Nouarius *de elect. fori, quæst. 27. num. 5. sect. 2. in vlt. impress. Neap.* Neque obstat fundamentum contrariæ sententiæ, nam ius ciuile multò maiorem vim repræsentandi defunctum tribuit personæ illi fictæ hæreditatis iacentis, quam hæredi: ratione cuius hæreditati iacenti communicantur multa iura, etiam personalissima defuncti, quæ ad hæredem non transeunt, neque transire possunt; nàm cùm hæreditas iacet defunctus ipse viuere intelligitur, nō sic post hæreditatem aditam, quippè cum in omnibus hæreditas personæ defuncti vicem sustineat, in quibus non requiritur factum, necn opera, aut substantia personæ, vt probat textus *in l. hæreditas, 61. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. §. seruiola, ff. si quis testam. liber. esse iuss. fue.* notat Bart. *in l. si is, qui pro emptore, 15. numer. 20.* Ias. *num. 28. ff. de vsu capion.* Ideoq; licet ætas personalissima sit, ob quam caussam ad hæredem non transit, *l. ea quæ, §. si quando,* & ibi notat Paulus *num. 6. C. de tempor. in integ. restit.* tamen hæreditas iacens representat defunctum, etiam quoad ætatem, vt ibidem notauit Paulus, & Afflictis *decis. 211. numer. 2.* Quo fit, vt si quid hæreditate maioris iacente contigerit etiam si pupillus hæres sit, cum maiore gestum intelligatur, non cum pupillo: quia hæreditas iacēs defunctum maiorem repręsentat, non pupillum hæredem, *l. hæreditas, 34. ff. de acquir. rer. dominio* quod probat elegans textus *in l. nam. & Seruius, 22. §. qui negotia, ff. de negotijs gest.* nam licet gestum pro pupillo, non obliget illum, nisi quatenus factus est locupletior, *l. si pupilli, 6. in principio, ff. eod. tit.* gestum tamen pro hæreditate maioris iacente, cuius hæres pupillus futurus est, obligat pupillum insolidum, vt dicitur *in d. §. qui negotia,* tametsi hæres retro fingatur à tempore mortis defuncti dominus hæreditatis, *d. l. hæres, quandoque, 54. ff. de acquir. hæred.* nam hæc fictio nō est in consideratione, quādo vertitur præiudiciū tertij, qui ius habebat quæsitum, antequàm fictio locum habeat, vt docet Bart. *in d. l. nam & Seruius, § qui negotia, n. 1.* Cumanus *in d. l. hæres quandoque, ante num. 1.* Paulus *nu. 2.* Decius *in l. omnia fere, 153. numer. 2. ff. de reg. iur.* quod idem probat text. *in l. in integrū, 23. ff. de minor.* vbi ea, quæ facta sunt à curatore bonorum iacente hæreditate secundum iuris formam, rata habentur sine auxilio restitutionis, quod minori futuro hæredi non competit, vt ex eo texto docuit Bart. *in l. si quis instituatur, 23. §. & ideo num. 1. ff. de hæredib. instit. Lex in integrum* (ait) *de qua glossa facit mentionem, loquitur in pupillo, qui non restituitur de eo, quod factum est ante aditam hæreditatem, cùm interim tunc non fiebat contra pupillum, sed contra hæreditatem, quæ interim repręsentat personam defuncti maioris,* quem sequitur Paulus *in d. §. & ideo, numer. 2. & 3.* & pro eadem doctrina faciunt, quæ cumulat Gratianus *discept. forens. tom. 1. c. 182. ex n. 32.* & Afflictis *decis. 211. & 212.* & Frāchis *decis. 647.* Et vice versa, in specie *d. §. qui negotia,* argumēto à contrario sensu, si defunctus esset pupillus, & hæres maior, & hæreditas iaceret, hæres non tenebitur pro gesto cum hæreditate, nisi quatenus iacens hæreditas locupletior esset facta, quia dum iacet pupillum defunctum, repręsentat, non hæredem maiorem. Ita sensit Alberic. *in d. §. qui negotia, num. 4. in fin.* Fulgos. *num. 1.* Paulus *num. 2. & in l. siue hæreditaria, 23. num. 3. ff. eod. tit. de negotijs gest.* Cùm igitur hæreditas personę defuncti vicem sustineat, & fingatur esse idem defunctus, gaudere debebit omnibus priuilegijs, & beneficijs defuncti, iuxta doctrinam Iasonis *in d. l. si is, qui pro emptore, 15. ex numer. 291. & numer. 306. & 307.* quod qui ex fictione habetur pro tali, gaudet priuilegijs concessis tali, cùm iura loquentia de casu vero extendantur ad casum fictum, in quo viget eadem ratio, *cap. ad audientiam, de cleric. non resident.* Imola *in l. 1. § lex falcidia, num. 8.* Alexand. *num. 9. ff. ad l. falcid.* Gregor. Lopez *in l. 4. tit. 24. par. 3. glos. 1.* Florez de Mena *lib. 2. variarum, d. q. 21. nu. 202.*

327 Reliquum est igitur, etiam si priuilegia sint personalia, & extinguantur cum persona, quoniam dum hæreditas iacet persona defuncti, & si secundum veritatem sit extincta, tamen secundum fictionem iuris censeatur persistere, durare priuilegia personalia, & qualitates quantumuis personales defuncti apud hæreditatem iacentem. Quod & ij aduersus quos disputamus, negare non possunt, siquidem Guttierez *lib. 2. practicarum dicta q. 49. n. 3.* planè significat hæreditati Clerici iacenti competere priuilegium fori, idque disertis verbis asserit Lassarte *de decima vendition. d. cap. 19. numer. 44.* tametsi priuilegium fori personale sit. Ergo eodem modo hæreditati communicari poterit priuilegium immunitatis, tametsi personale; non est enim in vno casu maior ratio, quàm in alio, sed vna, & eadem est in vtroque quod hæreditas defunctum priuilegiatum repræsentat. Et tametsi prædicto loco Lassarte conetur inter duos istos casus disparitatem inducere, planè non potest ab hac difficultate se expedire.

328 Argumentum verò à simili, quo prædicti Doctores vtuntur ab hæreditate ad hæredem, quoniam similiter hæres repræsentat à morte testatoris ipsum defunctum, *d. l. hæres quandoque 54. ff. acquir. hæred.* & tamen illi immunitatis priuilegium non communicatur: ergo neque

hęreditati

hereditati iacenti; non est ad rem; nam postquam hæreditatem adiuit, non est in consideratione ficta illa persona, & ficta repræsentatio, sed magis attenditur veritas personæ hæredis, & eius qualitas; succedit enim regula, quod vbi veritas, & fictio concurrunt circa idē subiectum, & ad eundem finem, veritas præualet fictioni, Bart. in l. 1. §. hoc autem nu. 3. ff. ad sylan. atq; ea ratione post hæreditatem aditam, tam priuilegium fori, quàm immunitatis cessare debet, si hæres priuilegio non gaudet, quia iam bona illa non censentur bona defuncti, sed hæredis, vt diximus supra numer. 302. ex iuribus ibidem congestis, & notat Pereira de manu regia 1 par. cap. 16. nu. 20. & quia sicut hæreditas non adita repræsentat defunctum, & non hæredem, adita repræsentat hæredem, & non defunctum, l. 1. §. scæuola. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer. l. hæreditas in multis, 61. ff. de acqu. rer. dom. l. capta, ff. de vsucap. Io. Lupus in rubr. de donat. inter, §. 39. num. 12. Guid. Pap. q. 261. nu. 2. Roland. à Vall. de inuentario 2. p. q. 17. nu. 10. in fine Guttierrez lib. 2. practic. quæst. 49. nu. 2.

329 Prædictis annexa est quæstio frequens, magis quàm facilis, vtrum quemadmodum hæreditas iacens conuenienda est in foro defuncti, ita ea, quæ ad hæreditatem pertinent, siuè aditā, siuè non aditam, expediri debeant in foro defuncti, eo præsertim casu, quo defunctus fuit Clericus, etiam si instituerit laicum hæredem: videlicèt insinuatio, & publicatio testamenti, confectio inuentarij, designatio curatoris bonorum ijs casibus, quibus de iure locum habet, ac per consequens an sit adeundus Iudex Ecclesiasticus an secularis, vt ista fieri iubeat?

330 Et quod attinet ad insinuationē, & publicationem testamenti quidam existimant testamentum posse insinuari, & aperiri coram Iudice Ecclesiastico, etiam si testator sit laicus. Ita sentit Felinus in cap. si instrumenta, 16. nu. 3. de fid. instrum. & dicit communem sententiam.

331 Alij dicunt testamentum posse insinuari, & publicari corā Iudice Ecclesiastico, si confectum sit à Clerico, vel compertum sit factum esse à laico distribuente bona sua in pia opera. Ita sentit Couarr. in c. si hæredes, 6. nu. 3. de testam. Guttier. lib. 2. practic. q. 48. num. 2. & 3. Molina de iustitia tract. 2. disp. 250. §. Couarruuias, & Azeued. in l. 15. nu. 7. tit. 4. lib. 5. recop. Menchaca de successiō. tom. 3. lib. 2. §. 18. nu. 14. & 15.

332 Nihilominus verior videtur contraria sententia, nempè testamenti publicationem, & insinuationem, siuè factū à Clerico, siue à laico, siue in causas pias, siuè in prophanas, siuè instituatur hæres Clericus, siuè laicus semper esse faciendam coram Iudice sæculari, & non coram Ecclesiastico: quoniam prohibitum est ne Ecclesiastici Iudices se immisceant in testamentorum insinuatione, vel publicatione, l. repetita, 39. C. de Episcop. & cler. l. consulta diualia, 23. C. de testam. & vtrobique notant Bald. & Salic. cūm igitur, vt rectè Iustinianus ait in d. l. consulta, absurdum sit si promiscuis actibus rerum turbentur officia, non debent Iudices Ecclesiastici, quod ad insinuationem, & publicationem testamentorum pertinet laicis subtrahere. Eam quoque sententiam sequutus videtur Innocēt. in d. cap. si instrumenta, vltimo, n. 1. in fin. & ibidem Panormit. nu. 9. de fid. instrum. & Gloss. in d. cap. si hæredes, verb. de Episcopo, de testam. idem Couarru. in pract. cap. 8. nu. 1. tametsi loquatur de testamento laici instituentis Clericum hæredem. Sed eam sententiam generaliter loquens tuetur Guliel. Benedict. in repet. cap. Raynutius, verb. & vxorē decis. 2. n. 129. de testam Aufrerius de potest. sæcul. in ecclesiast. regul. 2. fallent. 11. Ancharan. in cap. ea quæ. 26. nu. 21. in fin. vers. in contrarium videtur, de regul. iur. in 6. Montaluus in l. 13. tit. 5. lib. 3. fori, verb. ante el alcalde, Io. Lupus in l. 3. Tauri, nu. 22. Burgos de Paz ibi, num. 795. Menchaca de success. tom. 1. lib. 3. §. 26. nu. 59. & 60. Spino in specul. testam. gloss. 28. n. 43. & 44. Paz in praxi tom. 2. prælud. 2. n. 42. vbi dicit se in praxi hoc obtinuisse in Clerico hærede instituto à laico, Barbosa in d. l. hæres absens, in princip. numer. 187. & seqq. Emanu. Roderic. tom. 2. regularium, q. 62. artic. 12. Surdus decis. 26. nu. 14. Pereira de manu regia, cap. 16. num. 18. 1. par. Barrius de successionibus, lib. 11. tit. 1. num. 4. Carolus de Grassis de effect. lib. clericat. 1. effect. num. 961. & 1034. Bouadilla lib. 2 politic. cap. 18. nu. 168. quemadmodum emancipatio filij, etiam si à Clerico fieret, apud Iudicem sæcularē esset facienda, non apud Ecclesiasticum, Ancharanus vbi supra, & Aufrerius dicta regul. 2. fallent. 7. Probat autem apud nos hanc sententiam, l. 15. tit. 4. lib. 5. recopil. & ibi notat Mattienzus gloss. 1. quæ lex loquitur de Clerico hærede instituto à laico, ac per consequens videtur non esse dubitandum de hoc in nostro Regno.

333 Illud tamen verum est, & negari non debet, semel publicato testamento apud sæcularem Iudicem, si agatur de exequutione ipsius, causam esse mixti fori, & posse adiri pro ea tam Ecclesiasticum, quàm sæcularē, esseq; locum præuentioni. Probat textus in l. hæreditas, 50. in fi. ff. de petit. hæredit. cap. si hæredes, 6. vbi notat Gloss. verb. ab Episcopo & Couarr. nu. 1. & 2. cap. tua, 17. cap. Ioannes, 19. de testam. idem Couarr. in cap. relatum, el 1. nu. 22. eod. tit. Paz in praxi 2. tom. 2. prælud. nu. 44. Maranta in praxi, 4. par. dist. 1. nu. 6. Guttierrez lib. 2. practicar. d. q. 48. num. 2. & 3. & lib. 3. practic. q. 29. num. 14. Ceruantes in l. 6. Tauri, ex nu. 116. Belluga in specul. Princip. rubr. 17. §. finaliter, vers. videamus, ex nu. 5. Barbosa vbi supra num. 191. Tiraquellus de priuileg. piæ causæ, priuil. 149. & 190. Bouadilla lib. 2. politic. cap. 17. nu. 104. & 105. & cap. 18. nu. 120. Ceuallos de cognitione per viam violentiæ, 2. p. q. 84. Franc. Hieronym. Leo, decis. 20. ex num. 2. vbi latè disputat, & ex num. 18. Pereira de manu regia, 2. par. cap. 16. ex num. 2. & nu. 13. Crassus de success. lib. 2. art. exequutores vltimar. voluntat. q. 2. num. 3. & 4. Didacus Perez in l. 2. tit. 7. lib. 5. ordinament. pag. 106. Marsa de iurisdiction. 4. p. cent. 1. cas. 88. nu. 13. & 14. Molina de iustitia tract. 2. disput. 250. Cenedo practicarum quæst. 14. nu. 8. Surdus de alimentis titul. 8. priuileg. 9. n. 2. & 4. Probat apud nos l. 7. titul. 10. par. 6. vbi notat Gregorius glos. 1.

334 Et quamuis ex illis Doctoribus, Gloss. Couarru. Gregor. Didacus Perez, Paz, Ceruantes, Barbosa, Guttierrez, & Molina, loquantur in genere de exequutione vltimarum voluntatū, tam quòad pia, quàm quòad prophana, significantes in vtroque casu exequutionem esse mixti fori; cæteri tamen loquuntur de exequutione duntaxat testamenti quòad legata pia, quæ proculdubio est mixti fori. Cæterum exequutio vltimarum voluntatum quòad ea, quæ sunt merè prophana, non video cur pertineat ad Iudicem Ecclesiasticum, cum textus iuris canonici in dicto c. tua, cap. nos quidem. cap. relatum, el primo, de testament. de solis legatis pijs loquantur textus autem in dicto cap. Ioannes, tametsi generaliter videatur loqui de legatis pijs, ac prophanis: agit tamen de hæreditate Clerici, quam subijci foro Ecclesiastico, diximus supra num. 322. cum sequentibus, item d. l. hæreditas, ff. de petition. hæreditat. agit de legato ad monumentum construendum, quod pium esse planum est; & Concilium Tridentinum sess. 22. decreto de reformatione, cap. 8. de solis pijs legatis agit item leg. nulli, 28. Cod. de Episc. & cleric. & leg. si quis ad declinandam, 49. Cod. eodem titul. exequutionem legatorum

torum

torum Episcopis iniungentes, de legatis pijs agunt.

335 Igitur contrariam sententiam, quinimo exequutionẽ testamentorum quoàd ea, quæ merè prophana sunt, & pietatem non concernunt, non pertinere ad Episcopalem, aut Ecclesiasticam iurisdictionem, sed ad solos sæculares Iudices, si hæres sit laicus, & tunc hæredem pro legatis prophanis soluendis esse conueniendum apud sæcularem Iudicem, non apud Ecclesiasticum, existimo veriorem. Quam tradit, & doctè probat Belluga *in specul. Princip. rubric.* 17. *§. final. ex num.* 1. & ibi additio Camilli Borelli *litera I.* eandem docuit Baldus *in l. vltim.* 1. *num.* 65 *in fin. Cod. de hæredib. instit.* Alexand. *in l. qui liberis* 8. *§. hac verba, numer.* 8. *ff. de vulg. & pupill. substit.* Azeuedus *in l.* 10. *numer.* 49. *tit.* 1. *libr.* 4. *recopilat.* Bouadilla *lib.* 2. *politic. c.* 17. *numer.* 105. & vt veram, & indubitatam videtur præsupponere Guttierez *lib.* 1. *practicar. quæst.* 4. *per totam, & lib.* 3. *quæst.* 29. eandem sequitur Cenedo *practicarum canonicarum. q.* 14 *num.* 3. *& sequentib. & num.* 8. Ioannes Lupus *in repetit. cap. per vestras, notab.* 2. *numero* 19. *&* 20. *de donat. inter*, Ceuallos *in tract. de cognitione per viam violentiæ.* 2. *part q.* 21 *ex nu.* 3. Pereira *de manu regia* 1. *par. cap.* 16. *nu.* 13. *&* 14. Molina *de primogen. libr.* 2. *cap.* 15. *nu.* 75. *&* 76. dicens contrariam opinionem apud suprema huius Regni tribunalia non admitti. Qua de causa existimo legatarium laicum, qui in nostro Regno conueniret hæredem laicum coram Ecclesiastico de legato merè prophano non esse excusandum à pœna *l.* 10. *tit.* 1. *libr.* 4. *recopilat.* Dixi *si hæres sit laicus*, quoniam si hæres esset Clericus, planè esset conueniendus apud Iudicem Ecclesiasticum, iuxta supra notata nu. 301. cum sequentibus, ex regula generali, quod actor sequatur forum rei, *l. actor, vltima, C. vbi in rem actio, cap. cum sit generale,* 8. *de foro compet.*

336 Neque obstat *d. l.* 7. *tit.* 10. *par.* 6. quæ vniuersim, & nulla distinctione facta videtur Episcopis iniũgere testamẽtorum exequutiones, cuius decisio ad pia, & non pia videtor extendi. Nam ego considero, quòd exequutio testamentorum, & officium exequutorum in se spectatum sit res continens nudum ministerium, non iurisdictionẽ: nam testator, qui nullam potest iurisdictionem tribuere, exequutores testamentarios nomioat, & facit: ius autem in casu negligentiæ eorum, aut omissionis testatoris circa eos nominandos, id officium Episcopis detulit subrogans eos in locum testamentariorum, tanquam legitimos, animaduertit Cenedo *in decretales, collectanea* 114 *num.* 1. *&* 8. Quare succedit vulgaris regula, vt subrogatum sapiat naturam eius, cui subrogatur, *l. si eum,* 10. *§. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus, l. postquã,* 5. *§. vltimo, vers. vltimo, ff. vt leg. seu fideicomiss. nom. caue.* Hippolitus *singular.* 255 Anton. Gabr. *lib.* 6. *communium, tit. de regul. iur. conclus.* 2. Cardin. Tuscus *litera S. concl.* 757. Eneradus *in locis legalibus, loco* 122. *à vi subrogationis*, cum plurimis omissis. Igitur officium executorum legitimorum nihil habet ad iurisdictionem pertinens, sed ad solum, & nudũ ministerium. Quæ fuit doctrina Ioannis de Imol. *in l. qui liberis.* 8. *§. hac verba, num.* 5. *&* 6. & Alexand. ibi, *num.* 8. *ff. de vulg. & pupill. substit.* in quo nudo ministerio pietatẽ, & spiritualitatem quandam agnouit, *d. l.* 7. *in fin. tit.* 10. *par.* 6. dum dixit, *E esto deuen ellos facer para cumplir la voluntad del testador, que es obra de piedad, e como cosa spiritual*, & textus *in §. si verò expressim in authent. de hæredib. & falcid.* lucrum habere ait pie agendo eum, qui testatoris voluntatem exequitur. ex quo id notauit vbi supra, Alexand. dicens, exequutorem testamentariom expectare meritum à Deo, si bene exequatur atque ex ea ratione considerari posse pietatem, etiam in exequutione legati non pij. Id etiam adootauit Spino *in speculo testamẽtorum, gloss.* 28. *num.* 6. 25. 77. *&* 80. consonat Cenedo *collect. n.* 114. *in decretales, num* 8. *& practicarum canonicarum, quæst.* 14. *num.* 2. *in fine,* & ex hac eadem ratione docuit Tiraquell. *in leges connubial. gloss.* 5. *num.* 190. *&* 191. & Surdus *de alimentis, tit.* 8. *priuil.* 9. *num.* 4. Itaque Episcopi poterunt quidem tanquam nudi ministri, & exequutores legitimi curare, vt defunctorum voluntates, etiam non piæ, exitum habeant. Poterunt item per suam iurisdictionem, & tanquam ordinarij Iudices exequutores testamẽtarios, aut datiuos compellere ad exequendas testatorum voluntates, in quo pietatem versari, dixit partitæ lex: subsunt enim exequutores testamentorum, etiã exempti Episcoporum iurisdictioni, quodammodo quò ad rationem officij, quod pium est reddendam, vt rectè notat Spino *dicta gloss.* 28. *num.* 20 ex textu optimo *in element. vnica, de testament.* & Pereira *de manu regia* 1. *p. c.* 16. *num.* 10. *vers. quare sine dubio, & num.* 14. post hæc scripta visus. Poterunt item in locum exequutorum testamentariorum negligentium designare datiuos. Poterunt itẽ de legatis pijs, & eorum exequutione cognoscere: non autem erunt Iudices competentes, vt compellant hæredes laicos soluere legata non pia; hæc enim res pertinet ad Iudices sæculares, vt prædictum est, dicta sint de insinuatione, & publicatione testamentorum Ecclesiasticarum personarum.

337 Cæterum quod attinet ad inuentarium bonorum Clerici defuncti, communis sententia est, confectionem inuentarij bonorum Clerici defuncti instituentis hæredem laicum pertinere ad Iudicem sæcularem, non ad Ecclesiasticum. Hanc amplectitur Guido Papę *decis.* 261. quẽ sequuntur Aufrerius *de potestate sæcular in ecclesiasticos, regul.* 4. *fallent.* 2. *num.* 3. *in fin. versic. adde, quod propter rationes,* Chasseneus *in consuetud. Bungund. rubric.* 6. *§.* 4. *verb. si par le pere, num.* 19. *& rubr.* 7. *§.* 13. *verb. par benefice d'inventarie, num.* 16. Ioannes Lupus *in repetit. rubric. de donat. inter. §.* 39. *num.* 12. Roland. à Valle *consil.* 61. *nu.* 9. *volum.* 4. Franciscus de Ponte *consil.* 18. *numer.* 13. Cabedo *decis.* 81. 1. *part.* idem Rolandus *tract. de inuentario,* 2. *part. quæstion.* 17. *num.* 1. *aliàs in tractatibus varijs de inuentario, quæst.* 31. *num.* 1. *& sequent.* Phanutius *de inuentario, in tractatibus varijs, quæst.* 240. *num.* 24. *&* 25. Azeuedus *in l.* 15 *numer.* 8. *&* 9. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopilat.* Guttierrez *lib.* 2. *practicarum, quæst.* 49. *num.* 1. *&* 2. Bouadilla *libr.* 2. *politic. cap.* 18. *num.* 179. Marta *de iurisdictione,* 4. *part. centur.* 2. *cas.* 122. *numer.* 16. Barbosa *in d. l. hæres absens, in principio, numer.* 178. *&* 179. Graffis *de effectib. clericat.* 1. *effect. num.* 1010. Ceuallos *in tract. de cognitione per viam violentiæ,* 2. *par. quæstion.* 78. *ex numer.* 7. inclinat Pereira *de manu regia* 1. *part. cap.* 16. *numero* 19. *&* 20. Villadiego *in politica cap.* 5. *§.* 20. *numer.* 106.

338 Fundamentum est, quoniam bona Clerici defuncti postquam per hæreditatis aditionem in hæredem laicum transierunt, non amplius censenda sunt bona Clerici, sed laici, amittuntque fori priuilegium, quod mutatione personæ mutatur, vt diximus superiùs nu. 301. & 319. ac per consequens manent sub sæculari iurisdictione. Ergo eorum inuentarium fieri debet interuentu Iudicis sæcularis.

339 Sed cum hoc fundamentum adeum solum casum pertineat, quo hęres laicus a Clerico institutus hęreditatem adiuit remanet adhuc in hoc articulo duplex difficultas. Prima, quid dicendum sit cum adhuc iacet Clerici hereditas, & eam nondum adiuit hęres laicus, & agitur de cõficiendo

ficiendo eius inuentario? Secunda, quid item dicendum sit, de inuentario hæreditatis laici, vel clerici, qui Clericum, aut pium locum, vel opus heredem instituit, postquam adita est ab herede, an inquam in illis casibus pertineat inuentarij confectio ad Iudicem Ecclesiasticum, an ad secularem?

340 Et quod ad primam difficultatem attinet, quidam existimarunt inuentarium eo casu confici debere coram Iudice Ecclesiastico, non seculari. Ita sentit Franciscus Marcus *decis.* 105.*& decis.*1058.*num.*3.1.*part.* loquens de spolijs Clericorum. Vbi eam tribuit Guidon. Papę *in dicta decis.* 261. minùs tamen verè, quoniam Guido non loquitur de hoc casu: eum tamen sequitur Marta *de iurisdictione*, 4.*part. centur.*2.*casu* 122.*num.*14.*&* 15. Pereira *de manu regia* 1.*part. d.cap.*16.*nu.*21.28.*&* 29. Probatur hęc sententia ex eo, quia hęreditas Clerici iacens, siuè hęres, qui hondum adierit sit Clericus, siuè laicus, repręsentat personam Clerici, & gaudet priuilegio fori, vt diximus supra ex numer. 322. Ergo apud Iudicem Ecclesiasticum fit inuentarium bonorum eius, non apud secularem.

341 Contrariam nihilominus sententiam, imò confectionem inuentarij hęreditatis Clerici iacentis pertinere ad Iudicem secularem, non ad Ecclesiasticum, tenent Guillelmus Benedictus *in repetit. cap. Raynutius, verb.& vxorem, decis.*2.*num.*132.*de testament.* & eum referens Rebuffus *in constitut. Reg tom.*1. *tract. de sententijs prædudicialibus, artic.*3.*gloss.*3.*num.*11. loquens per verba generalia, Guttierrez *libr.*2.*practicar. quæst.*49.*numer.*3. Cevallos *d. cognition. per viam violentiæ, part.*2.*quæst.*78.*ex numer.*14. Barbosa *in d.l. hæres absens, in princip. num.* 192. *& seqq. ff. de iudicijs*. Redditq; eam rationem huius sententię, quoniam conficere inuentarium nihil aliud est, quam declarare in specie bona, quę per testamentum in confuso relinquuntur heredi, atque ideò cum declaratio solum detegat id, quod latebat, *l. adeò*, 7.§.*cum quis, vers. vltimo, ff. de acquir. rer. domin. l. hærede, palam.* 21.§.*sed si quid post, in fin. ff. de testament.* debet considerari tanquam quid inclusum, & contentum in testamento. Cum igitur inuentarium sit declaratorium testamenti, & quasi eius pars, sequetur ipsius testamenti naturam, & sicut testamentum debet perfici, & publicari per Iudicem sęcularem, vt diximus superiùs num. 332. ita etiam inuentarium eius interuentu confici debebit. Et confirmatur, quoniam inuentarium est quæd im dependentia à testamento, cū illoq; connexum, quippè cum ex eo constet, quot bona defunctus reliquerit, quibus satisfiat voluntati eius publicatæ: Quo fit, vt Iudex legitimus, & competens publicationis, sit etiam Iudex legitimus inuentarij, quasi causæ præparatæ, & preparantis, *l. ordinarij*, 13.*Cod. de rei vindicat.* notauimus supra quæstion. precedenti, nu. 204. Ergo Iudex Ecclesiasticus non potest se ingerere circa inuentarium hæreditatis iacentis defuncti.

342 In his rationibus agnosco illud vitium, quod procedunt solum in hæreditate, quæ ex testamento defertur, non in ea, quæ defertur ab intestato: nam eo casu nulla fit publicatio, aut insinuatio testamenti, quod non existit, neque ratione connexitatis, cum ea potest Iudex laicus fieri legitimus, & competens inuentarij hæreditatis Clerici iacentis. Quare censeo quidem rigoris iuris conformiorem primam prædictam sententiam Francisci Marci, nisi Hispaniæ consuetudo secundam sententiam introduxisset, quam etiam in Gallia seruari, auctores sunt Gulielmus, & Rebuffus, relati numero præcedenti Cuius fortassè ratio non est alia, (vt significat Guttierrez *dicta q.*49.*numer.*3.) nisi quia in bonorum descriptione, & inuentario faciendo, agitur solum de fauore, & commodo hæreditatis, & bonorum, heredisq; futuri, non de vllo præiudicio, damno, aut læsione: nam ex inuentarij confectione oritur, vt bona custodiantur, eorum ratio reddi possit. Mirum igitur non est si hoc fiat in foro sęculari, cum apud eius fori Tabeliones in nostro Regno, meliùs & securiùs, quam apud Notarios Ecclesiasticos scripturæ inuentarij deponantur, & fideliùs custodiantur, quippè cum maior habeatur ratio scripturarum apud successores Tabelionum sæcularium, quam apud successores Notariorum Ecclesiasticorum, quorum officia ita sunt personalia, vt successor non acquirat scripturas antecessoris, quemadmodum acquirunt Tabeliones publici sæculares, apud quos manent acta omnia antecessoris in eodem officio, quod transfertur ex antecedente ad succedentem per renunciationem, vt statuitur *d. leg.*24. *titul.* 25.*lib.*4.*recopilat.* atque ita in hoc patria consuetudo ad perpetuitatem, & commodiorem, securiorem que custodiam horum instrumentorum, quæ tam necessaria sunt, videtur respexisse. Quorum seruandorum apud antiquos tanta fuit sollicitudo, vt atrium libertatis apud Romanos constitutum fuerit archium, quod nos Archiuum vocamus, pro tabulis publicis testamentorum, contractuumque, & aliarum conuentionum custodiendis vt eruditè, obseruat Iacobus Reuardus *lib.*1.*conectaneorum cap.*3.& iure Cassiodorius *lib.*12.*variarum epistol.*21. dixerit Scribarum officium securitatem esse cunctorum, quoniam ius omnium eorum sollicitudine custoditur. Archiui quoque publici, quo instrumenta publica seruarentur, & debitorum obligationes, meminit Iosephus de bello Iudaico *lib.*2.*cap.*17. Neque verò nouum est, vt multa in iure ciuili contra strictam rationem disputandi pro vtilitate communi sint recepta, *l. si ita vulneratus*, 52.§.*vltimo, ff. ad l. Aquil.*

343 Multò autem vrgentiori ratione, quod dictum est de hæreditate Clerici iacente, dicendum erit de hæreditate laici iacente, cuius hæres ex testamento, vel ab intestato futurus est Clericus, vel pius locus; quia cum ista hæreditas repræsentet defunctum laicum, & interim dum iacet fori priuilegio gaudere non possit, iuxta dicta superiùs numer. 319. proculdubio confectio inuentarij bonorum eius ad sæcularem Iudicem pertinebit, vt animaduertit Barbosa *in d.l. hæres absens, in principio, numer.* 185. quidquid dicant Marcus, & Phanuncius ab eo relati.

344 Ex consuetudine ista credit Guttierrez *dict. quæst.* 49. *numer.*4. ortam esse in hoc Regno aliam, quam praxi frequenti receptam videmus, vt quoties Episcopus vita functus est, Iudex sæcularis faciat describi bona Prælati defuncti, atque deponi apud sequestrum qui ea fideliter custodiat, atque vt id fiat, expediantur regia rescripta, in supremo Castelle Consilio. Quod si collector spoliorum Cameræ Apostolicæ proferat excommunicationis sententiam aduersus Iudicem sæcularem, quò eum inhibeat, implorato regio auxilio violentiæ recurritur ad idē Consilium, vbi monentur absolui excommunicati hac de causa, quod istis de causis fieri existimat, vt creditoribus defuncti faciliùs satisfiat, & breuiùs iustitia ministretur; eiusdem consuetudinis meminit Lasarte *de decima venditionis, cap.*19.*num.*48.*&* Bouadilla *lib.*2.*politic. c.*18.*n.*180. eandem reddens rationem, & Villadiego *in sua politica cap.*5.§.20.*num.*107.& Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ*, 2.*par. quæst.* 78. *num.* 13. item Cabedo *decis.*84.1.*par.* quam antiquissimam esse Hispaniæ

niæ consuetudinem, testatur *l.18.tit.5.par.1.* vbi notat Gregorius *gloss.3.* Et *in l.11.tit.15.eadem par.1.gloss.4.* autumat hanc consuetudinem ortam esse ex iure patronatus, quem Reges Hispaniæ exercent in suis Ecclesijs, quemadmodum Regibus Franciæ, & Angliæ Regibus cū erant catholici, & alij Principibus, ex eodem iure, & consuetudine approbata à sede Apostolica idem ius prouenit, vt testatur Ioannes Andreas *in cap.cum vos, 4. numer.15.de offic.ordin.* Hostiensis, & Imola ibidem relati ab eodem Gregorio, & Boerius *decis.32.per totam,maximè nu.8.& 9.* Ex qua consuetudine verisimilius est duxisse originem alteram illam, de qua egimus, de inuentario bonorum Clerici defuncti apud sæcularem Iudicem faciendo, cum caput membra sequantur, & idem ius in membris futurum sit, quod in capite, *cap. in Synodo, dist. 63.* & ibi glossa *verb.ac per hoc, capit.cum non liceat, 12.in principio, de præscription.* Cardin. Tuscus *liter.C.conclus.78.* quam è contra ex illa ortam istam alteram, vt sentiebat Guttierrez.

345 Quòad secundam autem difficultatem, quando hæres Clerici, vel laici, est Clericus, vel locus piua, & hæreditas est adita; prima sententia ait, inuentarium esse conficiendum interuentu Iudicis Ecclesiastici, non sæcularis. Ita sentit Phanutius *in tractatibus varijs, de inuentario quæstion.240.num.25.* qui tamen falsò pro eadem sententia allegat Chassenæum, eam tamen sequitur Guttierrez *lib.2.practicar.dicta quæst.49.num. 5.* & Marta *de iurisdictione 4.part.cent.2.cas.122.numer.14.& 15.* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ dicta quæst.78.nu. 14.& 15.* Pereira *de manu regia, 1.part.capit.16.num. 24.& 25.* tametsi loquantur solum de casu, quo testator, & hæres sūt Clerici, omitentes casum testatoris laici, & hæredis Clerici. Verùm eadem ratio videtur vigere in vtroque casu, videlicèt, quòd hæres gaudeat priuilegio fori.

346 Contrariam tamen sententiam, imo in istis omnibus casibus inuentarium interuentu sæcularis Iudicis cōfici debere, tenent Gulielmus Benedictus *in repet. capit. Raynutius, verbo, & vxorem decis.2.nu.132.* Rebuffus *tomo 2.in constitut.Reg.tract.de sentent. præiudicialib. artic. 3. glossa 3.num.11.* qui loquuntur de inuentario indistinctè, & generaliter, Carolus de graffis *de effectib.clericat.1.effect.nu.1010.* Barbosa *in d.l.hæres absens, in principio, num. 197.* Mattheus, & Ferrarius *in additionibus ad Guidon.Papæ decis.261.* Villadiego *in politica,cap.5.§.20. num. 106.* quām seruari, & in praxi receptam iuxta consuetudines suarum Prouinciarum testantur. Pro qua sententia faciunt, quę in præcedenti difficultate pro secunda sententia adducta sunt: locum enim habent in isto casu, quemadmodum in illo. Confirmatur, quoniam non obstante priuilegio fori, quo Clericus gaudet, statutum est in nostro Regno, vt Clericus hæres laici testamenti publicationem faciat coram Iudice sæculari, *l.5.tit.4.li.5. recopilat.* Ergo simili modo coram eodem debet facere inuentarium, cum inuentarium sit appendix testamenti. Ex quo rursus colligitur Clericum heredem Clerici eodem modo debere interuentu Iudicis laici inuentarium conficere: non est enim maior vis priuilegij bonorū Clerici defuncti, quam personæ hęredis Clerici, qui hereditatem adiuit, imò maior personę viuentis, quàm bonorum defuncti: cum hoc ex veritate pendeat, illud ex iuris fictione. At non obstante priuilegio Clerici hæredis qui adiuit, cum Clericus laico succedit, testamenti publicatio, & inuentarij confectio, quod consequens est, pertinet ad Iudicem laicum, *ex d.l.15.* Ergo similiter cū Clericus succedit Cler. cū nō possit reddi ratio disparitatis.

347 Neque obstant, quę Guttierrez pro sua sententia adducit *dicta q.49.num.6.& seqq.* Arguit enim ab exemplis dubiosibus, & quę non modicam patiuntur difficultatē: imò verò satis est verisimile, vera non esse, vt doctè adnotauit Molina *de iustitia, tract.2.disput. 133. §. dubitant Doctores, circa finem, vers.multum tamen dubito.* quare rectè cadit illud Horatij *lib.2.satyr.3.versu 325.*

Nihil agit exemplum litem, quod lite resoluit.

Esto autem vera essent ab illis ad inuentarij confectionē argumentum sumi non potest, tūm ob ante dicta, tūm ob consuetudinem, quæ hac in re multum valet. Tametsi fortassis res hæc censenda sit mixti fori vbi prędicta contraria consuetudo non vigeret, quod vno verbo videtur significasse. Sarmiento *de redditibus Ecclesiasticis, 4. part. cap.1.num.8.*

348 Regulam tamen prędictam, & conclusionem principalem limitabis primo, vt procedat, & habeat locum in herede, & successore vniuersali: secus erit in successore particulari; in quem non transit forus principalis sui antecessoris. Probat hanc limitationem per argumentum à contrario sensu textus *in d.l. hæres absens in principio, ff. de iudicijs,* notat Paulus *in l.1.num.3.* & probat textus ibi, *ff.si ex noxal.caus.agat.* & Barbosa *in d.l.si constante 25.§.fin. num.30.ff.solut.matrimon.* qui refert Curtium Iuniorem *in d l.hæres absens,in principio, num. 3.* Quę tamen limitatio primo sublimitanda est in successore particulari ex necessitate in iudicio, & actione reali vt probat textus *in l. in iudicio,48.* vbi notat Glossa, *verb.parte adiudicatus, ff.fami l.erciscun.* & ex illo notat Bart. *in l.Lucius,78.§.rogatus, ff.ad tabellia.& in l.si eum hominem, 34.num.4.ff.de fideiussor.* Marian.Socin.Iunior *cons. 34.n. 13.li.3.* Peregrinus *de fideicommissis art.53.num.24.* & pro maiori explicatione adde eundem ibidem *num.25.* Puteus *decis.177.li.2.* Mohedanus *decision.1.de iud.aliàs decision.41.*

349 Sed an ista limitatio sit sublimitanda eo casu quo singularis successor ex titulo inualido, & nullo, acquirit possessionem rei, vt tunc, etiam si sit exemptus, censeatur nihilominus subijci eidem foro cui subijciebatur antecessor, difficultatem habet. Declarabimus autem eam a... tatis terminis generalibus ad casum in specie expressum. Ponamus laicum transtulisse in Clericum ex aliquo particulari titulo legatis, donationis, aut venditionis hippotechas speciales censuales; cum tamen in contractu census esset adiecta consueta clausula qua contineretur pactum de non alienando conforme celebrate textui *in l.si creditor,7.§.vltimo,ff.de distract.pignor.* quo casu alienationem nullam esse, saltem in creditoris præiudicium, communis est omnium sententia: tunc si creditori decursas pensiones soluere renuat, aut differat Clericus hippothecatū possessor, dubium est, quem Iudicem adire debeat creditor pro exactione sui debiti, an sæcularem, cui antecessor subditus erat, & coram quo erat conueniendus, an Ecclesiasticum cui Clericus successor est subiectus.

350 Prima sētia est, adeundū esse Iudicē sęcularē quemadmodū adeundus esset, si hippothecæ possiderentur à laico antecessore. Ita sentit Parladorius *l.2.rer. quotidi.c.fi n. 2. part.§.1.num.11.& 12.* Olanus *in sua concordia, liter. C. nu. 30.& 31.* Ceuallos *in specul.practic. lib.1.q. 36. ex numer. 14.& in tract.de cognitione per viam violentiæ, 2.par. q.16. nu.35.& q.40.ex num. 14.* pro quibus faciunt tradita à Guttierrez *lib. 2. practicar.q.132.num.9.* allegāt isti pro se Gulielmum de Cuneo, Afferium, Gulielmum Benedictum, & alios. Fundamentum huius sententiæ est, quoniam isto casu hippotheca censui, supposita virtute pacti de non alienando, non potest alienari in Clericum, neque

que in eius dominium transire, iurisque census manet sub laici alienatoris dominio: ac per consequens non est exempta à sæculari iurisdictione, poteritq; Iudex secularis expedire mandatum de exequendo, & eam capere iure pignoris iudicialis, iuberetq; distrahi, aut possideri, vt creditori satisfiat.

351 Contraria nihilominus sententia, quinimo re censui supposita ad Clericum deueniente ex titulo, etiam inualido, & inepto ad transferendum dominium, non esse petendam exequutionem pro redditibus decursis aduersus hippothecas, & Clericum earum possessorem, apud Iudicem laicum, sed apud Ecclesiasticum, cui subest Clericus debitor decursarum pensionum, verior est, & iuri conformior, tùm item magis communis, & vsitata, approbatque à tribunalibus superioribus. Eam tradunt Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib. 2. quæst. 9. num. 59.* qui ait, ita iudicasse pluries Senatum Pincianum, & se obtinuisse in quadam causa Metinensi, Felicianus *de censibus, tomo 2 libr. 1. capit. 3. num. 16.* Gratianus *disceptation. forens. tomo 1. cap. 16 num. 21. & sequentibus, & cap. 141. num. 9.* Zachias *ad Gallesium de obligatione camerali, q. 8. n. 4. 5. & 6.* Marta *de iurisd. p. cent. 2. cas. 152. ex n. 2.* & ante omnes vno verbo Ancharanus *in c. ea quæ 26. n. 21. in fin. vbi est etiam finis quæst. 17. de reg. iur. in 6.* Fundamentum est, quoniam tametsi per alienationem hippothecæ contra pactum, quæ nulla est dominium non transferatur in Clericum, tamen in eum transfertur possessio, *l. 1. §. si vir vxori, ff. de acquir. possess.* & diffusè probat Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, num. 23. cum seqq.* qua possessione non potest Clericus priuari à Iudice sæculari sine citatione, vt probat optimus textus *in cap. licet Episcopus. 28. de præbend. & dignitatib. in 6. & in l. cum fundum, 18. ff. de vi, & vi arm. & in l. meminerint, 6. C. vnde vi,* notant Menoch. *de recuper. possess. remed. 1. num. 101. & remed. 8. per tot. maximè num. 77.* Peregrinus *de iur. fisc. lib. 1. tit. 3. nu. 60. & lib. 6. tit. 4. num. 13. de fideicommiss. art. 48. nu. 18.* Castillo *quotid. controuer. lib. 3. cap. 24. num. 66. & seqq.* & idem Ceuallos *de cognition. per viam violentiæ d. q. 16. num. 14. & 15.* præterquam quod possessor hippothecarum citari debet, iuxta iura regia processu exequutiuo ad sententiam addictionis, vt statuit *l. 19. tit. 21. lib. 4. recopil.* & notat Parlador. prioris sententiæ sectator, *libr. 2. rerum quotidian. c. fin. 4. par. §. 5. numer. 19.* quippè cum de ipsius præiudicio tractetur, & subsit regula, *l. de vnoquoque, 47. ff. de re iud.* Iudex autem sæcularis non potest citare, vocareue ad suum tribunal Clericum à sua iurisdictione immunem, Card. Tusc. *lit. C. concl. 239.* quem si de facto citauerit, & ille petierit, vt ad suum Iudicem Ecclesiasticum remittatur, remitti debet, Grammaticus *decis. 61. nu. 1. 2. & 3.* idem Tuscus *lit. C. concl. 345. nu. 24.*

352 Neque obstant adducta pro prima sententia: nam in primis Doctores antiqui pro ea allegati loquuntur, præsupposita opinione illa, quod Clericus actione reali conueniri possit apud Iudicem sæcularem, quam in Gallia seruari testantur multi quam tamen esse iuri dissonam, & in Hispania insuetam, diximus superius quæst. 3. num. 154. cum alijs, quos ibi retulimus. Item argumentum Parladorij nullius momēti est: nam tametsi ex alienatione nulla in Clericum non transierit rei censui suppositæ dominium, acquisita est saltem illi possessio, ratione cuius Clerici interest ad iudicium vocari, citarique ad sententiam addictionis ferendam in processu exequutiuo: nō potest autem vocari ad iudicium a Iudice laico, qui est incompetens, & alienus Iudex, vt præsupponit textus *in l. si quis ex aliena, 5. ff. de iudicijs,* & notant Doctores *in l. vltima, ff. de iurisdiction. omnium iud.* Marianus Socinus *in rubrica de dilationibus, art. 4. nu. 4. art. 17. nu. 1.* Marta *de iurisdiction. 4. par. cent. 2. cas. 102. nu. 3. & 4.* Tuscus *liter. C. dicta concl. 239.* cum citare sit actus iurisdictionis, quæ in non subditum non potest exerceri. Si verò ad iudicium accedat proponens exceptionem fori declinatoriam, ad suum Iudicem est remittendus, vt rectè Grammaticus, Tuscus, & Gaspar Rodericus supra relati adnotarunt.

353 Limita secundò propositam regulam, & conclusionē generalem, vt procedat, & locum habeat cum hæres conuenitur ex contractibus vel quasi contractibus defuncti, pro quibus ipse poterat conueniri, si viueret: secus erit, si in iudicium deducantur actiones initium sumentes à persona hæredis, quæ oriuntur ex quasi contractu celebrato in aditione hæreditatis, iuxta textus *in l. apud Iulianum, 3. §. vltimo, in fine, ff. quibus ex caus. in possess. eatur, & in §. hæres, instit. de obligat. quæ ex quasi contractu,* vt si petantur legata, vel fideicommissa à defuncto relicta: nam non debet hæres conueniri pro illis, attento foro defuncti, cum actio à defuncto non fuerit transfusa, sed in loco, vbi fuerit maior pars hæreditatis, apud Iudicem competentem, videlicèt hæres laicus apud Iudicem laicum, Ecclesiasticus verò apud Ecclesiasticum. Hanc limitationem probat textus *in l. si fideicommissum, 50. de iudicijs, & in l. vnica, C. vbi fideicommiss. peti oport.* cum quibus conuenit *l. 1. tit. 6. part. 6.* vbi notat Gregorius *gloss. 4. & l. 48. tit. 9. eadem par. 6.* & præter Bart. Bald. & cæteros *in d. l. si fideicommissum, & in d. l. vnica,* meminit. Molina *de primogen. lib. 3. cap. 13. numer. 73.* & Peregrinus *de fideicommiss. art. 53. num. 1. & 2.*

354 Amplia limitationem, vt si legatarius velit hæredem conuenire, non vt legatū soluat, sed vt pro legato caueat, possit id facere apud Iudicem loci, vbi est hæreditas, vel maior pars eius, & non sit necesse hæredem remitti ad Iudicem sui domicilij. Probat textus *in l. postquam, 5. §. cum quærebatur, versic. quare si hæres, ff. vt legat. seu fideicommiss. nom. caue.*

355 Quænam verò sit ratio huius limitationis, & ampliationis eius, non conuenit inter Doctores, qui varias assignant, quas tamen improbat Barbosa *in d. l. hæres absens, in princip. ex nu. 37.* redditq; aliam *nu. 39. cum seqq.* quam & nos probandam duximus. Est igitur ratio, quoniam tametsi hæres adeundo hæreditatē videatur in loco, quo eam adiuit, quasi contrahere cum legatarijs, *vt in §. hæres, instit. de oblig. quæ ex quasi contract.* tacitè tamen videtur solutionem destinare in locum, vbi fuerit maior pars hæreditatis: nam cum ius præcipiat legata peti, & solui in prædicto loco, *vt in d. leg. vnic. Cod. vbi fideicommiss. peti oport.* videtur hæres obligare se, vt ibi soluat, quasi conformans se dispositioni iuris, iuxta *l. si duo, 38. ff. de acq. hæred. l. hæredes mei, 57. §. cum ita,* vbi notat Ripa *nu. 75. ff. ad trebel.* imò, & testator, qui in dubio præsumitur in minimo velle grauare hæredem, *l. Titia cum testamento, 35. §. qui inuita, ff. de leg. 2.* Paulius *de resignat. beneficior. li. 6. q. 2. nu. 44.* Molin. *de primog. lib. 1. c. 4. nu. 8. & 9. lib. 2. c. 14. n. 46. vers. ex aduerso,* Menoch. *de præsumptionib. libr. 4. præsumpt. 106. ex num. 17.* Peregrinus *de fideicommiss. art. 1. n. 33.* Quesada *diuersar. quæstion. cap. 22. nu. 2. & 3.* tacitè videtur in eum locum consuluisse solutionem, vbi commodius ab hærede fieri potest ex bonis hæreditarijs, *l. sed etsi susceperit, 52. §. sed etsi proponas, ff. de iudicijs,* ex quo textu id docuit Bartol. *in d. l. si fideicommissum, 50. num. 1. ff. eod. tit.* Succedit igitur doctrina, conclusio a nobis tradita supra quæstione præcedenti ex numer. 248. & num. 259. quod vbi contrahitur in vno loco, & in alium confertur

fertur

fertur solutio, non censetur contractum in loco, in quo contractus celebraretur, ad effectum, vt contrahentes ibi sortiantur forum, sed in loco, in quem solutio destinata est, l. contraxisse, 21. ff. de act. & obligat. l. 3. ff. de bonis author. iudic. possid. Quæ conclusio etiam in quasi contractibus locum habet, vt docuit Paulus Castrensis in l. non alids, 24. nu. 3. ff. de iudicijs, & ex Lancellotto, Decio, notauit Barbosa vbi supra nu. 40. in fine. Quibus adde, cum accessorium sequatur naturam principalis l. cum principalis, 178. ff. de reg. iur. cap. accessorium. de reg. iur. in 6. eundem locum esse idoneum pro petenda cautione, qui idoneus est pro petendo legato, quod est principale, cum cautio accessoria sit principali causæ, l. in omnibus, 43. ff. de solutionib. Ex qua ratione comprobatur prædicta limitatione ampliationis ampliatio.

356 Vnde fit, vt exceptio, quæ oritur ex d. l. si fideicommissum, in fauorem hæredis conuenti in loco, vbi hæreditas est adita, pro legatis, vel fideicommissis, fit exceptio in competentiæ, seu declinatoria, quasi Iudex illius loci, nullam iurisdictionē habeat in adeonrem, vt videtur sensisse Glossa in l. sed etsi suscepit, 52. in princ. in verb. non potest, ff. de iudicijs, quæ non solum exequutioni legati opponi potest, vt sensit Paul. Castrens. in d. l. si fideicommissum, 50. in princip. num. 2. & in §. fin. num. 2. sed etiam petitioni, & ab ea legatariū excludet, debebitq; remitti ad Iudicem loci, vbi est maior pars hæreditatis; quod videtur esse contra sententiam Pauli. Quæ tamen eo solo casu admittetur, quo hæres conuenitur quidem in loco, in quo est maior pars hæreditatis, atq; adeò apud Iudicē competētem: res autem in specie legata, quæ petitur est in alio loco, tunc enim exceptio non opponetur petitioni legati, quod congruo loco petitur, sed eius exequotioni, quia legatum præstari, ac solui debet in eo loco, in quo erat tempore mortis testatoris, l. quod legatur, 38. ff. de iudicijs, l. cum res, 49. ff. de legat. 1. quod adnotauit quoque Barbosa vbi supra ex numer. 41. & nos dicemus numer. 358. sequenti.

357 Sublimita primò prædictam secundam limitationem principalem, vt hæres pro legatis sit conueniendus in loco, vbi fuerit maior pars hæreditatis; si tamen ibi inueniatur, alioqui si fuerit absens, conueniri non poterit. Obseruat Salycetus in d. l. vnica, num. 4. Cod. vbi fideicommiss. peti oport. Peregrinus de fideicommiss. art. 53. numer. 7. iuncto num. 1. Quod Salycetus ex eo probat, quoniam hæres ibi conuenitur ratione quasi contractus, & solutionis tacitè destinatæ, vt diximus superiùs numer. 355. Sed in loco veri contractus, & solutionis expressè destinatæ, conueniri non potest contrahens, nisi ibidem inueniatur, vt diximus quæstione præcedenti numer. 262. Ergo neque hæres in loco, ubi fuerit maior pars hæreditatis: nam ex contractu ad quasi contractum, argumentum legitimè in iure deducitur, & è contra, vt notat Euerardus in locis legalibus, loco 37. & 38.

358 Sublimita secundò prædictam secundam limitationem, si legata sit res in specie, quæ sit alibi, quam vbi est maior pars hęreditatis: nam pro ea poterit hæres conueniri in loco, in quo est res legata: dum tamē heres ibidem inueniatur, etiam si sit in diuerso loco maior pars hereditatis. Hanc sublimitationem probat textus in l. sed etsi suscepit, 52. §. si ea res, ff. de iudicijs, & in leg. 48. tit. 9. par. 6. Azo in summa, C. vbi fideicommissum pet. oport. num. 1. Salycetus in l. vnica, numer. 2. & 3. Cod. eod. titul. Paulus Castrens. in d. l. quod legatur, numer. 2. ff. de iudicijs. Rationem reddit Salycetus, primò, quoniam testator tacitè videtur voluisse pręstari rem, vbi est suę mortis tempore, cum res, 49. ff. de legat. 1. d. l. quod legatur, 38. vers. nisi si adiectum. Ergo ibidem peti potest, d. l. si fideicommissum, 50. in principio, versic. nisi probetur, d. l. sed etsi suscepit, §. si libertis, versic. cum appareat. Et confirmatur, quoniam hæres per quasi contractum aditionis videtur tacite conuenire cum legatarijs de soluendo eo loco, quo testator disposuit, l. si hæres, 6. iuncta l. 1. ff. de eo, quod certo loco. In loco autem, vbi soluere promisit, conueniri potest hęres, l. quamuis 51. §. 1. ff. de iudicijs. Salycetum suppresso nomine sequutus est Barbosa in d. l. hæres absens in principio, ex num. 46.

359 Sed an hęc sublimitatio vera sit, & procedat solū, cū agitur pro legato actione reali, videlicet rei vindicatione, uel hippotecaria, vel personali in rem scripta; an etiam cum agitur actione merè personali ex testamento, eamque; possit intentari apud Iudicem loci ubi res legata existit, non est leuis controuersia inrer Doctores, Nam Glossa magistra vltima in dict. l. quod legatur, quam sequuntur approbantes Bartol. ibi, Bald. Angel. numer. 2. Fulgosius Peregrinus de fideicommissis, artic. 53. numer. 1. Simon de Prętis de interpretat. vltimar. voluntat. libr. 4. interpretat. 1. dubitat. 8. num. 104. & sequentib. Barbosa in d. l. hæres absens, in principio, num. 50. & 52. cum sequentib. & ante eos omnes idem docuit Azo in summa num. 1. C. vbi fideicommiss. peti oport. & Cynus in leg. vnica, numer. 1. C. eodem titulo, sentit rem in specie legatam non posse peti actione personali in loco, ubi est, sed solum reali, uel personali in rem scripta, quod significare uidetur textus in dict. l. quod legatur. Et probatur, quoniam in foro rei sitę non potest agi actione personali, sed solum reali, ut adnorauimus hac eadem disputatione quęstion. 3. num. 151. Ergo neque in loco, ubi sita est res legata, agi potest aduersus hęredem, uel grauatum eam tradere, & legatum soluere, actio personali; sed dumtaxat realis.

360 Contrariam tamen sententiam quinimo in loco, ubi sita est res legata, posse agi aduersus hęredem, ut eam tradat legatario, non solum actione reali, sed etiam personali ex testamento, sine metu exceptionis, quod alibi sit maior pars hęreditatis, sequuti sunt Gulielmus de Cuneo, quem refert Paulus Castrensis dict. leg. quod legatur. numer. 2. Albericus ibi, numer. 3. Salycetus in d. leg. vnica, numer. 3. Codicis vbi fideicommissum, peti oportet Antonius Gomez tomo primo variarum capit. 12. numero 84. Probatur hęc sententia, primò, ex generalitate textus in dict. leg. sed etsi suscepit, 52. §. si ea res, ff. de iudicijs, ubi petenti fideicommissum in loco, ubi est, non obstant exceptio, quod alibi sit maior pars hęreditatis. Qui textu iuxta interpretationem Fulgosij ibi, numer. primo loquitur de actione personali in iudicium deducta.

361 Neque satisfacit Fulgosius ibi, & eum sequutus Barbosa in d. l. hæres absens, in principio, ex n. 58. recurrens ad eam considerationem, quòd in eo §. ut in precedentibus, agatur de legato, quod petebatur Romę actione personali, vbi ex eo peti poterat, quod sit communis patria, & ibi omnes domicilium habere intelligantur. Non in quam satisfacit, primo, quoniam in §. si ea res, nulla relatio fit ad paragraphos præcedentes, neque casus ibi propositus vllam dependentiam habet ab alijs, aut similitudinem cum illis, ob quam intelligamus Iurisconsultum agere de legato, quod Romæ peteretur, & prosequi casum propositū superioribus periodis, & non potiùs fecisse transitum ad alium casum diuersum, ut plerumque fit. Secundò, quoniam tametsi paragraphis præce-

dentibus egerat Iurisconsultus de legato Romæ petito, non in eo fundauit, aut ex ea ratione confirmauit decisionem suam, quod Roma esset communis patria, sed ea potius, quod testatoris verisimilis voluntas eo loco solui legata decreuerat. Ergo prædicta subtilitas attendenda non est.

362 Secundò, quoniam non solum cum agitur pro ipso legato, vel fideicommisso, potest agi in loco, vbi existunt, sed etiam cum agitur pro satisdatione, & cautione præstanda, vt *in d. §. si ea res, in fine*, in quo iudicio nulla actio realis proponitur, sed imploratur officium Iudicis, quod magis personali actioni, quam reali simile est, vt notat ibidem Fulgosius.

363 Tertiò, quoniam per hæreditatis aditionem hæres quasi contrahere videtur cum legatarijs, & se obligare, vt soluat legata, non quidem in loco, vbi hæreditatem adiuit, sed in loco, in quo res legata existit vt considerabamus supra nu. 355. & 358. & docuit Cumanus *in l. cum res 49. 1. lectura, num. 3. infra. ff. de legat. 1.* vbi ait, hanc obligationem contrahi respectu loci, vbi res est cumque sequutus, magisque explicans Ias. ibi. *num. 12. & 13.* referens Angelum, apud quem tamen id non inuenitur. Sed in loco solutioni destinato conueniri potest reus, non solum actione reali, sed etiam personali, vt constat ex traditis quæstione præcedenti, ex numer. 248. & numer. 259. Ergo & hæres pro relegata, in loco, in quo existit.

364 Quartò, quia in loco, in quo testator tacitè, vel expresse vult solui legata, peti possunt ab hærede, & ibi legitimè conuenitur hæres, tùm actione reali, tùm personali, *d. l. quod legatur, 38. d. l. si fideicommissum, 50. in principio. d. l. sed etsi susceperit, 52. §. si libertis, & §. sed etsi proponas, ff. de iudicijs, d. l. cum res, 49. ff. de legat. 1.* quasi iste sit locus solutioni destinatus, & expresse apud nos statuit *l. 48. tit. 9. p. 6. circa fin. ibi: O en aquel lugar do el testador las mandasse pagar.* Sed in loco, vbi existit res legata, videtur tacitè voluisse testator, vt eam tradat hæres legatario, & legatum soluat, *d. l. cum res,* & ibi notarunt Doctores. Ergo ibi potest conueniri pro soluendo legato, tùm actionem reali, tùm personali.

365 Quintò tandem apud nos Hispanos res videtur esse minus dubitabilis, ob generalitatem verborum, *d. leg. 48. tit. 9. par. 6.* quæ indistinctè ait, legata peti posse in quocunque ex tribus locis: aut vbi hæres habet domicilium, aut vbi fuerit maior pars hæreditatis, aut vbi fuerit res legata. Ergo indistinctè est accipienda eius dispositio, siue agatur actione reali, siue personali, *l. de prætio, ff. de public. in rem act.* cum vulgatis.

366 Paulus autem Castrensis *in dict. l. quod legatur, 38. nu. 2.* quibusdam ex istis fundamentis conuictus, conciliat duas istas contrarias sententias facta distinctione casuũ. Primus casus est, cum tempore testamentis, vel mortis, res legata erat alicubi, & id sciebat testator. Nam si tẽpore exactionis ibidem reperitur, hæres poterit ibi pro ea conueniri actione reali, & personali. Ratio est, quia cum loco concurrit tacita voluntas testatoris, quę locum facit actioni personali eo loco mouendæ. Secundus casus est, cum res non est in loco, in quo erat tempore mortis testatoris, vel testator ignorabat esse extra locum testamenti. Quo casu non poterit agi aduersus hæredem pro legato actione personali in loco, in quo res legata existit, sed solum actione reali, qua agi potest vniuersim in foro rei sitæ, iuxta dicta a nobis quæst. 3. numer. 151. Ratio est, quia hoc casu deest voluntas testatoris, quæ excluditur ignorantia, *l. si per errorem, 15. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. cum testamentum, cum sequenti,* vbi notat Bartol. *ff. de iuris, & facti ignor.* optimus textus *in l. si quis ita, 16. §. si quis cum ignoraret, ff. de testament. tut. l. Titius, 25. in princip. ff. de liber. & posthum.* Hinc ortum est vulgare, & certissimum Philosophorum axioma, *nihil volitum quin præcognitum*, desumptum ex Aristotele *libr. 3. moralium ad Nichomachum, capit. 1. & 2.* de quo D. Thomas *1. par. q. 8x. art. 4. ad 3. & 1. 2. q. 6. artic. 8. in corpore, & q. 9. art. 1. in corpore, & q. 76. art. 1. ad. 3.* & Thomistæ istis locis Scholastici *in 2. distinct. 22.* vbi agit magister de ignorantia, Cordubensis *libr. 2. quæstionarij, q. 16. & 17.* Alphonsus de Castro *de potestate legis pœnalis, libr. 2. cap. 14. post conclusionem secundam principalem, proposition. 1.* vbi illud attribuit Diuo Augustino non designato loco. Cuius etiam meminit Baldus *in l. quæ fortuitis, nu. 2. C. de pignorat. action. & in l. certi iuris, num. 2. C. locati.* Eadem quoque voluntas testatoris excluditur mutato loco, vbi res erat tempore mortis testatoris, quoniam ad id tempus debet eius voluntas referri, *§. in extraneis, instit. de hæred. qualit. & different.* ac per consequens nihil operante testatoris voluntate, quam deesse certum est, remanet forus rei sitæ dumtaxat, in quo sola actio realis, aut in rem scripta in iudicium deducitur, non personalis, vt diximus supra quæstion. 3. dicto num. 151. & hæc conciliatio Pauli nobis placet.

367 Aduersus quam nihil faciunt vtriusque sententiæ proposita fundamenta: nam ad fundamenta primæ respondetur, in primis textum *in d. l. quod legatur,* in quo Iurisconsultus docet, actionem realem pro specie legata deducendam in loco, vbi res est, non negat eodem loco posse moueri personalem actionem. Ab affirmatione autem vnius, ad negationem alterius, non ducitur legitimè argumentum, nisi inter contraria, & incompatibilia, vt diximus quæst. præcedenti nu. 190. Item Iurisconsultus ibi agit de loco, vbi sita est res legata, qui est forus legitimus, & competens, vbi legatum peti potest actione reali ex se, & ex natura sua, etiam si voluntas testatoris non concurrat, vt dicebat Paulus Castrensis contingere in secundo ex enumeratis casibus, in quo actio personalis ibi moueri non potest. Addimus tandem ex Alberico *in dict. leg. quod legatur, numer. primo* mentem Iurisconsulti ibi fuisse, notare differentiam inter actionem realem, & personalem, quibus legatum peti potest: nam si petatur actione personali distinguendum est, an petatur species, an quantitas: si autem legatum petitur actione reali, non est necesse hanc distinctionem facere. Item dicimus in prima parte legis, in qua Iurisconsultus agit de lato personali actione petito, decernere solum, vbi legatum solui debeat, non vbi debeat, peti quoniam vero affirmat, soluendum legatum petitum actione personali, vbi est, non negat ibidem peti posse actione personali, vbi est. In secunda verò parte legis, vbi agit de legato petito actione reali, determinat solum, vbi legatum peti debeat, non vbi solui.

368 Ad secundum argumentum deductum à simili ex foro rei sitæ neganda est consequutio: nam ideò in foro rei sitæ, solum potest deduci actio realis, quia ex se, & natura sua locus rei sitæ præcisè spectatus, reddit forum competentem ad actionem realem dumtaxat mouendam aduersus reum non obligatum, & qui ex nulla alia ratione forum sortitur: si vero reus sortiretur forum in eodem loco, in quo res existit ex destinatione solutionis eo relata, vel contractu ibi facto, proculdubio posset etiam ibidem moueri personalis actio. Heres igitur

cum

cum in loco, in quo est res legato, non ex sola re sita sortiatur forum, sed ex tacita voluntate defuncti, cum ibi obligante, vt soluat legatum, cuius solutione in eum locū tacitè destinauit, mirum non est, si conueniatur legitimè, tàm reali, quàm personali actione, quia ex noua causa superueniente forus fortificatur, vt nostri loquuntur, & in eo non solum reali, sed personali actioni locus fit, cum duo vincula fortiora sint, quàm vnum, *Authent. itaque, C. commun. de successión.*

369 Ad omnia autem argumenta adducta pro secunda sētentia facilè respondetur, quòd in secundo ex prædictis casibus propositis à Paulo, cessat verisimilis voluntas testatoris, qua cessante, cessant quoque omnes prædictæ rationes: manet enim dumtaxat forus rei site à voluntate testoris separatus, in quo solum locus est actioni reali, non personali, vt sæpiùs dictum est.

370 Sublimita tertiò prædictam secundam principalem limitationem, vt non procedat, cum hæres promisit soluere legata in certo loco: nam ibi poterit conueniri, etiam si alibi sit maior pars hæreditatis. Ita probat textus *in leg. quamuis, 51. §. 1. ff. de iudic.* & ibi notant Doctores, Peregrinus *de fideicommissis art. 53. num. 4.* Barbosa *in d. l. hæres absens, in principio, num. 77.* Ratio est, quia ex destinatione solutionis in aliquem locū facta contrahitur forus in eodem loco, vt possit ibi promissor conueniri, non secus, ac si ibidem contraxisset, iuxta latè dicta quæstione præcedenti num. 248. cum sequentibus.

371 Sublimita quartò eandem secundam limitationem, vt pro legato possit hæres conueniri in quocunque loco, in quo voluerit testator solui legatum, etiam si ibi non sit maior pars hæreditatis. Ita planè tradit textus *in leg. quod legatur, 38. & in d. l. si fideicommissum, in principio, & in d. l. sed etsi susceperit, §. si libertis, & §. sed etsi proponas, ff. de iudicijs, & in d. l. cum res, 49. ff. de legat. 1.* & istis locis notant Doctores, apud nos aperte probat *l. 48. tit. 9. par. 6.* Peregrinus *de fideicommissis, artic. 53, nu. 6.* Dueñas *regul. 161. versi. tertio fallit.*

372 Sublimita quintò eandem secundam limitationem, si hæres spontè incipiat soluere legatum in loco, in quo poterat opponere exceptionem dilatoriam, quod alibi sit maior pars hæreditatis: nam ipso facto videtur ei exceptioni renunciare, & cogetur integrè legatario satisfacere in eodem loco, & solutionem perficere. Ita probat textus *in d. l. si fideicommissum, 50. §. vltimo*, & ibidem notant Bartolus, & Baldus, & Albericus *numer. 3. versic. sed quæro*, Fulgosius *nu. 5.* Paulus Castrensis *num. 1.* Angelus *in l. 1. num. 5. C. de fideicommissis*, Menesius *in l. etsi inutiliter, 2. numer. 6. eodem titulo*, Dueñas *regul. 161 limitation. 4.* Peregrinus *de fideicommissis dicto artic. 53. numer. 3.* probat item apud nos *d. l. 48. titul. 9. par. 6.* vbi notat Gregorius *gloss. 7.*

373 Sed hæc sublimitatio maiori eget declaratione: nam duas difficultates inuoluit. Prima est, an ex solutione partis vnius legati fieri cępta ab hærede, reddatur locus, in quo facta est, forus legitimus, & competens, in quo conueniri possit ipse idem hæres pro solutione reliquæ partis eiusdem legati, quod cęptum est solui. Secunda, an ex solutione partis vnius legati, aut integra vnius legati solutione, reddatur ille locus, quo eius legati solutio facta est, forus legitimus, & competens, in quo possit hæres ab alijs legatarijs pro legatorum suorum solutione conueniri.

374 Et quod attinet ad primam difficultatem, dicendum est, hęredem legitimè posse conueniri in loco, in quo soluere cępit vnum legatum, pro reliqua parte eiusdem legati, quod cæptum est solui. Quod planè probatur *ex d. l. si fideicommissum, cum l. quamuis sequenti, & l. sed etsi susceperit, ff. de iudicijs, et l. 48. titul. 9. par. 6.* expresse id cum minimum decedentibus; pro quo qua decisione facit etiam text. *in l. 1. §. non semper, ff.* & ibi Glossa, *verbo, ceperit, ff. de pollicitationib.* Ratio autem huius conclusionis (reiecta ea, quàm reddit Ias. *in l. 2. num. 9.* quem sequitur Menesius *ibidem num. 6. C. de fideicommissis*, quæ planè est diuinatoria) est, quoniam cum exceptio fori sit declinatoria, quæ litis contestatione creditur renunciata, *l. Prætor. §. finali, ff. de vacationib. & excusationib. muner. l. exceptionem, 19. C. de probationib. leg. præscriptiones, Cod. de exception. cap. inter monasterium, 20. de re iudicat. l. 1. tit 5. lib. 4. recopilat.* simili modo solutione facta in loco, in quo quis poterat, si conueniretur pro debito, forum declinare videtur declinatoriæ exceptioni renunciari; vt explicant *in d. l. si fideicommissum, §. quoties*, Bartol. *& in eius summario* Baldus, Fulgosius *nu. 5.* quos sequitur, Cuiacius *in posthuma explicatione illius §. & in rationalibus* Antonius Faber, quia soluens videtur se gerere pro condemnato: imò verò, & potens terminum ad soluendum id, in quo fuit condemnatus, dicitur sententiæ acquiescere, & appellationi renunciasse, *l. ad solutionem, C. de re indicat.* Romanus *cons. 9. in fine*, Magonius *decis. Lucens. 24. num. 18.* quanto magis idem censebitur interueniente solutione? Alexand. *cons. 136. numer. 2. lib. 2.* Hanc explicationem tradidit doctissimus, & ingeniosissimus vir, non minus sanguinis, & generis nobilitate, quàm omnigena literarum omnium eruditione pręclarus, & insignis Præceptor, & Dominus meus nuuquam pęnitendus, illustrissimus Dominus Gabriel de Trejo, sanctæ Romanæ Ecclesiæ meritissimus Cardinalis, quo cum mihi non leuis familiaritas, & necessitudo intercessit, (cuius cum tanta est clarissimi viri humanitas, satis memore nunc etiam sum expertus) in commentarijs manuscriptis ex eius lectione a me exceptis, *in l. 1. & 2. num. 19. C. de fideicommissis*; dùm esset cathedræ Codicis in Salmanticensi Academia moderator. Postquam in eadem Academia adeptus est cathedram proprietatis legum vespertinam, & supremas in Hispania Republica dignitates, & officia: in Regia nempè Cancellaria Vallisoletana, in ordinum militarium Consilio, habitu Aequestri militiæ de Alcantara insignitus, in Consilio supremæ, & generalis Inquisitionis Hispaniarum, in supremo Regio Consilio, & Præsidentia consilij Cruciatæ. Quæ præclarè, & laudabiliter cum gessisset, & Præsidentiam Regię Cancellariæ Vallisoletanæ suscipere renuisset, ad Cardinalitiam dignitatem petente Rege catholico Philippo III. est promotus à Paulo V. Pontifice Maximo anno 1615. propè finem, ab eoque, & successoribus Gregorio XV. & Vrbano VIII. nunc viuente maximo in prætio habitus, eximatusq; vt erat re vera, omnibus numeris absolutus, virtutibus, & sanctitate egregius, sapientia clarus, nobilitate cōmendatus, humanitate, ipsoq; corporis aspectu amabilis, nunc tandem, quod in dies sperabatur, è Roma in Hispaniam patriam euocatus à Rege catholico Philippo IV. cooptatus in Castellę Pręsidem dignissimè, vt qui reparationi Reipublicę erat perneccessarius, maximo eius bono, bonorum omnium communi gratulatione, & applausu, adeptus est eius officij possessionē Martij 26. die anni 1627. quo hęc scribuntur, & factus Episcopus Malacensis, tandem ante hęc in lucem ędita obijt requiescat in pace.

375 Sed contra videtur opponi posse textus *in l. vltima, C. ne vxor pro marito*, vbi mater soluens partem debiti

pro filio, non ideò tenetur ad reliquam partem, vbi notarunt Baldus, & Salycetus. Ergo similiter partem legati soluens in loco, in quo non poterat pro eo conueniri, nō censebitur consentire, vt in eodem loco pro reliqua parte conueniatur, sed poterit nihilominus opponere exceptionem fori declinatoriam.

376 Sed respondendum est. Primò, multo disparem esse rationem inter istos duos casus: nam in casu *d. l. vltima* mater non erat obligata soluere filij debitum, & ideò gratuito soluens vnam partem, non obligatur ad reliquum. Sic enim proposuit Baldus eius legis summarium. *gratuita solutio partis non grauat ad solutionem alterius partis*, at in nostro casu, hæres tenebatur soluere integrum legatum, ciuiliter, & naturaliter, atque ideò partem in aliquo loco soluens, non potest se ab alterius partis solutione excusare. Eodem modo soluitur difficultas ex textu *in Authent. sed cum testator, Cod. ad l. falcid.* a Raphaele Cumano *in l. Lucius, 90. §. testator, in fine, ff. de leg. 2.* & Hugone Donelo *in l. non dubium, 16. nu. 4. C. de test.* qui similirer aduersus hanc resolutionem obijci poller.

377 Secundò, & melius respondetur, concesso antecedenti, & negata consequutione: non enim valet argumentum à diuino ad indiuiduum. Nam solutio debiti diuisionem recipit, potestque per partes fieri, ac per consequens solutio partis non obligat ad solutionem totius: attamē renunciatio exceptionis fori declinatoriæ res est indiuidua, quæ partium expers est: non enim potest quis in vno, & eodem negotio renunciare exceptioni fori pro parte, & pro parte non renunciare; sed semel renunciata quò ad integrum negotium censetur renunciata. Hinc fit, vt quoniam solutio partis legati inducit tacitam renunciationem exceptionis declinatoriæ, vt diximus superiùs nu. 374. censeatur exceptio tacitè renunciata quoad integram legati solutionem.

378 Denique inter duos illos casus non leue discrimen intercedit: nam in primo, in quo agitur de obligatione ipsa principali, grauissimi momenti, & præiudicij est, quod reus ex partis solutione obligetur ad solutionē totius; at quod quis alligetur foro, cui alligatus non erat, & proroget iurisdictionem Iudicis incompetentis, res est leuissimi momenti, & nullius ferè præiudicij, aut grauamiois, adeo vt ob eam causam minori omittenti proponere exceptionem fori declinatoriam non sit concedenda in integrum restitutio ad eam ptoponendam: non enim conceditur minori restitutio pro modica læsione, qualis ista censetur. Innocentius *in cap. coram, 7. ante n. 1. de restitut. in integr.* Felynus *in cap. Fraternitatis, 17. num. 6. vers. fallit secundo, de testibus,* Baldus *in l. peremptorias, n. 28. C. sentent. resc. non poss.* Alexand. *in l. 1. §. nunciatio, nu. 33. ff. de nou. oper. nunciat.* Io. Lupus *in repet. cap. per vestras, §. 26. num. 9. de donat. inter,* Anton. Gabriel *lib. 2. communium, tit. de restitut. in integr. conclus.* 1. Octauianus Vestrius *in practica libr. 8. cap. 3. num. 7.* Farinacius *in prax. crim. q. 75. nu. 451. vol. 2.* Menochius *de retin. possess. remed. vltimo num. 54. & 55. & de præsumption. lib. 1. præsumpt. 67. num. 10. & 11.* Guttierrez *lib. 1. practic. q. 52.* Ceuallos *in specul. practic. q. 835. lib. 3.* Molina *de primogen. lib. 3. cap. 13. nu. 60.* Capycius *decis. 13. & decis. 109. nu. 9.* & ibi additio *Verb. pro modica,* Franchis *decis. 290. & decis. 439.* apud nos statuit *l. 16. tit. 10. lib. 2. recopil.* atque ideo, quod consequens est de vno casu ad alterum non potest sumi argumentū, cum non valeat de maiori ad minus negatiuè, vt nos post dialecticos notauimus, *5. par. introductionis ad logicam, c. 4.* & significat Aristoteles *lib. 2. topicorum, cap. 10.*

379 Quoad secundam verò difficultatem ex propositis supra numer. 373. dicendum ex solutione vnius legati in aliquo loco facta, non censeri renunciatum ab hærede exceptioni declinatoriæ quòad cætera legata, vt possit hæres in loco, in quo vnum legatum, vel partem eius soluit à cæteris legatarijs pro aliorum legatorum solutione conueniri: imò non obstante ea solutione, si a cæteris cōueniatur, posse iuuari fori declinatoria. Ita sentit Ias. *in l. 2. nu. 9. & 10. C. de fideicommiss.* Barbosa *in d. l. hæres absens, in princ. num. 69. & sequentib. & num. 76. ff. de iudicijs.* Probatur hæc conclusio. Primò, ex textu *in l. Lucius, 90. §. testato, ff. de leg. 2.* iuxta expositionem Azonis ibi relatā à Glossa, *verb. testator,* qui decernit, licet hæres vnum legatum ante tempus soluerint, non ob id esse cogēdum alia legata soluere ante tempus. Idem igitur dicendum est de loco cum de tempore ad locum argumentum de iure valeat, *l. vinum, 22. ff. si cert. petat. l. si res, vltima, ff. de cōdict. tritic.* Euerardus *in locis legalibus, loco 88. à tempore ad locum.* Et tametsi ab ea expositione recedant Doctores communiter, eaq; minus conueniat textui *in d. §. testator,* cui aliam assignat Cuiacius *libr. 3. responsorum Scæuolæ, ad d. §. testator,* tamen conclusionem veram esse agnoscit Cumanus ibi.

380 Secundò etiam probatur, quoniam hæres vnum legatum scienter soluens ex testamento inutili, non ob id manebit obligatus ad alia similia legata inutilia soluenda, *l. non dubium, 16. C. de testamentis,* vbi id docet Accursius, *verb. agnouerit,* Bartol. ibi *num. 1.* Fulgos. *nu. 3.* Alexand. *nu. 3.* Ias. *nu. 5.* idem Accursius *in l. 2. verb. præstiterunt,* & ibi Mentius *num. 1.* vbi multos allegat. *C. de fideicommissis,* Iulius Clarus *lib. 3. sententiarum, §. testamentum, quæst. 90. num. 7.* Ergo simili modo, non ex eo, quod in loco, in quo non erat obligatus, vnum legatum soluerit hæres, tenebitur ibidem alia legata soluere, aut ibi poterit conueniri sine metu exceptionis fori declinatoriæ sibi competenti de iure. Probatur consequutio, quoniam similiter valet argumentum de re ad locum, *l. si quis ita, 32. ff. de aur. & argent. legat.* Ias. *in l. vinum, 22. num. 6. vers. redeundo, ad notata ff. si certum petatur.* Euerardus *in locis legalibus, loco 87. de re ad locum.*

381 Tertiò, (quod caput est, & congruam solutionem habere non potest) quoniam consensus debet regulari, iuxta actum, ex quo deducitur; nam in actibus voluntariè factis nulla fit extensio vltra actum expressum, præsertim in præiudicium actum exercentis, iuxta coniecturam vulgarem textus *in leg. Arrianus, 47. ff. de action. & obligat. & in l. cum de indebito, 25. ff. de probationibus* & ex consequenti actus limitatus producit consensum limitatum, *d. l. vltima, C. ne vxor pro marito; l. voluntarie, 12. C. de excusat. tutor.* notauit Decius *in cap. 1. 1. lect. num. 177. & 178. de iudicijs,* & ibi additio Aldobrandini, *verb. colligitur,* Surdus loquens de eodem casu *in tract. de alimentis, tit. 4. q. 16. num. 27. cum antecedentibus, & sequentibus, & decis. 33. nu. 9. & 10.* nosq; diximus supra quæstion. 2. nu. 138. sed non habet necessariam connexionem voluntas soluendi vnum legatum in aliquo loco, cum voluntate ibidem soluendi cætera, aut consentiedi in Iudicē alias incompetentem, renunciandiq; quò ad alia exceptionem declinatoriam. Ergo non debet vna voluntas colligi ex alia, neque vnus actus alium inducit.

381 Contrariam nihilominus sententiam, quinimo hæredem, qui in loco incompetenti, & vbi conueniri non posset, soluit vnum legatum, ibidem posse pro alijs omnibus legatis ab alijs legatarijs conueniri, sequuti sunt Albericus, Angelus, Dueñas, Menesius supra relati nu. 372. & id regulare esse sensit Gulielmus Benedictus *in repet.*

cap.

cap.Raynutius, verb. si absq; liberis moreretur, &c. 2.tract.de legatis. nu.176. & 177. de testament. Fundamentum non est aliud, quam textus *in d l.si.fideicommissum, 50. §.vltimo,ff.de iudicijs*, vbi Iurisconsultus docuit hęredem conueniri posse, vbi soluere cępit fideicommissum sine metu exceptionis declinatoriæ, quâ vti non potest.

383 Paulus autem Castrensis *in d.l.si fideicommissum, §.vltimo,num. 1.* quem sequutus est Peregrinus *de fideicomm. d.art.53.numer. 3.* rem distinctione componit. Aut enim (ait) hæres soluit vnum legatum in loco, in quo legitimè poterat conueniri, quia re vera erant forus competens legitima aliqua ratione, quamuis ei cōpeteret exceptio, quod alibi esset maior pars hæreditatis, & tunc cogetur in eo loco cætera omnia legata soluere, quasi spontanea solutione prædictus forus fuerit fortificatus. Aut hæres soluit legatum in loco, in quo nullo modo forum sortiebatur, & non cogetur in eodem loco alijs legatarijs soluere, quia licet per spontaneam solutionem forus fortificetur, non tamen inducitur de nouo. Quam distinctionem confirmat planè alia distinctio communiter tradita à Doctoribus *in l.2. cum glossa ibi, verb. præstiterunt, iuncta Auth.sed.cum testator, C.ad l.falcid.* Ex quibus colligitur, quod si legatum vnum mero iure indebitum ab hęrede soluatur, non ob id cogetur alia legata indebita, & inutilia soluere, tamen si legata sint mero iure debita, ex quibus tamen hæres poterat falcidiam deducere, & ex vno legato eam non deduxit, non poterit ex alijs deducere.

384 Sed non est recedendum à sententia, & conclusione, quam amplexi sumus suprà numer. 379. aduersus quam nihil facit, *d.leg.si fideicommissum, §.final.* vt animaduertit Iaso *in l. 2.num. 9.C.de fideicommiss.* Solum enim probat, quòad solutionem illius eiusdem fideicommissi, quod soluere cępit hæres, non posse vti exceptione, quod maior pars hæreditatis alibi sit: eodem modo interpretor *d.l.48.tit.9.par.6.* vt intelligenda sit de illis eisdem legatis, quæ soluere cæpit hæres, non de alijs, quæ soluere nondum cæpit.

385 Pauli verò Castrensis sententia, quamuis videatur verisimilis, quam cuique sequi liceat per me, non videtur nisi fundamento vrgenti, quo in eam trahamur. Preterquam, quod non prætermitto, cum duæ sint in hac materia diuersæ difficultates. Prima, vbi possit hæres conueniri pro soluendo legato, & vbi possit opponere exceptionem fori declinatoriam, quam huc vsque sumus prosequuti; altera, vbi hæres soluere debeat legata: non enim est semper idem locus, vbi hæres potest conueniri pro soluendo legato, & vbi legatum est soluendum, *d.l.quod legatur, ff.de iudicijs*: exceptio autem ea, quod alibi sit maior pars hæreditatis, non solum est fori declaratoria, respicitq; competentiam Iudicis, sed etiam modificatoria spectans, ad exequutionem, cui opponi potest vt planè colligitur ex textu *in d.l. si fideicommissum, in principio* vbi egregiè notat Paulus *in §. final.eiusdem legis, num. 2.* & nos superiùs notauimus nu.356. distinctionē Pauli magis videri pertinere ad secundam difficultatem, quam ad primam, magisq; respicere locum, vbi legatum debet solui, quam vbi debet peti.

386 Sublimita sexto, & vltimo predictā secundam limitationem principalē, vt forus loci, in quo fuerit maior pars hęreditatis, sit quidē necessarius ex parte hęredis nam si ibi conueniatur non poterit forum declinare, sed sit volūtarius ex parte actoris legatarij, vel fideicommissarij, qui poterit hæredem conuenire in quocumque foro competēti, videlicèt, in loco domicilij hæredis, & in loco originis

propriæ, vel paternæ, si ibi inueniatur: Idem intellige de alijs foris, de quibus egimus in præcedentibus sublimitationibus, vt de foro loci, in quo est res legata: nā est necessarius ex parte hæredis, voluntarius autem ex parte legatarij. Probatur ex textu *in d.l.si fideicommiss.§.sed.& rescriptum est, & in d.l.quod legatur, & in d.l.48.tit.9.p.6.* notat Simon de Præt.*de interpret. vltim. volunt.li.4.interpr. 1.dubit.8.n.110.* itaq; actor pro legato, vel fideicommisso, in diuersis foris potest hæredem conuenire: regulare autem est, vt quoties reus sortitur diuersos foros, electio fori ad actorem pertineat, vt multis relatis diximus hac eadem disputatione quæst.3.nu.162.& quæst.4. nu.236.

387 Huc vsq; egimus de loco, vbi hæres pro solutione legati, vel fideicommissi potest conueniri; sed vbi legatū soluere debeat, quoniam nostri instituti non est videatur Doctores *in d.l. quod legatur, 38.* vbi est Glossa magistra vltima, *ff.de iudicijs, & in l.cum res, 49.ff.de legat.1.* Salycetus *in l.vnica, n.6.C.vbi fideicommiss.peti opon.* Ant. Gomez *tom.1.variarum, cap.12.num.84.* Menochius *de præsumptionib.libr.4.præsumpt.200.* Prætis *de interpretat. vltimar.voluntat.li.4.interpret.1.dubit.8.ex num.101.* Petrus Pechius *de testament. coniugum, libr.5.cap.28.number.3.* Et communior resolutio est, quòd legatum ibi sit soluendum, vbi testator expresse, vel tacitè solui voluit, quòd si de eius voluntate non constet legatum generis, aut quantitatis, soluendus est vbicunque legitimè ab hęrede petitus, idest vbi hæres forum sortitur, si ibi ab eo petatur, legatum verò speciei, vbi res est.

388 Tertiò limita prędictam regulam, & conclusionē principalem, vt terminus iuris deliberandi, quod ius indulget hęredi instituto, non debeat peti ab hęrede, vbi defunctus debuit conueniri; sed quemadmodum aduersus eum petuntur legata, in loco scilicet vbi est maior pars hæreditatis, & apud eius loci Iudicem, ita similiter in eodem loco, & apud eundem Iudicem, ipse petere debet terminum iuris deliberandi. Ita probat textus notatu dignus *in l.1.ti.6.par.6.* & ibi eum commendat Gregorius *glossa 4.* notans id non reperiri tam apertè decisum de iure communi sed colligi ex *d.l. si fideicommissum, in principio,ff.de iudicijs.*

389 Quarto, & vltimò limita prædictam regulam, & conclusionem principalem, vt hæres non sit conueniendus, vbi defunctus debuit, cum ratio constituendi forum in defuncto fuit personalis, & non transitoria ad hęredem: nam quemadmodum forus defuncti priuilegiatus non transit ad hęredē, ad quē priuilegium defuncti non transfunditur, quod in priuilegijs regulare est, *l.maritum, 13. cum.l.quia tale, 14.ff.solut.matrimon.* vbi latè tractat Barbosa, quò fit, vt mutatione personę mutetur priuilegiū, vt diximus superiùs num.319. ita propter eandem rationem, cum causa constituendi forum defuncti fuerit personalis, & ad hęredem non transitoria, mutatione personę mutatur forus. Hanc limitationem ita in genere propositam docuit ingeniosè vt solet, Aucharanus *cons.244. quia quæstio est dubitabilis, num.9.*

390 Ex quo fit, vt tametsi defunctus contractum iurauerit, & ratione iuramenti potuisset conueniri coram Ecclesiastico, cum iuramentum faciat contractum subijci foro Ecclesiastico, vt diximus quæstion.4. pręcedenti num.204. in fine: tamen ratione eiusdem contractus nō poterit hęres eius coram Ecclesiastico conueniri, quoniam vinculum iuramenti personale est, & non potest in hęredes transfundi, ita vt hęres ex contrauentione censeatur periurus, vt docuit D.Thomas *2.2.q.98. art. 2. ad 4.* & ibi Caietanus Soto *lib.8.de instit. & iure, q. 2. art. 2.*

ad.4.Sanchez lib.3.operis moralis cap.13.num. 1. & seqq. Canonistæ in cap. veritatis, de iureiurand. vbi Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Panormitanus, Ancharanus, & alij, Baldus in cap. vltimo, num.7. in fin. de translat. Episcopi Alexand in consil.146.num.4.lib.7.& consil.151. numer.11.eodem lib.7.Paulus Castrensis in Authent. sacramenta puberum. num.3.& 9. C. si aduersus vend. Couarruuias in cap. requisisti, 15.num.4.de testament.& in cap. quamuis pactum, 1.par.§.5.num.7.de pact. in 6.Parladorius libr. 2.rerum quotidian.capit.4.num.29. Gironda de priuilegijs, q.27.num.1552. Cencius de censibus, par.2.c.1.q.3.art. 8.ex numer.21. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuileg.69.num.22.23.& seqq. Franciscus Suarez de religione, tom.2.tract.5.lib.2.cap.31.numer.12.& 13. Hanc limitationem in his terminis, & ex hac ratione tradiderunt, idem Ioannes Andreas in cap. Parrochiano, 14. num. 5. de sepulturis, Baldus in rubrica, num.11 ff. de iureiurand. & in repetit.l.2.num.86.ff.eod.tit. & in Authent. sacramenta puberum, num.17.C. si aduersus vendit. & ibidem Ioannes Gutierrez num.16.& de iurament. confirmat. 3.part.capit.12. num.7.Romanus singular.219.Guid.Papæ decis.414.numer.13. Cappella Tholosana decis.416.& ad eam Aufrerius, Cassadorus decis.2.num.9.de iureiurand. Felynus in cap. cum sit, 8.numer.9. de foro compet. idem Autrerius in tract. de potestate seculari in ecclesiasticos, regul.4.numer.6. Bernardus Diaz regul.386. in principio, Thomas Sanchez operis moralis, lib.3.dicto cap.13.num.11. Antonius Gomez tom.2.variarum, cap.14.num.22. Couarruuias in repet. d. cap. quamuis pactum, 1.par. dicto §.5.num.16. Barbosa in d.l. hæres absens, in principio, num.218.ff. de iudicijs. Hactenus dicta sint de foro hæredis, & successoris, Madriti die 14.Decembris 1624.

SVMMA QVÆSTIONIS
Sesta.

391 *Ampla est materia de foro priuilegij.*

QVÆSTIO SESTA.

De foro priuilgij.

391 AMpla sanè offerebat se nobis scribendi occasio, & materia satisq; latus spatiandi campus, si de ijs, quæ proposito titulo continentur exactè ellemus scripturi; cum de ea sola materia non pauci integros, libros, & tractatus ediderint. Verú, vt ex vna parte nostro satisfaciamus instituto, & ex altera ne abeamus in immensũ, res erit breuiter præstringenda, & si quid defuerit indicabuntur loci vbi latiùs inuenientur tractata, quæ à nobis ad metam peruenire cupientibus consulto fuerunt omittenda.

SVMMA SECTIONIS
Prima.

392 *CLerici gaudent foro priuilegiato in omnibus suis causis apud Iudicem Ecclesiasticum.*
393 *Priuilegio fori annexum est alterum immunitatis quòad personas, & bona.*
394 *Paria sunt foro subijci, & statutis ligari.*
Clerici non subijciuntur statutis laicorum.
395 *Immunitas, & exemptio Clericorum, quo iure fuerit introducta. & qui senserint esse de iure diuino.*
396 *Qui senserint esse de iure humano.*
397 *Conciliantur sententiæ ista distinctione, vt Clerici in causis merè Ecclesiasticis, & spiritualibus exempti sint de iure diuino à Iudicibus laicis; in causis vrò prophanis, & temporalibus de iure humano, partim ciuili, partim canonico.*
Papa potuit eximere Clericos à potestate seculari, quòad temporalia. Ius humanum, ciuile, & canonicum, quo Clerici sunt exempti, originem duxit à diuino, eique fuit valde conforme.
398 *Constans est omnium catholicorum doctrina potestatem ecclesiasticam, circa spiritualia omninò distinctam à potestate ciuili, & laica, institutam esse à Christo sub lege euangelica, Petroque, & eius successoribus commissam, non Principibus secularibus.*
399 *Communis est sententia Theologorum non esse vllum testimonium in nouo testamento, quod eximat Clericos à potestate ciuili in temporalibus.*
400 *Papa iure diuino exemptus est ab omni terrena potestate.*
401 *Apud ius canonicum dicitur de iure diuino, quod à lege veteri diuina originem ducit.*
402 *Priuilegio fori gaudent Clerici in sacris, & in minoribus, & vniuersim omnes personæ Ecclesiasticæ.*
403 *Priuilegio fori Clericorum non potest renunciari.*
404 *In multis casibus Clericus subest Iudici seculari, & laicus ecclesiastico, remissiuè.*

SECTIO PRIMA

De foro Clericorum.

392 PRima conclusio. Præcipuum, & primum priuilegium exemptionis fori est, quo gaudent Clerici, vt debeant conueniri apud Iudicem Ecclesiasticũ in omnibus, & quibuscunque causis tam spiritualibus, quam temporalibus, tàm ciuilibus, quàm criminalibus, & non possint trahi ad tribunalia secularia quacũque de re, & quocunque modo cõueniantur. Probatur 11. q.1.per totã, vbi multa loca ex Epistolis decretalibus Pontificum, & Conciliorum decretis referuntur hanc conclusionem continentia. Probatur item ex cap. denique, 5 & ferè omnibus alijs, 96.distinctione, ex c. decernimus, 2.c. etsi Clerici, 4.c. cum non ab homine, 10.c. qualiter, 17.de iudicijs, c. si diligenti, 12.c. signific.18.de for. comp. c. seculares de foro comp. in 6.c. si Iudex laicus, 12.de sentent. exc. in 6. Trident. sess.25.decreto de reformatione, c.20. Auth. statuimus, C. de Episc. & cler. Auth. apud quos oporteat causas dicere, titul.8. collat.6. Auth. vt Cler. apud proprios Episc. tit.12.eadẽ collat. l.50 tit.6.p.1.& alijs locis tradunt Doctores canonistæ, & legistę post glossas vtriusque iuris. Autrerius tract. de potestate seculari in ecclesiastic. reg.1.in princip.& reg.2.in princ. Chassenæus in consuet. Burgund rubr.1.§.5.verb. filius gratie, n.47.& n.92. Gulielmus Benedictus in repet. c. Raynutius, verb. & vxor. nomine Adelasiam, decis.2.n.30.& seqq. de testament. Couarr. in practic. cap.31.n.1.2.& 3.& per totum, & c.32.& 33. Belluga in spec. Princ. rubr.11.§. videndum, ex n.2. & ad eum locum Borrellus, Menchaca de successionib. li.3.§.22.nu.60.cum seqq. Cardinal. Tuscus liter. C. conclus.385.cum tribus sequentibus, Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 9.ex num.2. Gratianus discept. forens. tom. 1.cap.190.& tom. 2.cap.226. Salcedo ad practicam Bernardi Diaz, cap.62.ex num.1. Bouadilla li.2.politic.cap.18. num.9.& num.17.& seqq. Menochius de arbitrarijs cent. 3.casu 246. Maranta in praxi, 4.par. distinct.11.num.2.& seqq. Tiberius Decianus tract. crimin lib.4.cap.9.ex num. 1. Scacia de iudicijs, lib.1.c.11.ex n.14. Farinacius in praxi

xi crimin. q. 8. nu. 1. cum seqq. Bossius tract. crimin. tit. de foro comp. ex n. 126. Alexan. Ambrosinus tract. de immunitate, & libertate ecclesiastica, cap. 16. ex num. 1. & cap. 17. ex nu. 1. & cap. 20. per totum. Marta de iurisdictione 1. par. cap. 8. num. 9. et cap. 9. et seqq. vsque ad 16. et cap. 25. num. 45. et 47. et 2. par. c. 5. & 6. Cenedus collect. 57. ad decretum, ex num. 1. Carolus de Crassis de effectib. clericat. 1. effect. ex num. 1. Socinus regul. 80. Bernardus Diaz regul. 92. Gratianus regul. 9. Dominicus Soto in 4. distinct. 25. q. 2 art. 2. Michael Salon 2. 2. q. 67. art. 1. controuers. 1. Molina de iustitia tract. 2. disput. 31. Franciscus Suarez tract. de legibus, libr. 3. cap. 34. num. 2. & in defensione fidei aduersus errores Anglicanos, lib. 4. per totum maximè cap. 14. & 15. Sairus in claui regia, lib. 12. cap. 7. num. 6. Lessius de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 29. dubit. 6. nu. 51.

393 Huic priuilegio fori annexum est alterum immunitatis, quòad personas, & bona, ne possit Ecclesijs, aut ecclesiasticis personis imponi à potestatibus sæcularibus tributum aliquod, aut eorum bona affici grauamine collectæ, gabellæ, vectigalis, aut vllo alio, sed sint immunes ab omni omnino impositione, & onere Principum sæcularium, reali, personali, aut mixto, tàm quòad personas, quàm quòad bona. Probatur ex tex. in c. in qualibet. c. secundum. c. sancimus, 23. q. 8. in c. non minus, c. aduersus, de immun. eccl. c. quanquam, de censib. in 6. c. 1. c. Clericis, de immun. ecclesias. in 6. clem. præsenti, de cẽsib. clement. vnica, de immunit. eccles. Consonat etiam ius ciuile in l. placet, 5. l. sancimus, 20. C. de sacrosanct. eccles. l. omnis à Clericis 2. Authent. item nulla, C. de Episcop. & cleric. de iure nostri Regni, l. 50. & 51. tit. 6. l. 1. tit. 11. p. 1. l. 3. l. 4. l. 7. l. 11. tit. 3. lib. 1. recop. l. 6. l. 7. tit. 18. lib. 9. recopil. Challenæus in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 4. in principio, ex nu. 28. Couarruuias. Ioannes Garcia, Soto, Molina, & Suarez, vbi supra Marta de iurisdictione, 4. par. cent. 1. casu 10. 11. & 12. Bauadilla lib. 2. politic. d. cap. 18. ex num. 252. Regnerus Sixtinus de regalibus, lib. 2. cap. 14. ex num. 107. Carolus de Grassis de effectib. clericat. 3. effect. per totum Lessius de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 33. dubit. 3. ex nu. 18. idem Molina de iustitia, tract. 2. disput. 670. cum duabus sequentibus tom. 3. idem Franciscus Suarez in defensione fidei aduersus errores Anglicanos. lib. 4. cap. 17. & seqq. vsque ad 26. Salon 2. 2. q. 78. disput. de tributis vectigalibus, art. 5. controuer. 1. sub tit. de Ecclesijs: & controuers. 2. Lassarte de decima venditionis, cap. 19. ex num. 9. Guttierrez lib. 7. practic. de gabellis, q. 92. Petrus Gregorius de Republica, lib. 3. cap. 7. Guido Papæ decis. 381. de Clericis Cacheranus decis. 68. & consil. ibidem inserto, præter glossas iuris canonici, ciuilis, & regi, & ordinarios interpretes locis relatis, à quibus petendæ sunt huius regulæ limitationes.

394 Cùm vero paria sint foro subijci, & statutis ligari, vt post multos relatos aduertimus supra hac disputatione quæst. 2. n. 128. §. secundum item. ex hoc priuilegio originem ducit alterum, videlicèt, vt Clerici non subijciantur laicorum statutis, vt probat textus in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitution. vbi notant Doctores. Præter quos Rebuffus tom. 1. in constitut. Reg. in procemio gloss. 1. ex num. 55. Tiraquellus de retract. lignag. §. 1. gloss. 13. ex nu. 2. & in leges connubial. gloss. 8. ex num. 171. de primogenijs, quæst. 43. ex num. 3. & ex numer. 5. & in tract. le mort, 3. par. declarat. 8. ex num. 4. Cardin. Tuscus liter. L. conclusio. 277. ex num. 7. tom. 5. Alderanus Mascardus de general. statutor. interpret. conclus. 1. ex num. 1. Alexan. Ambrosinus de immunit. & libert. eccles. 21. Marta de iurisdictione, 4. par. centur. 1. casu 1. cum multis sequentibus, Carolus de Grassis de effectib. clericat. 2. effect. ex num. 1. Franciscus Suarez de legibus, lib. 3. cap. 34. & in defensione fidei. lib. 4. cap. 16. Salas de legibus, disput. 14. sect. 8. ex nu. 92. Bouadilla lib. 2. politic. cap. 18. num. 245. vbi in Marginali Glossa allegat multos, Riccius collectan. 171. Caballus resolut. crimin. centur. 1. casu 9. ex num. 6. & casu 12. ex num. 1. Molina de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 81. & 82. Cenedo collectan. 2. ad decretales, ex num. 1. Salcedo ad practicam Bernardi, cap. 55. liter. A. §. ex quibus nonnulla, pagin. mihi 202. qui limitat, Guttierrez lib. 4. practicarum, q. 38. & 39. Azeuedus in l. 3. ex numer. 19. titul. 18. lib. 6. recopilat. Mattienzus in l. 1. tit. 25. lib. 5. recopil. gloss. 1. ex numer. 1. Messia in pragmaticam taxæ panis, conclus. 5. ex num. 1. Gaspar Rodericus de annuis redditibus, libr. 1. quæst. 6. nu. 49. & 50. Raudensis variar. resolut. cap. 11. ex num. 1. Duenas regul. 135. Gratianus regul. 292. Gaspar Anton. Thessaurus quæst. forens. lib. 2. q. 1. ex num. 2. & quæst. 2. ex num. 1. & q. 3. ex num. 1. & q. 7. ex num. 1. Andreas Gail practicar. obseruat. lib. 2. obseruat. 32. Surdus decis. 20. Franchis decis. 9. num. 3. & decis. 285. ex num. 3. & decis. 280. Grammaticus decis. 100. ex num. 1. apud quos habes regulam, & interpretationem ejus, cum limitationibus.

395 Sed quonam iure hæc Clericorum immunitas, & exemptio à sæculari potestate, tàm quoad personas, quam quòad bona, introducta sit, diuino ne, an humano, non conuenit inter Doctores. Prima enim sententia fuit eorum, qui existimant, immunitatem, & exemptionem istam Clericorum à sæculari iurisdictione, tàm quoad personas, quam quoad bona, esse de iure diuino. Quod sentit Glossa in verbo, & discuti, in cap. si Imperator, 96. distinction. item Glossa in cap. quanquam, verbo diuino, de censibus in 6. communiter recepta Cardin. Zabarella in repet. cap. perpendimus, numer. 5. opposit. 7. de sentent. excommun. Romanus singul. 419. sed an potest, & in leg. si verò, 65. §. de viro, numer. 29. ff. soluto matrimon. Abbas Panormitan. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, num. 6. de constitut. vbi Felyn. numer. 6. Decius num. 14. idem Panormitan. in cap. 2. numer. 1. & 2. de maiorit. & obed. & in cap. at si Clerici, 4. in princip. numer. 23. de iudicijs, idem Felynus in dicto cap. 2. num. 1. & 2. de maioritat. & obedient. Aufrerius in repetit. clement. 1. de offic. Ordinarij, quæst. 1. num. 59. & sequentibus, Ioannes Oroscius in leg. de quibus, 32. num. 144. ff. de legibus, Iulius Clarus libr. 5. sentent. § fin. quæst. 36. num. 2. vbi dicit communem Decianus in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 1. Belluga in speculo Principum, Rubr. 11. §. videndum, & ad eum locum Camillus Borrellus verbo, probemus, litera G, Guttierrez in repet. l. nemo potest, num. 107. ff. de legat. 1. Azeuedus in l. 3. numer. 6. tit. 3. lib. 1. recop. Ioannes Garcia de nobilit. glos. 9. ex num. 1. Rebuffus in praxi beneficiali, tractatu concordatorum, titulo de protectione concordatorum, §. & primo sciendum, Grassis de effectibus clericatus, 1. effectu, num. 2. cum sequent. Anastasius Germonius de sacrorum immunitatibus, lib. 3. cap. 15. numer. 15. ex versiculo maior hæsitatio, per multos numeros sequentes, Barbosa in l. 1. art. 3. num. 174. ff. de iudicijs, Azor. institut. moral. tomo 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 1. Ambrosinus de immunitat. & libert. Ecclesiastic. cap. 16. ex numer. 4. Marta de iurisdict. 2. part. cap. 6. ex num. 1. & 4. par. cent. 1. cas. 64. num. 1. Scaccia de iudicijs causar. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 11. num. 44. Bouadilla lib. 2. polit. cap. 18. num. 252. Cabedo decis. 83. num. 10. 2. p. Surdus consil. 301. num. 46. & 55. lib. 3. plures Doctores, & rationes pro hac sententia refert Franciscus Suarez in defensione fidei aduersus errores Anglicanos, lib. 4. cap. 8. ex numer. 9. & cap. 9. vbi ei videtur adhærere.

Eam-

Eamque plana expressis verbis traditis Pontifex Bonifacius in d.cap.quamquam, de censib.in 6.

396 Secunda sententia huic extremę opposita fuit exemptionem, & immunitatem Ecclesiasticorum introductam esse iure humano. Ita sentit Alciatus in c.cùm ab homine, in 2.expositione, numer.2.& 3.de iudiciis, Ioannes Medina C.de rebus restituendis, q.15.Salgado tract. de Regia protectione vi oppressorum appellantium, par.1.cap.1.præludio 1.num.50. Felicianus de censibus, tomo 2.lib.2.cap.3.nu.14. Petrus de Ferrara in practica, titulo de confessoria, §.plenā, cuius verba refert Rebuffus vbi supra §. nec obstat falsa, Boerius decis.31.ex nu.3. Valascus consultat.100. ex nu.8. Ceuallos in speculo pract.lib.2.q.556. Pereira de manu regia, 1.par.capit.3.ex num.2. Escobar de ratiociniis, 1.part. cap.7.num.33.& plures pro eadem sententia refert Franciscus Suarez in defensione fidei aduersus errores Anglicanos, lib.4.cap.8.num.1.& 2. & Felicianus vbi supra.

397 Tertia sententia verior, & communior, conciliat duas precedentes ex aduerso oppositas, distinctione. Ait enim, esse distinguendas causas merè ecclesiasticas, & spirituales (quales sunt creatio Sacerdotum, & Episcoporum, distributio Diœcesum, & parochiarū, & quęcumque de ordinibus, gradibus, Sacramentis, Fide, lege christiana, aliisque rebus ecclesiasticis quęstiones, & controuersię; aut ex iis originem ducentes; iuxta obseruationem Didaci Couaruuias in practic.cap.31. numer. 2. vers.prima conclusio, & Farinacii in prax.q.8.num.20.aliorum, quos ibi refert: enumerat eas, l.56.tit.6.par.1.& Duarenus de Ecclesia, libr.1.cap.2.Parlador.in sesquicenturia differ.9.§.1.) distinguendas, inquam, esse causas istas, a caussis prophanis, & temporalibus, siuè ciuilibus, siuè criminalibus: & quòad causas primis generis Clericos exemptos, & immunes est à potestatibus laicis de iure diuino: quòad causas verò secundi generis de iure humano, partim ciuili, partim etiam canonico. Potuit enim Papa Clericos eximere à potestate sęculari quòad temporalia, eo quòd id exegerit recta, & prudens gubernatio politica Ecclesię, decensq; & conueniēs status tùm ordinis, tùm christiane reipublicę, vt pluribus prosequitur Franc. Suarez in defensione fidei aduersus errores Anglicanos, lib.4.cap.11.ex nu.5. & docuit Innocentius in cap. 2. nu.1.de maiorit.& obedient. & Victoria relect.1. de potestate Ecclesiæ, sect.7.n.5.vers.quinta propositio, Salas de legib. disp.14.sect.11.ex nu. 120. Anastasius Germonius de sacror.immunitat.lib.3.cap.ex 18.n.37.Bouadilla lib. 2. politic.cap.18.nu.35.quod tamen ius humanum, ciuile, & canonicum, originem duxerit à diuino, eiq; fuerit maximè conforme. Hanc sententiam tuetur Innocentius in d.c.2. nu.1. de maiorit.& obed. Cardin. Zabarella in repetit.capit. perpendimus, nu.5.in solutione oppositionis 7. de sentent.excommunic. Couarruuias in practic.d.cap.31.num. 2.ex vers. prima conclusio. Nauarr.in manual cap.27.num.119. Farinac.in prax.crim.q.8.ex n.2.Cenedo collectan.37.ad decretum, num.1.& in canonic.quæstionib.q.4.num.11.qui plurimos refert, Iosephus Sesse de inhibitionib.cap.8.§.1.nu.16. Ceuallos tract. de cognit.per viam violent. in præmio, cap. 5.ex nu.3.Victoria in relect.1.de potestate Ecclesiæ, sect. 7. num.2.vers.secunda propositio, & seqq.per totam sectionem, Salas de legibus dicta disputat.14.section.11.ex numer.117. Bellarminus in disputatione de exemptione Clericorum, cap. 1.& 2.ad finem tomo 2. controuersiarum, & tomo 1.vol.2. controuers.5.de Clericis, lib.1.cap.28.Io. Garcia de nobilit. glos.9.ex nu.14. Soto in 4.dist.25.quæst.2.art.2. Molina de iustitia tom.1.tract.2.disput.31.& tomo 3.disput.670.num. 2.Salon 2.2.quæst.67.art.1.controuers.1.& q.78. disputatione de tributis vectigalibus, art.5. controuers. 3. Lesius de iustitia, & iure, lib.2.cap.33.dubit.4.ex num. 28. Emanuel Rodericus 2.tom.quæstion.regular.q.62.art.2. Castillo libr. 2.quotidianus controuers.cap.5.nu.29.

398 Quod primam partem hęc sententia probatur, quoniam vt constans est omnium catholicorum doctrina, potestas Ecclesiastica, quę circa spiritualia versatur, distincta omninò à potestate ciuili, & laica, quę respicit temporalia, instituta est a Christo Domino nostro sub lege Euangelica, Petroque, & eius successoribus commissa, non Principibus sęcularibus, vt colligitur ex cap. duo sunt, distinc.96.vbi glossa, & capitibus sequentibus, capit.solitæ, de maior.& obed.cap.decernimus, de iudic.quam late probant D.Thom.opuscul.contra errores Græcorum, capit.32.titul.quod Pontifex Romanus cum seqq. D.Antoninus 3.par.summæ, tit.22.capit. 2.& seqq. Caietanus tom. 1. opusculorum, tract. de auctoritate Papæ, cap. 1. Franciscus Victoria de potestate Ecclesiæ relect.1.sect.1.& sect.7. versic.tertia propositio, Dominicus Soto in 4.dist.25.q.2.art.1. Anton.Cordubens.lib.4.quæstionarii. q.4.. Molin. de iustit. tract.2.ex disp.21.ad.29.Alphons.de Castro lib.12.contra hæreses, verb.Papa, & de potest.leg.pœnal.lib.2.c.10.vers. 1. igitur argument.propè fin.Bellarmin.tom.1.controuers. vol.1. controu.3.lib.4.& lib.5 per tot.Franc.Suar.in defensione fid. aduersus errores Anglicanos, li.3.c.6.& 7.cum seqq. & li.4. cap.2.Sayrus in claui regia lib.12.cap.7. num. 6. Emanuel Rodericus tomo secundo regularium, q.62.art.7. Duarenus lib.1.de Ecclesia, cap.1.& 2. Marta de iurisdiction. 1. par. cap.9.cum multis sequentibus, Camillus Borrellus ad Bellugam in specul.Princip.rubr.11.in §.videndum, liter.G. verb. probemus, Ceuallos in specul.practic.libr.2.q.739.num.72. & seqq. Ergo de iure diuino quoad spiritualia Clerici subsunt soli summo Pontifici, & immunes sunt, & exempti à potestate ciuili Principum laicorum.

399 Quòad secundam verò partem ex eo probatur, quòd communis est Theologorum sententia, ad quos sacrę scripturę interpretatio pertinet, non esse vllum testimonium in lege Euangelica, & nouo testamēto, quod existimat Clericos à potestate ciuili. Ergo exemptio ista non est de iure diuino, sed de iure humano, tùm ciuili, tùm item canonico, vt constat ex testimoniis vtriusque iuris à nobis paulò ante adductis, n.392.& congestis à Francisco Suarez in defensione fidei, lib.4.ex cap.8.vsq. ad 13. & Victoria d.relect.1.sect.7.num.2.Duareno d.lib.1.de Ecclesia, c. 2.propè finem.

400 Qua in re non est omittendum, probabile admodum visum esse Lud.Molin.de iustit.tract.2.d.disp. 31.§.quarta conclusio. summum Pontificem iure diuino esse omninò exemptum ab omni vniuersim terrena potestate: consentire videtur Victoria relect.1.de potestate Ecclesiæ, sect.vltim. num.9.in fin.relato in eādem rem Caietano opuscul.de author, Papæ, & Concilii, cap.27.vers.ad secundam; in qua eadem sententia fuit Franc.Suarez in defens.fidei, d.li.4. cap. 4.ex nu.3. fueruntq; per multi, quos ibi refert, & cap.5. cū seqq.sequutus est Salas de legib.disput.14.sect.11. concl. 1.nu.116. Quod colligitur ex Matthęi cap.17.cùm Christus Dominus iussit, vt vitaretur scandalum publicanorū tributum exigentium, pro se, & Petro solui tributum, cęteros Apostolos omittens, & quoniam potuit Christus hanc immunitatem suo Vicario communicare, quam ipse habuit, decensq; fuerint, vt communicauerit; ac per cōsequens verisimile communicasse, pluribus probat Suarez vbi supra d.cap.4.nu.4.& seqq.

401 Ad textū autem in d.cap. quamquam, de censib.in 6. & alios iuris canonici, qui adduci solent pro prima sententia,

tia, respondendum est, frequenter in iure canonico dici esse aliquid de iure diuino, ex eo, quòd à lege veteri diuina, aut authoritate veteris testamenti originem duxerit, cùmque ex aliquot locis veteris testamenti constet, sacerdotes exemptos fuisse à potestatibus sæcularibus, immunesque ab omni ipsarum grauamine, fit, vt apud ius canonicum vocetur ea exemptio, & immunitas de iure diuino. Ita respōdit Couarruuias *in practicis d. cap. 31. num. 2. vers. tertia verò probatio, & libr. 1. variarum, cap. 17. nu. 2. vers. & præter has rationes*, cuius doctrinā approbauit Io. Garcia *de nobilitate gl. 9. n. 13. vers. ad cap. quanquam*, & Selle *de inhibitionibus, c. 3. §. 1. n. 14. & 15.* Bellarminus *in disputatione de exemptione Clericorum cap. 1. vers. quinta propositio, & vers. certè Gemmianus, ad finem 2. tom. controuers.*

402 Hoc autē priuilegio potiuntur non solùm Clerici in sacris ordinibus constituti, sed etiam minoribus initiati, *cap. nullus Iudicum*, 2. vbi Panormit. *nu.* 2. Io. Andreas, Ancharan. *nu.* 2. Marian. Socin. *n.* 1. *de for. comp.* Farinac. *in praxi crim. q. 8. num. 5.* etiam tonsurati, dum tamen eis insint qualitates contentæ in decreto Concil. Triden. *sess. 23. decreto de reform. cap. 6. & in l. 1. tit. 4 lib. 1. recop.* notat Couarr. *in pract. d. cap. 31. nu. 5. vers. tertiò illud, & nu. 6. vers. quartò deducitur, & c. 32. per tot.* Guttierr. *lib. 1. pract. q. 7.* Azeuedus *in d. l. 1. ex n. 1.* Salcedo *ad practicam Bernardi, cap. 62. n. 9.* Farinacius *in prax. crim. d. q. 8. n. 5. vers. & hodie*, & plurimos de hac retractantes vide apud Barbosam *in remissionibus ad Trident. sess. 23. de reformation. cap. 6. ex num.* 1. Item Clerici coniugati, in quibus seruanda est ex eodem Concilio Tridentino *d. cap. 6.* Constitutio Bonifacij VIII. *in cap. 1. de cleric. coniug. in 6.* vt adnotauit idem Couarruuias vbi supra *d. cap. 31. n. 6. vers. hinc apparet, & num. 7. & seqq.* Salcedo *ad practicam Bernardi, d. cap. 62. nu. 13.* Auendanus *de exequ. mandat. 1. par. cap. 22. ex num. 12. vers. & vltra supra dicta*, Farinacius *in praxi d. q. 8. nu. 6. & seqq.* Gaudent item priuilegio fori vniuersim personæ Ecclesiasticæ, vt Tridentin. *sess. 25. decreto de reform. cap. 20.* dicitur, & statuitur a Gregorio XIV. *in extrauaganti, de immun. Eccles.* tradit Marian. Socin. *in cap. si quis Clericus, 1. ex n. 9. de for. compet.* Ambrosinus *de immun. & libert. Eccles. c. 16. nu. 1.* Quæ nam autem personæ hoc nomine contineātur, docuit Glossa *in cap. sciant cuncti, 12. verb. Ecclesiasticas*, quam sequuntur, & approbant ad eū locum Gemmianus *nu. 5.* & Franchus *num. 3. de elect. in 6.* Albericus *in dictionario, verb. Ecclesiastica persona*: & sigillatim, quænam personæ censeantur Ecclesiasticæ, vt gaudeant priuilegio fori, prosequitur D. Antoninus *3. par. summæ tit. 23. cap. 16.* Marianus Socinus *in dict. cap. si quis Clericus, 1. ex num. 7. de for. compet.* tractant Panormit. & Felyn. *in dict. cap. 2. eodem tit.* Card. Tuscus *liter. E. concl. 27. & 28. integris* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. in præludio num. 253. & 1. effectu ex num. 77.* Syluester *in summa, verb. Clericus, nu. 1.* Iul. Clar. *lib. 5. sentent. §. fin. q. 35. & 36.* Zerola *in praxi Episcopali, verb. Clericus, §. ad primum*, Nauarrus *comment. 2. de regularib. num. 03. vers. addo quartò*, Decianus *tract. crim lib. 4. cap. 9. ex nu. 1.* Farinacius *in prax. crim. d. q. 8. ex nu. 46.* Marta *de iurisdict. 4. par. cent. 2. cas. 111. 112. & 113.* Ceuallos *tract. de cogn. per viam violent. in proœmio, c. 8.* Thesaurus *quæst. forens. lib. 3. q. 78.* Emanuel Rodericus *tom. 2. quæst. regular. q. 62. art. 1. & 2. & seqq.* Franciscus Suarez *in defensione fidei aduersus errores Anglicanos, lib. 4. cap. 27. 28. & 29.* apud quos videbis, quid dicendum sit de vxore, & concubina, & familiaribus Clericorum. Quid item de Monachis, conuersis, nouitijs, oblatis, seruientibus Ecclesijs, Monasterijs, aut pijs locis, Hospitalarijs, & Eremitis, & similibus personis. Item de Monialibus monasterio inclusis, & in communi viuentibus. Grassis vbi supra, *d. 1. effect. nu. 97. & seqq.* qui alios refert. De pœnitentibus, Simancas *de cathol. inst. tit. 47. ex n. 18.* Couarruuias *in pract. c. 34. ex n. 3.* Iulius Clarus *lib. 5. sent. §. fin. q. 35. n. 20.* negant gaudere fori priuilegio.

403 Huic verò priuilegio nullus eorum, qui eo gaudet renunciare potest, quia non est in cuiusuis particularis fauorem, & gratiam, indultum, sed totius ordinis, & collegij Ecclesiastici, *cap. si diligenti, 12. cap. significasti, 18. de foro compet.* & vtrobique Glossa, & Doctores, Syluester *in summa, verb. Iudex, 1. n. 3.* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. § fin. q. 35. nu. 4.* Sigismundus Scaccia *de iudicijs, lib. 1. c. 11. nu. 35. vers. ampliatur tertiò.* Farinacius *in praxi crim. quæst. 8. num. 10. & 13.* Marta *de iurisdictione 2. part. cap 6. ex nu. 37.* Couarruuias *in practic. cap. 10. num. 5. vers. octauò ab eadem*, Guttierrez *de iurament. confirmat. 1. par. c. 16. num. 50.* Gironda *de priuilegijs, quæst. 38. num. 227.* Franciscus Suarez *aduersus errores Anglicanos, lib. 4. cap. 31. ex numer. 1.* Carolus de Grassis, qui copiosè in hanc rem allegat *de effectibus clericat. 1. effect. ex num. 42.* Tuscus *liter. C. conclus. 387.*

404 Nihilominus tametsi duæ istæ iurisdictiones, spiritualis, & temporalis, sint diuersæ, inuicemque sæparatæ, & Clerici ad spiritualē, laici ad temporalem pertineant, multi adhùc sunt casus, in quibus Clerici ipsi subsunt sæculari iurisdictioni, quos prosequuntur Doctores occasione textus ibi *in capit. cum non ab homine, de iudicijs*, et *in capit. 1. de homicidio in sexto*, recenset Glossa penultema *in cap. Principes sæculi 23. quæst. 5.* apud nos *l. 59. tit. 6. par. 1.* Bernardus Laurentius *in tract. Iudex sæcularis, in quibus potest imponere manus in personas Clericorum sine metu excommunicationis, tomo 11. tractat. part. 1.* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. q. 36.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 2. casu 180. ex num. 18.* Farinacius *in praxi, quæst. 8. ex num. 47.* Cenedo *ad decretum collectan. 37. ex num. 2.* Bouadilla *lib. 2. politic. cap. 18. ex nu. 42.* Tuscus *liter. Cod. conclus. 385. & 386.* Carolus de Grassis *de effectib. cleric. 1. effectu, ex num. 668. latè*, Io. Garcia *de nobilitate glos. 9. ex num. 28.* Franchis *decis. 176.* Ceuallos *in specul. pract. lib. 4. q. 897. ex num. 592.* Selle *de inhibitionibus, cap. 8. §. 3.* Marta *de iurisdictione, 4. par. centur. 2. casu 102.* Aufrerius *tract. de sæculari potestate in ecclesiasticos, per totum*, Pereira *de manu regia, 1. p. cap. 7. cum sequentibus*, Volano *in curia philippica, 3. par. §. 3. ex nu. 1.* Et vicissim multi etiam sunt casus, in quibus Iudex Ecclesiasticus potest immiscere se sæculari iurisdictioni, & procedere aduersus laicos, quos enumerat Glossa penultima *in cap. licet ex suscepto, 10. de foro compet.* Auiles *in cap. 20. Prætorum, verb. vsurpan, nu. 11.* Bouadilla *lib. 2. politicæ, cap. 17. ex numer. 26.* Decianus *tractat. crim. lib. 4. cap. 10.* Thesaurus *libr. 2. quæstion. forens. quæst. 15.* Volano vbi supra, *§. 2. ex num. 1.* Aufrerius *in tractat. de potestate Ecclesiæ super laicis, et rebus eorum.*

SVMMA SECTIONIS Secundæ.

405 *Monachi, & Religiosi in communi viuentes habent speciale forum priuilegiatum.*

406 *Eo foro non solum gaudent professi, sed etiam nouitij.*

407 *Religiosi quamuis exempti in multis casibus subsunt Episcopis, et locorum ordinarijs.*

SE

SECTIO SECVNDA.

De foro Monacorum.

405 Secunda conclusio. Monachi & Religiosi quicunque in communi viuentes sub regula, & instituto, à sede Apostolica approbatis, non solum gaudent priuilegio fori, vt neque ciuiliter, neque criminaliter possint conueniri coram Iudicibus sæcularibus, iuxta dicta hactenus de Clericis, sed etiam habent speciale forum priuilegiatum, vt neque item ciuiliter, aut criminaliter possint conueniri coram Iudicibus Ecclesiasticis ordinarijs, aut illis subiaceant, sed exempti sint ab ordinaria Ecclesiastica iurisdictione, & solum subsint summo Pontifici, & suis superioribus religiosis, aut Iudicibus Apostolicis, quos Conseruatores vocant, scilicet virtute bullarum, & indultorum Apostolicorum, in gratiam suarum Religionum concessorum. Probatur ex textu *in Authent. causa, C. de Episcop. & cleric. & in cap. quam sit*, 18. *quæst. 2. cap. cum dilectus. 8. de religiosis domibus cap. 1. §. in eos, cap. ne, aliqui, 5. de priuileg. in 6.* Tridentin. *sess. 7. decreto de reformat. cap. 14. & sess. 14. de reform. cap. 5. & sess. 24. de reformat. cap. 11.* tradunt D. Antoninus *3. part. summæ titul. 9. cap. 4. & titul. 16. cap. 9.* Siluester *in summa, verb. exemptio, per totum*, Angelus *verb. exemptio, ex numer. 1.* Nauarrus *commentar. 2. de regularibus, ex nu. 63.* Farinacius *in praxi crim quæst. 8. numer. 46. versic. amplia 20.* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 35. num. 15.* Guido Papæ *decis. 559.* Emanuel Roderic. *1. tom. quæst. regular. quæst. 65. art 3. & seqq. & art. 12. & 2. tom. q. 2. art. 1. & 5. 6. & 8. & quæst. 63. per totam, præsertim art. 3. & 7.* Guttierrez *lib. 3. practicar. quæst. 9. & 10. & libr. 4. quæst. 63.* Valascus *consultat. 152.* Azeuedus *in rubr. tit. 8. lib. 1. recopil.* Ceuallos *tract. de cognitione per viam violentiæ, 2. par. quæst. 20. & 22. & 71. num. 1. & seqq.* Narbona *in l. 59. tit. 4. lib. 2. recopilat. glossa 1. ex num. 227. in Codice addito* Volano *in curia philippica, 3. part. §. 1. nu. 12. in fin.* Cenedo *in decretales, collectan. 87. num. 4. & collectan. 121. ex num. 1. & collectan. 157. num. 2. & in practicis quæstionibus canonicis, q. 26. ex num. 3.* Et de Iudicibus conseruatoribus, eorumq. potestate, latissimè agit Erasmus Cochier, post hæc scripta visus, *tractatu de iurisdictione, 2. tomo, par. 2. per totam*, & Molina *de iustitia, tract. 5. disput. 29.* Pereira *de manu regis, 1. par. cap. 7. ex numer. 3.* Qui autem Pontifices religiosos exemerint ab ordinaria iurisdictione Ecclesiastica, refert ex parte Emanuel Rodericus *tom. 1. quæstio. regular. quæst. 8. art. 1. & tom. 2. dicta quæst. 63. art. 3.* & ea priuilegia continentur in mari magno, vt refert idem Rodericus *tom. 1. quæst. 7. art. 4.* Enumerat autem ordines exemptos Cochier *de iurisdiction. part. 1. quæst. 17.* latè Regens Carolus Tapia *in repet. authent. ingressi, verb. monasteria*, vbi de Religionum omnium institutione agit per 55. capita, *C. de sacrosanct. eccl.* Azor *inst. moral. 1. p. lib. 13. c. 11.*

406 Amplia prædictam secundam conclusionem, vt non solum Religiosi professi gaudeant foro priuilegiato, vt dictum est, sed etiam nouitij ante professionem, & intra annum probationis. Probatur ex textu *in cap. religioso, 21. §. quamuis, de sen tent. excommunicat. in 6.* vbi nouitius gaudet priuilegio canonis, *si quis suadente, 17. q. 4.* notat Cenedo cum multis, quos allegat *ad decretum, collectan. 24. num. 12.* Ergo gaudebit etiam priuilegio immunitatis, & exemptionis, cum facilius admittatur priuilegium canonis, *si quis suadente*, quam priuilegium fori docente, Cardin. Zabarella *in repet. cap. perpendimus, num. 5. in solutione oppositionis, 7. de sentent. excommunicat.* Socino *cons. 12. numer. 19. & 20. volum. 1.* Bossio *tractat. crimin. tit. de foro comp. num. 129.* Barbosa *in l. si quis postea quam, 7. nu. 224. ff. de iudicijs.* Sententiam huius ampliationis amplectitur Ioannes Andreas *in cap. beneficium, 4. paulò ante num. 1. de regular. in 6. & in d. cap. Religioso, num. 2.* Ancharanus *num. 3.* Philippus Franchus ibi *in §. quamuis, num. 3.* Decius *in cap. in præsentia, 8. num. 287. de probationib.* Ias. *in l. cum quadam, 19. in princip. num. 13. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in Authent. ingressi, num. 59. Cod. de sacrosanct. eccles.* qui referunt Angelum *in l. 1. ff. de pœnis*, & optimum textum *in l. statu liber. 14. ff. de quæstionib.* lecturam tamen Angeli, quam referunt nunc non habemus, Tiraquellus *de retract. lignag. §. 1. gloss. 8. num. 21.* Federicus de Senis *cons. 32. quæstio talis est, num. 9. & num. 10. vers. verum tamen*, idem Ancharanus *cons. 69. contra donationem, num. 11. & 12.* Spino *in specul. testament. gloss. 12. num. 60.* Guttierrez *lib. 2. canonicarum quæstionum, cap. 1. num. 107.* Cenedo *practicar. canonicar. q. 4. num. 41. & quæst. 6. num. 13.* Belluga *in specul. Princip. rubric. 11. §. videndum, num. 5. in fine*, Decianus *tractat. crim. lib. 4. cap. 9. numer. 24.* Farinacius *in praxi crim. quæst. 8. num. 46. vers. amplia, 16. & vers. amplia, 20.* Bossius *tract. crim. d. tit. de foro compet. num. 127.* Bouadilla *libr. 2. politic. cap. 18. numer. 06.* & ibi copiosè allegat in glossa marginali, Carolus de Grassis *de effect. ib. clericat. 1. effect. num. 78.* Sigismundus Scacia *de iudicijs, lib. 1. cap. 11. num. 21. & cap. 12. num. 5.* Caualcanus *decis. 10. num. 37. lib. 5. & decis. 11. ante num. 1. cum seqq. eodem lib. 5.* Molina *de iustitia, tract. 2. disput. 671. num. 2. tom. 3.* Emanuel Rodericus *tomo 1. regular. quæst. 21. art. 11. & q. 39. art. 4. & tom. 2. q. 2. art. 10. & tom. 3. quæst. 51. artic. 12.* Azor *instit. moral. 1. par. lib. 12. cap. 3. q. 2.* Ceuallos *de cognit. per viam violent. 2. par. q. 104.* Marta *de iurisd. 4. p. cent. 2. cas. 121. n. 4.* Volano *in curia philippica, 3. p. 3. 1. n. 12.* Caballus *resolu. crim. cent. 2. cas. 108. n. 20.* Duenas *reg. 99. ampl. 9.* Giurba *cons. 15. n. 8.* doctissimus Riccius *dec. 119. par. 2.*

407 Limitanda tamen est prædicta secunda conclusio in multis casibus, in quibus Religiosi quantumuis exempti suis priuilegijs, non obstantibus adhuc subsunt Episcopis, & locorum ordinarijs, aut simpliciter, aut tanquam sedis Apostolicæ delegatis; quos recenset Tridentinum *sess. 6. decreto de reformat. cap. 3. & sess. 7. de reformat. cap. 14. & sess. 14. de reformat. cap. 5. & sess. 24. de reformat. c. 10. & 11. et sess. 25. decreto de regularibus*, quasi per totum, Emanuel Rodericus *2. tomo regul. dicta quæst. 2. art. 6. et quæst. 63. artic. 11.* & multis alijs in locis, Cardin. Tuscus *liter. E. conclusion. 244. et 245. 565. et 566. et liter. V. conclus. 218. et 219.* Riccius *collectan. 503. et 882. et 1021.* Ceuallos *in tract. de cognitione per viam violentiæ 2. par. quæst. 22.* Flaminius Parisius *de resignatione beneficiorum, lib. 3. quæst. 11. ex numer. 8.* Narbona *in tertiam partem recopilat. in l. 59. tit. 4. lib. 2. recopilat. gloss. 1. ex num. 230.* Cenedo *in practicis canonicis quæst. 26. ex numer. 6.* Erasmus Cochier *tract. de iurisdictione Ordinarij in exemptos, par. 2. quæst. 45. tomo 1.* qui congessit casus 116. An autem possint religiosi renunciare suæ exemptioni, vt maneant subiecti Iudicibus ordinarijs, saltem Ecclesiasticis, tangemus inferius q. 8. n. 1057.

SVM-

SVMMA SECTIONIS. Tertiæ.

408 *Religiosi ordinum militarium gaudent foro priuilegiato.*
409 *Sub cuiusque Religionis militaris vniuersitate continentur diuersi generis personæ, & quæ.*
410 *De initio, & institutione ordinum militarium remissiue.*
411 *Religiosi tàm mares, quàm fœminæ in communi viuentes gaudent fori priuilegio.*
412 *Circa equites cruciferos sæculariter viuentes occurrunt duæ difficultates.*
413 *Milites cruciferi in sæculo viuentes non esse verè religiosos qui senserint.*
414 *Milites ordinum militarium esse personas Ecclesiasticas; quamuis non sint verè religiosi secunda sententia.*
415 *Equites ordinum militarium esse verè religiosos tertia sententia.*
416 *Controuersiam esse de modo loquendi, & conciliantur prædictæ sententiæ, quarta sententia ab Auctore approbata.*
417 *Equites ordinum militarium non gaudere priuilegio fori, qui senserint.*
418 *Verius, et receptiùs est, religiosos ordinum militarium etiam sæculariter viuentes, gaudere priuilegio fori, & canonis.*
419 *Expenditur pro hac sententia textus in cap. 1. in princip. de verb. signif. in 6.*
420 *Textum in d. cap. 1. loqui de militibus ordinis militaris Hispanæ sancti Iacobi.*
421 *Ex constitutis à summis Pontificibus colliguntur quatuor conclusiones, & nu. 422. 423. 424. & 425.*
426 *Potuisse Papam in præiudicium iurisdictionis Regiæ tot subditos eximere.*
Scienti, & consentienti nulla fit iniuria.
427 *Cum laico additur aliqua qualitas ordinis, vel religionis, ex qua prouenit exemptio, potest eximi à iurisdictione laica.*
Cursus, & via vitæ humanæ non est propter iurisdictionem, sed iurisdictio propter ipsum.
Superior laicus non potest impedire subditum ne fiat Clericus, aut Religiosus.
Sine superioris iniuria potest quis mutare domicilium.
Presbyteri, Curati, & Archidiaconi sine superioris licentia possunt ingredi Religionem.
Ad summum Pontificem pertinet potestas creandorum, & approbandorum ordinum, & cura Religionis ex toto, quæ deriuatur à potestate clauium.
428 *In Hispania vsus obtinuit, vt Religiosi militares in criminalibus causis, etiam atrocissimis gaudeant priuilegio fori.*
429 *Quid acciderit tempore D. Petri Castellæ Regis.*
430 *De casu D. Aluari de Luna Magistri ordinis S. Iacobi, tempore Ioannis II. Castellæ Regis.*
431 *Pragmatica Regum catholicorum excludens religiosos militares ab officiis sæcularibus, & eius condendæ occasio.*
432 *Res iudicata tempore eorundem Regum pro exemptione religionis Calatrauæ.*
433 *Concordia cum capitulo generali ordinis Diui Iacobi facta à Carolo V. & quid continuerit.*
434 *Celebris casus tempore Regis Philippi II. notatur.*
435 *Rex vt supremus administrator ordinum Equestrium potest delegare causas criminales religiosorum cum potestate puniendi capitaliter, ex bulla Pontificis Leonis Decimi.*
436 *In omni Regno catholicorum religiosi militares gaudent priuilegio fori.*
437 *Seruatum esse fori priuilegium Equitum militarium ordinum Castellæ in Regnis exteris, & quibus.*
438 *Eandem consuetudinem seruari Valentiæ, & in Regno Siciliæ, non tamen in Regno Neapolis.*
439 *Non solùm professi ordinum militarium, sed etiam nouitij gaudent priuilegio fori in criminalibus.*
440 *Contraria sententia, & eius fundamenta, & n. 441.*
442 *Reijcitur, & respondetur primo argumento.*
Clausura in nouitijs quatenus requiratur.
Paria sunt intra Monasterium morari, & cum superioris licentia extra illud degere.
443 *Vna hirundo non facit ver; & vnum exemplum multis exemplis vincitur.*
444 *Explicatur locus Trid. sess. 24. decreto de refor. c. 11. in fine, vers. exceptis tamen iis.*
445 *An qui assumpsit habitum religionis militaris post commissum delictum, vel institutam inquisitionem gaudeat fori priuilegio.*
446 *Non gaudet fori priuilegio, qui nondum susceperat habitum militarem tempore capturæ ob delictum.*
447 *Clericus, aut Monachus factus post delictum an gaudeat fori priuilegio, remissiuè.*
448 *Distinctio communis Clericatus, vel Religionis susceptæ in fraudem sæcularis iurisdictionis, vel sine fraude.*
Clericus, & Monachus etiam in fraudem facti subduntur sæcularis quòad bona, non quòad personas.
449 *Quòad religiosos quid statuerit Sixtus V. cuius tamen bulla reformata est à Clemente VIII.*
450 *Religiosi militares Castellæ sortiuntur forum in ciuilibus apud Indices consilij ordinum, si eum forum eligant actores.*
451 *Religiosi ordinis S. Ioannis Hierosolymitani sunt omninò exempti à sæculari iurisdictione in ciuilibus, & criminalibus, tanquàm verè religiosi.*
452 *Religiosi militares non possunt renunciare priuilegio fori.*
453 *Religiosi militares quòad delicta commissa in administratione officy publici ab eis suscepti subiacent iurisdictioni sæculari quòad pœnas pecuniarias, & suspensionis, aut priuationis officij, non tamen quòad corporales, & eatenus fori priuilegio non gaudent.*
454 *Contraria sententia reijcitur, & qui eam fuerint amplexi.*
455 *Confratres ordinis S. Ioannis Hierosolymitani portantes mediam crucem albam non gaudent priuilegio fori.*
456 *Religiosi militares violantes pragmaticas regias, an possint puniri à sæculari.*
457 *Resoluitur difficultas sub distinctione.*
458 *Religiosum militarem occidentem Clericum posse puniri à sæculari, qui senserint.*
459 *Verius est religiosum militarem reum homicidij Clerici gaudere priuilegio fori.*
460 *Explicatur c. 2. de pœnit. & remission.*

SECTIO TERTIA

De foro Religiosorum Militarium.

408 Tertia conclusio. Religiosi ordinum militarium gaudent foro priuilegiato, & exempti sunt ab ordinaria, tùm sæculari, tum etiam Ecclesiastica iurisdictione in causis criminalibus, & in ciuilibus pertinen-

tinentibus ad bona Religionis in communi, aut commendarum ipsius, in quibus non possunt conueniri coram Ordinarijs sæcularibus, aut Ecclesiasticis; sed solum coram Magistris ordinum, aut alijs suis superioribus Iudicibus ab eis deputatis, aut Conseruatoribus apostolicis suscitatis virtute bullarum apostolicarum istis Religionibus militaribus indultarum; è quibus est notatu digna bulla Pij Quinti, quam refert Didacus de la Mota *de confirmatione ordinis D. Iacobi, libr. primo, cap. 4. §. 42.*

409 Adnotare tamen oportet ad maiorem huius conclusionis explicationem, sub cuiusque Religionis militaris regula, & corpore, aut collegio, & vniuersitate contineri diuersi generis personas: sunt enim Clerici religiosi conuentualiter, & in communi viuentes, quos fratres vulgo *Freiles* vocamus. Sunt item Moniales fœminæ suis conuentibus clausæ, quorum vtrique vouent tria vota substantialia Religionis, *iuxta cap cum ad Monasterium 6. in fin. de statu monachorum*. Sunt item milites cruciferi quibusdam iuxta suas regulas votis adstricti, in sęculo tamen manentes, & seorsim sęculariter viuentes. Id pręterquam quod notum est, inueniri in religionibus militaribus Hispanis S. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ, item & in Religione S. Ioannis Hierosolymitani, cuius omnes sumus oculati testes, quod ad Religionem D. Iacobi pertinet, adnotauit Emanuel Rodericus *tom. 1. quæstion. regular. q. 5. art. 5. in fin.* & de Religionibus militaribus in communi agens Dominus Franciscus Sarmiento *in defensione sui libri de redditibus ecclesiasticis, par. 1. §. in 55. monito num. 3. & 4. & §. in 56. monito num. 4.* Azor. *institution. moral. 1. par. lib. 13. cap. 3. q. 1.* Sunt enim in Religione S. Iacobi conuentus virorum in villa Veles, qui caput est Religionis, S. Marci Legionensis, & alter Emeritēsis. Fęminarum autem sancti Spiritus Salmanticensis, & alij. In Religione Calatrauæ conuentus virorum Calatrauæ, conuentus fœminarum nuper ad hanc regiam curiam translatus conceptionis regiæ. In Religione Alcantarę conuentus Alcantaræ virorum, & alij.

410 De initio autem, & institutione harum, & aliarum Religionum militarium, & quo tempore vnaquęque cęperit, vide Polidorum Virgilium *de rerum inuentoribus, lib. 7. cap. 5.* Chassenæum *in catologo gloriæ mundi, 9. par. considerat. 4. cum seqq.* Regentem Carolum Tapia *in repet. Authent. ingressi, verb. monasteria, ex cap. 34. ad 38. & ex cap. 48. ad 53. C. de sacrosanct. eccles.* Petrum Gregorium *in syntagmat. iur. vniuers. lib. 15. cap. 35.* Emanuelem Rodericum *tom. 1. quæstion. regular. dicta q. 5. ex art. 1.* Azor *institution. moral. 1. par. lib. 13. cap. 5. q. 3. & cap. 6. q. 2. & q. 5.* & de initio ordinis D. Iacobi Didacum de la Mota *in libro speciali hispano del principio de la orden, y caualleria de Santiago*, vbi omnia refert.

411 Igitur quod attinet ad religiosos tàm mares, quàm fœminas, conuentualiter, & in communi viuentes, planum est, gaudere priuilegio fori velut personas verè, & propriè ecclesiasticas exemptas à sæculari iurisdictione, quòad se, & quòad bona sua, tàm in ciuilibus, quam in criminalibus. Item gaudere foro exempto ab ordinaria iurisdictione ecclesiastica, iuxta priuilegia istis Religionibus indulta: nihil enim hic noui occurrit, sed seruanda sunt tradita à nobis supra num. 402. & 405. cum sequentibus, ex rationibus ibidem adnotatis, quæ in hoc casu simili modo militan , & robur habent quod adnotauit quoque vbi supra Sarmiento.

412 Cęterum, quod pertinet ad milites, seu Equites cruciferos seorsim, & sęculariter viuentes, & persępè vxoratos, occurrunt duę difficultates. Prima, an sint verè religiosi? secunda, siuè sint, siuè non sint religiosi, an gaudeant priuilegio fori, & exempti sint à sæculati, & laica iurisdictione, & quatenùs?

413 Circa primam, quatuor fuerunt sententiæ. Prima est, hos milites cruciferos in sæculo viuentes, qui vel sunt vxorati, vel nubere possunt, non esse verè, & perfectè religiosos, sed secundum quid, impropriè, & imperfectè. Ita sentit Diuus Thomas, 2. 2. *quæst. 186. artic. 4. ad 3.* Soto *de iustitia, & iure, lib. 7. quæst. 5. artic. 3. ad 3.* qui tamen contrarium dicit de Equitibus Hierosolymitanis, qui nubere non possunt, etiam si in sæculo seorsim viuant, Sarmiento *de redditibus ecclesiasticis, part. 4. cap. 1. num. 13. & in defensione eiusdem libri part. 1. in responsione ad 55. monitum, num. 1. & sequentibus*, vbi dicit, nullum catholicorum dixisse Commendatores esse personas Ecclesiasticas, *& in responsione ad 56. monitum, ex num. 1.* Molina *de iustitia, tract. 2. disput. 141. §. est verò rigida, columna mihi 772. tom. 1.* Lesius *de iustitia, & iure, lib. 2. c. 41. dibitat. 1. nu. 7.* Saycus *in claui regia, lib. 6. cap. 9. num. 10.* Emanuel Rodericus *2. p. summa, cap 31 num. 1.* Montalus *in l. 8. tit. 1. lib. 2. fori, gloss. 1. vers. & nota circa hanc legem* Molina *de primogenijs. lib. 1. cap. 13. numer. 98.* Azeuedus *in l. 14. num. 3. tit 5. lib. 3. recop. & in l. 1. n. 4. & 5. tit. 14. lib. 6. recopil.* Menochius *de arbitrar. libr. 2. cent. 1. cas. 56. nu. 13. & cent. 3. cas. 231. num. 21. & cons. 904. n. 53. lib. 10.* Burbos de Paz *cons. 17. num. 2.* loquens de militibus S. Iacobi, nam *nu. 1.* statuit milites ordinis Calatrauæ esse verè religiosos, Guttierrez *lib. 2. practicarum, q. 111. num. 2.* Lassarte *de decima venditionis, cap. 19. nu. 92.* Gonzalez *in regul. 8. cancellar. gloss. 8. nu. 55. & 57.* Bouadilla *lib. 2. politic. cap. 10. nu. 10. & 11.* Cerdan Tallada *tract. de la visita de carcel, cap. 11. §. 4. nu. 13.* Lambertinus *de iurepatronatus, 1. par. 2. lib. q. 7. art. 5. num. 2.* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. part. q. 149. nu. 10. & seqq.* Marta *de iurisdiction. 2. par. cap. 32. num. 14. & 15. & seqq.* Parladorius *in sesquicenturia, different. 9. §. 1. nu. 10.* Fundamentum est, quia, nec vouent, nec seruant tria vota, castitatis, paupertatis, & obedientiæ, quæ sunt de substantia propriæ Religionis, iuxta textum *in cap. cum. ad Monasterium, in fine, de statu Monachorum*, & doctrinam D. Thomæ *2. 2. quæst. 186. art. 3. 4. 5. 6. & 7.* Leonardi Lesij *de iustitia, & iure, lib. 2. dicto cap. 41. dubit. 1.* & communem sententiam Theologorum, & Canonistarum de qua Sanchez *lib. 5. operis moralis, cap. 1. ex num. 16.* sed vouent laxiora vota, nam cum eis dispensatum est, vt voueant vota minus stricta.

414 Secunda sententia est hos, milites ordinum militarium, etiam si non sint verè & perfectè religiosi, (vt statuunt Auctores primæ sententiæ) esse tamen personas Ecclesiasticas. Ita sentit Syluester *in summa, verb. Ecclesia, num. 6. versic. quantum ad Deo deuotos*, vbi loquitur de templarijs sancti Ioânis Hierosolymitaui, & militibus de spata nuncupatis, portantibus signum spatæ rubeæ in pectore, qui plane sunt Equites sancti Iacobi, *& in verb. religio, 1. num. 1. versic. tertium*, Humada *in l. 1. titul. 7. par. 1. scolio ad glossam primam, num. 1. & 2.* Zerola *in praxi Episcopali, 2. part. verbo, Commendatary. §. 1. & 2.* Florez de Mena *lib. 1. variarum, q. 21. num. 205.* Azor *institutionum moralium, 1. par. libr. 13. cap. 3. q. 2. & 3.* Nicolaus Garcia *de beneficijs, 1. par. cap. 4. nu. 13. & 21.* Cæsar de Grassis *decis. 47. alioqui 1. de probationibus.*

415 Tertia sententia est, hos milites crucesignatos ordinum militarium, etiam si nubere possint, & in sæculo viuant, iuxta suum institutum esse verè, & proprie religiosos,

giosos. Hanc tuetur Petrus Belluga *in specul. Principum rubr. 7. num. 7.* & ad eum locum Camillum Borrellus *liter. F. verb. sunt religiosi*, Couarruuias *de matrimon. num 2. p. cap. 3. §. 1 num. 27.* Auendanus *de exequ. mandat. 2. par. cap. 26. num. 11. in fine*, Nauarrus *tract. de redditibus ecclesiasticis, q. 1. monito 55. num. 3. 4. 5. & seqq. & q. 3. monito 27. ex num. 1. & monito 28. ex nu. 1. & cons. 9. N. nobilis num. 6. in titul. de ijs, quæ vi, lib. 1. & consil. 10. cum Vincentius, cons. 11. quisdam eruditissimus, & cons. 12. an milites, num. 1. in titul. de regularibus, lib. 3.* Aluarus Valascus *consult. 14. num. 8. et consultat. 131. num. 3. et 4.* Didacus Perez, *in l. 10. tit. 11. lib. 4. ordinament. gloss. 3. in verb. hijosdalgo han encomiendas colum. 1530.* Hojeda *de incompatibilitat. beneficior. 1. par. cap. 24. num. 105.* Emanuel Rodericus *question. regul. 1. tom. q. 13. art. 2. uers. ex qua bulla*, Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, 1. effectu, ex n. 109. vsque ad 116.* & de militibus Hierosolymitanis loquentes Menoch *cons. 54. nu. 17 lib. 1.* Cacheranus *decis. 27. num. 18.* Farinacius *decis. 203. num. 3. 2. par. criminalium, & cons. 197. lib. 3. ex num. 1.* Marta *de iurisdictione. par. 2. cap. 32. ex nu. 7.* Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 2. disp. 18. nu. 8.* Barbosa *in rubrica, 2. par. num. 82. ff. solut. matrimon.* Thesaurus *lib. 1. quæstio. forens. q. 18. nu. 3.* idem Sanchez *operis moralis, lib. 4. cap. 16. nu. 11.* Mastrillus *decis. 290. ex n. 32.* Franc. Suar. *de Religione, tract. 9. lib. 1. c. 4. nu. 9. cum seq. to. 4.* & latissimè omnium, loquens de Equitibus S. Iacobi Didacus de la Mota *tract. de confirmat. ordinis D. Iacobi, lib. 2. cap. 1. §. 2. 3. & 4. & cap. 2. per totum*, vbi rem ex professo tractauit satisfaciens omnibus argumentis, quæ in cõtrarium obijci possent. Quæ sententia probari videtur ex textu *in cap. cum & plantare, 3. in principio, de priuilegijs*, vbi notat Decius *num. 4. & in clementina, quia contingit, §. præmissa, de religiosis domibus*, & ibi Gloss. *verb. militarium, & verb. aliorum.*

416 Quarta sententia conciliare conatur omnes præcedentes distinctione facta atque controuersiam hanc in re magis versari circa nomina, & modum loquendi, quam circa res ipsas: nam si religiosus propriè dicatur, qui emittit tria vota substantialia Religionis rigida, & illa rigidè seruat, quales sunt, Monachi, & Moniales in communi viuẽtes, eo modo nõ possunt dici propriè religiosi milites ordinum militarium, qui etiam si voueant tria vota, habent tamen dispensatum illorum rigorem; nam pro castitate vouent continentiam coniugalem, quæ re vera à castitate multùm differt, & obedientiam Magistro ordinis, qui nihil ferè illis imperat, aut iniungit; pro paupertate viuere sine proprio, & nihil proprium habere sine licentia Magistri, & de suis bonis absque voluntate, & beneplacito eius non disponere in vita, aut morte: qui tamen Magister nulli hucusque denegauit veniam acquirendi, quantumuis ampla patrimonia, illisque fruendi, & de illisque tàm in vita, quàm in morte disponendi, iuxta proprium arbitrium, & voluntatem. De quo votorum genere latiùs agunt Azor *institution. moral. 1. par. t. libr. 13. cap. 5. quæst. 2.* Emanuel Rodericus *quæstionum regularium tom. 1. quæst. 1. artic. 6. vers. in hac igitur opinionum*, Didacus de la Mota *de confirmatione ordinis D. Iacobi, lib. 2. cap. 1. §. 2. & §. 4.* Sarmiento *in defensione libelli, de redditibus ecclesiasticis, par. 1. §. in 56. monito*, vbi refert formas professionis trium ordinum, S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ. Si verò religiosus vocetur, qui iuxta suum institutum approbatum à sede Apostolica (ad quam expectat decernere, & statuere quæ vota Religionem constituant, eaq; limitare, ac moderari, aut restringere, & coarctare, vt tangemus inferius nu. 427.) vouet, quod ad suam Religionem talẽ, qualis est instituta, & appr obata à Põtifice, necessarium est eo modo religiosi isti militares vocantur propriè religiosi, nam vouent, & seruant, quod necessarium est, vt sint religiosi militates. Ita videtur sensisse primus, quem videtim, Lambertinus *de iurepatronat. 1. part. lib. 2. 7. question. principal. artic. 7. num. 6. & 7.* Azor *institut. moral. 1. par. lib. 13. cap. 3. quæst. 3. vers. verùm enim verò*, Emanuelem Rodericus *tom. 1. quæstion. regular. q. 1. artic. 6.* & non abhorret Sanchez *operis moralis, lib. 4. dicto cap. 16. num. 11.* faciuntque tradita à Cardin. Zabarella *in clemen. cum ex eo, 3. num. 4. de sentent. excommunicat.* & ab Archidiacono *in cap. ex eo, num. 4. de electione in 6.* Geminiano ibidem *in §. in Ecclesijs, num. 1.* Ioanne Andrea *num. 4.* Antonio Butrio *num. 5.* Ancharano *num. 4. & 5.* Philippo Franeho *num. 5.* Et hæc videtur mihi verissima sententia, ex qua faciliimè satis fit fundamentis aliarum. Hæc de prima difficultate.

417 Quod verò ad secundam difficultatem attinet, an isti milites gaudeant priuilegio fori? Prima sententia negat hos milites seorsim viuentes gaudere priuilegio canonis, aut fori esseque exemptos à sæculari iurisdictione, vtpote qui non sint Ecclesiasticæ personæ, sed laici, & sæculares. In hanc inclinat Gregorius Lopez *in l. 1. titul. 7. part. 1. gloss. 1.* tametsi dubius, & iudicium videatur suspendisse; sentit Montaluus *in l. 8. tit. 1. lib. 2. fori, glos. 1. vers. & nota*, Burgos de Paz *cons. 17. num. 1. & 2.* Sarmiento *in defensione libell. de redditibus, 1. par. §. in 55. monito, nu. 5. & §. in 56. monito, num. 3. & 4.* Guttierez *lib. 2. practicarum. q. 111. num. 2.* Azeuedus *in l. t. num. 4. 5. & 6. tit. 14. lib. 6. recopilat.* Lassarte *de decima venditionis, cap. 19. nu. 92.* Paradotius *in sesquicenturia different. 9. §. 1. nu. 10.* Marta *de iurisdictione 4. par. cent. 2. cas. 113. num. 33.* loquens militibus Hispanorum ordinum, & de milit. S. Stephani. Pro eadem refertur Porroles *in additionibus ad Molinum, verb. Clericus, in tract. de competentia iurisdictionis, q. 3. nu. 6.* in eamque inclinat Iosephus Sesse *de inhibitionibus, c. 8. §. secundo, num. 19.* multum dubitans de contraria sententia.

418 Secunda sententia verior, & communior, vsque hodie recepta apud omnia Hispaniæ tribunalia sine vlla controuersia, asserit hos milites crucesignatos religiosos ordinum militarium S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, etiam si viuant extra Monasteria seorsim, & nubere possint nihilominus gaudere priuilegio canonis, & fori in criminalibus: item in ciuilibus cum agitur de bonis commendarum, aut iuribus earum; & de istis rebus esse conueniendos coram supremo ordinum Administratore perpetuò, & Iudicibus ab eo deputatis in Regio ordinum consilio, cuius consiliarij sunt prædictorum ordinum Equites, & coram Iudicibus conseruatoribus, qui suscitantur uirtute bullarum Apostolicarum ad eum effectum, ut quoties sæculares Iudices de istis causis cognoscunt inhibeantur, & remittant reos, & processus ad Iudices consilij ordinum deputatos à Rege nostro supremo trium ordinum Administratore perpetuò ad cognoscendum de eiusmodi causis, easque diffiniendas, & non posse iudicari de istis à Iudicibus sæcularibus, aut ordinarijs Ecclesiasticis. Idem dictum putato de religiosis aliarum ordinum militarium, vt ordinis Christi Lusitaniæ, & multo maiori cum ratione de militibus S. Io. Hierosolymitani, qui nubere nõ possunt, iuxta priuilegia apostolica istis ordinibus indulta, quibus conceditur illis exemptio à sæculari iurisdictione, & ordinaria ecclesiastica, quę oportebit inspicere cũ casus occurrerit. Hãc sententiam amplectuntur D. Anton. 3. p. summ. tit. 23. cap. 5. §. 3.

loquẽs de Equitibus D. Iacobi. Syluester *in summa verbo Ecclesia, 1 num. 6. vers. quantùm ad Deo de votos, & vers. tertiò templarij, & versic quintò milites de spata*, Belluga *in specul. Princip. rubr. 7. nu. 7.* & ad eum locum Borrellus, *verb. sunt Religiosi*, vbi ait, idem dicendum in Regno Neapolitano de militibus S. Lazari. In eandem inclinat Mõtaluus sibi ferè contrarius *in l. 1. tit. 7. par. 1. gloss. 2. ad verbum, como religiosos*, Azeuedus *in l. 14. num. 4. tit. 5. lib. 3. recopilat.* Menchaca *libr. 3. controuersiarum illustrium, cap. 105. num. 49. 50. & seqq.* Humada *ad gloss. 1. num. 1. in l. 1. tit. 7. par. 1.* Azor *institut moral. 1. par. lib. 13. cap. 3. q. 3.* Zerola *in praxi Episcopali, 2. par. verb. commendatarij, §. 1.* vbi ait, eos gaudere priuilegio canonis, *si quis suadente*, Nicolaus Garcia *de beneficijs, 1. par. cap. 4. per totum*, præsertim *num. 21*, Emanuel Rodericus *tom. 1. quæstion. regular. q. 13. art. 2. vers. ex qua bulla, & tom. 2. q. 2. art. 2. & q. 62. art. 13. 14. 15. 16. & 17.* Valascus *consult. 108. nu. 27. & consul. 131. num. 3. & 4. & consult. 152. ex num. 10.* vbi de militib. Hierosolymitanis, Nauarrus *tract. de redditibus ecclesiasticis, q. 1. monito 55. ex num. 3. & q. 3. monito 27. & 28. & cons. 10. cum Vincentius, num. 7.* vbi loquitur de militibus S. Stephani, *et cons. 11. quidam eruditissimus, num. 1.* vbi loquitur de milite ordinis Christi, *et num. 5.* vbi loquitur de milite ordinis S. Iacobi, *tit. de regularibus, libr. 3.* Cenedo *practicarum caconicarum, quæst. 4. num. 39.* idem Menchaca *de successionib. to. 1. lib. 3. §. 30. num. 205. & 269. cum seqq.* Molina *de iustitia tract. 2. disput. 141. §. est verò rigida, in fine*, Bouadilla *lib. 2. politic. cap. 18. num. 232. & 233. & cap. 19. ex num. 9.* Mastrillus *de magistratibus, lib. 2. cap. 6. num. 35. & decis. 190.* post hęc scripta edita; Regens Valenzuela *cons. 95. ex num. 50.* Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto, cent. 1. q. 65. num. 57. cum seqq.* Caualcanus *decis. 28. nu. 47. 1. part.* loquens de Equitibus Alcantaræ, Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. par. q. 149. num. 20.* Caballus *resolut. crimin. casu 64. & casu 225. num. 11. cum seqq.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 36.* Marta *de iurisdictione 4. par. casu 113. ex num. 32.* priuilegium fori concedens solis militibus Hierosolymitanis, Io. Franciscus de Ponte *cons. 14. num. 3.* Graffis *de effectibus clericatus, 1. effectu, ex num. 109. & num. 116.* Volano *in curia philippica, 3. par. §. num. 13.* Cacheranus *decis. 27. nu. 28.* loquens de militibus Hierosolymitanis; & eisdem Decianus *responso 51. ex num. 9. volum. 3.* & Franchis *decis. 476. num. 1. 2. 4. & 5.* & Cæsar de Graffis *decis. 47. num. 2. aliqui t. de probationib.* & Farinacius *cons. 197. lib. 3.* Didacus de la Mota agens de Equitibus S. Iacobi, *in tractatu de confirmatione ordinis militiæ S. Iacobi, lib. 2. c. 1. §. 9.* vbi refert Pontifices, qui in fauorem huius ordinis bullas expediuerunt, quibus hoc fori priuilegium indulserunt. Apud quos Doctores videbis fori priuilegium in criminalibus non solum esse concedendum militibus ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, sed etiam ordinis Lusitani Iesu Christi, S. Iacobi, & Dauis, Valentini Montesæ; exterorum etiam S. Lazari, S. Stephani, & alijs.

419 Pro hac sententia adducitur textus *in cap. 1. in princip. de verbor. significat. in 6.* in quo explicantur verba quædam priuilegiorum Alexandri III. & Lucij III. Pontificum, quæ ita habent, *in speciales, & proprios Ecclesiæ Romanæ filios vos recipimus*; & deciditur non significari verbis illis omnimodam exemptionem religiosorum à iurisdictione ordinaria Episcoporum, sed solum eam exemptionem ab Ordinarijs, ne possint ab eis interdici, aut excomunicari. Præsupponit palã textus ille religiosos, de quibus loquitur subditos esse iurisdictioni ordinariæ Episcoporum, ac per consequens gaudere priuilegio fori Ecclesiastici, & decidit ex illis verbis ab ea iurisdictione non omninò eximi, sed tantisper, vt in prædicto textus continetur.

420 Dubitant autem Doctores, de quibus Religiosis ille textus loquatur. Et existimant nonnulli loqui de militibus Hierosolymitanis, verum Innocentius, & Abbas antiquus, quos *in dicto cap. 1. in principio* referunt, & non improbãt Io. Andreas Geminianus, Ancharan. & Franch. sentiunt loqui de militib. ordinis militaris Hispani S. Iacobi; idque videtur proculdubio verum esse, quoniam Auctor *prædicti cap. 1. de verbor. significat. in 6.* est Innocentius IV. & idemmet explicans in lectura suum textum in fine numer. 8. ait agere de ordine S. Iacobi. Quis autem tam verè, ac rectè potuit textũ interpretari, quã eius Auctor? tũm etiam, quoniam verba illa priuilegij, de quibus in textu, continentur in bullis summorum Pontificum Alexandri III. Lucij III. Vrbani III. & Innocentij III. quas refert Didacus de la Mota, *de confirmatione ordinis D. Iacobi, lib. 1. cap. 4. §. 2. §. 4. §. 6. & §. 7. & lib. 2. del principio de la orden de Santiago, cap. 1.* vbi bullam Alexandri in hispanum sermonem versam refert, quæ expedita fuit in gratiam ordinis D. Iacobi. Ergo de eius ordinis religiosis proculdubio loquitur textus.

421 Sed quod caput est, circa Religiones istas militares Hispanas ex decisis, & constitutis in diuersis summorum Pontificum bullis, & priuilegijs, quatuor conclusiones colliguntur statutæ, & declaratæ de quibus deinceps ferè dubitare non licet.

422 Prima est, Equites horum ordinum esse religiosos militares, vt constat ex multis, quas refert Didacus de la Mota *tractat. de confirmatione ordinis D. Iacobi, lib. 2. cap. 1. §. 3.*

423 Secunda, tanquam religiosos, & personas ecclesiasticas gaudere priuilegio *canonis, si quis suadente, 17. q. 4.* vt constat ex bullis relatis ab eodem Mota *d. lib. 2. cap. 1. §. 8.*

424 Tertia, non solum esse regulares, & ecclesiasticas personas, sed immediatè subiecto sedi Apostolicæ, ex bullis Alexandri III. Innocentij IV. Vrbani IV. Gregorij X. Bonifacij VIII. Clementis V. Leonis X. Clementis VII. Pauli III. Pij V. Gregorij XIII. Sixti V. relatis ab eodem Mota *d. lib. 2. cap. 1. §. 9.*

425 Quarta, gaudere priuilegio exemptionis fori sæcularis in criminalibus causis, & esse subiectos Ecclesiasticæ iurisdictioni, vt cõstat ex bulla Gregorij IX. quam refert Mota *d. tract. de confirmatione ordinis D. Iacobi, lib. 1. cap. 4. §. 12. & lib. 2. cap. 1. §. 9. num. 2.* & altera Martini V. quam refert idem Mota *dicto lib. 1. cap. 4. §. 29. & lib. 2. cap. 1. §. 9. num. 5. vers. Martinus*, altera Leonis X. quam refert idem Mota *dicto lib. 1. cap. 4. §. 35. & lib. 2. capit. 1. §. numer. 5. versic. Leo Papa*, & alijs duabus Pij V. expeditis ad instantiam Philippi II. Hispaniarum Regis; prima anno 1566. quinto idus Ianuarij, secũda anno 1569. vigesimo die Ianuarij, relatis à Mota *dicto libr. 1. cap. 4. §. 42. & §. 43.* altera Clementis VIII. expedita ad instantiam Regis Philippi III. anno 1600. 31. die Ianuarij: altera Pauli V. expedita ad instantiam eiusdem Philippi III. Domini nostri die 5. Nouembris anni 1608. referent prædictam Clementis VIII. bullam, & eam confirmante, Quas bullas Clementis, & Pauli Pontificum obseruari iussit idemmet Philipus III. rescripto suo regio expedito die 19. Ianuarij anni 1609. cuius tenor.

Item

rem refert post hæc scripta visus Mastrillus *decis.290.nu.165.* quod conforme fuit antiquo alteri regio rescripto, expedito Vallisoleti 23. die Augusti anni 1527. quo præcipiebatur ne de causis criminalibus Equitum D. Iacobi cognoscant Iudices sæculares: cuius meminit Monterrosus *in sua practica tract.5. de las chancillerias, sub titulo prouisiones, y cedulas, que tocan à los pleitos.*

426 Ex quibus facilè satisfit obiectioni, quę sese offerebat, non posse uidelicèt Papam in præiudicium iurisdictionis Regiæ sæcularis tot subditos eximere ab ea, & illis priuilegium fori concedere: neque verò verisimile videri id voluisse Pontificem, *cap. nouit, 13. in princip. de iudicijs,* quæ fuit consideratio Gregorij *in gloss. 1. in fin. in l. 1. tit. 7. par. 1.* eiusque obiectionis meminit Menchaca *de success. tom. 1. lib. 3. §. 30. num. 296.* cui inquam facilè satisfit. Primò, si dicamus nullum posse considerari præiudicium factum regiæ iurisdictioni, cum regiæ Maiestatis cõsensus interuenerit indulgentis exemptionem istam, iubentisq; Pontificum bullas seruari, quibus religiosi militares exempti sunt à sæculari iurisdictione. Scienti enim, & consentienti nulla fit iniuria, neq; dolus, *in l. diem, 9. in fin. princ. ff. de acqu. plus. arcendi, cap. scienti. 27. de reg. iur. in 6.* cum vulgatis.

427 Secundò, eidem difficultati optimè satisfacit Mẽchaca vbi supra ex doctrina Innocentij *in c. 2. de maiorit. & obedient.* Cardinalis Zabarellæ *in repet. cap. perpendimus, num. 5. in fine, in solutione septimæ oppositionis, de sentent. excommunic.* posse Pontificem eximere quemcumque laicum à iurisdictione sæculari, cum ei additur aliqua qualitas, seu causa ordinis, uel religionis ex qua immediatè prouenit exemptio, quemadmodum eximere potuit familiam Episcopi, vt gaudeat priuilegio fori Ecclesiastici statuendo, vt statuit *in cap. dilecto, de offic. Archidiacon.* vt notant Doctores *in cap. 1. de foro competenti,* & adnotauit Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, 1. effectu, num. 128. & sequentib.* sic & potuit eximere innumerabiles primæ tonsuræ coniugatos, vt *in cap. vnico, de clericis coniugatis in 6.* & nouitium quoque laicum intra annum nouitiatus eximit à iurisdictione sæculari, iuxta *cap. religioso, 21. §. quamuis, de sentent. excommunic. in 6.* vt nos animaduertimus superius, num. 406. Inde fit, vt Bartol. *in l. vltim. num. 6. ff. de collegijs illicit.* dixerit, si auctoritate summi Pontificis constituatur collegium, personas illius effici posse Ecclesiasticas. Nulla itaque fit iniuria Principibus, si Pontifex approbet Religionem aliquam, & ecclesiasticas faciat personas, dum subsit aliqua Religionis causa: neque item laicus ipse, qui se Religioni subijcit iniuriam suo Principi facit ab eius se iurisdictione eximendo; hoc enim potest liberè facere, nam quilibet subditus potest mutare iurisdictionem, & cursum vitæ subijciendo se Ecclesiæ. Quia cursus, & via vitæ humanæ non est propter iurisdictionem, sed iurisdictio propter ipsam constituta est, vt apud Marcum *cap. 2. num. 27.* Christus Dominus respondit Pharisæis, *non est homo propter sabbatum, sed sabbatum propter hominem, & 2. Machab. cap. 5. num. 19. Non propter locum gentem, sed propter gentem locum Deus elegit:* neque locus hominem sanctificat, sed homo locum, *cap. nos qui, cap. non loca, cap. illud, cap. multi, 40. distinct.* nec domo Dominus, sed Domino domus honestanda est, ex Cicerone, *lib. 1. de officijs, num. 139.* & possessiones viros, sed viri possessiones nanciscuntur, vt dicebat Pericles apud Thucydidem, *lib. 1. historia, num. 97. in fine,* & vniuersim res hominibus accedunt, non rebus homines, *l. iustissimè, 44. in princ. ff. de edil. edict.* Rectèque Zabarella vbi supra dixit, non posse à superiori laico impediri laicum, ne fiat Clericus, aut etiam religiosus: nam quando quis ducitur spiritu Dei, non constringitur lege publica, quo minus etiã suo inuito superiore, cui de lege publica parere tenetur, ad Religionem possit transire, *cap. licet quibusdam, 18. de regularibus.* Inde prouenit, vt sine superioris iniuria possit quis mutare domicilium, & iurisdictionem, tàm sæcularem, quàm spiritualem, vt probant textus *in cap. significauit, vltimo, de Parrochijs, & alien. Parroch. & in l. si conuenerit, 18. ff. de iurisdictio. omn. iudic. l. 1. l. hæres absens, 19. §. proinde, ff. de iudicijs, l. si qui ex consensu, 7. Cod. de Episcop. audient.* quinimò possunt Presbyteri, Curati, & Archidiaconi, sine superioris licentia ingredi Religionem, *cap. Clerici, 19. q. 1.* notat Diuus Thomas *opusc. 18. cap. 25.* Non poterit igitur conqueri Princeps, quod laicus subditus ordinem Religionis ingrediatur, & ita se ab eo eximat, quia non homo propter iurisdictionem, sed iurisdictio propter hominem est instituta. Neque causare poterit in Pontifice summo deesse potestatem, cum ad eum pertineat creandorum ordinum, & approbandarum Religionum potestas, vtpotè ad quem cura Religionis ex toto spectat, vt tetigimus supra quęst. 4. n. 208. & hac eadem quæstione nu. 397. & 398. & probatur *in cap. vltimo, de religios. domib. cap. 1. eod. tit. in 6. extrauaganti sancta Romana Ioann. XXII. ad fin. de religios. domib.* & ibi Glossa recepta, *verb. Pater cœlestis,* quæ ait hanc potestatem deriuari à potestate clauium. Notant idem Menchaca *controuersiarum illustrium, lib. 3. cap. 105. ex num. 49.* Suarez *de religione, tom. 3. lib. 2. cap. 17. ex num. 1. iunctis duobus capitibus præcedentibus,* Azor *instit. moral. 1. par. lib. 11. cap. 24. q. 5. & seqq. & lib. 13. c. 11.* Banes *2. q. 1. art. 1. dub. 8. concl. 2.* & Emanuel Rodericus *tom. 1. quæst. regular. q. 17. art. 2. in princ.*

428 Iuxta has igitur antiquas, & recentiores Pontificum constitutiones, & indulta semper in Hispania vsus obtinuit, vt Equites horum ordinum in causis criminalibus, quantùmuis grauibus, & atrocibus sortiti fuerint proprium forum exemptum à sæcularibus Iudicibus, & ad suos proprios Iudices remissi fuerint. Quod hisce nostris temporibus tàm est receptum, & varijs, quotidianisque experimentis notis omnibus, & decisionib. supremi regij Senatus in congregatione competentiarum comprobatum, vt obstinationi, & inflexibili pertinaciç tribui possit de hac veritate dubitare, aut eam in controuersiam deducere.

429 Certè id persuasum fuisse antiquis Hispaniç Regibus, ex eo planè colligitur, quod circa annum salutis millesimum trecentesimum quinquagesimum sextum, cum Petrus Castellæ Rex per nuntium Petro Aragoniæ Regi delegatum, quærelam inter alias detulisset, quod Equites Calatrauæ, & S. Iacobi in Aragonia residentes non obedirent Magistris ordinum in Castella creatis, quasi ad eum spectaret, id non permittere, eiusque culpis esset adscribendum, quidquid esset in hoc delicti. Respondit Rex Aragoniç, quod de militibus D. Iacobi, & Calatrauç quæreretur, id sui iudicij non esse, sacra iura à Romanis Pontificibus petenda se, neq; Auctore, neque repugnante, vt refert insignis historicus Ioannes Mariana, *historiæ Hispanæ lib. 17. c. 1.*

430 Item Ioannes II. Castellæ Rex cum capite damnasset D. Aluarum de Luna Magistrum ordinis S. Iacobi, & capitalis sententia iussu eius executioni mandata esset, iusto scrupulo, & timore ductus, quod incurrisse sententiam excommunicationis, exercens iurisdictionẽ in personam Ecclesiasticam exemptam, petijt absolutionem

censurarum à Romano Pontifice, eamque impetrauit sibi, & iis omnibus, qui in prædicta damnatione, & eius exequutione, & vtriusque processu interuenerant, vt refert Montaluus eisdem Regis Ioannis Consiliarius particularum glossator, *in l. 1. tit. 7. par. 1. gloss. 2. in verb. como religiosos*, & Nauarrus *de reddit. eccles. q. 3. monito 28. num. 2. circa fin.* ex tractatu quodam D. Michaelis de Marañon consilii ordinum fiscalis regii.

431 Catholici autem Reges Fernandus, & Isabella anno 1480. condiderunt, pragmaticam, quæ continetur *in l. 12. tit. 16. lib. 2. ordinamenti*, qua ordinum militarium S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, Equites vocant religiosos, & equiparant religiosis militaribus ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, omnesque reddunt incapaces officiorum administrationis iustitiæ, & cæterorum publicorum ad administrationem rerum publicarum pertinentium. Occasio verò prædictæ legis ferendæ ea fuit, quod quidam Eques ordinis Calatrauæ Corrector ciuitatis regalis homicidium perpetrauerat, de quo in syndicatu accusatus iurisdictione sæculari declinata obtinuit, vt ab ea eximeretur, & ad suos Iudices remitteretur, vt refert ex D. Michaele de Maranon, Martinus Nauarrus vbi supra. Tametsi postea correcta sit prædicta *l. 12. tit. 16. libr. 2. ordinamenti, ex l. 14. tit. 5. lib. 3. recopilat.* qua permissum est Equites S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, fungi prædictis publicis muneribus, postquam annexum est Regiæ coronæ munus Magisterii, seu administrationis perpetuæ prædictorum ordinum, vel postquam per concordiam factam inter Regem nostrum, & Capitulũ generale ordinis D. Iacobi, (de qua statim agemus) decretum est, vt religiosi militares Equites in officiis publicis delinquentes subderentur, quòad ea delicta Iudicibus sæcularibus.

432 Tempore item Regum catholicorum Matriti ipsis præsentibus à Consilio Regio supremo pronunciatum est contra Baccalaureum de la Torre regium fiscalem, pro exemptionem Religionis Calatraue; quæ eadem est cum Religione Alcantaræ, est enim illi annexa, quibus quòad hoc æquiparata est religio S. Iacobi, vt ex D. Michaele de Maranon refert Martinus Nauarrus vbi supra.

433 Carolus autem V. Imperator Romanus, & Hispaniæ Rex, in concordia facta cum Capitulo generali ordinis D. Iacobi vigesimatertia die mensis Augusti anni millesimi quingentesimi vigesimi septimi (quam vocant concordiam Comitis de Osorno) statuit Equites D. Iacobi esse exemptos à sæculari iurisdictione, eorumq; immunitatem asseruit referens quærelam Equitum prædicti ordinis in hæc verba: *Que los Comendadores, y Caualleros della por ser como son personas de orden, y religion, y por bullas, que tienen dadas, y concedidas de los sanctos Padres passados de felice recordacion, algunas dellas diz que à suplicacion de los Reyes nuestros abuelos, que ayan gloria, son libres, y exemptos de la jurisdiction real, y no pueden, ni deuen conocer de sus pleitos, ni causas ciuiles, y criminales, las iusticias seglares sino solamente los Iueces de la dicha orden, y que en esta possession vso, y costumbre an estado.* Cumque statuisset quędam aduersus prædictæ ordinis exemptionem, decernẽs eius Equites in sex casibus fore iurisdictioni sæculari subiectos, seu amittere priuilegium fori; videlicèt: in casu hæresis, criminis læsæ maiestatis, peccati nefandi, proditionis, seu rebellionis, seditionis, tumultus, commotionis, seu concitationis populorum, aut illationis belli, violationis regiorum rescriptorum, aut securitatis regię, aut inobedientiæ regiorum præceptorum: in cæteris autem casibus, quantùmuis grauibus, & atrocibus deffiniuit esse, & foro subditos Iudicibus sui ordinis, & exẽptos à sæculari iurisdictione, per hæc verba: *Item que en otros qualesquier delictos enormes, y atroces, no siendo de los arriba contenidos, como si fuessen aleues, o forzadores, o publicos robadores, e incendiarios, escandalizadores, quebrantadores de Yglesias, o Monasterios, o incurriessen en otros delictos semejantes, e calificados, que aora sea a pedimento de parte, que acuse, o se proceda de officio, que aya lugar preuencion entre las nuestras iusticias, e de la dicha orden. Peroque en todos los otros delictos, y excessos, menores, y de menos calidad, que los suso dichos, aunque sean tales, que por ellos se deua imponer pena de muerte, o cortamiento de miembro, o destierro perpetuo, conforme a derecho, y leyes de nuestros Reynos, que contra los dichos Comẽdadores puedan solamente conocer para hacer la pesquisa, e prender, o prendar los delinquentes: peroque luego dentro de veintiquatro horas si los Iueces de la orden estuuieren presentes, y en otra manera dentro de tres dias sean obligados a los remitir, o entregar a los Iueces de la orden, a costa de los delinquentes, con la informaciõ que uuieren tomado, paraque por ellos sean punidos, y castigados, conforme a iusticia, y que no puedã boluer, ni buelua a la iurisdictiõ del Iuez, que los prendio, a donde se cometio el delicto, sin que traygan carta en forma de los Iueces de las ordenes, de como fueron sentenciados, y muestren como an cumplido la sentencia en el tiempo, segun, y de la manera, que en ella fuere contenido.* Huius concordiæ meminerunt Greg. Lop. *in d. l. 1. tit. 7. p. 1. glos. 2. circa fin.* Azcuedus *in l. 14. nu. 4. tit. 5. lib. 3. recopil.* Emanu. Roderic. *tom. 2. regularium, q. 62. ar. 13.* Bouadilla *lib. 2. politic. c. 19. num. 10. & alii.* Cui quidem concordiæ tamecsi religiosi non consenserint in iis, quæ concernunt limitationem iurisdictionis Iudicum sui ordinis, & præiudicium exemptionis religiosorum, eorumq; grauamen; in iis tamen, quæ respiciunt fauorem, & commodum suum eam susceperunt, semperq; fuit obseruata.

434 Celebris fuit tempore Regis Domini nostri Philippi II. felicis recordationis casus ille cuius meminit Bouadilla *lib. 2. politic. c. 19. num. 12.* de quo planè tametsi tacitis nominibus loqui videtur Regens Valenzuela *consil. 95.* & Farinacius *consil. 210. libr. 3.* nam cum delegatus esset quidam tunc Alcaldus Granatensis Cancellariæ (sic vocamus Hispani Iudices criminales Regiorum Prætoriorum) in quadam criminali causa, contra quendam Equitem ordinis Calatrauæ ciuitatis Hispalensis, facto processu damnauit, eum pęna capitali, & iussit eam exequutioni mandari, vt est mandata, non obstantibus fori priuilegiis, & Iudicis conseruatoris admonitionibus; ideò fortassis, quoniam crimen, cuius ille reus fuerat, erat ex exceptis in prædicta concordia, & in quo iuxta ipsam fori priuilegio non gauderet. Verùm cum patri successisset Rex Philippus III. prædicti Equitis heredes apud Romanum Pontificem quæsti sunt de prædicto Iudice, quod contra ius, fasque violasset fori priuilegium, procedens contra prædictum Equitem, extortaque ab eo confessione capite damnasset, à sæculari iurisdictione immunem, & exemptum. Atque anno 1614. & 1615. quibus ista lis est suscitata, citatus fuit Iudex prædictus, qui iam erat Auditor in eadem Granatensi Cancellaria, vt in Romana curia se defensurus personaliter compareret, sisteretque sese. Cumque inuocato regio auxilio violentiæ, causam introduxisset apud supremum regium Consilium, declaratum est Ecclesiasticum vim non facere, & aduersus ipsum, eo quod non comparuisset tanquam contra inobedientem, & contumacem, prolata est excommunicationis sententia, affixis etiam literis, &

testi-

testimonijs eius celebrioribus, & publicissimis curiæ regiæ locis, cumq; varijs, grauissimisq; huius litis molestijs esset vexatus, quarum & nos testes fuimus, tandem obijt Burgis lite pendente mense Octobri anni 1615. exemplum cęteris relinquens, ne humano procerum, aut regū fauore freti, aut cæca, & ambitiola dignitatum cupiditate ducti, quid contra ius facere audeant: *Altissimus enim est patiens redditor, Eccles. 5.*

435 Illud est tamen notatione dignum, posse Règē Dominum nostrum, vt supremū, & perpetuum ordinum Equestrium administratorem, delegare causas criminales religiosorum militariū, cū potestate puniendi capitaliter, iuxta facultatem ipsi concessam ex bulla Leonis Decimi Pontificis Maximi; quam refert Didacus de Mota, *de confirmatione ordinis Diui Iacobi, lib. 1. c. 4. §. 35.* atq; adeò tum casus acciderit, quo seuera castigatione opus sit, nō erit necessarium impetrare denuò à Pontifice Maximo commissionem ad puniendum, & iudicandum prædictos Equites, pęna etiam capitali dignos.

436 Hoc autem priuilegio fori religiosi militares potiuntur, & gaudent in omni loco, & in omni Regno catholicorum: nam cum hoc priuilegium illis sit indultum, ob id, quod sint religiosi militares, quæ qualitas pertinet ad statum personæ, succedit doctrina Bart. *in l. 1. n. 50. C. de summ. Trin. & fide cath.* quod pęnæ, (& eadem est ratio de beneficio, vel priuilegio,) quæ respiciunt statum personę, sequuntur personam sicut lepra leprosum; non enim coarctantur loco, sed vbicunq; locorum ei adhærent, Glossa *in l. ex ca, 9. verb. non irrogat, ff. de postuland.* Panormitan. *in c. ad reprimendum, 8. num. 2. de offic. ordin.* Felynus *in capit. postulasti, 14. nu. 5. de for. compet.* præsertim quia cum priuilegium se extendat ad ea omnia loca, ad quæ se extendit potestas concedentis, & hoc priuilegium sit apostolicum, indultum à Papa, ad omnes catholicas Prouincias extendi debet, in quibus statuta à summo Pontifice in causa religionis vigent, & seruantur, *cap. cuncta per mundum, 9. q. 3. cap. solitæ, 6. de maiorit. & obedient.* & nos in genere notauimus supra quæst. 2, nu. 128. *vers. secundum item.*

437 Atque ita hoc priuilegium fori Equitum militarium ordinum Castellæ, seruatum est sæpissimè in Regnis exteris, Aragoniæ, Valentiæ, Cataloniæ, Nauarræ, Siciliæ, & Ducatibus Mediolani, & Mantuæ. In primis in Regno Aragoniæ, cuius diuersi Reges diuersas donationes in ordines istos contulerunt, vt refert Didacus de la Mota *de confirm. ordin. D. Iacobi, lib. 2. c. 1. §. 3. n. 10.* equites in eo Regno delinquentes sæpissimè remisit Regium Aragoniæ consilium ad Consilium ordinum: cuius Aragoniæ consuetudinis meminit Bouadilla *lib. 2. polit. d. c. 19. n. 12.* & Maurus Burginis *in tract. de modo procedendi ex abrupto, cent. 1. q. 65. n. 57.*

438 Eadem consuetudo seruata est in Regno Valentiæ, ex quo remissi sunt plures Equites ad Consilium ordinum, cum capti fuissent à Iudicib. sæcularib. Valentinis, & Philippus II. Rex noster expediuit diuersa rescripta ad Valentiæ Proreges, statuens, & asserens milites de Montesa gaudere hoc fori priuilegio, & prohibens ne contrauentionibus daretur locus. Primum rescriptum expeditū est 19. die mensis Decembris anni 1593. coram Franqueza: alterum paulò post. Regnanteq; Philippo III. Consilium Aragoniæ expediuit in eundem finem duo alia rescripta: primum die 24. Octobr. anni 1615. alterum die 7. Nouēbr. anni 1616. quorū verba cōsultò omittimus ne plus debito videamur immorari. Possemusq; nominatim referre plurima exemplaria Regnorum Aragoniæ, Valentiæ, *Thomæ Carlevalij de Iudicijs.*

Cataloniæ, insularum Maioricæ, & Sardiniæ, Nauarræ, Siciliæ, & Mediolani, à quibus multi equites militares trium ordinum, San. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, remissi sunt ad regium ordinum Consilium: cuius consuetudinis, quod attinet ad Regnum Siciliæ meminit Carol. de Graf. *de effect. lib. cleric. 1. effect. num. 116.* testem eius se referens. Tametsi post hæc scripta audierim à doctissimo, & grauissimo viro, multis nominibus venerādo, D. Hieronymo Caimo, in supremo, Italiæ Senatu Regente meritissimo, eam consuetudinem Neapoli nō seruari, neque in eo Regno gaudere immunitate fori equites ordinum militarium Hispanarum, & postquam hùc adueni, inueni non esse vsu receptū in Regno hoc Neapolitano priuilegium fori prædictorum ordinum militarium, sed subiacere adhùc equites eorum ordinum Sac. Reg. Consil. & cæteri Iudicibus ordinarijs, atque ita testati sunt mihi socij mei antiquiores Consiliarij; fortasis ideò quia in hoc Regno eorum priuilegiū apostolicum non habet regium exequatur, vel quia absente Iudice proprio, vt in hoc Regno abest, Rex est Iudex exemptorum: iuxta textum *in cap. filij, vel nepotibus, 16. q. 2.* & ibi Gloss. *verb. Regis*, vt tradunt Belluga *in specul. Princip. rubr. 11. §. videndum, ex nu. 10. & vide ibi num. 12.* Cenedo *collect. 37. ad decretum, num. 3.* Sesse *de inhibitionibus, cap. 8. §. 2. num. 19.* Oliuanus *de iure fisci, cap. 14. num. 3.* Tandem ex Mantua Flaminij Paleologi ordinis D. Iacobi delinquentis remissio petita est à Philippo II. Rege nostro literis ad Ducem Mantuæ datis die 20. Maij anni 1564. Quæ exemplaria constiterunt ex Authenticis testimonijs actuariorum consilij ordinum. In Castella verò plura occurunt exempla, quorum & nos testes fuimus, quàm vt paucis referri possint.

439 Amplia primò prædictam tertiam conclusionem, & secundam sententiam, vt non solùm religiosi professi ordinum militarium, sed etiam nouitij habitu suscepto, & ante professionem emissam, gaudeant priuilegio fori in criminalibus, & remittendi sint, cum delinquunt ad Iudices suos, consiliumque ordinum. Hæc ampliatio est conformis ampliationi à nobis traditæ supra num. 406. cùm de religiosis in genere sermo esset, & procedit ex eadem ratione. Et in specie nouitios religionum militarium gaudere priuilegio canonis, *si quis suadente, 17. quæst. 4.* ex quo colligitur gaudere etiam priuilegio fori, quemadmodum ex eadem ratione id colligunt Doctores quòad cęteros nouitios vniuersim ex textu *in capit. Religioso, 21. §. quamuis, de sentent. excomm. in 6.* sentit Didacus de la Mota *in tract. de confirmat. ordin. D. Iacobi, lib. 2. capit. 2. §. 8. numer. 3.* Priuilegio autem fori gaudere sentit Volano *in curia philippica 3. par. §. 1. num. 13.* tametsi sub quodam verborum inuolucro videatur limitare sententiam, & Scipio Rouitus collega noster *conf. 96.* referens sic fuisse decisum per Sacrō Consiliō Neapolit. in nouitio religionis S. Ioannis Hierosolymitani, Regens Valenzuela loquens in genere de nouitijs ordinum militarium *cons. 95. nu. 53.* Confirmatur quoniam, qui habitum militarē suscepit proximè professionem facturus est: succedit igitur regula, vt censeatur factum, quoad de proximo faciendum est, *l. penultima, ff. de milit. testament. l. qui pænæ, §. diuus, ff. de manumissio.* Ioannes Lupus *in rubr. de donation. inter. §. 38. ferè per totum*, Farinacius *in praxi crimin. q. 34. nu. 55. vol. 1.* Caballus *resolut. crimin. centur. 1. casu 65. numer. 1. & 7.* Franchis *decis. 111. ex nu. 3. & decis. 449. nu. 1. & 5.* Tuscus *liter. A. concl. 83.* Ioannes Garcia *de nobilitate gloss. 3. §. 1. nu. 30.* Bartholom. Socin. *cons. 70. vol. 4.* Tiraquellus *in leges connubiales, gloss. 2. ex num. 2.* Sanchez de

*matrimonio lib.8.disput.34.num.8.*cum plurimis omissis. Quod in hac specie maiori ratione locum habet, nam eos, qui habitum suscipiũt militarem, nunquam vidimus habitum abiecisse, & religionem egressos esse, aut professionem recusasse, vt in alijs Religionibus Monachalibus, aut Mendicantibus obseruantium contingit persępè, sed semper nouitij in Religione perseuerant. Ergo quemadmodum nouitij in cæteris Religionibus obseruantibus censentur professi ad eum effectum, vt eorum beneficia post ingressum Religionis, & intra annum etiã probationis vacent, si constet eos voluisse vitam absolutè mutare, quę fuit egregia decisio *tex. in c. beneficium, 4. de regular. in 6.* ita qui militarem religionem ingreditur, cum constet statim eum velle in Religione perseuerare, & vitam mutare, censebitur professus ad eum effectum, vt gaudeat fori priuilegio. Quod enim in odiosis locum habet, multo magis locum in fauorabilibus habere debet; argumento sumpto à minori, de quo Euerardus *in loc. legalib. loco 16.* atque hęc sententia sæpissimè est vsu recepta in supremo regio consilio, vbi frequentissimè decisum est, nouitios horum ordinum militarium delinquentes remittendos esse ad Consiliarios ordinum, vt plurimis exemplis, quorum testes fuimus etiam in grauissimis criminibus, homicidij, assassinatus, & alijs, comprobare possemus, nisi delinquentium nominibus parcendum esset.

440 Contrariam tamen sententiam huic ampliationi, quinimò nouitios ordinum militarium Castellæ nõ gaudere priuilegio fori, amplectitur Bouadilla *lib. 2. politic. cap. 18. num. 86. & cap. 19. ex numer. 16.* quem sequuntur Cenedo *practicarum canonicarum, q. 4. num. 40. in fine,* Villadiego *in politica cap. 5. §. 20. num. 112. & 114.* Emanuel Rodericus *tom. 2. question. regular. q. 62. art. 14.* Mastrillus *dicta decis. 290. num. 166. cum seqq.* Probatur hæc sententia primo, quoniam nouitius militaris manet in sæculo; nouitij autem aliarum Religionum sunt intra claustra Monasterij. Ergo etiam si nouitius monachus gaudeat fori priuilegio, iuxta superius dicta n. 406, non gaudebit eodem priuilegio nouitius militaris, atque ita fuit practicatum in D. Hieronimo Cortes nouitio ordinis Alcãtaræ, qui ob delictum remissus est ad forum sæculare, & declaratum priuilegio fori non gaudere; decidente ita supremo regio Consilio Castellæ, vt Bouadilla pridem relatus refert.

441 Secundò, ex decisione Tridentini *sess. 24. decreto de re form. cap. 11. in fine, vers. exceptis tamen ijs,* vbi cum definiat Concilium non gaudere exemptos, etiam religionum militarium priuilegio fori, quoniam Episcopis, & Ordinarijs, tanquam Apostolicæ sedis delegatis subiecti existant ab ea regula, excipit quasdam personas sub ijs verbis: *Exceptis tamen ijs, qui prædictis locis aut militijs actu seruiunt, & intra earum septa, & domos resident, subque earum obedientia viuunt, siue ij, qui legitimè, & secundum regulam earundem militarium professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat, non obstantibus priuilegijs quibuscunq; etiam Religionis S. Ioannis Hierosolymitani, & aliarum militarium.* Ergo nouitius militaris ante factam professionem, cum intra septa Monasterij non degat, non gaudet priuilegio fori, & remittendus est si delinquat ad Iudices sæculares.

442 Nihilominus est recedendum à prædicta ampliatione, neque obstant, quæ in contrarium adducuntur argumenta. Nam ac primum respõdetur, priuilegium fori, quod à iure nouitijs indulgetur, non concedi ob clausuram, aut quia intra septa Monasterij degant, vt constat ex *dicto capit. religioso, §. quamuis, de sentent. excommunic. in 6.* vbi nulla fit distinctio nouitiorum obseruantium clausuram, vel non obseruantium, sed vniuersim agitur de omnibus nouitijs Religionum à sede Apostolica approbatarum, & eis priuilegium fori in consequentiam priuilegij canonis tribuitur: nouitius enim satisfacit officio suo assistens religioni, in quam ingressus est, iuxta constitutiones, & præcepta eius, cum clausura, si religio clausuram imponat, sine illa verò si illam non postulet; deferens tamen continuò habitum religionis ad quam est admissus. Quod videtur adnotasse Ioannes Andreas *dicto cap. religioso, num. 2.* dum ait, nouitium ex habitu religiosum iudicari, *vt in cap. si iudex laicus, de sentent. excommunicat. in 6.* & Federicus de Senis *cons. 32. num. 10.* vbi addit, ratione possessionis vitæ, & habitus, debere nouitium inter religiosos numerari. Cum ergo religiones militares non exigant clausuram in nouitijs, iuxta propria statuta, neque vt intra claustra Monasterij degant, sat erit, vt nouitius habitum deferat, vt gaudeat fori priuilegio. Imò verò cum paria sint intra Monasterium morari, & cum superioris licentia degere extra illud, vt notat Panormit. *in cap. ex rescripto. 9. num. 5. de iureiuran. & in cap. cum contingat, 13. num. 24. de foro competenti,* & Nauarrus *cons. 41. num. 2. de regularib.* Surdus *de alimentis, tit. 8. priuileg. 97. num. 7. & 8.* Giurba *cons. 49. num. 1.* & idem Nauarrus vbi supra *cons. 32. nu. 2. 3. & 4. & in commentar. 4. de regularib. ad cap. statuimus, 19. q. 3. numer. 76. vers aduertendum tertiò,* Syluester *in summa, verb. religio, 3. num. 14.* Non ideò minus nouitijs militares debent gaudere fori priuilegio extra Monasteria degentes, etiam si priuilegium fori clausuram requireret, quàm si intra Monasteria habitarent, siquidem ex permissu Magistri ordinis, seu administratoris perpetui, qui est Vicemagister, extra Monasteria viuunt. Id quod adnotauit in specie Nauarrus *dicto consil. 41. num. 3.* loquens de nouitijs religionum militarium, & Giurba *d. cons. 49. num. 1.*

443 Quod verò addit Bouadilla, referens exemplum D. Hieronymi Cortes nouitij ordinis militaris Alcantarensis, facilem habet solutionem, si dicamus iuxta vetus prouerbium, hirundinem vnam ver non facere, quod ad Diui Epiphanij factum, respondit Diuus Damascenus, agens aduersus Iconomachos, referente Gabriele Vasquez *in tertiam partem D. Thom. tom. 1. disput. 105. c. 3. n. 18.* prouerbij meminit Erasmus *chiliad. 1. cent. 8. adag. 94.* igitur vnum exemplum multis exemplis vincitur, cũ ętate nostra iam hęc res indubitationem ferè non cadat; nam ita practicatum est in Marchione de Alcanizas, Marchione Tauaræ, Duce Maquedæ, quamplurimisque alijs; ac tandem in quodã nouitio militari de assassinatu accusato, cuius causa nunc pendet in ordinum consilio, quo remissus est, de nulla re extant tot, tam frequentesq; supremi consilij decisiones.

444 Ad secundum dicito textum Concilij *in d. cap. 11.* nihil dicere, quo faueat iurisdictioni sæculari, sed quo non præiudicet iurisdictioni ordinariæ ecclesiasticæ Episcoporum, quibus subijcit omnes exemptos tanquam Apostolicæ sedis delegatis, præterquam in casibus, quos excipit *in d. vers. exceptis tamen ijs,* vt attentè perlegenti, & expendenti Tridentini locum apertè constabit. Itaque si quid ille Concilij locus probaret, solum esset nouitios militares, qui exempti sunt, non solum a foro sæculari, sed etiam ab ordinario ecclesiastico, subiectos esse ordinario ecclesiastico, verum subdi sæculari, nullum est verbum, quod vel leuiter significet; sed tamen neque id receptum est, sed quotidianis experimentis compertum ha-

habemus, nouitios militares, etiam Clericos, remitti cum delinquunt ad Iudices proprios consilij ordinum, non ad ordinarios Ecclesiasticos, etiam ad se remitti petentes, vt paucis ante diebus decisum vidimus; in nouitio militari Clerico inquisito de homicidio, Ideò fortassis, quoniam, vt numero præcedente dicebamus, censeantur intra septa Monasterij viuere, qui permissu superioris in sæculo manent, ac proinde priuilegium fori non amittant.

445 Sed an hæc ampliatio extendenda, & subamplianda sit ad eum casum, quo nondum quis habitum susceperat tempore commissi delicti, & post cõtractum capitale crimen, vel aliud leuius, aut etiam institutam inquisitionem, vel accusationem propositam, vel pronunciatam capitale sententiam habitum militarem suscepit; & possit sæcularis Iudex, cui reus subditus erat tempore commissi delicti, aut inquisitionis, vel accusationis institutæ, vel pronunciatæ sententiæ processum cæptum perficere, & vel sententiam pronunciare, vel pronunciatam exequutioni mandare: an verò potius reum ad Consiliarios ordinum remittere debeat, vtpotè gaudentem immunitate Ecclesiastica, & priuilegio fori, dubitationem habet. Quæ cum ex facto hisce diebus occurrisset, causa de competentia, & controuersia Iudicum sęcularium, & militarium nunc pendet apud supremum regium Consilium in aula competentiarum, in cuius difficultatis examine ob eam causam latiùs non insistam, ne de re ad tantos Iudices delata iudicium meum interponam.

446 In primis autem de eo, qui tempore capturæ ob delictum, habitum militarem nondum susceperat, etiam si tunc cœptæ essent informationes ad habitum militarem præuiæ, agunt in specie Vincentius de Franchis *decis.* 449. eumque referens Marta *de iurisdictione part. 2. capit.* 32. *numer.* 12. *&* 13. Giurba *cons.* 59. *nu.* 73. Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto, centur.* 1. *q.* 65. *num.* 64. & Petrus Caballus *resolut. crimin. cent.* 1. *casu.* 65. *& cent.* 3. *casu* 294. *nu.* 391. resoluentes fori priuilgio non gaudere. Tametsi contrarium post Decianum, & Marsilium à priori sententia recedens, resoluat idem Caballus *cent.* 1. *cas.* 147. dicens tamen priorem à qua ob militum fauorem recedit esse de iure veriorem.

447 Verùm hæc difficultas videtur ex iisdem principijs decidenda, ex quibus Doctores eandem dubitationem resoluunt in eo casu, quo quis post commissum delictum fit Clericus, aut Monachus. De qua consuli possunt Speculator *lib.* 1. *tit. de reo*, §. 1. *num.* 4. Ioannes Andreas *in c.* 1. *ex num.* 19. *de obligat. ad ratiocin. non ordinan.* Federicus de Senis *cons.* 97. *ex num.* 2. Oldradus *cons.* 4. Marianus Socinus *in cap. proposuisti*, *penultimo*, *ex numer.* 45. *de foro compet.* qui copiosè, & optimè rem prosequitur relatis omnium sententijs, quæ in hac difficultate inueniuntur, quæ septem sunt, Bartolus *in l.* 1. *nu.* 3. *ff. de pœnis*, Albericus *in l. cum ratio*, 8. §. *ex bonis*, *ff. de bonis damnat.* Angelus *in l. hos accusare*, 12. §. *hoc priuilegio*, *ff. de accusation.* Iaso *in l. cum quædam*, 19. *in princ. num.* 10. *cum seqq. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Igneus latissimè disputans *in l. fideicommissum*, *ex nu.* 260. *ff. ad syllanian.* Iulius Clarus *lib.* 5. *sent.* §. *fin. q.* 36. *ex num.* 43. Baiardus *ad eam quæstionem*, *ex num.* 41. Plaza *de delictis*, *cap.* 35. *ex num.* 1. Couarruuias *in practicis*, *cap.* 32. *ex num.* 4. Decianus *tract. crim. libr.* 4. *capit.* 9. *num.* 60. *& capit.* 24. Antonius Gomez *tomo* 3. *variarum*, *cap.* 10. *nu.* 5. Farinacius *in praxi crimin. quæst.* 8. *ex num.* 104. Scaccia *de iudicijs, causar. crimin. lib.* 1. *capit.* 12. *ex num.* 2. Follerius *in practic. crimin.* 1. *part.* 2. *part. rubr. audiantur excusatores*, *num.* 145. Marta *de iurisdictione*, *part.* 4. *cent.* 2. *cas.* 121. Narbona *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilation. gloss.* 21. *ex num.* 38. Mastrillus *decis.* 294. Fabius de Anna *cons.* 139. *lib.* 2. Cenedus *ad decretales, collectan.* 23. *ex nu.* 1. Ambrosinus *de immunitate*, *capit.* 19. idem Follerius *in constitutione ascriptitios*, *nu.* 7. *de Episcop. & cleric.* Caualcanus *decis.* 10. *libr.* 5. Cancer *variarum resolutionem*, 2. *par. capit.* 2. *ex num.* 133. Borrellus *de regis cathol. præstant. cap.* 71. *ex num.* 276. Cenedo plurimos allegans *in decretales, collectan.* 13. *num.* 1. Aluarus Valascus *consultat.* 48. Franchis *decis.* 209. 384. 395. *&* 417. & ad eas Flauius Amendola, Guttierrez *lib.* 1. *practicar. q.* 5. Caballus *resolut. crimin. cent.* 2. *casu.* 108. Auendanus *de exequend. mandat.* 1. *p. cap.* 22. *num.* 12. Emanuel Rodericus *tomo* 2. *regularium*, *quæst.* 2. *artic.* 3. Bouadilla *lib.* 2. *politic. capit.* 18. *ex numer.* 77. Volano *in curia philippica*, 3. *part.* §. 1. *num.* 8. Barbosa *in l. si quis posteaquam*, *ex num.* 199. latè tractans *ff. de iudicijs*, latissimè Grassis *de effectib. clericat.* 1. *effect. limit.* 61. *ex num.* 1071.

448 Et communis resolutio esse videtur sub distinctione. Nàm aut reus efficitur Clericus, vel Monachus in fraudem iurisdictionis sæcularis, aut sine dolo, & fraude. Primo casu, non eximit superueniens ordo, vel monachatus à forò sæculari, ne dolus, aut fraus cuique patrocinetur. Secũdo verò casu, eximit priuilegium superueniẽs à foro sæculari; dùm tamen intelligas Clericũ, & Monachum subditos manere forò sæculari quòad bona, non quòad personas, etiam si vel Clericatum, Vel Religionem in fraudem susceperint: priuilegium enim operabitur, vt Iudex sæcularis maneat solum Iudex causæ, non personæ.

449 Tametsi quod ad religiosos attinet, extet de hac re constitutio Sixti quinti Pontifex Maximo, edita anno incarnationis Dominicæ 1586. kalend. Decembris, Pontificatus eius anno tertio, quæ est inter bulla Sixti quinti bulla 71. cum bulla 72. sequenti; *tomo secundo bullarij noui*, qua prohibens ne ad Religiones admitterentur, qui in seculo criminosi fuissent, & delicta perpetrassent, irritat susceptionem habitus, & professionem eorum, nullamque esse declarat, & decernit ac proinde nullum ex ea causari præiudicium sæculari iurisdictioni, quominus possint iidem Iudices, quibus antea rei subiecti erant, aduersus eos, vel ex officio, vel ad cuiusuis instantiam, & querelam ciuiliter, vel criminaliter, vel mixtim procedere. Cuius constitutionis meminerunt Emanuel Rodericus vbi supra, & Grassis *dicto primo, effect. numer.* 1142. Quaranta *in summa Bullarijs*, *verbus Monasteria*, *& Conuentus*, Tapia *in constitut. de personis*, *numer.* 31. Superuenit tamen post hæc altera bulla Clementis VIII. edita anno 1602. die 2. mensis Aprilis, Pontificatus sui anno vndecimo, qua prædictam Sixti constitutionem reformauit quoad eam partem, qua irritat professiones admissorum ad Religionem, easque nullas declarat, & decernit; reducens prædictam constitutionem ad terminos iuris communis, & sacrorum canonum, perinde ac si prædicta constitutio cum alia posteriore illam interpretante in illa parte editæ non fuissent, *vt in* §. 3. *eius bullæ* continetur: tamen *in* §. 4. easdem Sixti V. constitutiones quòad pœnas superioribus indictas, qui contra earundem formam religiosos admiserint; saluas esse statuit, & seruari iubet: est autem ea bulla 83. inter aliàs Clementis VIII. *tomo* 3. *Bullarij*, cuius meminit Sanchez *operis moralis*, *lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 2. 21. *& seqq.*

450 Amplia secundò prædictam tertiam conclusionem, & secundam sententiam, vt non solum religiosi militares

res Castellę gaudeant priuilegio fori in criminalibus, sed etiam sortiantur forum legitimum competens apud Iudices consilij ordinum in ciuilibus, si actores eos velint coram illis iudicibus conuenire. Itaque forus est necessarius ex parte rei cruciferi, qui non potest illum declinare ciuiliter conuentus; sed ex parte actoris est voluntarius, nam potest eũ etiam apud sæculares Iudices conuenire in causis ciuilibus: quoties enim multiplex est forus, electio fori ad actorem pertinet, vt diximus superius quęst. 3. n. 152. ita fit, vt forus priuilegiatus concurrat cũ Ordinario. Hæc ampliatio vsu recepta est sine vlla dubitatione, vt omnes Ministri consilij ordinum testantur, cuius rei, & nos testes summus, & planè consensit Bouadilla *lib. 2. politic. c. 19. nu. 26.* & illum sequutus Villadiego *in politica, cap. 5. num. 117.* atque hactenus, & non vltra, recepta sunt summorum Pontificum priuilegia, quæ videntur tribuere religiosis militaribus exemptionem, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt bulla Martini V. quam refert Didacus de la Mota *de confirmatione ordinis D. Iacobi, lib. 1. c. 4. §. 29.* & Bulla Sixti IV. quam refert idem Mota ibidem §. 31. & Bulla Pij V. quam ibidem refert Mota §. 42. præsertim cum bullæ recentiores Pontificum Clementis VIII. & Pauli V. quas obseruari iussit Rex noster Philippus III. vt antea diximus nu. 425. iurisdictionem tribuant Consiliarijs ordinum in solis causis criminalibus, & mixtis Equitum cruciferorum. Temperanda est igitur ita res ista, vt forum necessarium sortiantur religiosi militares in criminalibus apud ordinum consiliarios; voluntarium verò in ciuilibus; imò verò si actor, & reus sint Equites ordinum militatium iuxta stabilimenta (quæ vocant) statuta est pœna pecuniaria, si in ciuilibus conueniat reum coram sæcularibus Iudicibus; debet enim conuenire eum apud Iudices ordinum, scilicet Consiliarios consilij ordinum; vt continetur in definitionibus, & stabilimentis ordinis de Alcantara, *titul. 31. capitul. 7.* idemque statuitur in bulla quadam Innocentij VIII. relata in eisdem definitionibus, *tit. 37.*

451 Amplia tertio prædictam tertiam conclusionem, & secundam sententiam, vt religiosi militares ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani gaudeant non solùm in criminalibus, sed etiam in ciuilibus foro priuilegiato, & nõ possint conueniri nisi coram sui ordinis Iudicibus, aut Conseruatoribus apostolicis suscitatis, virtute bullarum apostolicarum, & sacra Assamblea, (quam vocant) Congregatione, inquam quadam capitulari ordinis, iuxta eiusdem ordinis statuta, & priuilegia, moribus obseruata. Sunt enim omninò exempti a sæculari iurisdictione tanquam veri religiosi. Faciunt quæ tradit loquens de illis Mainardus *decis. Tholos. 17. ex nu. 1.* Thesaurus *quæst. forens. lib. 1. q. 18. num. 3.* Emanuel Rodericus *a tom. regularium, q. 2. art. 7. & q. 62. art. 13.* Bouadilla *lib. 2. polit. c. 19. n. 15.* Mastrillus *de magistratib. lib. 2. c. 6. n. 35.* Marta *de iurisdictione, 4. p. cent. 2. casu 113. n. 32.* & obseruat sine difficultate praxis vulgaris.

452 Amplia quartò, vt huic fori priuilegio, vtpotè in totius ordinis fauorem inducto non possint renunciare singuli religiosi militares, ex regula generalis textus *in c. si diligenti, et in c. significasti de for. compet.* quemadmodum neque Clericis, vt diximus supra num. 403. & in militibus Hierosolymitanis obseruauit, Angelus Aretinus *in §. idem iuris est, num. 49. instit. de exception.* vbi ex *num. 44.* latè, & optimè ex professo agit, an & quando possit quis iuribus suis renunciare, de militibus ordinis Christi, Pereira *decis. 58. ex num. 28. et num. 25. in fine.* & de exemptis in genere Cochier *de iurisdictione par. 2. quæst. 7. num. 2. et 3.*

453 Limita tamen primò prædictam tertiam conclusionem, & secundam sententiam, vt religiosi militares non gaudeant priuilegio fori, quòad delicta concernentia administrationem publici officij, quod susceperunt, sed subiaceant iurisdictioni sæculari, & puniri possint in syndicatu à Iudicibus sæcularibus. Ita statutum est expressè in concordia Comitis de Osorno, cuius supra nu. 433. meminimus, & obseruat cõsueta praxis quotidiana, cuius ego sæpe testis fui, imò & Auctor, nã ita practicaui dum à Rege nostro Philippo III. delegatus essem per supremum Indiarũ consilium anno præterito 1618. Iudex syndicatus nobilissimi viri Marchionis de Cadereita, equitis ordinis Diui Iacobi, Ducis generalis classis ad custodiam cursus Indici deputatæ, & omnium ducum, & officialium illius legionis, inter quos non pauci erant equites ordinum Diui Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ; nihilominus de delictis in officio commissis aduersus ipsos facta est à me inquisitio, & quosdam carceraui, & dãnaui. Imò verò quod magis est vidi in supremo Indiarum consilio puniri in syndicatu equitem sancti Ioannis Hierosolymitani, qui fuerat gubernator villę de Potosi apud Indos. Ita tamen temperanda est huius limitationis doctrina, vt possit quidem Iudex sæcularis punire in syndicatu istos equites pœna pecuniaria, aut suspensionis, vel priuationis ab officio, tamen capitali, aut corporali. Hanc limitationem tradunt Bouadilla *libr. 1. politic. cap. 18. numer. 232. & cap. 19. num. 14.* Pereira *decis. 58. ex num. 25.* Marius Giurba *consil. crimin. 96. nu. 11. & 23.* Villadiego *in sua politica, cap. 5. §. 20. num. 117.* Heuia Volano *in curia philippica, 3. par. §. 1. num. 13.* & Carolus Tapia *in constitutione de personis, num. 6. sub tit. de sacros. eccles. ad constitut. Neapolit.* Carauita *ad ritum 49. num. 15.* Flauius Amendola *in additione ad decis. 479. Vincentij de Franchis, ex num. 1.* verùm loquentes de Clericis isti posteriores, & ex superioribus Giurba. Ratio est, quia Clerici etiam qui exempti sunt omninò à laica, & sæculari iurisdictione in ijs causis subiacent foro sæculari, etiam si non de iure, de consuetudine tamen vsu recepta, & praxi obseruata, vt obseruat Bouadilla cũ multis, quos refert, *lib. 2. politic. cap. 18. num. 99.* & Salcedo *ad practicam Bernardi, cap. 61. liter. B. vers. si tamen Clericus*, Pereira vbi supra, meminit Salas *de legibus, disp. 14. sect. 12. numer. 123.* Borrellus *de regis catholici præstantia, cap. 71. ex num. 34.* & videtur probare textus *in cap. sacerdotibus, 2. cap. Clericus in sacris, 5. ne Clerici, vel Monachi, sæcul. negot. se immisc.* Ergo simili modo religiosi militares, quorum exemptio, nec tam firma, nec tàm indubitata est, quàm exemptio Clericorum. Et hanc planè limitationem satis indicat illud, quod cum lata esset, *l. 12. tit. 16. libr. 1. ordinamenti*, à Regibus catholicis, qua cauebatur ne officia ad iustitiæ, vel Reipublicæ administrationem pertinentia conferrentur equitibus sancti Iacobi Calatrauæ, aut Alcantaræ, postea prædicta lex est correcta ex *l. 14. tit. 5. lib. 3. recopilat.* qua illis permissum est prædictis officijs fungi, vt supra notauimus nu. 431. idq; non alia ratione, nisi quia introductum est, vt subiacerent ministrorum sęcularium syndicatui. Ferendum enim non erat, vt se dicerent exemptos à syndicatoribus, qui publica officia exercuissent. Qua ratione sanctissimè statutum est de iure Neapolitano à Carolo II. *in capit. 159. & cum nihil*, & à Philippo II. *in pragmatica, per lege, vnica de Ecclesiasticis personis*, apud D. Carolum Tapiam *in constit. Neapolitan. lib. 1. sub titul. de Episcop. & cleric. (quæ est rubric. 3.)*

ne

ne Clerici officia sæcularia exerceat; notauit idem Tapia *in constitut. Clerici, nu. 5. cod. tit.* Couarruuia *in practicis, capit. 33. nu. 6.* Vinc. de Franchis *decis. 479. num. 5.* Mastrillus *de magistratibus, lib. 2. cap. 6. num. 1. & seqq. & num. 10.*

454 Contrariam tamen sententiam huic limitationi, quinimo de iure non posse in syndicatu puniri personas exemptas seu Clericos, seu religiosos militas de delictis in officio publico commissis à Iudicibus sæcularibus, sequuti sunt Vinc. de Franch. *decis. 479.* Caballus *resolut. crimin. cent. 1. cas. 64.* quos sequitur Narbona *in l. 20. tit. 1. lib. 4. recopil. glos. 20. nu. 34.* Carolus de Tapia *in d. constit. de personis, nu. 6.* Couarru. *in practic. cap. 33. num. 6.* Marta *de iurisdictione, par. 4. cent. 2. cas. 127.* & Iul. Clar. loquens de Clericis officialibus *lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 36. numer. 25.* Marius Giurba *d. cons. 96. nu. 22.* agnoscentes tamen contrariam praxim. Quibus quidem non ineptè ad sedandũ scrupulum dici posset, multa in iure ciuili contra strictam rationem disputandi pro vtilitate communi esse recepta, innumerabilibus exẽplis probari, *l. ita vulneratus, 51. ff. ad l. Aquil.* magnamq; esse quòad hæc vim consuetudinis antiquissimæ tacito consensu superiorum scientium, & patientium approbatæ, vt insinuat Salas *de legibus, disput. 14. sect. 12. nu. 123.*

455 Limita secundò prædictam tertiam conclusionẽ, vt Confratres ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani portantes mediam crucem albam, quam vocant, *Tau*, non gaudeant priuilegio fori in ciuilibus, aut criminalibus; isti enim censentur merè sæculares, & neque assistunt Conuentibus, aut Hospitalibus prædicti ordinis, neque sunt oblati, neque emittunt vota, & ideò tanquam non religiosi nullo fruuntur priuilegio, aut exemptione ordinis. Notat Azeuedus *in l. 1. num. 1. tit. 14. lib. 6. recop.* Giurba *cons. 21.* Bouadilla *lib. 2. politic. dicto cap. 18. num. 233.* Emanuel Rodericus *tom. 2. regularium, q. 62. art. 1.* & Villadiego *in politica dicta cap. 5. nu. 119.* Volano *in curia philippica, 3. par. §. 1. num. 13.* atque hæc limitatio est conformis constitutionis Pontificiæ Gregorij XIII. *in bulla 67. circumspecta, tom. 2. Bullarij noui,* edita 25. die Nouembris anni 1580.

456 Limita tertiò prędictam tertiam conclusionem, vt si eques ordinis militaris violet pragmaticas regias, & earum pęnis se obstringat, possit a Iudicibus sæcularibus puniri, & non gaudeat priuilegio fori, sed subiaceat sæculari iurisdictioni. Ita videtur sentire Bouadilla *libr. 2. politic. cap. 19. nu. 27.* & eius vestigia sequutus Villadiego *in politica, dicta cap. 5. num. 118.* vtitur autem Bouadilla exemplo vendentis triticum pluris taxa.

457 Sed oportet distinguere, nam aut lex, vel pragmatica imponit pęnam amissionis ipso iure alicuius rei volens vt incidat in commissum in casu contrauentionis, veluti si prohibeantur portari vestis, aut arma, aut extrahi, vel introduci merces in Regnum, nisi fiat Instrumentum professionis, vel ne fiat fraus iuribus fiscalibus, sub pęna commissi, & inuenitur religiosus militaris, aut res religiosi in fragranti crimine, & violatione legis, pragmaticæ, aut regiæ ordinationis, statuti, vel pacti. Ad hunc casum pertinet etiam prohibitio alicuius facti habentis tractum successiuum, etiam sine pæna commissi, vt portatio armorum, vel vestium prohibitarum, ob publicũ & commune bonum. Aut pragmatica regia imponit aliam pęnam, quæ non incurratur ipso iure, & religiosus non apprehenditur in crimine fraganti. Primo casu dicendum est, posse religiosum militarem quantumuis exemptum puniri à Iudice sæculari, quòad rem ipsam, quæ incidit in commissum, auferente illam, & declarante incidisse in commissum, aut auferente arma vetita, vel vestem prohibitam religioso; quemadmodum posset, iisdem casibus puniri Clericus gaudens priuilegio fori, & spoliari, armis, aut veste prohibita, iuxta tradita à nobis superius quæst. 3. n. 155. 157. 158. & 159. Secundo verò casu non posset puniri religiosus militaris à Iudice sæculari, sed ad suos Iudices remitti debet, quemadmodũ remittendus esset Clericus, vt sentit Emanuel Rodericus *tom. 2. regular. q. 62. art. 16.* cuius sententia ad hunc casum restringenda est, vt sit vera, atque iuxta hanc distinctionem interpretatur se ipsum Bouadilla prędicto loco, dum remittit se ad dictam a se ipso, *lib. 2. politic. c. 18. num. 72. & nu. 121. & 122.* vbi de Clericis loquitur. Quò etiam tendit resolutio tradita a Couarruuia *in practic. d. cap. 33. nu. 7. vers. vtcunque.* Et iuxta hanc doctrinam in supremo Indiarum consilio hisce diebus decisa est causa criminalis denunciationis fragmentorum argenti allati ex Indiarum Prouincijs contra regias prohibitiones, quæ apprehensa sunt à Visitatoribus classis Indicæ, & sequestrata in domo commercij Indiarum Hispalensi, contra Fernandum de Sosa equitem ordinis D. Iacobi, Præfectum classis nouæ Hispaniæ. Exemplum autem quo vtitur Bouadilla *d. cap. 19. nu. 27.* ad suam sententiam confirmandam, tametsi partim videatur pertinere ad secundum casum, non facit contra hanc resolutionem: nam illis temporibus magis controuersa erat exemptio religiosorum militarium, quam istis, & decisio supremi Senatus, quam refert equitum Calatrauæ, & S. Io. Hierosolymitani damnatorum ob portationem amilij, conducit ad confirmandam nostram eandem doctrinam, dum diximus ad primum casum pertinere, etiam prohibitiones factorum habentium tractum successiuum: nam proculdubio ius est sæcularibus Iudicibus prohibendi, ne violentur iusta statuta, aut leges factæ ob commune bonum, etiam à personis quantumuis exemptis, vt dicebamus supra n. 157.

458 Quartò limitandam credunt nonnulli prædictam tertiam conclusionem, si eques ordinis militaris occidat Clericum; quo casu existimant amittere eum fori priuilegium, & posse puniri à Iudice sæculari. Ita sentiunt Bouadilla *libr. 2. politicæ, cap. 19. num. 23.* Emanuel Rodericus *tom. 2. regularium, q. 62. artic. 15.* Villadiego *in politica, cap. 5. num. 112.* probari autem videtur hæc limitatio *ex cap. 2. de pænit. & remiss.* & notatis à Puteo *de syndicatu, tit. de excessibus militum sæcularium, num. 8. in fine.*

459 Sed contrariam sententiam, quinimo etiam in casu, quo equites ordinum militarium occiderent Clericum gaudere priuilegio fori, & esse iudicandos à suis Iudicibus consilij ordinum, & non à sæcularibus existimo veriorem. Ratio est, quoniam priuilegia, quibus eis indulgetur priuatum forum distinctum à sæculari, loquuntur vniuersim in omnibus criminibus, & non excipiunt homicidium Clerici ergo vniuersim, & sine exceptione, aut limitatione accipienda sunt, & practicanda; atque ita nuper vidimus decisum in casu homicidij cuiusdam magni viri, perpetrati à quodam equite ordinum militarium, & cum occisus esset Clericus, & homicidia captus à Iudice sęculari, Clericus etiam, & suborta esset contentio de iurisdictione inter Ecclesiasticum, sæcularem laicum, & Iudices consilij ordinum, tandem causa remissa est ad Iudices consilij ordinum, ex decisione supremi Senatus in aula competentiarum. Sæpiùs etiam practicari vidimus hanc doctrinam in crimine assassinatus, quod grauissimus est, & æquiparatur crimini læsæ maiestatis, vt obseruat Farinacius *consil. 4. num. 7. libr. 1.* ob cuius grauitatem etiam Clerici amittunt priuilegium fo-

ri,

ri, iuxta *cap. 1. de homicid. in sexto*; nihilominus religiosos militares eius criminis reos gaudere fori priuilegio, & ad suos Iudices esse remittendos, sæpè decisum est à supremo regio consilio in aula competentiarum.

460 Neque fundamenta contrariæ sententiæ vllam vim habent: nam c. 2. *de pænit. & remiss.* interpretandum est de foro pęnitentiali, vt interpretatur Innocentius ibi, & eum sequutus Abbas Panormitanus; quod si exponamus eum textum de foro exteriori, nihil probat aduersus nostram sententiam, nam significat militi laico à Iudice Ecclesiastico esse imponendam pęnitentiam priuationis militiæ, si Clericum occiderit: denotans laicum subiacere ob sacrilegium Iudici ecclesiastico, vt ibidem Innocentius, & Panormitanus adnotarunt, & obseruat Salcedo *ad practicam criminalem Bernardi, c. 87. lit. B. vers. sed vtrum laicus.* Ex eo verò non infertur Clericum occidentem alium Clericum, ita priuari priuilegio fori, vt subiectus maneat sæculari iurisdictioni. Longè enim aliter res habet, & testatur consueta praxis, iuxta quam Clericus de Clerici homicidio ab Ecclesiastico Iudice iodicatue, & punitur, vt tradit Bernardus Diaz *in sua practica, cap. 96. parricid. num. 2.*

SVMMA SECTIONIS. Quarta.

461 *Milites gaudent priuilegio fori tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

462 *Delicta militum quæ nam sint communia, quæ militaria, & quid de vtrisque dicendum sit, attento iure communi.*

463 *Ex Regijs rescriptis hodie receptum est, vt Iudices militum cognoscant de omnium militum delictis, & commemoratur pragmat. 16. de militib. Comitis de Lemos.*

464 *Miles non potest foro suo renunciare.*

465 *Contraria sententia, quæ tamen reijcitur, & nu. 466.*

467 *Antiquo iure Romanorum exercituum Duces poterant in castris supplicium, etiam capitale sumere de militibus, quod Imperatorum tempore limitatum est Tribunis, alijsque Ducibus inferioribus vitæ, & necis potestas permissa non est, sed tantum leuis coertio.*

468 *Qui non sunt relati innumeros militum, seù matriculam, & actu non militant non gaudent priuilegio fori.*

469 *Qui militiam deposuit si conueniatur super causis publicis, quas exercuit, dùm militabat, aut ratiocinijs militaribus gaudet militari foro.*

470 *Iudicio semel cæpto apud Iudicem militarem mortuo reo, aut deposita militia ibi finiri debet.*

471 *Miles negotiator non obstante fori priuilegio conuenitur coram Iudice negotiationis, quam exercet, etiam si negotiatio finita sit, & nu. 472.*

473 *Effectus miles post citationem non potest declinare forum paganorum.*

474 *Forum superueniens non prodest militi præuento, etiam in ciuilibus, neque in criminalibus.*

475 *Expenditur pro contraria sententia textus in l. qui cum vno §. reus, ff. de re militari.*

476 *Reijcitur, & soluitur difficultas ex prædicto textu duobus modis, & num. 477.*

478 *Miles falsum deponens apud Iudicem paganorum fori priuilegio non gaudet.*

SECTIO QVARTA

De foro Militum.

461 Quarta conclusio. Milites gaudent priuilegio fori, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt non possint conueniri, nisi coram Magistris militum, & Præfectis, & Ducibus suis, aut Auditoribus exercitus designatis, ad quos remitti debent: à quibus apud nos Hispanos ad supremum belli consilium interponuntur appellationes, *l. magisteria, 6. C. de iurisdict. omn. iudic.* vbi Glossa, Bald. Angel. Salycet. Fulgos. Paul. *l. 1. § si verò miles, C. de fals. monet. l. cùm collatores, 17. § erit autem, & § quoniam verò, C. de re milit. lib. 12. l. desertorem, 9. in principio, l. officium regentis, 12. § officium tribunorum, ff. de re militar. l. de militibus, 8. ff. de custod. & exhib. reorum,* & istis locis doctores, *l. 16. tit. 9. p. 2. l. 11. tit. 18. par. 4. l. 3. tit. 29. par. 7.* vbi Gregorius, Marianus Socinus *in rubr. de foro competent. num. 14. vers. sexagesimonono.* Claudius Cotereus *de iure militum, lib. 2. c. 6.* Iulius Ferretus *tract. de re, & disciplina militari, rubr. de militari iustitia, & de pęnis desertoribus infligendis, nu. 152.* Ayala *de iure belli, lib. 3. cap. 8. ex num. 1.* Mastrillus *de magistratibus, lib. 5. cap. 16. nu. 5. cum seqq.* Ponte *de potestate Proregis, tit. 7. § 7. nu. 11.* Azeuedus *in l. 1. num. 70. tit. 16. lib. 8. recopilat.* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. § fin. q. 35. num. 24.* Belluga *in specul. Princip. rubr. 25. § sæpissime videmus, numer. 1. 2. & 3.* tametsi de iure Regni Aragonum aliud dicendum existimet, *ex numer. 4.* Camillus Borrellus *ad eum locum, liter. A.* Afflictis *in constitut. Neapolit. lib. 1. rubr. 45. in constitut. vt vniuersis, num. 8.* Follerius *in practic. crimin. 1. part. 2. part. verb. audiantur excusatores, numer. 141.* Bouadilla *lib. 4. politic. cap. 2. ex nu. 67.* Volano *in curia philippica, 3. par. § 1. num. 16.* Nauarius *in praxi electionis fori sect. 2. quæst. 37. ex num. 2.* Giurba *cons. 59. num. 77.* Rodriguez *de annuis redditibus, lib. 3. q. 1. num. 3.* Castillo *decis. 105. num. 8. & seqq.* Bossius *diuersor. tractat. tit. de foro compet. ex num. 3.* Caballus *resolut. crimin. cent. 3. casu 225. numer. 24. & casu 294. ex num. 252.* Farinacius *in fragment. crimin. 2. par. liter. M. num. 218. & cons. 4. ex numer. 9. lib. 1.* Franchis *decis. 88. ex num. 1.* Viuius *decis. 254. ex num. 1.* Riccius *collectan. 95.* Tuscus *lit. M. concl. 233. num. 4.*

462 Declaranda tameo est prædicta quarta conclusio, si animaduertamus præter causas ciuiles, quæ proculdubio ad Iudices militares pertinent, militum crimina esse in triplici genere, quod docuit Glossa *in d. l. magisteria, verb. etiam ciuilium quæstionum, Cod. de iurisdict. omn. iudic.* post textum *in l. 2. ff. de re milit.* & post eam, *d. l. 3. tit. 29. par. 7.* & omnium optimè Salycetus, Bouadilla vbi supra, & Caballus *dicto casu 294. num. 71. & 72.* nouissime Giurba *dict. cons. 59. ex num. 64.* Aut enim crimen est militare, aut commune atrox, & enorme, aut commune mediocre, vel leue delictum proprium militare est quod quis, vt miles admittit, *l. 2. § proprium, ff. de re milit.* videlicèt cum aliter, quam disciplina militaris exigat committitur, *l. omne delictum, 6. in princip. ff. eod. tit.* veluti amissio, & alienatio armorum, desertio militiæ, emansio, segnitia, contumacia, aut desidia circa ducum præcepta, fuga in acie, & alia eiusmodi, quæ diligenter, & copiosè retulit Tiberius Decianus *tractat. crimin. lib. 7. cap. 14. & 15.* Caballus *dicto cas. 294. ex numer. 87.* & Ayala *de iure belli, lib. 3. cap. 10. & seqq.* commemoratque breuiter *d. l. 3. tit. 29. par. 7.* in quibus delictis milites subiacent duntaxat coertioni Iudicum militarium, & non ordinario-

tum,

rum, vt prædicta *l.3.* notatur. Crimen commune atrox, & enorme est, quod tam miles, quàm non miles committere potest, ex se autem, & natura sua atrox est, & graue, vt homicidium, rapina, raptus, & alia eiusmodi: in quibus delictis subiacent milites iurisdictioni Iudicis ordinarij loci, in quo deliquerunt, à quo etiam puniri possunt, & non tenebitur eos ad Iudicem militarem remittere, vt ibidem pœna irrogetur, vbi crimen patratum est ob publicum exemplum, *l. vltima, ff. de accusation. l. desertorem, 3. in princip. ff. de re milit. l. 1. C. vbi Senatores, vel clarissimi, d. l. 3. tit. 29. part. 7.* crimen commune leue, vel mediocre est, quod cum ex se sit leue, vel mediocre, potest tam à militibus, quàm non militibus committi, vt iniuria, contumelia, vis sine armis illata, & alia eiusmodi: de quibus criminibus possunt milites accusari, non solùm apud suos Iudices, Duces, & præfectos, sed etiam apud Iudices ordinarios paganorum: qui tamen si de istis causis aduersus milites cognoscant, & proferant condemnatoriam sententiam debent exequutionem eius ad militum Præfectos, & militares Iudices remittere, *d. l. de militibus, 8. ff. de custod. & exhib. reor.* Ita expresse statuit *d. l. 3. tit. 29. par. 7.* sequuta Glossam *in d. l. magisteria*, adnotaueruntque Salycet. vbi supra, item Follerius, & Bouadilla, & Franchis, *d. decis. 88. num. 2.*

463 Hæc ita antiquo iure communi, & Castellano obseruabantur, verùm postea ad istas ambiguitates, & ambages, Iudicumque ordinariorum cum militaribus controuersias, & contentiones tollendas, cautum est Regio decreto, & rescriptis, vt de omnibus vniuersim militum causis nulla dempta Duces, & Præfecti, Iudicesque militares priuatiuè cognoscant, inhibeanturque ab eis Iudices ordinarij paganorum: quod ita ex facto seruatur. Meminit Azeuedus *in l. 1. nu. 70. in fine, tit. 16. libr. 8. recopilat.* Bouadilla *lib. 4. politic. dicto cap. 2. num. 68.* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. q. 35. num. 24.* Caballus *dicto casu 294. num. 389.* Mastrillus *de magistratibus, lib. 5. dicto cap. 16. nu. 19.* Tametsi in Regno Neapolitano adhùc seruetur ius commune, vt milites non remittantur ad Auditorem generalem militum nisi in delictis militaribus, vt obseruat Vincentius de Franchis *dicta decis. 88.* & Mastrillus *dicto cap. 16. nu. 21.* Verùm post hæc scripta inueni apud D. Regentem Carolum Tapiam *de iure Regni Neapolitani, libr. 3. rubric. 6. vbi de crimin. agi oport. in pragmat. 1. numer. 45.* immutatum esse eius antiquum Neapoli seruari solitum ex ordinatione Comitis de Lemos, qua cautum est, vt de omni vniuersim militum crimine cognoscat Auditor generalis exercitus, vbi meminit decisionis prædictæ 88. Vincentij de Franchis, est autem *pragmat. 16. de militibus*; in qua tamen exceptæ sunt causæ ciuiles, quòad quas milites in Regno Neapolitano Iudicibus ordinarijs subijciuntur, vt constant *ex dicta pragmatica cap. 1.* Milites inquam, tum cataphracti, tum alij equites ordinarij equitatus Regni Neapolitani, nam cæteri milites pedites Hispani manent exempti tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & mixtis causis à iurisdictione ordinaria, vt constat ex initio prædictæ pragmaticæ; quod ita vidi seruari in Sacro Regio Consilio, & obseruant collegæ, & socij nostri doctissimi Mattheus Patinus *in pragmat. 15. ex num. 17.* & Scipio Rouitus *in pragmatic. 16. ex num. 12. de militibus.*

464 Amplia primo prædictam quartam conclusionem, vt miles non possit huic fori priuilegio renunciare, subicereque se Iudici pagano ob generalem regulam textus *in cap. si diligenti, de foro competenti.* Beneficijs enim, & priuilegijs, quæ personalia non sunt, sed toti alicui ordini, aut collegio indulta renunciari non potest à singulis: iuri enim publico pactis priuatorum non derogatur, *l. ius publicum. 38. ff. de pact.* & eo loco notant Doctores omnes, ob eandem rationem non possunt Clerici fori priuilegio renunciare, Farinacius cum plurimis, quos allegat *in praxi crimin. q. 8. nu. 10. & 11.* & nos diximus supra nu. 403. neque item Doctores suis priuilegijs, idem Farinacius *in praxi, q. 27. num. 84.* neque religiosi militares, vt diximus supra n. 452. ob eam igitur rationem, neque milites suis priuilegijs, & foro renunciare poterunt. Ita sentiunt Caualcanus *de tutore, & curatore, nu. 318. & 323.* Caballus qui optimè confirmat, loquens in speciæ de foro militum, *cent. 3. casu 225. per totum, & dicto cas. 294. num. 255.* Paschalis *de patria potestate par. 3. cap. 3. nu. 27.*

465 Contrariam sententiam huic ampliationi, quinimo milites posse fori priuilegio renunciare, sequutus est Ayala *de iure belli, lib. 3. dicto cap. 8. nu. 3.* Rouitus *in pragmat. 16. numer. 44. de militibus*, Claudius Cotereus *de iure militum, lib. 2. cap. 6. post medium*, mouetur ex textus *in l. si quis in conscribendo, 29. C. de pact.* iuncta Glossa ibi, *verb. militiæ.*

466 Sed non est recedendum à præcedenti ampliatione, nam ad textum *in d. leg. si quis in conscribendo.* Respondetur illam loqui de priuilegio personali, cui persona vtpotè in suum fauorem indulto renunciare potest, ex regula generalis iuris antiqui, quam illa lex refert, videlicèt: *omnes licentiam habere ijs, quæ pro se introducta sunt renunciare.* Eo enim loco nomen militiæ, quo Iustinianus vtitur, non pro publica militia armata, quæ belli caussa suscipitur accipiendum est, sed pro dignitate aliqua, vel officio militia, videlicèt, palatina seu ciuili, quemadmodum idem nomē vsurpauit idem Iustinianus *in l. illud, 20. in princip. C. de collationibus*, idque ex eo conijcitur, quoniam *in d. l. si quis in conscribendo*, nomen militiæ coniunxit cum nomine dignitatis, æquiparans dignitatem cum militia, & quasi idem vtroque nomine significans; quod vero ille militiam dixit *in d. l. illud*, appellauit dignitatem, Vlpianus *in l. 1. §. sed an id, ff. de collation.* in quam rem legi possunt, quæ eleganter congessit Iacobus Reuardus *lib. 3. coniectaneorum, cap. 3.* & Caluinus *in lexico, verb. militia*, Alciatus *lib. 1. prætermissorum, verb. militia*, Ea verò priuilegia, quæ toti alicui ordini indulta sunt ob publicam vtilitatem, non possunt ob pacta singulorum tolli: eiusmodi autem est priuilegium fori ordini militari indultum, ne milites à signis suis, & causa publica, cui inseruiunt litium suarum ratione auocarentur, dum ad extranea tribunalia trahuntur. Et quando quis possit, vel non possit iuribus suis renunciare, eleganter prosequitur Marianus Socinus *in d. c. si diligenti, ex numer. 12.* Riccius *collect. 153.* præter Angel. Aret. quem retulimus supra num. 452.

467 Amplia secundò prædictam quartam conclusionem, vt tanta fuerit militarium Iudicum potestas in milites, vt quamuis iure Romano ex lege Valeria, & lege Portia, quarum meminit Titus Liuius *decad. 1. libr. 2. & libr. 10. ante medium*, Salustius *in Catilinam, in oratione Caij Cæsaris*, Cicero *in oratione pro Caio Rabirio perduellionis reo*, Valerius Maximus *lib. 4. c. 1. exemplo 1. ex Romanis*, Caluinus *de legibus Romanis, in enumeratione earum alphabetica serie*, Manutius, & alij, prohibitum esset Consulibus, ne in caput ciuis Romanis prouocantis iniussu populi animaduertere possent, solùmque illis esset permissum, vt coercere possent, & in vincula publica duci iuberent, *l. 2. §. ex actis, ff. de orig. iur.* in castris tamen ius habebant tàm Consules, quàm Prætores, & alijs exercituum Duces arbi-

arbitratu suo supplicium sumere. Exempla refert Liuius *decad. 1 lib. 2. & 4.* in Dictatore, Magistratu militari, in maxima Reipublicæ angustiæ creari solito, à quo prouocatio non erat (vt tradunt Fenestella *de magistratibus Romanorum, cap. 8.* Pomponius Letus *cap. de Dictatore*, Claudius Præuotius *commentario de magistratibus Romanorum, c. 8.* Caluinus *de magistratibus Romanis, tit. Dictatores*, Pomponius *in leg. 2. §. populo, ff. de origin. iur.* meminit Petrus Gregorius *in syntagmat. iur. lib. 47. cap. 17. num. 8.) & eadem decade libr. 8. circa principium*, in Consule Manlio Torquato, qui filium Titum Manlium capite damnauit, quod spreto Consulum decreto contra militarem disciplinam singulari duello cum hoste congressus eum deuicit; & Valerius Maximus *lib. 2. cap. 7. exemplo 6. ex Romanis*; sumi etiam possunt ex Cicerone *philippica 3.* & adnotatis à Celio Rodigino *lectionum antiquarum, libr. 10. cap. 5.* Alexandr. ab Alexandr. *genialium dierum. lib. 2. cap. 13. & lib. 3. cap. 5.* Rosino *antiquitat. Roman. libr. 10. cap. 25.* idque videtur probare textus *in l. de militibus, 9. de custod. & exhib. reor.* quam tamen potestatem ibi Iurisconsultus ad milites caligatos restrinxisse videtur, qui erant viliores, & obscuriores, *Authent. quib. mod. natur. filij effic. legitim. cap. 4. §. quisquis.* Ex quo inferri videtur non potuisse in alios animaduerti inconsulto Principe, id tamen sub Imperatoribus videtur fuisse introductum; antiquiori enim iure sub Consulibus aliud erat ius, vt dictum est; vitæ autem necisque potestas in milites tribunis, alijsque ducibus inferioribus permissa non erat, sed tantum leuis coërtio, quod significat textus *in l. officium, 12. §. officium tribunorum, ff. de re milit.* dùm ait pertinere ad Tribunos militum delicta secundum suæ auctoritatis modũ castigare. Animaduertit Ayala *de iure belli, lib. 3. d. c. 8. num. 7. & 8.* & Caballus *dicto casu 394. numer. 260. & 261.*

468 Limita tamen primò prædictam quartam conclusionem, vt non gaudeat fori priuilegio, vt nec cæteris militaribus priuilegijs, qui non sunt relati numeros militum, seu matriculam, actuq; non militant, & non sunt in expeditione militari, etiam si sint ad militarem exercitationem electi, *l. eos qui*, vbi Ioannes de Platea *C. de apparitorib. magistr. milit. libr. 12. l. qui sub prætextu C. de collegiatis, & cartopatris, & nummularijs, lib. 11. l. ne quidem, 17. C. de testam. milit. §. illis autem, instit. de milit. testam. leg. sancimus, 8. C. de restit. milit. Lex eo, 43. ff. de milit. testam.* vbi Bartol. Alberic. Bald. Angel. Cuman. Glossa *in l. eos, C. de offic. magistr. milit.* & idem Baldus *in l. scrinarios, 16. nu. 1. C. de testam. milit. & in l. non ignorat, nu. 14. in fin. Cod. de ijs, qui accus. non poss.* Paulus *in d. l. scrinarios, numer. 5. & 6.* Alexand. *ex num. 3.* Decius *num. 14.* Ias. *num. 4.* Ripa *in l. centurio, 15. num. 10.* Alciat. *num. 6. & 7. ff. de vulg. & pup. substit.* Marianus Socinus *in rubr. de foro compet. num. 14. vers. sexagesimonono*, Belluga *in specul. Princip. rubr. 20. §. quia post Ecclesiam, num. 7.* vbi alia etiam requisita ad militiam refert post Glossam *in l. milites 45. ff. ex quib. caus. maior.* Afflictis *in constitut. Neapolitan. rub. 6. de illicita portat. armor. in constitut. intentionis, num. 27. 28. & 29.* Rebuffus *tract. de militibus, & eorum priuilegijs, num. 5. & nu. 42.* Mastrillus *dict. cap. 16. num. 5. & decis. 173.* Bonadilla *lib. 4. politica dicto cap. 2. num. 67.* Caballus *dicto casu 394. num. 383. cum seqq.* Farinacius *consil. 4. num. 9. lib. 1.* Viuius *decis. 254. num. 1. & 2.* Ricceius *collectan. 95.* Regens Carolus Tapia *de iure Regni Neapolitani, libr. 3. rubric. 6. vbi de crimin. agi oport. pragmat. 1. num. 47.* facit Vincentius de Franchis *decis. 417. num. 4. & decis. 481.* Giurba *consil. 59. num. 77.* qui alios adducit pro eadem limitatione, Ponte *de potestat. Proreg. tit. 7. §. 7. ex num. 34.* Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 2. dubitat. 1. solut. 8. numer. 5.* idem planè significat textus *in l. desertorem, 3. in princip. ff. de re milit.* vbi miles in desertione agens, ac per consequens desinens actu militare pro delicto in desertione commisso punitur à Iudice pagano, quasi amisso priuilegiato militum foro. In quem sensum accipitur ille textus ab Ayala *de iure belli, lib. 3. dicto cap. 8. num. 2.* & planè videtur probare *l. 2. C. quando liceat vnicui, sine iud. se vindic.*

469 Sublimita primò præcedentem primam limitationem, vt tametsi quis actu non militet, sed militiæ cingulum deposuerit, nihilominus gaudeat foro militari, & subsit Iudicibus militaribus, & non alijs, si conueniatur super causis publicis, quas dum militaret exercuit, & super ratiocinijs militaribus, *l. 2. C. vbi de ratiocinijs tàm publicè, quàm priuat.* Paul. Castrens. *in l. 1. num. 2. & 3. C. eodem titulo*, Crottus *in repet. l. nemo potest, num. 84. ff. de legat. 1.* Franchis *decis. 417. num. 9.* Marian. Socin. *in rubr. de foro competenti, nu. 7. vers. quadragesimo secundo*, idem Paulus *in l. periniquum, vltima, num. 1. & 2. C. de iurisdict. omn. iud.* Ioannes Baptista Caccialuppus *in l. omnes populi, numer. 22. ff. de iust. & iur.* Ayala *de iure belli, lib. 3. d. c. 8. n. 6.* Caballus *dicto casu 294. n. 259.*

470 Sublimita secundò primam limitationem, vt si semel iudicium ceptum sit apud Iudices militares, etiam si moriatur miles, aut militiam deposuerit, nihilominus apud eosdem iudicium finiri debeat est regula generali textus *in l. cum quadam puella, 19. in fine principij, ff. de iurisd. omn. iud. & in l. vbi acceptum, 30. ff. de iudicijs, l. nullus, 4. C. de veteranis, libr. 12.* qui textus probat in specie hanc sublimitationem; notat egregiè Valascus *consultat. 57.* & Decianus in genere loquens, *tractat. crimin. lib. 4. cap. 22. num. 8.*

471 Limita secundò principaliter prædictam quartam cõclusionem, vt miles negotiator non obstante fori priuilegio possit conueniri coram Iudice illius negotiationis, quam exercet, *l. periniquum, 7. C. de iurisdict. omn. iud. l. vnica, C. in quib. caus. milit. fori præscrip. vti non poss.* Ayala *d. cap. 8. num. 6.* Ponte *de potestat. Proreg. titul. 7. §. 7. numer. 17. & 18. & seqq.* Caballus *d. casu 294. num. 258.* Ratio est, quia negotiatio interdicta est militibus, vt *in rubr. C. negotiatores ne militent, libr. 12.* quod ex D. Ambrosio obseruat Iacobus Renardus *coniectanearum lib. 1. cap. 23.* & Rodriguez, ita interpretatus *l. vnic. Cod. in quib. caus. militant. fori præscript. vti non poss. de annuis redditibus, lib. 3. q. 1. nu. 3.* & negotiatores priuilegijs militum non gaudent, vt obseruat Ripa *in l. centurio, 15. n. 9. ff. de vulgar. & pupil. subst.* & statuit apud Neapolitanos *pragm. 16. c. 9. de militibus.*

472 Amplia prædictam secundam limitationem, vt procedat etiam si negotiatio finita sit: nam adhuc miles circa res, in quibus versabatur negotiatio conueniri potest coram Iudice negotiationis, iuxta superius dicta in prima sublimitatione primæ limitationis, n. 469. Ampliationem tradidit Vinc. de Franch. *dec. 417. n. 9.* post Paul. Castrens. vbi supra.

473 Limita tertiò principaliter quartam præcedentem conclusionem, vt si quis postquam in ius vocatus est efficiatur miles quòad cæptam litem, quasi præuentus non possit se tueri priuilegio fori, quò iudicium cæptum declinet, *si quis posteaquam, 7. ff. de iudicijs*, & ibi Doctores post Glossam *l. 12. titul. 7. par. 3.* ibi enim iudicium finem accipere debet, vbi cæptum est, *leg. vbi acceptum, 30. ff. de iudicijs, l. cum quadam puella, 19. ff. de iurisdiction. omn.*

omn. iudic. Ayala *de iure belli, libr. 3. dicto cap.* 8. *numer.* 4. Caballus *dicto casu* 294. *nu.* 256. Barbosa *in dict. l. si quis postea quam*, ex *nu.* 110. Marianus Socinus *in cap. proposuisti num.* 27. *&* 28. *de foro competenti*, vbi late agit de præuentione iurisdictionis, & eius effectibus.

474 Amplia prædictam tertiam limitationem, vt non solùm procedat in causis ciuilibus militum, sed etiam in criminalibus, videlicet, vt quemadmodum in causis ciuilibus militi præuento non prodest priuilegium militiæ superueniens, quò forum, quod sortitus elt ante ipsũ, & in quo est præuentus declinet, aut mutet, conueniríque possit coram Magistro militum: ita neque prosit in criminalibus: atq; ideò qui ante militiam deliquit accusatusque est de crimine apud Iudicem paganorum, vel ab illo captus, non potest iudicium cæptum subterfugere, subireq; iudicium militare. Ratio est quia valet argumentum de causa ciuili ad criminalem, *l. absentem, §. ff. de pœnis*, Euerardus *in locis legalib. loco* 114. à ciuilibus ad criminalia, Follerius *in practica criminali*, 2. *part.* 3. *partis, rubric. etsi confitebuntur, num.* 3. Quemadmodum igitur in ciuilibus priuilegium superueniens, non eximit reum à Iudice, qui præuenit, *d. l. si quis postea quam* ita neque in criminalibus priuilegium postea adueniens, & eximet militem a iurisdictione Iudicis pagani, quominus possit puniri ab eodem; quod planè probat textus *in l. hos accusare*, 12. *§. hoc beneficio, ff. de accusation.* quatenus requirit criminis abolitionem in reo, vt possit se iuuare illo beneficio quasi secus esset dicendum non interueniente abolitione, vt ibidem significat Glossa, Bartol. *num.* 3. Albericus, & alij, idem Bartol. *in l.* 1 *num.* 3. *ff. de pœnis*. Hanc ampliationem tradit tametsi in genere loquens Barbosa *in d. l. si quis postea quam, num.* 162. *&* 163. *ff. de iudicijs*, pro quo facit doctrina Vincentij de Franchis *dicta decis.* 417. *num.* 3. *&* 4.

475 Contrariam tamen sententiam huic ampliationi, quinimo non obstante præuentione Iudicis pagani in causis criminalibus, posse militem effectum post delictum, & præuentionem, & debere conueniri coram Iudice militari, vtpotè gaudentem fori priuilegio, & remittendum esse a Iudice præueniente ad Iudicem militarem, videtur apertè probare textus expressus *in l. qui cum vno*, 4. *§. reus, ff. de re militar.* & eo permoti eam sententiam sequuti sunt Hippolytus de Marsilijs *in rubrica, ff. de fideiussoribus, quæstion.* 12. *numer.* 136. Ayala *de iure belli, libr.* 3. *dicto cap.* 8. *numer.* 6. Decianus *tractat. crim. lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 2. *vers. itidem*, Caballus *resolut. criminal. centur.* 2. *casu* 147. *ex num.* 1. qui tamen ibidem *num.* 12. contrariam sententiam agnoscit in puncto iuris veriorem, item *dicto casu* 294. *num.* 260. Ayale se subscribens.

476 Nihilominus non est recedendum à prædicta ampliatione, quæ verior est, & communior, magisque conformis doctrinæ Doctorum in illa vulgari quæstione, cui nam Iudici subijciatur, & à quo iudicari debeat, qui post delictum, & accusationem, effectus est clericus, quã tetigimus supra n. 447. vbi multos Doctores ea tractantes retulimus. Neq; obstat text. *in d. l. qui cum vno, §. reus*, quoniam reiecta solutione Gloss. peculi. *in d. l. si quis postea quã*, vt potè inepta, & planè diuinatoria, respondetur primò, Iudicem qui præuenit procedens contra reum effectum militem post præuentionem non impediri, quominus iudicium cæptum prosequatur, & finiat prolata diffinitiua sententia: neque ante debere reum ad Iudicem militarem remitti, neque id eo textu significari. Pronunciata verò deffinitiua exequutionem eius pertinere ad Iudicem militarem, sub cuius iurisdictione reus incæpto iam iudicio esse cæpit, & ad effectum exequutionis ad eum remitti reum debere; quod ille textus docet, quemadmodum superius nu. 462. dicebamus fieri debere, iuxta ius commune, & regium partitatum, cum agitur de delictis militum communibus, mediocribus, vel leuibus apud Iudices paganos: hoc autem non pugnat cum *d. l. si quis postea quam*, & ampliatione prædicta. Ita respondet ad eum textum Angelus *in d. l. si quis postea quam num.* 4.

477 Secundò, & melius respondetur, *in dicto §. reus*, præsupponi reum criminis postulatum antequam purgaret innocentiam suam voluntarium militem effectum, quod prohibitum erat *in l. vnica, C. de reis postulat. libr.* 10. *& in l. vltima, ff. de re militar*, ob cuius legis violationem, iuxta Traiani rescriptum, capite puniendus esset, dura quidem lege sed ita seruanda; capitalis enim erat eiusmodi ad militiam aditus. Vide si placet epistolam Traiani ad Plinium, inter epistolas Plinij, *lib.* 10. *epistola* 31. de hac re agentem. Fuerunt enim Romani in militaribus pœnis seueriores, vt rectè animaduertit Ayala *de iure belli, libr.* 3. *capit.* 9. *numer.* 6. & satis desumitur ex Valerio Maximo, *libr.* 2. *cap.* 7. & Rosino *antiquitat. Roman. libr.* 10. *capit.* 25. aspero enim & seuero castigationis genere indiget militaris disciplina. Et ob hoc ipsum capitale crimen violationis prædictæ legis accusatum, (vt in eodem *§. reus, verb. capite*, explicuit Accursius) iure optimo docet coram Magistro militum accusari, & puniri posse, vtpotè ob militare crimen, quod solùm ad iudicium militare pertinet, vt superiùs num. 462. adnotauimus; atque ideò de eo crimine accusatum non esse remittendum ad Iudicem, qui de priori crimine cognouerat, & iurisdictionem præuenerat, antequam militum Præfectus de hoc nouo militari delicto reum puniat, iuxta textum *in l. si cui*, 7. *§. cui sacrilegium, ff. de accusat.* & notat à Guidone Papa *decision.* 202. *num.* 2. Quomodo ille textus explicatus non contradicit nostræ, neque fauet contrariæ sententiæ. Ita explicat Albericus *in d. l. si quis postea quam, num.* 1. Fulgosius *numer.* 2. *in fine*, post Oldradum quem referunt, eosque sequitur Barbosa, *num.* 166. *&* 167. & ante eos planè idem significauerat Accursius *in dicto §. reus*. Quapropter si reus ille non fuisset voluntarius miles, sed coactus, quo casu non incurret crimen, de quo posset apud militum Magistrum accusari, tunc Iudex ordinarius paganorum, qui inquisitionem instituisset aduersus ipsum de delicto ante militiam commisso, vel suscepisset accusationem, processum prosequi non impediretur ob superuentionem militiam, & possent iudicium cæptum definire sententiam; ad eumque miles remittendus esset, vtpotè ad eum qui iurisdictionem præuenisset. Quod animaduertit Barbosa vbi supra, *num.* 168. & non displicet Rouito *in pragmatic.* 16. *nu.* 11. *de militibus*, tametsi paulò aliter explicet textum prædictum.

478 Limita quartò principaliter prædictam quartam conclusionem, vt si miles falsum testimonium dicat non obstante fori priuilegio subiectus maneat Iudici, apud quem falsum deposuit, & cuius aures, & dignitatem offendit, etiam si fit paganus, *l. nullam*, 14. *C. de testibus*, animaduertit Ayala *de iure belli, lib.* 3. *dicto cap.* 8. *num.* 5. Caballus *dicto cas.* 294. *nu.* 257.

Thomæ Carleualij de Iudicijs. K SVM-

SVMMA SECTIONIS quintæ.

479 *SCholastici gaudent foro priuilegiato Magistri sui, vel Episcopi. Speciale est, vt scholastici rei possint eligere Iudicem.*

480 *Scholastici gaudent etiam foro priuilegiato coram suo Rectore.*

481 *Scholastici possunt conueniri coram ordinario, si ita ipsi elegerint.*

482 *Qui scholasticum conuenire tentauerit coram Iudice non suo, punitur amissione causæ.*

483 *Priuilegium optionis fori concedendum est scolasticis in causis ciuilibus, & criminalibus.*

484 *Priuilegium optionis non est trahendum ad causas criminales.*

485 *Consiliatio Accursij prædictarum sententiarum.*

486 *Conciliatio Iacobi de Aretio approbata lege regia Castellæ.*

487 *Multæ regulæ in materia fori fallunt fauore scolasticorum.*

488 *Scholaris factus post citationem non obstante præuentione, an sit remittendus ad Iudicem priuilegiatum.*

489 *Scholasticus electo vno Iudice potest variare.*
Qui potest variare regulariter, semel tantum potest, non sæpè.

490 *Contraria speculatoris sententia, & aliorum communis, & aduersæ partis fundamentorum euersio, & numer. 491.*

492 *Scholasticus suo foro potest renunciare.*

493 *Scholaris studens in Academijs approbatis habentibus priuilegia studij generalis gaudet priuilegio fori, secus si studeat sub priuatis præceptoribus.*

494 *Clericus scholaris non potest subijcere se Iudici alieno in præiudicium sui legitimi Iudicis.*

495 *Scholaris qui non est in matricula, vel etiam si sit, qui non exercet actu studium literarum, non gaudet priuilegijs scholarium.*

496 *Scholaris extra locum studij cum animo reuertendi ad eius locum, gaudet priuilegio fori.*

497 *Iudex legitimus, & competens vniuersitatis scholasticorum, quis sit remissiuè.*

498 *Quæ sint seruanda de iure Castellæ recentiori circa forum scholarium, & qui nam sint eorum Iudices competentes.*

499 *Cessiones in fauorem scholarium quatenus sint admittendæ.*

500 *Scholasticus Salmanticensis virtute conseruatoriæ, non vocat in iudicium reum plus quatuor dietis distantem à ciuitate Salmanticensi.*
Vna dieta continet spatium decem leucarum.
Hoc priuilegium restrictum est ad duas dumtaxat dietas ex bulla Innocentij VIII.

501 *Priuilegijs scholarium non gaudeant pharmacopolæ, librarij, & alij officiales qui præcipuè exercent suas artes, non studia literarum, neque beneficiati Ecclesiæ cathedralis, etiam si describantur in matricula.*

502 *Scholastici Salmanticenses, aut Complutenses, non gaudent priuilegio fori quoad debita contracta, aut crimina commissa antequam fuerint scholares, & integrum cursum absoluerint.*

503 *Explicatur hæc doctrina, vt accipiatur, si quis fiat scholaris in fraudem, cæterum cessante dolo gaudere priuilegio fori circa debita contracta, & delicta commissa post descriptionem in matricula.*

504 *Familiares scholarium, qui non sunt scholares, non gaudent priuilegio fori.*

505 *Scholastici resistentes Iudicibus regijs, amittunt fori priuilegium, sed excipiendi sunt Clerici.*

506 *Non obstante priuilegio fori consilium regium Castellæ potest delegare Iudicem, qui procedat aduersus scholasticum atrociter delinquentem.*

507 *In alijs Academijs approbatis, quæ non habent priuilegia designandi Iudicem conseruatorem, seruatur in ius commune.*

SECTIO QVINTA

de foro Scholarium.

479 QVinta conclusio. Scholastici iure communi gaudent foro priuilegiato, vt debeant conueniri apud alterũ ex duobus Iudicibus, vel Domino, aut Magistro suo, vel Episcopo, quem ipsi elegerint; speciale autem est, vt cum ipsi sint rei, eligant Iudicem coram quo conueniantur, cum regula sit actori dandam facultatem eligendi forum cum reus multiplici foro gaudet, vt adnotauimus superius quæstion. 3. num. 152. & iterum adnotabimus infra num. 608. vbi limitabimus. Ita docet textus *in Auth. habita, §. verumtamen, C. ne filius pro patre*, vbi Glossa notat, *verb. optione, & verb. Domino*, Cynus *numer. 4.* Bartolus *num. 4.* Albericus *num. 4.* Baldus *numer. 47. & 56.* Angelus *num. 6.* Salycetus *num. 17. cum seqq.* Fulgosius *num. 4.* conuenic *l. 7. titul. 31. par. 2.* vbi Gregorius, Speculator *lib. 1. tit. de reo, §. 1. num. 5.* Marian. Socin. *in rubr. de foro compet. num. 16. vers. octuagesimo nono, & in capit. licet ratione, vltimo, num. 90. sub §. vlterius, versic. prædicta tamen regula primo fallit, eod. tit.* Rebuffus *de priuilegijs scholasticorum, numer. 163. priuilegio 69. & in interpretatione prædictæ Authent. habita, numer. 55.* Volano *in curia philippica, 3. part. §. 1. num. 16.*

480 Amplia primò prædictam quintam conclusionem, vt scholastici gaudeãt etiam foro priuilegiato corã suo Rectore, illius videlicèt Academiæ in qua dant operam studijs literarum, sub eadem facultate eligendi, quem malint ex tribus Iudicibus, Episcopo inquam Rectore, aut Præceptore. Ita sentit Bartol. *in dicta Authent. habita, num. 5.* Baldus *num. 57.* tametsi *nu. 75.* neget electionis facultatem, Salycetus *num. 23.* remittens tamen sed ad statuta, Fulgosius *numer. 5. vers. in eadem glossa, ad finem,* Marianus Socinus *in d. cap. vltimo, num 90. §. vlterius vers. & aduerte, de foro compet.* Rebuffus *dicto num. 55.* qui putat conclusionem huius ampliationis expressè contineri in textu *Authent. habita*, nam verbum, *Domino*, interpretatur, idest Rectore, atque ideò sentit textum ipsum, dũ ait *coram Domino, vel Magistro suo, vel ipsius ciuitatis Episcopo*, optionem dare scholaribus trium Iudices, videlicèt Rectoris Præceptoris, Episcopi quod non est improbabile. Cæteri tamen Dominum, vel Magistrum, accipiunt pro sola vna Præceptoris persona, eundemq; credunt vocari Dominum, qui Magister dicitur. Ex quo fortassis textu deducta frequentissima antiquorum Doctorum consuetudo, qui vocare solent Magistrum suum, *Dominum meum* quem referendi modum apud eos sæpissimè inuenies. Bartol. tamen, & cæteri eum sequuti, ex eo credunt hanc conclusionem probari, quod nempe scholastici, quemadmodum quælibet alia vniuersitas, possunt sibi facere Rectorem, *l. vltima, C. de iurisdict. omn. iudic. l. 1. tit. 4. part. 3.* vbi Gregorius *glos. 6.*

481 Am-

481 Amplia secundò, vt possint etiam scholastici conueniri coram Iudice ordinario loci, in quo literis incumbunt, si ita ipsi elegerint. Ita docet Glossa *in dicta Auth. habita*, §. *veruntamen*, *verb. dedimus*, Bartol. *numer.* 5. Baldus *numer.* 47. & 56. Angelus *num.* 6. Salycetus *num.* 22. Rebuffus *numer.* 55. & *de priuilegijs scholasticorum*, *num.* 265. *priuileg.* 152. Marianus Socinus *vbi supra*, *vers. aduerte tamen*, Additio Aufrerij *ad Capellam Tholosanam in decis.* 169. *numer.* 1. conuenit *predicta leg.* 7. *tit.* 31. *par.* 2. Et probatur *ex textu in proœmio digestorum*, *circa finem*, §. *& hæc omnia*. Consequens est igitur scholasticos posse coram quatuor Iudicibus legitimis, & competentibus conueniri, Potestate inquam, seù ordinatio laico, Episcopo, Rectore, & Præceptore, seù Doctore suo, intellige dum ipsi sint laici, nam Clerici non possent sub Potestate laica conueniri, *cap. significasti*, & *cap. si diligenti*, *de foro competenti*, quorum quatuor Iudicum electio ipsis reis commissa est, vt ante diximus.

482 Amplia tertiò, vt quicunque scholasticum conuenire tentauerit coram nō suo Iudice mulctari debeat amissione causæ, quam pęnam non ipso iure incurrit, sed per Iudicis sententiam, si id scholasticus petat. Ita statuitur *in dicta Authent. habita*, §. *qui verò*, & notat Glossa ibi, *verb. cadat*, & Doctores communiter, quamuis Rebuffus *numer.* 58. existimet verius non cadere à causa actorem, qui scholasticum coram alio Iudice, quam à lege designatis conuenire tentauerit sed solum à conamine, quasi textus significet, scholasticum, qui ad suum Iudicem remitti voluerit, idque petierit opposita declinatoria fori exceptione (nam citatus ab incompetenti Iudice debet comparere priuilegia sua allegaturus, *leg. si quis ex aliena*, 5. *ff. de iudicijs*, *dict. leg.* 7. *titul.* 31. *part.* 2. & docet Angelus *in dicta Authent. habita*, *numer.* 10. quidquid dicat Rebuffus post Decium *de priuilegijs scholasticorum*, *numer.* 267. *priuileg.* 154. *vers. fallit.*) remittendum esse, atque ideò actorem cadere à suo conamine, quasi nihil egerit conando scholasticum trahere ad incompetentem Iudicem; sed apud nos Hispanos iure regio partitarum approbatur sententia Glossæ *in dicta leg.* 7. *tit.* 31. *part.* 2. vt actor sic conueniens scholasticum priuandus sit iure, quod in iudicium deduxit, atque ita cadat à causa.

483 Amplia quartò, vt hoc priuilegium optionis Iudicum prædictorum concedendum sit scholasticis, non solum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus. Ita sentit Glossa *in dicta Authent. habita*, §. *veruntamen*, *verb. si litem*, Cynus *num.* 5. Bartol. *num.* 4. Salycetus *numer.* 19. Fulgosius *num.* 4. & 5. Speculator *lib.* 1. *tit. de reo*, §. 1. *num.* 5. Panormitanus *in sua quæst.* 6. Gandulfus *nu.* 7. facit Antonius Corsettus *singul.* 321.

484 Contrariam tamen sententiam, quin imo hoc priuilegium non esse trahendum ad causas criminales, sed solùm pertinere ad ciuiles; tuetur Baldus *in d. Auth. habita*, *num.* 51. & 53. quem videtur sequi Salycetus ibi, *num.* 19. motus ex eo, quod verbum, *litem*, contentum in textu significat causas ciuiles, aut criminales ciuiliter intentatas, non causas criminales, de quibus agitur criminaliter.

485 Et inuenio inter istas contrarias sententias duas conciliationes. Prima est Accursij *in dicto* §. *veruntamen*, *verb. si litem*, qui ait hoc priuilegium scholarium seruari Bononiæ, duntaxat quantum ad causas ciuiles, non quòad criminales; quoniam renunciatum est quòad criminales à scolaribus, & Doctoribus Bononiensibus; tametsi Cynus *in dicta Authent. habita*, *num.* 6. Angelus *num.* 7. Fulgosius *num.* 4. credant hanc renunciationem nullius momenti fuisse, quominus seruandum sit priuilegium; sed cæteri Doctores Glossæ assentiuntur agnoscentes consuetudinem priuilegio contrariam: cum quibus sentit Panormitanus *in cap. cum olim*, 6. *num.* 8. *de consuetudin.*

486 Secunda est Iacobi de Aretio, quem referunt Cynus, & cæteri, distinguentis causas criminales paruas, & leues, à grauibus, & attrocibus, in illis ait seruari priuilegium scholasticis: in istis verò seruari negat, & ita seruare consuetudinem testatur Angelus *in dict. Authent. habita*, *numer.* 7. Fulgosius *numer.* 5. & credo hanc sententiam approbatam esse in nostro Regno iure partitarum *in dict. leg.* 7. *titul.* 31. *par.* 2. dum ait: *Los Maestros que muestran las sciencias en los estudios puedan judgar sus escolares en las demandes que ouieren vnos con otros, e en las otras que los omes les ficiessen, que no fuessen sobre pleito de sangre*. Nam tametsi Gregorius ibi glossa prima interpretetur causam criminalem in genere, credo verbum illud, *pleito de sangre* esse interpretandum, vt significet causam criminalem, in qua solet, & debet imponi pęna sanguinis: nam apud leges partitæ cum agitur de causis criminalibus in genere vocantur, *pleito criminal*, non *pleito de sangre* vt *in l.* 9. *titul.* 4. *part.* 3. & alibi item *in leg.* 22. *titul. primo*, *part.* 7. distinguuntur quòad alios effectus causæ, in quibus imponitur pœna sanguinis ab illis, in quibus non infligitur pœna corporalis. Cum autem causæ criminales, in quibus reus punitur pœna sanguinis, seù corporali, sint atroces, aut graues; in leuibus enim solùm imponitur pęna pecuniaria, aut exilij cum plurimum; reliquum est, vt lex, quæ denegat scholarium Præceptoribus iurisdictionem in causis sanguinis, in solis grauibus criminalibus eam deneget; in leuibus autem, quibuscunque criminalibus, in quibus ciuiliter agitur, eam concedat, quæ fuit sententia Iacobi de Aretio, quam existimo veriorem, in eamque tandem inclinant vbi supra Baldus, & Salycetus, & Angelus *dicto num.* 7.

487 Amplia quintò, vt tametsi regula sit ibi finiendum esse iudicium, vbi ceptum est *l. vbi acceptum*, 30. *de iudicijs*, & semel citato reo à Iudice competente, quo actu sit legitima præuentio, vt docet Marianus Socinus *in cap. proposuisti*, *num.* 16. *cum multis sequentibus de foro compet.* non possit alius competens Iudex in eam causam manus mittere, vt ibidem docet Marianus *num.* 27. 28. & 35. & reus præuentus non possit mutare forum, & Iudicem, Marianus *ibidem ex numer.* 45. fauore tamen scholasticorum fallunt omnes istæ regulæ, & etiam si iudicium initium sumpserit, ex eo, quod vnus Iudex legitimus, & competens scholarem citauerit, seù vocauerit in iudicium poterit, nihilominus declinare forum, & alium eligere competentem vsque ad litem contestatam ex priuilegio optionis *per prædicta Authent. habita*, *in* §. *veruntamen*, ei indulto, quod omnes prædicti Doctores adnotarunt, & Rebuffus *de priuilegijs scholasticorum*, *num.* 266. *priuileg.* 153. Aufrerius *ad Cappellam*, *Tholosanam*, *decis.* 169. *numer.* 1.

488 Hanc ampliationem extendit Barbosa *in l. si quis posteaquam*, 7. *nu.* 13. *ff. de iudicijs*, vt procedat etiam si quis citetur antequam sit scolaris, & post scolaris fiat: nam tunc non obstante præuentione causæ ob specialem scholarium fauorem remittendam esse sentit ad suum Iudicem priuilegiatum Cuius extēsionis Auctores refert Bologninum, Horatium Lucium, & Rebuffum. Rebuffus certè hoc non dicit, vbi refertur à Barbosa, & tametsi

extensio pia sit, & ratione non careat, mihi est dubitabilis. Contrarium casum, si quis scholaris factus litem contestetur, & lite contestata suspẽdatur à matricula, tractat Baldus *in dict. Authent. habita, num. 75.* & resoluit nihilominus litem finiendam in foro priuilegiato; quæ resolutio similis est ei, quam nos tradidimus supra hac eadem quæstione num. 470. & procedit ex eisdem principijs.

489 Quæret tamen quispiam, an possit scholaris postquam vnum Iudicem elegerit, variare, eiusque forum declinare, & petere se ad alium remitti, cum habeat quatuor Iudices, iuxta supra dicta? Respondet Glossa *in dicta Authen. habita, §. veruntamen, verb. optione*, posse variare, sicut potest actor, *ex l. si conuener. 18. ff. de iurisdict. omn. iudic. & l. si cum dotem, 22. §. eo autem tempore, ff. solut. matrim.* Animaduertitque ibi additio, casu quo variatio contingat, semel tantum variare posse, non sæpius, *leg. non vtique, 3. in princip. ff. de eo, quod certo loco*; id autem regulare est, vt qui potest variare, semel tantum possit, *l. si fundus, 4. §. eleganter, ff. de l. commissor. l. si quis iusiurandum, 11. C. de reb. cred.* Baldus *in dicta Authent, habita, num. 65. in fin.* Iaso *in l. prætor, 20. §. si aliquando, num. 6. ff. de nou. oper. nunciat.* Tiraquellus *in l. boues, §. hoc sermone, num. 23. ff. de verbor. significat.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 35.* Valascus *consultat. 102. num. 15.* Glossæ sententiam videtur approbare Angel. *in dicta Authent. habita, num. 7.* & Follerius *in practica criminali, 1. part. 2. par. rubr. audiantur excusatores, numer. 98. & 99.* & non reprobat Isernia licet variè loquutus *in d. Authent, habita, num. 15. sub tit. de statutis, & consuetudinibus, contra libertatem Ecclesiæ, in vsib. feud.*

490 Verùm Speculator *lib. 1. tit. de reo, §. 1. num. 8.* Cynus *in dicta Authent. habita, nu. 7.* Bartolus *num. 7.* Baldus *nu. 65.* Salycetus *nu. 21.* Fulgosius *nu. 5.* Aufrerius *ad Cappellam Tholosanam, decis. 169. nu. 1.* Tiraquellus *in dict. l. boues, §. hoc sermone, numer. 24.* Rebuffus *de priuileg. scolastic. num. 266. priuileg. 153. vers. ad hæc*, & ceteri Doctores communiter discedunt à sententia Glossæ, & existimant scholasticum, qui semel elegerit Iudicem, coram quo velit conueniri, etiam ante litem contestatam, non posse variare, & reprobare, quod semel approbauerit, *cap. quod semel, 21. de regul. iur. in sexto, l. generaliter, §. sed iuramento, C. de reb. cred. l. si seruus, 23. l. qui iurasse, 26. in principio. ff. de iureiurand. l. Pomponius, in fine principij, ff. de negot. gest. l. 1. §. vltimo, C. de assert. toll.*

491 Ad textum autem *in d. l. si conuenerit*, respondent Cynus, Baldus, & cæteri Doctores primò, illum agere de Iudice alieno, cui non tribuit iurisdictionem, solum pactum litigantium, quin ante litem contestatam possint pœnitere, & à pacto recedere: hic verò agimus de Iudice proprio, & legitimo, & competenti, ita fit, vt dispar sit ratio. Secundò, illum textum loqui de actore, cuius interest litem citò contestari, & finire; hunc verò loqui de reo, cuius interest iudicium subterfugere, & litem differre, *l. properandum, §. fin. autem reus, C. de iudic. l. 2. C. de iureiur. propter calumn. dand.* Quare si illi variatio permittatur nunquam litem contestabitur, sed actorem ab vno Iudice ad alium remittendo eludet. Simili modo respondent ad textum *in d. l. si cum dotem, §. eo autem tempore*: ibi enim agitur de actore, hic agitur de reo.

492 Limita tamen primò prædictam quintam conclusionẽ si scholasticus suo priuilegio renunciauerit, nam tunc poterit conueniri in suo foro non priuilegiato. Potest autem huic priuilegio renunciare, *ex l. si quis in conscribendo, C. de pactis, & l. 1. ff. si quis in ius vocat non ierit*, & notarunt Speculat. *lib. 1. tit. de reo, §. 1. num. 5. in fin.* Bartol. *in d. Authent. habita, numer. 7. in fin.* Bald. *num. 52.* Salycet. *numer. 32.* & præsupponit, vt indubitatum Glossa ibi, *in verb. si litem*: cui multi consentiunt, probatur *ex d. l. 7. tit. 31. par. 2.* vbi iudicium valet si scholaris, qui forum declinare potest, omittat declinatoriam, & conueniri se patiatur; cum tamen, vt superius aduertimus nu. 482. debeat coram incompetenti suum priuilegium allegare, vt eo gaudere possit, & debeat, & ad suos Iudices remitti. Ratio autem huius limitationis est, quoniam priuilegium fori, quod scolasticis indulgetur, non conceditur illis ob vniuersitatem, & collegium, aut ordinem; imo verò ob fauorem singulorum, atque ita censendum est personale, & succedit regula *d. l. si quis in conscribendo*, iuris antiqui, vt quicunque possit ijs, quæ pro se introducta sunt renunciare.

493 Limita secundò prædictam quintam conclusionem, vt gaudeat solùm priuilegio fori scholaris studens in Academijs approbatis habentibus priuilegia studij generalis, secus studens sub priuatis Præceptoribus in studijs adulterinis, vel reprobatis; ille enim non gaudebit fori priuilegio. Hanc limitationem tradit Angelus *in d. Auth. habita, nu. 6. in fin.* & probat *ex l. vnica, C. de studijs liberalib. verb. Rom. li. 11. & ex l. 1. C. de professor. qui in vrb. Constantinop. lib. 12.* & ibi notatis, sequitur Rebuffus *de priuileg. scholast. num. 113. priuil. 34.*

494 Limita tertiò prædictam quintam conclusionem, vt non procedat in Clericis scholaribus, qui non possunt se subijcere Iudici alieno in præiudicium sui legitimi Iudicis ordinarij, *cap. significasti, cap. si diligenti, de foro compet.* & ibi notant Doctores. Hanc limitationem tradit Glossa *in dicta Authent. habita, in §. veruntamen verb. si litem*, Cynus ibi *num. 6.* Bartolus *nu. 4. in fine.* Albericus *numer. 4.* Baldus *num. 63.* Angelus *num. 9.* Salycetus *num. 19. in fine*, Fulgosius *num. 5. vers. in eadem glossa*, Speculator *lib. 1. tit. de reo, §. 1. num. 9.* Panormitanus latissimè *in sua quæstion. 6.* Gandulfus *num. 7. 8. & 9.* Marianus Socinus *in cap. si quis Clericus, 1. num. 17. & in cap. significasti num. 43. & in cap. licet ratione, vltimo, num. 90. vers. & hoc dicit esse notandum, sub §. vlterius, de for. compet.*

495 Limita quartò, vt non procedat prædicta quinta conclusio in scholari, qui non est in matricula, vel in illo, qui cum sit matriculatus, non dat tamen actu literis operam, & exercet literarum studia: isti enim non gaudent priuilegijs scholarium. Quam limitationem plane indicat *l. 18. cap. 4. tit. 7. lib. 1. recopilat.* tradit Ioannes de Platea per textum ibi *in l. 1. num. 2. & 3. C. de collegiatis, & cartopatris, & nummularijs, lib. 11. & in l. eos qui, 3. per textum ibi, C. de apparit. Magistror. milit. lib. 12.* Panormitanus *in cap. 1. num. 39.* Decius *ibidem in 2. lectur. num. 116. de iudicijs* Lancellotus Galiaula *in repet. l. centurio, num. 50. ff. de vulgar. & pupil. substit.* Rebuffus *de priuileg. scolast. num. 278. priuileg. 165. §. sed contrarium, cum seqq.* iuxta cuius doctrinam debent accipi, quæ tradit Mascardus *de probationibus concl. 1297. scholarem aliquem esse, numer. 9. & seqq.* & quòad matriculam idem sensit Decius *vbi supra numer. 118.* Ioannes Lupus *in repetit. rubr. §. 38. numer. 3. de donat. inter*, Didacus Perez *in leg. 8. titul. 2. libr. 1. ordinament. glos. 1. versic. aduerte tame, col. 75.* Paz *in praxi 2. tomo 1. part. capit. 6. numer. 31.* & confirmat eam limitationem Franchis *decis. 481.* ex ijs, quæ ibidem tradit.

496 Sublimitat hanc limitationem Lucas de Penna *in leg. 2. num. 4. C. de priuileg. scholar. libr. 12.* vt tametsi scholaris sit extra locum studij, verbi causa moretur in loco pro-

priæ

priæ originis, cum animo tamen reuertendi ad ſtudium, & ſtudij locum, gaudeat nihilominus priuilegio fori, *ex l.postliminij, 5.§.captiuus, ff. de captiu. & postlim. reuerſ. §. pauonum.verſ.in ijs, inſtit.de rer. diuiſ.* quem ſequitur Iſernia *dicta Authent. habita, num.*10.tametſi limitet, ac declaret.

497 Ad hunc locum poſtquam actum eſt de ſingulis ſcholaſticis, eorum Iudice, planè pertinebat agere de Iudice legitimo vniuerſitatis ſcholaſticorum, cum conuenienda eſt. Sed ne plus debito immoremur, quoniam nihil addendum occurit conſulendus eſt de hac difficultate, Bartol.*in l.ſodales, 4.ex num.* 14.*ff.de colleg.illicit.* Bald. *in dict.Authent.habita, ex num.76.* Salycetus ibidem, *ex nu. 39. C.ne filius pro patre*, Marianus Socinus *in capit. ſi quis Clericus, num.17.de foro comp.* Decius *in cap.ex literis,* 11. *ex nu.20.de conſtitut.* Ancharanus *in cap.ea quæ, 26.nu.21. q.16.de reg.iur.in 6.*

498 Iſta locum habent iuxta ius commune, & partitarum: de iure verò recentiori Caſtellę vſu comprobato aliquid immutatum eſt ex concordia facta cum Academia Salmantina contenta *in l.18.tit.7.lib.1.recopil. & ex l.19.& l.20.eod.tit.* quæ poſtea extenſa eſt ad Academiã Complutenſem *per l.26.eiuſdem tituli*; atque item ex indultis priuilegijs apoſtolicis, & bullis ſummorum Pontificum expeditis in gratiam prædictarum vniuerſitatum Salmanticenſis, & Complutenſis, & profeſſorum actu docentium in eis, quàmuis facultatem, & ſcholarium ſingulorum earum, quorum in prædictis legibus mentio fit, & apud Rebuffum *de priuilegijs ſcholaſticorum, num. 274.priuileg.161.& num. 278.priuileg.165.in fine, & nu. 279. priuileg. 166. §. limita.* iuxta quas ſcholaſticus Salmanticenſis Eccleſiæ, & viceſcholaſticus (Iudicem ſtudij, ſeù ſcholarum vocant) atque Rector Complutenſis Academiæ conſtituti ſunt Iudices conſeruatores, tùm vniuerſitatem, tùm etiam ſingulorum ſcholarium, tàm laicorum, quàm Clericorum, in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus, ſiuè leuibus, aut mediocribus, ſiuè grauiſſimis, & atrociſſimis, ſiuè ſcholaſtici ſint actores, ſiuè rei, nam actores trahunt lites ad ſuos Iudices ob priuilegium conſeruatoriarum Innocentij VIII. & aliorum Pontificum; rei autem apud eoſdem conueniuntur, exemptique ſunt vniuerſim ab omni alia, tàm Eccleſiaſtica, quàm ſęculari iuriſdictione. Imò verò eis denegatum eſt auxilium regium violentiæ, ex *dicta l.18.cap.*1.quod concedi ſolet quibuſcunque litigantibus apud Eccleſiaſtica tribunalia; refert Ceuallos *tractatu de cognitione per viam violentiæ, 2.part.q.157. ex num.1.*

499 Quæ tamen doctrina, quæ vicem habet regulæ, multis modis limitanda eſt ex deciſis, & decretis *in dict.l.18. titul.7.lib.1.recopilat.* nam primò *in eius capit. 1.§.pero por quanto*, cauetur, ne fiant fraudulentæ ceſſiones in fauorem cathedrariorum, ſeù ſcholaſticorum, quò debitores conueniantur coram prædictis Conſeruatoribus, & indebitè moleſtentur, & ne admittantur prædictæ ceſſiones, niſi factæ fuerint à patre in filium, adhibito iuramento eas eſſe veras, debitumque verum, & factam eſſe ceſſionem ad filij alimenta ſine vlla fraude, aut fideicōmiſſo. Meminit Rebuffus *de priuilegijs ſcholaſticorum num. 289.priuileg.177.circa finem*, vbi agit de ſimili conſtitutione facta à Ludouico XII. Galliarum Rege pro vniuerſitate Pariſienſi, & Azeuedus *in d.l.*18. & Ceuallos *vbi ſupra, nu.* 16.meminit Rodriguez *de annu. reddit. lib.3.q. 4.nu.43.*& hæc eſt prima limitatio.

500 Secundò, in prædicta *l.18. cap.2.* cauebatur, ne ſcholaſticus in iudicium vocaret virtute Prædictæ conſeruatoriæ, quemuis reum, niſi intra quatuor dietas diſtaret à ciuitate Salmanticenſi, declaraturque vnam quamque dietam ſpatium decem leucarum continere, quod ex *d. l.20.eod.tit.* reſtrictū eſt ad duas dumtaxat dietas, iuxta bullam Innocentij VIII. meminit Rebuffus *d.priuil. 161.* quæ eſt ſecunda limitatio.

501 Tertiò, *in d.l.18 cap.4.* cauetur, ne prædictis priuilegijs ſcholarium gaudeant pharmacopolæ, librarij, procuratores, aut alij officiales, qui præcipuę profitentur, & exercent ſuas artes non ſtudia literarum, etiam ſi deſcribantur in matricula, & adeant ſcholas. Quod idem extenditur *cap.5.* ad beneficiatos cathedralis Eccleſiæ, qui ob exemptionem magis, quam ob literarum profeſſionem ſcholas adeunt; & hæc eſt tertia limitatio.

502 Limita quartò, vt non poſſint gaudere priuilegio fori ſcholaſtici Salmanticenſes, aut Complutenſes, quòad debita contracta, aut crimina commiſſa, antequam fuerint ſcholares, quò vſque integrū curſum abſoluerint, continuoque ſtuduerint audientes quotidie duas lectiones, vt ſtatuitur *in d.l.18 cap.6.* notaruntq; Rebuffus *de priuileg.ſcholaſtic.num.252.priuileg.141.circa finem,* Paz *in praxi, 2.tomo 1.part.cap.6. num.30.in fine, & num.32.* Ceuallos *vbi ſupra, num.* 18.

503 Quam tamen limitationem ego ſublimitarem, vt ſcholaſticus, quòad debita contracta poſtquam deſcriptus eſt in matricula, & cæpit operam dare literis, audireque Magiſtros in prædictis Academijs, & circa delicta item poſtea commiſſa, gaudere debeat ſtatim foro priuilegiato. Ratio eſt, quoniam ille eſt ſcholaris actu, ergo debet gaudere ſcholarium priuilegijs. Lex autem, quæ hoc priuilegium denegat, denegat cum limitatione, circa debita ante contracta, aut delicta ante patrata portata ob vitandas fraudes, obuiandumq; ne quis ſcholaris prętextu fori priuilegiati ob delicta commiſſa vel debita cōtracta, magis quam ob literarum profeſſionem; quòad illa igitur dumtaxat eſt accipienda, & practicanda.

504 Limita quintò, vt familiares ſcholarium non gaudeant foro priuilegiato, niſi ſimul ſint ſcholares. Ita ſtatuitur *in d.l.18.cap.7.*

505 Limita ſextò, vt non gaudeant foro exempto, & priuilegiato ſcholaſtici, imò verò immunitatem, & exēptionem amittant, quoties Iudicibus regijs, aut eorum Miniſtris faciunt reſiſtentiam. Ita ſtatuitur *in l.28.tit.7.lib.1. recopil.* notat Volano in *curia philippica, 3.par.§.1.nu.16.* Quòd planè ſublimitandum eſt, vt non procedat in Clericis, quibus non potuit lex ſæcularis adimere immunitatem, & exemptionem, eoſque punire.

506 Limita ſeptimò, & vltimò, vt poſſint nihilominus non obſtante priuilegio fori conſilium regium, cùm ab aliquo ſcholari laico committitur graue crimen dignum exemplari punitione, delegare Iudicem, qui aduerſus delinquentem procedat, illumque puniat. Quod vidimus iam aliquoties accidiſſe in iſtis Academijs, ſeù ob ſeditiones in prouiſionibus cathedrarum, ſeù ob carmina famoſa edita. Ratio eſt, quia illemet Princeps, qui iuriſdictione conceſſis priuilegiatam, pęnes ſe eandem retinuit, quam dedit poteſtatem, *capit.dudum, 4. de præbendis in ſexto*, atque aduocare poteſt cauſam aliquam ſpecialem incluſam in generali mandato, *capit. ſtuduiſti, de offic. legat.capit. cæterum 3. cap.paſtoralis, 14.§.quoniam, capit.cum contingat, 24.de reſcriptis*, Rebuffus *in conſtitut. regul.tomo primo, tract.de euocationibus, in præfatione, nu. 15.& 17.*

507 Cæterùm in alijs Academijs approbatis, quæ multæ ſunt in hoc Regno, quibus non ſunt conceſſa priuile-

gia ad designandum eiusmodi Iudicem conseruatorem, qualem habent Academia Salmanticensis, & Complutensis, seruabitur ius commune, & partitarum, de quo supra, nisi quatenus contraria consuetudine aut præscriptione sit introductum.

SVMMA SECTIONIS, Sexta.

508 *Familiares sancti officij gaudeant foro priuilegiato in criminalibus tribunalium sanctæ Inquisitionis.*
509 *Ratio cur hoc priuilegium illis fuerit concessum.*
510 *Nemo cogitur expensis suis militare.*
511 *Conditiones necessariæ, ut familiares gaudeant priuilegio fori.*
512 *Familiares in ciuilibus non gaudent fori priuilegio regulariter.*
513 *In Regno Valentiæ familiares gaudent in ciuilibus fori priuilegio.*
514 *Officiales alij sancti officij gaudent in ciuilibus, & criminalibus indistinctè priuilegio fori.*
515 *Familiares in criminibus exceptis in concordia non gaudent priuilegio fori.*
516 *Familiares delinquentes in officio publico delictis commissionis amittunt fori priuilegium; non verò delinquentes delictis omissionis, sententia Narbonæ.*
517 *Reijcitur prædicta sententia, & ostenditur etiam de delicto omissionis in officio familiarem puniri in tribunalibus sæcularibus.*
518 *Ob delicta omissionis in officio sæpè potest qui officio priuari.*
519 *Ex officio duplex oritur obligatio, ad faciendum, & ad non faciendum.*
520 *Delicta omissionis non essent delicta, nisi essent contra obligationem officij.*
521 *Exemplis iudicandum non est. Rota aliquando rotat.*
522 *Familiares ob violationem pragmaticarum deferendis vestibus, aut extrahendis, aut introducendis mercibus prohibitis, non gaudent priuilegio fori.*
523 *Iudices ordinarij possunt capere familiares delinquentes in quolibet crimine, ut eos remittant ad competentem.*
524 *Orta controuersia de iurisdictione inter Iudices sæculares, & Inquisitores, quis ordo seruandus sit in ea dirimenda.*

SECTIO SEXTA.

De foro familiarium sancti officij.

508 SExta conclusio. Familiares sancti officij gaudent foro priuilegiato in criminalibus vt non possint conueniri nisi apud tribunalia sanctæ Inquisitionis, aut accusari, & puniri, & de quocunque delicto à Iudicibus sæcularibus, aut Ecclesiasticis ordinarijs; sed cùm primum constiterit esse familiares sanctæ Inquisitionis sint remittendi ad Inquisitores tanquam iudices competentes. Ita statuitur *in l. 20. capit. 5. & 6. titul. 1. libr. 4. recopilat.* in Codice nouiter addito; quæ est concordia tandem facta inter Iudices sæculares, & tribunalia sanctæ Inquisitionis in Regnis Hispaniarum anno 1553. post alias factas annis 1518. 1542. & 1545. iussu Caroli Quinti Imperatoris, felicissimæ memoriæ, & Philippi Secundi Regis Domini nostri, dùm esset Princeps, & eorundem Regnorum gubernator, quę in Hispania est in vsu, & obseruantia. Notarunt Simancas *de catholicis institutionibus tit. 41. num. 19.* qui ibidem num. 17. eiusdem concordiæ mentionem fecit, Roxas *de hæreticis, 2. part. numer. 422.* Volano *in curia philippica, 3. part. §. 1. numer. 15.* Villadiego *in politica, cap. 5. §. 20. numer. 147.* Marius Giurba *consil. criminal. 96. in principio,* Narbona *in dict. l. 20. gloss. 21. ex num. 1.* qui latissimè eam concordiam recenter interpretatus est.

509 Ratio autem, cur hoc priuilegium concessum fuerit familiaribus sanctę Inquisitionis, ea esse potest, quoniam cùm Inquisitores, & Episcopi quòad priuilegia æquiparentur, vt animaduertunt Zerola *in praxi Episcopali, prima parte, verb. Episcopus, vers. decimonono,* Franciscus Pegna *in additione ad directorium Inquisitorum, part. 3. q. 56. scholio 105. vers. postremò in hac quæstione,* & Gratianus *disceptat. forens. 2. tomo cap. 340. num. 35. & cap. 341. num. 11.* neque minora Inquisitoribus sint cōcessa priuilegia, quàm Episcopis, vt constat ex cumulatis à Ioanne Roias *de hæreticis, 2. part. ex num. 409.* & Gratiano nuper relato Ludouico de Paramo *de origine Inquisitionis, titul. 1. cap. 4.* factum est, vt de causis criminalibus suorum familiarium cognitio concessa sit Inquisitoribus, cum Episcopi possint etiam de causis suorum familiarium, quamuis laicorum, & merè sęcularium cognoscere, vt probare videtur textus *in l. 2. §. verum etiam, C. de Episcop. & cleric. in cap. Ecclesiarum,* & ibi Glossa, *verb. Clericorum, 12. q. 2.* Glossa *in verb. Clericum, in cap. Clericum, el primo, 11. q. 1.* Baldus *in l. 1. ex num. 3. iuncta l. 2. in num. 2. C. de Episcop. & cleric.* Marianus Socinus *in cap. si quis Clericus, num. 21. de foro competent.* Decianus *tract. crimin. libr. 4. capit. 9. ex num. 47. & num. 57.* Maranta *in speculo, 4. par. distinct. 11. num. 4.* Duenas *regul. 305. famuli scholarium,* Capycius *decis. 12. n. 1.* & ibi Petra *in addition. 1.* Thessaurus *decis. 22. num. 6.* Viuius *decis. 116.* Cenedus *canonicar. quæst. q. 4. nu. 26.* Iul. Clar. *lib. 5. sentent. § fin. q. 35. num. 18.* Farinacius *in praxi crimin. q. 8. nu. 46.* Bouadilla *lib. 2. politic. cap. 17. nu. 97.* Zerola *in prax. Episcop. 2. par. verb. Episcopi, vers. vigesimoquarto, & verb. familiares, vers. vltimo,* Gratianus *decis. 233. ex num. 1. & disceptat. forens. dicto cap. 341. ex num. 5.* Giurba *cons. 88. ex nu. 1. vbi latè tractat, & cons. 70. nu. 20. & 21.* Volano *in cur. philip. 3. par. §. 1. nu. 15. in fin.* Galluppus *in praxi Sac. Reg. Cons. Neap. part. 2. capit. 6. ex num. 47.* Ceuallos *in tract. de cognit. per viam viol. 2. par. q. 58. ex nu. 1.* referens multos Narbona *in dict. l. 20. tit. 1. libr. 4. recopilat. gloss. 1. nu. 26. & 27. & gloss. 22. num. 4.* quemadmodum, & familiares Cardinalium gaudent eodem priuilegio, testante eodem Claro *dicta q. 35. num. 17. & q. 68. n. 32.* Hieronymo Manfredo *tract. de Cardinalibus, cap. 8. priuileg. 14. tomo 13. tract. 2. part.* Hippolyto Bonacossa *in tract. de seruis, q. 7. tom. 7. tract. par. 1.* Farinacius *vbi supra n. 46.* vbi tamen ait se nunquam vidisse, aut audiuisse obseruatum esse in vrbe hoc priuilegium Cardinalium in quam refert contestem Scacciam, qui idem dicit, *de iudicijs causar. ciuil. & crimin. libr. 1. cap. 11. num. 22.* & ibidem ait, neque prædictum priuilegium Episcoporum, quòad suos familiares esse in vsu in curia Romana, quin imo vtrorumque famulos puniri hodie à Iudicibus ordinarijs, non secus, ac alios non priuilegiatos, adde Gaspar. Anton. Thessaurum *lib. 3. quæstion. forens. q. 78.*

510 Aliam rationem eiusdem priuilegij fori familiarium sancti officij reddit Simancas *vbi supra, dicto titul. 41. numer. 16.* videlicèt, quoniam cum nemo cogatur vnquam suis expensis militare, *1. Corinth. 9.* & istis familiaribus salaria non dentur, cum huic muneri inseruiunt, non solùm æquum, & conueniens, sed necessarium, etiam fuit, vt

salarij

salarij loco quędam ipsis priuilegia concederentur; inter alia autem vnum fuit hoc fori priuilegium.

511 Illud tamen addendum est ad declarationem prædictæ conclusionis sextæ, vt familiares sanctæ inquisitionis hoc priuilegio fori potiantur opus esse, vt quædam obseruentur conditiones, & modificationes, quemadmodum in eadem *l. 20.c.1.2.& 3.* pręcipitur, & animaduertit Simancas *dicto tit.41.num. 17. & 18.* & Narbona *ad dicta l.20.gloss. 3. 4. & 5.* In qualibet enim ciuitate, & oppido determinatus esse debet familiarium numerus, qui debent esse matriculati, & in vnaquaque ciuitate, & oppido debet dari copia matriculæ concilijs, & capitulis, vt notum sit, tùm Præfectis vrbium, tùm etiam Decorionibus, & cæteris Officialibus publicis, qui nam sint, qui prædictæ immunitate, & alijs priuilegijs gaudere debeant, videantque an numerum excedant, an sint seditiosi, turbolenti, aut ex alijs causis officio indigni, vt id significent Inquisitori generali, & Senatui supremo inquisitionis. Quod fieri quoque debet, quoties quispiam denuò subrogatur in locum familiaris mortui, aut amoti.

512 Limita tamen primò prædictam sextam conclusionem, vt procedat hoc forum priuilegiatum in causis criminalibus dumtaxat, prout conclusio loquitur: cæterum familiares sancti officij in causis ciuilibus non gaudent foro priuilegiato, sed conueniendi sunt apud suos Iudices ordinarios, nulla declinatoria fori obstante. Ita statutur *in d.l.20.tit.1.lib.4.recopil. in cap.4.* notat Simancas *de cathol. instit. dicto tit.41.nu.18.* Narbona *in d.l.20.gloss. 6.per tot.*

513 Sublimita primò dictam primam limitationem, vt non procedat in Regno Valētino, in quo familiares sancti officij gaudent foro priuilegiato, non solum in criminalibus causis, sed etiam in ciuilibus: quouis enim modo conueniantur, siuè ciuiliter, siuè criminaliter, debent cōueniri apud tribunal Inquisitorum. Ita tradit Roias *de hæreticis, 2.p.d.n.422.* & Narbona *in d.l.20.gloss.6.num.2.* quod extendit ad Regnum Aragoniæ, & Maioricarum, vbi dicit, idem seruari.

514 Sublimita secundò, vt limitatio procedat, prout loquitur in solis familiaribus, quod adnotauit Narbona *in d.l.20.gloss.6.num.4.& gloss.19.num.2.* cæteros verò officiales sancti officij, vt Iudicem bonorum confiscatorum, secretarios, custodem carceris, & eiusmodi alios, credit sortiri forum, non solum in criminalibus indistinctè, & sine vlla ex exceptionibus inferius referendis limitatione secunda, sed etiam in ciuilibus, & esse conueniendos coram Inquisitoribus, & alibi conuentos posse forū declinare. Idque ea ratione, ne officiales, qui continuò sancti officij ministerio incumbunt, per extranea tribunalia diuagari proprijs litibus occupari cogantur, & ab expeditione causarum fidei auocentur; tametsi ibi n. 6. quòad hunc articulum ad varias diuersorum locorum, & Prouinciarum consuetudines in praxi receptas se remittat.

515 Limita secundò prædictam sextam conclusionem, vt familiares inquisitionis non gaudeant immunitate fori, etiam in criminalibus, in criminib. exceptis in prædicta concordia, *& l.20.c.5. & 6.* videlicèt, si fuerint rei criminis læsę maiestatis, & criminis nefandi contra naturam, & criminis rebellionis, & seditionis publicæ, & criminis contrauentionis literarum securitatis à Rege concessarum, & criminis contumaciæ, & inobedientiæ, contra regia mandata, & criminis proditorij, & criminis violenti stupri, aut raptus mulieris, & qui fuerint publici latrones, & effractores ædium priuatarum, aut Ecclesiarū, vel Monasteriorū, & qui fuerint incendiarij, & qui alia crimina his maiora, & atrociora cōmiserint, & qui Iudicib. regijs sæcularibus resistūt, aut procaciter eos cōtemnunt, aut eis contumeliam inferunt, *desacato calificado*, vocat lex prædicta, & qui officia regia, aut publica, aut alia publica munera sæcularia exercentes delinquunt, in ijs, quæ ad officia, seu munera pertinent. in quibus omnibus casibus familiares sancti officij subijciuntur iurisdictioni ordinariorum, & priuilegio fori non gaudent. Tradit Simancas *dicto tit.41.num.19.* Volano *in curia philippica, 3.par. dicto §.1.num.15.* Villadiego *in politica dicto cap.5.§.20.num. 147.* Marius Giurba *dicto cons.96. in principio, per totum,* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, 1.part.gloss.15.num.17. & 18. & q 23.num.9. & 10.* & latissime prosequitur Narbona *in d.l.20.ex gl.7.ad 20.*

516 Hanc limitationem quantum ad eam partem, quòd familiares, qui in officio, aut munere publico delinquunt, non gaudeant priuilegio fori, sublimitandam credit Narbona *in d.l.20.gloss.20.ex num.119.* vt sit intelligenda, si familiares delinquant in officio delictis commissionis, secus si delinquant delictis omissionis (quòad hæc enim credit gaudere foro priuilegiato, ita vt horum delictorum, omissionis in officio dum exercetur, cognitio, & punitio pertineat ad Inquisitores, & de illis familiares inquisiti, aut accusati, sunt ad eos remittendi. Probat autem suam sententiam ex eo, quòd delictum commissionis multò grauius est delicto omissionis, ex congestis à Tiraquello *in tract. de pœnis temperanda causa 44. ex num.23.* quem ipse refert, & Cardinali Tusco *liter.D. conclus.177.tom.2.& liter.P.conclus.257.tom.6.* & alijs, quos consultò omittimus. Cum igitur delicta excepta in dicta concordia excipiantur à cognitione Inquisitorum ob nimiam grauitatem, fit, vt delictum omissionis admissum in officio publico, non sub exceptione, sed sub regula maneat, cum in eo non militet grauitatis ratio, quæ fuit causa excipiendi prædicta delicta. Confirmatur deinde, quoniam delicta omissionis non possunt videri in officio, vel occasione ipsius admissa, nec delinquere in officio, qui quod facere tenebatur omisit; consistunt enim delicta omissionis potius id non faciendo, & in neglectu quodam, & desidia, tolerantia, & dissimulatione, ad quæ incurrenda officialis officio non indiget, cum ea in eo etiam, qui officialis non sit, facilè reperiantur. Tandem hæc confirmat duobus exemplis rerum iudicatarum.

517 Verùm vt ingenuè, pace tamen eius dicam, quod sentio, existimo sublimitationem falsam, & nullo fundamento nixam, quo facilè euerso tota sententia corruit: non fuit enim grauitas causa cur in dicta sententia crimina in officio commissa exciperentur, cum multis criminibus, etiam commissionis, in officio admissis, grauius sit homicidium, vel adulterium, quod in prædicta concordia non excipitur, vt adnotauit Simancas *vbi supra d.tit.41.n.22.* sed huius exceptionis ea fuit ratio, quoniam ferendum non erat, vt se dicerent exemptos à syndicatoribus, qui publica officia exercuissent: atq; ita, vel iniuriæ subditorum inultæ, & impunitæ manerent, vel quod non minus est incommodum, cogerentur ad satisfactionem quærendam per extranea tribunalia, in locis fortassis distantissimis diuagari, cum grauissimis sumptibus, molestijs, & vexationibus, magnoque onere conscientiæ eorum, qui similes homines exceptionibus fori, & exemptionibus munitos, & nihil timentes pu-

publicis officis præposuerunt. Quæ eadem ratio, etiam contra strictũ iuris rigorem, introduxit, (vt nos superius nu. 453. & 454. notauimus) ne qui ex priuilegijs canonicis, & apostolicis exẽ pti sunt à iurisdictione ordinaria, videlicet Clerici, militarium ordinum equites, qui officia regia publica administrassent, quòad delicta in officijs cõmissa, possent sæcularium syndicatorum iurisdictionem subterfugere, & ad suos Iudices remissionem petere. Ea autem tantò magis in familiarib. inquisitionis locũ habere debet, quãtò ipsi ex regia solum permissione, quod ex prædicta concordia constat, exemptione fori potiuntur. Tum vel maximè, cùm id iuri communi conformè sit, *in l. vnica, Cod. in quibus causis militantes fori præscriptione vti non possint*, condita a Theodosio Augusto.

518 Preterea, quia cum delicta omissionis in officio, tametsi minus grauia, quam delicta commissionis, (vt omittam esse sæpè sæpiùs multò magis damnosa Reipublicæ, quam vlla alia commissionis peccata) tantam grauitatẽ habere soleant, vt ob ea imponi possit pæna priuationis, officij, vt idem Narbona *ibidem num.* 124. adnotauit, & probatur *ex l. si quos Iudices, 3. C. de offic. Præfect. pretor. orient.* & sententia multorum, quos refert, quibus addo Afflictum *in constitut. statuimus, nu.* 51. & 52. *de offic. Magistri iustitiarij.* Horat. Mandos. *in egregia adnotatione prima ad consil.* 80. *Lodouici Romani*, Iul. Clar. *lib.* 5. *sentent.* §. *fin. quæst.* 73. *num.* 5. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 55. *num.* 14. & *libr.* 2. *casu* 341. *num.* 5. Francisc. Marc. *quæst.* 712. *ex num.* 1. 2. *par.* Auendan. *de exequend. mandat.* 1. *par. cap.* 3. *numer.* 6. *versic.* & *quamuis*, Ludouic. Gomez *in regul. cancell. in regula de trienal. possessor. post quæstion.* 28. *in epilogo casuum negligentiæ, ex principio, vsque ad casum* 36. Bouadilla *lib.* 5. *politic. cap.* 1. *num.* 153. & 196. imò verò cum etiam supremi Principes propter nimiam negligentiam Regnis suis priuari possint, vt hac eadem disputatione quæstion. 2. num. 134. adnotauimus, quæ tamen pœna propter multa delicta commissionis in officio admissa imponi, neque soleat, neque possit; non possunt videri tàm leuia omissionis delicta, vt eorum in syndicatu ratio haberi non debeat. Cùm verò in syndicatu imputari soleant, & de eis Iudices inquiri accusari, & puniri debeant, vt constat ex latè traditis à Bouadilla *lib.* 5. *politic. dicto cap.* 1. *ex num.* 142. & vsu quotidiano, nouum, & inauditum esset, eam partem processus syndicatus, quæ pertinet ad capita omissionis, & negligentię culpabilis admissæ ab aliquo familiari in officio regio, remitti ad Inquisitores; & alteram partem pertinentem ad capita commissionis, retineri, & definiri à Iudice syndicatus, diuisa causæ continentia contra manifestas regulas iuris, *in l. vbi acceptum, 30. ff. de iudicijs, l. nulli, C. eodem titulo, l.* 2. *ff. de quib. rebus ad eundem iudicatur, l. omnes, C. de arbitr. tutel.*

519 Tum Præterea, quoniam verba concordiæ, seù *dictæ l.* 20. *cap.* 6. planè compræhendunt vtrumque casum, commissionis, & omissionis sub sua generalitate. *Item* (ait) *que los que tuuieren officios reales, o publicos, de los pueblos, o otros cargos seglares, y delinquieren en cosas tocantes a los dichos officios, y cargos, sean iuzgados en los dichos delictos por las iusticias seglares*, Qui poterit negare Iudicem negligentem in administranda iustitia delinquere contra obligationem officij, & in re officium tangente. Negabit Narbosa, sed si negat, re vera labitur. Nam ex officio duplex obligatio oritur: positiua ad faciendum: & negatiua ad non faciendum: ita tamen, vt præcipua, directa officij obligatio sit positiua: nam officium significat obligationem faciendi; quo fit, vt beneficium detur propter officium, *cap. vltimo, de rescriptis in sexto*, Tridentin. *session.* 21. *decreto de reformation. cap.* 3. Flamin. Paris. *de resignation. beneficior. lib.* 6. *quæst.* 1. *ex n.* 37. & *num.* 41. Non enim officium est res emortua, & inanimis, vt quis possit dormiendo, & nihil mali agendo officio satisfacere; sed est viua, & actiua, & officialis de eo inuestitur, vt inseruiat agendo, & laborando. Quod planè indicat euangelica parabola de talentis seruis à Domino peregrè profecturo commissis, & repræhensio serui illius, qui duritiam, & morositatem Domini timens, nihil superlucratus, talentum humi defossum, quod ille cum vsuris expetebat, aduenienti Domino restituit *Matthæi* 25. & quæ ad eum locum notant sacri interpretes è Glossa relati, & Ioannes Maldonatus, *ex nu.* 14. Iansenius Cornelius *in concordia euangelica, cap.* 107. & 126. Ergo magis directè peccat contra officium (non dico grauiùs) qui ommittit debita facere ex officio, quàm qui committit indebita; cum ille directò pugnet aduersus officij principalem obligationem, iste aduersus minus præcipuam.

520 Neq; item verum est, quod Narbona præsupponit, videlicèt delicta, quæ in omittendo consistunt, non esse eius naturæ, vt quis ad ea incurrenda indigeat officio: cùm ea, quæ in officio admittuntur debeant eius conditionis esse, vt non aliter officialis eis irretiretur, quàm si fungatur officio, Non inquam verùm est suppositum, quoniam imò delicta omissionis non essent delicta, nisi adstrictus esset officialis obligatione officij ad non omittendum: amoto enim officio ea non essent delicta. Finge aliquem non esse officialem, certè non posset vocari negligens in administranda iustitia nulla culpa eius esset Rempublicam nõ curare, cui illius cura non incumbit, permittere maleficia, non purgare ciuitatem malis hominibus, ad quem non pertinet delinquentes punire, & inquirere: & similiter de cęteris iudicium esto. Eatenus enim delicta sunt ista, quatenus obligationes contrariæ ab officij obligatione descendunt; atque ita officialem, qui omittendo delinquit, in officio delinquere, planè sentit Sesse *de inhibitionibus, cap.* 1. §. 3. *ex num.* 15. Perniciosa quidem esset practica orta ex contraria doctrina, non solùm Reipublicæ, sed etiam Regiæ iurisdictioni.

581 Quod verò attinet ad exempla, res facilem habet exitum, si dicamus, exemplis iudicandum nõ esse, ex textu *in l. nemo, C. de sentent. & interloquut. omn. iudic.* cum multis cumulatis à Ioanne Neuizano *in sylua nuptiali, lib.* 5. *nu.* 62. Præterea potuerunt occurrere aliæ vrgentiores rationes, cur in illis casibus a Narbosa relatis, ad Inquisitores facta fuerit remissio, non illa friuola, & parum firma, quod delicta illa fuerint omissionis, non commissionis. Quod si hæc mouerit Iudices, quæ mouere non debuit, dicam Rotam aliquando rotare, quod sæpè sum expertus ante adeptum Consiliarij officium, post hisce oculis egomet vidi; neque enim vtique melius pronunciat, qui nouissimus sententiam laturus est, vt rectè dixit Vlpianus *in l.* 1. *ff. de appelationib.* Quando autem quis dicatur in officio delinquere, delictis præsertim commissionis vide Rotam nouissimam *decis.* 754. 1. *part.* Mastrillum *de indulto, cap.* 40. *num.* 9. & 10. Sesse *de inhibitionibus, cap.* 1. *dicto* §. 3. *ex num.* 1. Farinacium *in praxi crimin. quæst.* 19. *num.* 44. Giurbam *dicto consil.* 96. *num.* 38. Carauitam *ad ritum* 49. *num.* 27. Baiardum *ad Clarum, lib.* 5. *sentent.* §. *fin. quæst.* 35. *num.* 13. & *quæst.* 73. *num.* 1. & 2. Cardinal Ludouisium *decis.* 233. *num.* 6. Fol-

lerium

lerium *in practic. crimin. verb. audiantur excusatores num.* 140.

522 Limita tertiò prædictam sextam conclusionem, vt ex vsu, & obseruantia, & ordinationibus regiorum Senatuum, tùm supremi Castellæ, tùm generalis sanctę inquisitionis: in alijs etiam criminibus *in l. d.* 20. non expressis, familiares sancti officij non gaudeant immunitate fori, sed subiecti maneant Iudicibus ordinarijs, & ab eis puniri possint declinatoria nõ obstãte, videliét si familiaris violat pragmaticas regias deferendo aliquid contra præscripram normam, & debitam mensuram, si ludat ludis prohibitis per leges regias, si introducat in Regnũ, aut extrahat merces prohibitas, aurum, vel argentum, aut monetam. Quoniam omnia statuta, pragmaticas, & Banna edita pro bono regimine publico tenentur exempti obseruare: estq. apud potestates publicas, etiam sæculares, ius, & facultas prohibendi, ne statuta ob publicum bonum facta violẽtur, etiam ab exemptis, vt nos loquentes de Clericis obseruauimus superius quæst. 3. n. 155. & sequentibus, vsque ad num. 159. & hac eadem quæstione, ex *num.* 456. agentes de ordinum militarium equitibus, & de usu obseruantia tribunalium sanctæ Inquisitionis, testatus tradit Narbona *in dicta l. 20. gloss.* 21. *ex nu.* 50. *ad* 52. referens etiam rescripta, tum regia, tùm superiorum Senatuum, quibus in mandatum est regijs Iudicibus ordinarijs.

523 Limita quartò, vt tametsi ordinarij Iudices non possint cognoscere plenariè, & definire causas criminales familiarium sancti officij, præter casus in concordia exceptos, de quibus supra limitatione secunda nu. 515. sed earum plena cognitio, & definitio pertineat ad tribunalia sanctæ Inquisitionis: nihilominus ijdem Iudices ordinarij, quoties familiares delinquunt in criminibus, etiam non exceptis, possunt & debent capere summariam informationem, & procedere ad capturam ipsorum familiarium delinquentium; quos tamen statim remittere debẽt ad suos legitimos Iudices, cum informatione summaria, & probatione delictorum: idque sumptibus familiaris delinquentis, vt statuit *d. l.* 20. *d. cap.* 6. & notauit Simancas *d. tit.* 41. *n.* 20. Verùm prudenter monuit Bouadilla *l.* 2. *polit. c.* 21. *n.* 254. quoslibet ordinarios, vt circumspectè versentur in expensis faciendis in inquisitione, & captura reorum priuilegiatorum, & salarijs Custodum, & Ministrorum, qui mitti solent, cum remissiones similium reorum fiunt, ne facta remissione Iudicibus legitimis, expẽsæ videantur minus iustæ, & debito grauiores, & compellantur censuris, & alijs iuris, vel facti remedijs, eas reis restituere, iuxta *decisionem* Boerij 303. & notata à Narbona *in d. l.* 20. *gl.* 23. *n.* 11.

524 Cauetur autem in dicta concordia, seù *l.* 20. *c.* 8. quod si inter sæculares Iudices, & Inquisitores oriatur de iurisdictione contentio, & controuertatur, quisnam sit futurus Iudex competens, & legitimus, in alicuius criminis à familiaribus admissi cognitione, & punitione, tunc ab vtrisque mitti debeant ad regiam curiam summariæ informationes, ab eis, vel vnoquoque eorum captæ, vbi causa cognita per duos Consiliarios regios, & alios duos Senatus sanctæ Inquisitionis generalis, simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij processus remittendus erit ad eos Iudices, ad quos eius cognitio iure pertinere visa fuerit, & ab ea remissione non potest interponi supplicatio, aut aliter recursus interuenire. Si verò isti supremi Iudices in sententia remissionis ferenda discordes fuerint, nec tres in eandem sententiam consenserint, Rex ipse consulendus est. Interim autem manere debet familiaris sub custodia eius Iudicis, qui illum carcerauit, & supersedendum in causa est donec ad legitimum Iudicem remittatur. Qua remissa ad eundem remittendus est reus, etiam si ab alio captus fuerit. Adnotauit iuxta prædictam concordiam Simancas, *dicto titul.* 41. *num.* 21. Cenallos tractatu *de cognitione per viam violentiæ* 1. *part. glos.* 15. *nu.* 16. & Narbona *in d. l.* 20. *gloss.* 23. & 24.

SVMMA SECTIONIS septimæ.

525 *Viduæ, & pupilli, & vniuersim miserabiles personæ, gaudent priuilegio electionis fori apud suprema Principum tribunalia, vel inferiora.*

526 *Ius Castellæ de hac re.*

527 *Ius Neapolitanum de eadem.*

528 *Ad Principum officium præcipuè spectat protectio miserabilium personarum, & illis in sacris literis passim commendata est illarum cura, & initio, etiam sub seuera comminatione.*

529 *Miserabiles personæ sunt, quæ misericordiam mouent ob fortunæ iniuriam, & quis sit miserabilis, positum est in arbitrio Iudices.*

530 *Personæ expressæ in l. vnica, C. quando Imperator, sunt miserabiles, & earum miserabilitas non subiacet arbitrio Iudicis.*

531 *Pupillus est miserabilis persona, & quis dicatur pupillus.*

Qui est sub patris, vel aui potestate non est censendus pupillus.

532 *Pupillus est censendus quoad hoc priuilegium minor, qui excessit pupillarem ætatem.*

Priuilegia concessa pupillis, censetur concessa omnibus, qui per administratores reguntur.

533 *Vidua est miserabilis, & quæ nam dicatur vidua.*

534 *Reijcitur sententia Couarruuiæ, & Alciati, & aliorum de hac re.*

535 *Sub nomine,* vidua, *comprehenditur virgo celebs.*

536 *Virgo etiam sub patris potestate censetur miserabilis ad effectum gaudendi priuilegio electionis fori.*

537 *Ratio discriminis inter virum sub potestate, & virginem sub potestate, cur ille non gaudeat, ista gaudeat hoc priuilegio.*

538 *Virgo stuprata agens contra stupratorem, gaudet hoc priuilegio.*

539 *Virgo desponsata per verba de futuro, non traducta ad domum viri, gaudet priuilegio viduarum.*

540 *Mulier nupta habens virum inutilem censetur vidua.*

541 *Vidua etiam opulenta gaudet priuilegio electionis fori.*

542 *Viduæ non censentur miserabiles nisi quando sunt pauperes, & oppressæ, & explicatur infra.*

543 *Viduas, & pupillos distinguit Imperator a miserabilibus personis.*

544 *Vidua, & pupillus, etiam diuites sunt fortunæ iniuria miserabiles.*

345 *Ratio cur viduis hoc priuilegium fuerit concessum ex Guilelmo Benedicto.*

546 *Paupertas non est summa miseria, neque diuitiæ summa felicitas: diuitum miseriæ.*

547 *Paupertas sola facit, quem miserabilem.*

548 *Pupillos, & viduas diuites non gaudere priuilegio leg. vnicæ, Codic. quando Imperator, multorum sententia.*

549 *Reijcitur prædicta sententia. Vidua & pupillus diuites non gau-*

gaudent alijs priuilegijs miserabilium, quibus facit locum paupertas.

550 Vidua inhonesta, & luxuriosa gaudent priuilegio electionis fori.

551 Inter inhonestam mulierem, & meretricem, multum interest. Meretrix quæ dicatur.

552 Quæ inhonestè viuit, non desinit esse vidua, neque miserabilis.

553 Viduam inhonestam excludendam esse ab hoc priuilegio communis sententia.

Priuilegia concessa viduis censentur concessa solum viduis honestis.

554 Reijcitur superior sententia, & eius fundamentis satisfit.

555 Acuta obiectio contra prædicta, & eius dissolutio.

556 Vidua habet electionem fori, etiam in exactione dotis.

557 Contraria sententia, pro qua expenditur tex. in l. exigere dotem, ff. de iud.

558 Reijcitur, leg. exigere dotem, non potuisse tollere priuilegia viduarum postea indulta in d. l. vnica, C. quando Imperator.

Dos debet exigi in domicilio mariti excluso domicilio vxoris dotem constituentis, sed non excluso foro viduæ priuilegiato.

559 Vidua quæ virum interfecit non gaudet priuilegio electionis fori.

Beneficium iuris concessum ob aliquam causam non prodest illi, qui eam causam affectauerit.

560 Debiles, & diuturno morbo fatigati gaudent priuilegio electionis fori.

561 Pauper & inops, qui non habet vnde viuat est miserabilis, & gaudet electione fori.

Paupertatis mala, & bona, remissiuè.

562 Quis dicatur pauper, est arbitrarium Iudici.

563 Paupertas quomodo probetur, remissiuè.

564 De iure Castellæ, quis dicatur pauper ad effectum gaudendi hoc priuilegio.

565 Orphanus est miserabilis persona, & quis dicatur orphanus.

566 Minor vigintiquinque annorum parentibus orbus, etiam si excesserit in puppillarem ætatem censetur orphanus.

In Regno Neapolitano minor ætas finitur anno decimo octauo, quod processit ex iure Longobardo.

567 Orphanum non dici, nisi vtroq; parente orbum quorundam sententia. Reijcitur, & orphanum dici propriè, qui patre orbus est, etiam si matrem habeat.

568 Orphanus potest dici orbatus matre, si patrem habeat inutilem, in quo versari Iudicis arbitrium.

569 Captiuus, & carceratus censetur miserabilis persona.

570 Peregrinus, & aduena censetur miserabilis persona.

571 Marcatores, qui in itinere pro gabellis grauantur, sunt miserabiles personæ, & gaudent priuilegio electionis fori.

570 Agricolæ enumerantur inter miserabiles personas.

573 Scholares sunt miserabiles personæ.

574 Meretrices sunt miserabiles personæ, & gaudent priuilegio electionis fori.

575 Miserabiles censentur expositi, liberti Ecclesiæ, publici pænitentes, nuper ad fidem conuersi.

576 Priuilegium miserabilium personarum, quatenus infringat ius commune.

577 Per clausulam, non obstante quacunque lege contrarium disponente, in rescripto contentam, non censetur derogatum huic priuilegio.

578 Per Clausulam, non obstante quocunque priuilegio, de quo oporteat specialem facere mentionem, aut clausulam, non obstantibus priuilegijs quibuscunq; etiam si essent talia, de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, in rescripto contentas, non censetur derogatum huic priuilegio.

579 Clausula generalis derogatoria non reuocat priuilegia clausa in corpore iuris.

580 Clausula generalis derogatoria non derogat priuilegio concesso causa miserationis, nisi de ipsis personis, quibus concessum est, fiat expressa mentio.

581 Per priuilegiũ referens se ad aliud sub verbis generalibus, non censetur derogatum priuilegio miserabilium, nisi facta illius expressa mentione.

582 Quænam expendenda cum Barones in Regno Neapolitano petunt remissionem causarum miserabilium personarum.

583 Nemo potest superiorem adire per viam querelæ omisso medio.

Fallit in miserabilibus personis ex priuilegio electionis fori.

584 Miserabilibus ita fauendum est in iudicio, ne alijs fiat iniustitia.

585 Priuilegium electionis fori competit Ecclesiæ.

586 Priuilegio electionis fori gaudet Respublica, et quælibet Vniuersitas.

587 Priuilegio electionis fori gaudent Clerici litigantes pro rebus Ecclesiæ, non pro suis.

588 Clerics gaudent priuilegio electionis in causa propria, cum agunt pro iniuria sibi facta.

589 Curiales de iure Neapolitano gaudent priuilegio electionis fori.

590 De iure Castellæ non gaudent hoc priuilegio.

591 De iure Neapolitano Curiales pro iuribus cessis non gaudent hoc priuilegio.

Consuetudo praua non vincit bonas leges, et rectæ rationi conformes.

592 Miserabiles personæ gaudent priuilegio electionis fori in ciuilibus, et criminalibus causis, actiuè, & passiuè.

593 Contraria sententia, miserabiles delinquentes non gaudere priuilegio fori, quibus probetur, & numero 594.

595 Textum in Authentica, Qua in prouincia, non tollere priuilegia clausa in corpore iuris.

596 Causa appellationis agitur à reis extra Prouinciam, in qua deliquerunt, & non est incommodum causam criminalem miserabilium agitari in tribunali superiori.

597 Explicatur tex. in c. 1. de priuilegijs in 6.

598 Miserabiles gaudent priuilegio electionis fori, etiam si illi renunciauerint, eius renunciatio non valet.

599 Baro habens priuilegium cum expressa derogatione l. vnica, Cod. quando Imperator non potest ei renunciare in præiudicium vassalli petentis remissionem ad eius forum.

Vassallus non potest præiudicare iurisdictioni Baronis renunciando eius forum.

600 Miserabiles gaudent hoc priuilegio, etiam si sint contumaces.

contumaces amittunt fori declinatoriam, si possunt ipsi renunciare, secus si non possint.

601 Miserabiles possunt allegare declinatoriam post litem contestatam, & in qualibet parte iudicij, etiam in instantia appellationis.

Declinatoria regulariter non opponitur post litem contestatam, si possit declinatoriæ renunciari, secus si non possit.

602 Contraria quorundam sententia reijcitur.

603 Mi-

063 *Misera biles personæ facta semel electione possunt variare à superiori tribunali ad inferius, & ab inferiori ad superius.*

604 *Contraria sententia iuri conformior in praxi Hispanorum tribunalium communis.*

605 *In Regno Neapolitano praxi est approbata variatio.*

606 *Obiectio contra praxim Castellæ pro praxi Regni Neapolitani.*

607 *Subtilis, & vera eius dissolutio.*

608 *Cum reus habet plures Iudices de iure communi, electio fori pertinet ad actorem; cum verò plures habet ex priuilegio, electio Iudicis pertinet ad reum, non ad actorem.*

609 *In Regno Neapolitano miserabilibus licet bis, ter, & quater variare.*

610 *Petita variatione primus Iudex manet incompetens, & omnia eius acta sunt nulla, etiam ante expeditam inhibitoriam.*

611 *Variatio concedi non debet, si nulla subsit causa.*

612 *Neque si indicetur fraudolenta.*

613 *Post factam concordiam, non variatur à superiori ad inferius tribunal.*

614 *A foro superiori ad inferius caute est permittenda variatio, non indistincte.*

615 *Miserabiles personæ gaudent priuilegio electionis fori pro iuribus cessis sine fraude, tàm ex causa onerosa, quàm ex lucratiua.*

616 *Miserabiles facti propria culpa, gaudent eodem priuilegio.*

Pauper sua culpa factus, gaudet priuilegijs pauperum, & alendus est venditis bonis Ecclesiarum, si opus fuerit.

Distributiones quotidianæ Ecclesiarum debentur ei, qui sua culpa incidit in morbum.

Afflicto non est addenda afflictio.

617 *Cum culpa ordinatur ad miserabilitatem, miserabili denegantur priuilegia miserabilium.*

618 *Miserabilis qui fuerat tempore electionis fori, non extrahitur à foro electo, etiamsi lite cæpta desinat esse miserabilis.*

Iudicium vbi est captum, ibi debet finiri.

619 *Refertur contraria sententia, & eius fundamentum.*

620 *Reprobatur, & eius fundamento satisfit.*

Non cessat effectus causæ cessante causa, quæ habuit effectum consumatum, vel inchoatum.

621 *Miserabilis conuentus, velut hæres defuncti non priuilegiati, gaudet priuilegio electionis fori.*

622 *Id tamen locum non habet de iure Regni Neapolitani.*

623 *Refertur contraria sententia Bartholomei de Capua.*

624 *Reijcitur.*

625 *Lite cæpta cum defuncto non priuilegiato, hæres miserabilis, non potest virtute sui priuilegij forum declinare.*

626 *Hoc priuilegium extenditur ad litis consortes.*

627 *De iure Neapolitano, vt miserabilis gaudeat hoc priuilegio, requiritur iuramentum de perhorrescentia aduersarij.*

628 *Sed hoc iuramentum non requiritur de iure communi, & de iure Castellæ.*

629 *Iuramentum perhorrescentiæ de iure Castellæ dat priuilegium electionis fori, etiam non miserabilibus, si moueant litem aduersus potentes, & dicitur casus Curiæ.*

Potens quis censeatur eo iure.

630 *De iure Regni Castellæ non competit hoc priuilegium electionis fori in causis paruis, quarum æstimatio sit minor decem mille marauedinorum.*

631 *De iure Neapolitano non gaudent miserabiles priuilegio electionis nisi personaliter compareant suum priuilegium allegaturi.*

632 *Id tamen procedit in criminalibus, non in ciuilibus.*

633 *Miserabilis non gaudet hoc priuilegio aduersus alium miserabilem. Conquassatis priuilegijs redditur ad ius commune. Duo vincula fortiora sunt, quam vnum.*

634 *De iure Regni Neapolitani Curialis vtitur priuilegio contra alium Curialem.*

635 *Superueniens miserabilitas post litem cæptam, non dat priuilegium miserabili, neque eximit litigantem, aut litem, à veteri foro.*

636 *Si miserabilis lite cæpta succedat non miserabili, non gaudet quoad eam litem priuilegio electionis fori.*

637 *Priuilegium superueniens post præuentam iurisdictionem, & litem cæptam, siuè acquiratur casu, siuè impetretur à litigante, siuè concedatur motu proprio, non eximit litem à veteri foro.*

638 *Priuilegium, seù beneficium à iure indultum propter aliquam causam, non prodest ei, qui illam causam affectauerit.*

639 *Concessio Principis etiam motu proprio facta lite pendente, sine litis mentione, non valet.*

Princeps non præsumitur per priuilegium suum alijs damnum inferre.

640 *Refertur contraria sententia, priuilegium motu propr. concessum eximere priuilegiatum quoad litem cæptam.*

641 *Reprobatur, & explicatur tex. in l. qui autem, in princ. ff. si quis cautionibus.*

642 *Satisfit argumento ducto ex alijs legibus, & n. 643.*

644 *Senatores dum iudicant de causis sociorum, valdè sunt suspecti. Suspectus est Iudex socius, & qui similem causam habet.*

645 *Noua declaratio traditur, reiecta communi distinctione.*

646 *Perempta instantia, priuilegium superuenientis lite capta reassumit vires.*

647 *Refertur contraria sententia Fulgosij, & eius fundamentum, ex l. si quis repetere, ff. ad Senatusconsultum Turpilianum.*

648 *Reijcitur, & fundamento satisfi. Priuilegium miserabilium non transfertur per cessionem.*

649 *Priuilegium fori miserabilium non habet locum in causis fiscalibus.*

Miserabilis non gaudet priuilegio fori, nisi cum eligit Iudicem legitimum, & competentem sui aduersarij.

650 *Miserabilis non gaudet priuilegio electionis fori in causis feudalibus.*

In causis feudalibus, quis sit Iudex competens de iure communi feudorum, & quis de iure Neapolitano.

651 *Vbi agitur de reddendis rationibus, miserabiles non gaudent priuilegio electionis fori, & limitatur, remissiuè.*

SECTIO SEPTIMA,

De foro miserabilium personarum.

525 SEptima conclusio. Viduæ, & pupilli, & vniuersim miserabiles personæ gaudent foro priuilegiato, seù vt proprijs loquar, gaudent priuilegio electionis fori: nam siuè agant, siuè conueniantur, possunt eligere forum Imperiale, & Regium, apud suprema tribunalia; declinareq; forum inferiorum Iudicū ordinariorum: vel si conueniantur apud suprema tribunalia, ea de-

declinare, & eligere Iudicem proprium inferiorem. Ita probat de iure communi textus *in l. vnica, Cod. quando Imperator inter pupillos, vel viduas, vel alias miserabiles personas cognoscat,* vbi docuerunt Azo, Cynus, Bartolus, Albericus, Baldus, Angelus, Salycetus, Paulus, Fulgosius, Syntagma communium opinionum *lib. 3. tit. 12. ex num. 1.* Battaglinus *ad Cynum in d. leg. vnica*, Tuscus *litera M. conclus. 273. & 274.* Guido Papæ *decis. 566.* Rebuffus *ad leges Galliæ tom. 1. tractat. de sentent. præiudici alib. seu prouisional. art. 3. gloss. vltima, versic secundo quia causa*, Belluga *in specul Princip. rubr. 38. §. conquaeruntur, num. 1.* & ibi Borrellus, Menochius *de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 66. ex num. 1. gloss. in cap. significantibus, 38. verb. pauperem se dixisse, de offic. & potestat. iudic. delegat. & in cap. ex tenore, 11. verb. in iustitia, de foro competen.* & istis locis Canonistæ, Andreas Gail *practicar. obseruation. libr. 1. obseru. 1. ex num. 40.* Thesaurus *decis. 177.* Giurba *decis. 82.* Mastrillus *decis. 268. nu. 1.* Rolandus à Valle *cons. 76. ex num. 35. volum. 1.* Natta *cons. 590. tom. 3.* Scaccia *de appel. q. 7. n. 114.*

526 De iure Castellæ conuenit cum illa *l. 3. tit. 10. part. 2.* vbi Glossa sexta, *l. 5. tit. 3. par. 3.* vbi Glossa secunda, *cum seqq. l. 41. tit. 18. par. 3.* & ibi Glossa 1. 2. *& 3. l. 20. tit. 23. eadem par. 3.* & Glossa prima ibi *cum seq. & l. 1. tit. 1. lib. 4. l. 8. & 9. tit. 3. eodem lib. 4. recopil.* in veteri ordinamento, *l. 1. & 14. tit. 3. eodem libr. 4. recopilat.* in veteri ordinamento, *l. 1. titul. 1. libr. 3. & l. 1. & 14. tit. 2. eodem libr. 3.* Azeuedus *in dicta leg. 8. & 9.* Didacus Perez *in dictis leg. 1. titul. 1. libr. 1. ordinamenti glos. 3. verb. pobres, colum. 764. cum sequent. & in d. l. 1. titul. secundo gloss. 2. colum. 830. eodem lib. 3.* Couarruuias *in practic. cap. 6. & 7.* Paz *in praxi, tom. 1. 1. par. 1. tempore, ex num. 18.* Villadiego *in politica, cap. 1. num. 87. & 90.* Bouadilla *lib. 2. politic. cap. 15. num. 214.* Castillo *quotidian. controuers. lib. 3. cap. 25.*

527 De iure Regni Neapolitani idem statnitur *in constitut. statuimus, de offic. Magistr. iustitiar.* vbi notant Andreas de Isernia, & alij antiqui eiusdem constitutionis glossatores, tractat Afflictis *ex nu. 13. in fine cum seqq.* Follerius *ex num. 17.* Mormile *num. 1.* Balzaranus *ex nu. 12.* & prosequitur eleganti ssimè doctissimus Regens Carolus Tapia *ex num. 17.* idem statuitur *in cap. Regni, quod decretam 42.* vbi Ioannes Antonius de Nigris *ex num. 8. & in cap. de violentijs, 150.* & ibi idem Nigris *ex num. 9.* idem statuitur *in ritu 228. & in ritibus 229. 230. & 233.* ad quos videndus est Catauita, qui latè in eorum explicatione agit de hac re, *& ad ritum 19.* idem Afflictis *decision. 257.* Tremacinquius *libr. 2. variarum resolutionum tit. de citationibus resolut. 2. per totam* Borrellus *de regis catholic. præstantia, cap. 62. num. 55.* Philippus Paschalis *de viribus patr. potestat. part. 2. cap. 2. num. 91.* Marcellus Cala *de modo articuland. §. 1. gloss. 1. ex num. 78.* idem Follerius *in praxi criminali, 1. par. 2. part. verb. audiantur excusatores, ex num. 77.* Muscatellus *in praxi Sacr. Regij Consilij lib. 1. par. 2. gloss competentes, num. 29. & 30. & 70. cum seqq.* Galluppus *in praxi Sacr. Reg. Consil. 2. par. cap. 6. ex num. 56.* Riccius *collect. 1. 86. 300. & 2274.* nouissimè Ioannes Maria Nouarius *in praxi electionis, & variationis fori, libro integro scripto de hoc priuilegio, sect. 1. q. 3. cum sequentibus.*

528 Ratio autem cur his personis indultum sit hoc priuilegium, ea fuit, quod videatur ad Principum officium præcipuè spectare, similium personarum protectio, *cap. 1. et 2. distinct. 87. cap. ab Imperatoribus, 23. quæst. 5. cap. Regum, cap. Administratores, 23. q. 5.* vbi Glossæ, & post eas Archidiaconus, & Geminianus adnotarunt; idque quoniam passim in scriptura sacra illarum cura, & tuitio illis commendata, sit etiam sub seuera comminatione, quas Deus ipse videatur sub sua protectione recipere, easque peculiari fauore prosequi, & illis auxilio, & præsto esse; ideoq; Vicarij suis earum curã nominatim demãdasse. *Exod. 22. n. 22. viduæ, & pupillo nõ nocebitis. Si læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli.* Deuteron. 10. num. 18. *Facit iudicium pupillo, & viduæ amat peregrinum, & dat ei victum, atque vestitum,* & cap. 24. nu. 17. *Non peruertes iudicium aduenæ, & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum,* cap. 27. num. 19. *Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ pupilli, & viduæ,* Psalm. 67. num. 6. *Patris orphanorum, & Iudicis viduarum,* Psalm. 145. num. 9. *Dominus custodit aduenas pupillum, & viduam suscipiet.* Prouerb. 5. num. 25. *Firmos faciet terminos viduæ.* Ecclesiast. 35. num. 17. *Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrimæ viduæ ad maxillam descẽdunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Isaiæ 1. num. 17. *Discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam.* Ierem. 7. num. 6. *Aduenæ pupillo et viduæ, non feceritis calumniam,* & cap. 22. num. 3. *Facite iudicium, & iustitiam, et liberate vi oppressum de manu calumniatoris, et aduenam, et puppillum, et viduam nolite contristare, neque opprimmatis inique.* Zachar. 7. num. 10. *Viduam pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari.* Psalm. 9. vel 10. secundum Hebræos n. 9. *Oculi eius in pauperem respiciunt,* & num. 14. *Tibi derelictus est pauper orphano, tu eris adiutor,* & num. 17. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus præparationem cordis eorum, audiuit auris tua.* Isaiæ 66. numer. 2. *Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritum.* Ideoque eisdem sacris literis traditum est immunire diuinum supplicium ijs, qui hoc tam commendatum præceptum despiciunt, imputareque Deum optimum maximum, grauiter, & acerbe eius violationem ijs qui illud nõ seruant. Amici Iob credebant, ipsum ob id incurrisse diuinam iram, & punitionem, Iob 22. nu. 6. *abstulisti enim pignus fratrũ tuorũ sine causa, & nudos spoliasti vestib. Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem,* & num. 9. *Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti,* & cap. 24. num. 3. *Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem, viduæ subuerterunt pauperum viam,* & num. 21. *Et viduæ bene non fecit.* Psalm. 93. num. 6. *Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.* Isaiæ 1. num. 23. *Principes tui infideles, socij furum omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos,* & cap. 10. numer. 1. *Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ prædæ eorum, & pupillos diriperent.* Ierem. 5. num. 28. *Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.* Ezech. 22. num. 7. *Aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum, & viduam contristauerunt apud te.* Contra verò ipsemet Iob se immunem ab hac culpa, & punitione, indignum ostendit, imo verò tanquam retributione dignum Deo commendat, dum ait, cap. 29. nu. 11. *Auris audiens beatificabat me, & oculus vidẽs testimonium reddebat mihi eo quod liberassẽ pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor.*

Pr-

Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. & num. 15. *Oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prędam,* & cap. 31. num. 16. *Si negaui, quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci, si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea,* & num. 19. *Si despexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum viderim me in porta superiorem.* Neque tedeat hæc aliquantò longior testimoniorum sacrorũ commemoratio quò sciat Iudex merè laicus, seù Legista, quam passim sit iniũctum sacris literis munus tuendi huiuscemodi personas, quantumque & quàm seuerè commendatum, & sub qua pæna.

529 Sunt autem miserabiles personæ, quæ in felicitatem passæ ob fortunæ iniuriam, misericordiam nostram mouent. Quænam autem sint miserabiles in arbitrio Iudicis positum est, vt notarunt Cynus, Bartolus, Albericus, Baldus, Angelus, *in d.l. vnica, C. quando Imperator,* Marianus Socinus *in cap. ex tenore, num. 4. de foro competenti,* Felynus *in cap. significantibus, 38. num. 6. de offic. & potestat. iud. deleg.* Rebuffus *in d. gloss. vltima, vers. item alia persona,* Menochius *d. casu 66. numer. 1.* Couarruuias *practicarum, d. cap. 6. numer. 3. in fine,* Caballinus *milleloqu. 697. propè finem,* Mascardus *de probationibus, tom. 2. concl. 1065. num. 1.* Caluinus *in lexico, verb. miserabilium personarum,* Trentacinquius *dicta resol. 2. num. 24.* Nouarius *in praxi elect. fori, sect. 1. q. 53.* & ferè omnes allegati supra n. 525. & duobus sequentibus.

530 Verùm ea communis Doctorum traditio limitanda est in ijs personis, quas in specie textus *d.l. vnica,* miserabiles vocat: nam quod ad has attinet, an sint miserabiles, non est positum in arbitrio Iudicis, quippè cùm arbitrarium non sit, quod certo iure definitum est, vt prosequitur Menoc. *de arbitrarijs, lib. 1. q. 14.* quod verò pertinet ad cæteras in dicta lege non expressas, manet earum miserabilitas sub Iudicis arbitrio. Quę fuit animaduersio Mariani Socini, Rebuffi, Couarruuiæ, Caballini, Menochij, vbi supra, Scacciæ *de appellationibus, quæst. 7. num. 138.*

531 In primis autem est miserabilis persona, primòque expressus *in d.l. vnica, Cod. quando Imperator,* pupillus. Porrò pupillus dicitur, non solùm ratione ætatis, sed etiam conditionis personæ, ille, qui cum impubes sit, desijt in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione, *l. pupillus, 239. ff. de verbor. significat,* notat Azo *in summa, nu. 4. C. quando Imperator,* Paul. Castrens. *in rubric. C. eod. tit.* Rolandus à Valle *cons. 76. num. 42. volum. 1.* Caluinus *in lexico, verb. pupillus,* Nouarius *in praxi electionis fori, sect. 1. q. 6. num. 7.* tametsi Couarruuias *dicto cap. 6. numer. 2.* videatur confundere pupillum cum orphano, quasi requiratur, vt pupillus gaudeat priuilegio *d.l. vnic.* vt patre sit orbatus; quem sequitur Menoch. *dicto casu 66. num. 3.* Quod tamen non credo verùm tantorum virorum pace, cùm simpliciter prædicta *l. vnica,* concedat pupillis hoc priuilegium, & pupillus propriè dicatur, non solùm patre orbus, sed quilibet impubes extra patriam potestatem, quod adnotauit quoque Castillo *quotidian. controuers. lib. 3. cap. 25. num. 17.* Illud tamen verum est, & vt indubitatum assumit Gloss. *d.l. vnica, verb. contra pupillos,* necessarium esse, vt quis fruatur isto priuilegio tanquam pupillus, vt extra patriam potestatem sit constitutus; quam sequitur Franchis *dec. 100. n. 15. & seqq.* & Muscatellus *in praxi lib. 1. p. 2. gloss. competentes, nu. 72.* Imò verò si quis mortuo patre sub aui potestate maneat, ex hoc capite pupillaris conditionis non gaudebit eo priuilegio; vt notat idem Franchis *dec. 671.* Paschalis *de viribus patriæ potest. p. 2. c. 2. nu. 92. in fine,* Capiblancus *in pragm. 8. p. 1. num. 326. de Baronibus,* Riccius *collect. 1.* Nouarius *in d. praxi elect. fori, sect. 1. q. 5. nu. 10.* Gratianus *discept. forens. c. 421. n. 69. & 70. tom. 3.* quia pupillus censeri non potest, qui est sub patris, vel aui potestate. Dixi, ex c. *pupillaris conditionis,* nam vtrum ex alio capite, tanquam orphanus, possit gaudere prædicto priuilegio, inferius expendemus.

532 In praxi autem censendus est pupillus, quòad effectum gaudendi hoc priuilegio, etiam ille, qui pupillarē ætatem excessit, dummodò non sit maior, teste Couarruuia *d. cap. 6. num. 2.* cuius doctrinam sequitur, & doctè confirmat Paschalis *d. num. 92.* non iure reprehensus à Nouario *in prædicta praxi, sect. 1. q. 6.* moto auctoritate Horatij Visconte *ad d. dec. 100. Vincentij de Franchis, nu. 17.* qui refert sic decisum contra Couar. in Regia Audiētia Calabriæ vltra. Magna quidē res auctoritas Audientiæ Calabriæ vltra sine alio fundamento, cætus inquam duorum, vel trium iuuenum analphabiton, quæ præponderet auctoritati Didaci, & praxi Regni Hispaniarum. De qua, quamuis ille solùm loquatur, cùm eius Regni leges, quòad hunc iuris articulum, non discrepent à iure communi, idem recipiendum est, vbicunque ius commune viget. Tametsi enim nō negemus, maiorem quatuordecim annorum, non propriè vocari pupillum, fauor tamen, & miseratio minoris ætatis egentis extraneo administratore, quæ in maioribus etiam quatuotdecim annorum locum habet, locum facit huic priuilegio ex mēte legis, cuius decisio extenditur extensa eius ratione, *l. regula, §. vltimo, ff. de iuris, & facti ignorantia, l. 2. §. quid si decesserint, 40. ff. ad Senatusc. Tertull.* Franciscus Suarez *de legibus lib. 6. c. 5. n. 5.* Salas *de legibus, disput. 21. sect. 5. num. 12.* Monter. *dec. 16. n. 13. & 14.* Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. libertis, n. 45. & 46. C. de reuoc. donat.* Quæ fuit ratio, cur priuilegia pupillis concessa, censeātur concessa omnibus alijs personis, & personarum vniuersitatibus, aut pijs locis, & causis, quæ per administratores reguntur. Quod desumitur ex *l. 2.* & ibi Glossa, *verb. adolescentium, C. de curat. furios.* cui consonat Baldus *in l. iubemus, 14. nu. 13. C. de sacros. eccl.* & ex illis id tradit Bartholom. Socin. *cons. 66. n. 7. vol. 4.* & Follerius *in praxi crim. 1. par. 2. part. verb. audiantur excusatores, num. 103. & 104.* & cur pupillus adulto curatorem habenti, prodigoq; & furioso ęquiparetur, vt notat Caldas Pereira *in leg. si curatorem, verb. hunc contractatum, n. 1. & 2. C. de in integr. minor.* Franchis *dec. 598.* Quare Paschalis sententia non est erronea, vt censuit Nouarius; imo verò magis æqua, & verisimilis, quam in consulendo, & iudicando seruandam iudicaremus: quam praxi Hispanorum tribunalium receptam testatur etiam Gregor. Lopez *in l. 5. titul. 3. par. 3. gloss. 4.* quem sequitur Castillo *lib. 3. quotid. controuers. c. 25. n. 17. & vide ibi n. 22.*

533 Secundò, in prædicta *l. vnica, Cod. quando Imperator,* connumeratur inter miserabiles personas à Cōstantino, *vidua.* Vidua autem propriè dicitur, cuius maritus decessit, *c. vidua, 34. distinct. l. malum, 242. §. viduam, ff. de verb. significat.* vbi notarunt Alciatus, & Rebuffus, Couarruuias *in practic. d. cap. 7. numer. 2.* Neque vero solùm vidua dicitur, quæ maritum amisit, sed quęcunq; mulier virum non habet, etiam si virgo sit, *vt in d. §. viduam;*

notauit Iurisconsult. Iabolenus ex Labeone: vidua enim dicitur, quasi sine duitate, vt vecors, & vesanus sine corde, sine sanitate. Quamobrem nomen, vidua, vtramque comprehendit, vtraque censenda est miserabilis persona, & ad vtramque hoc priuilegium, l. vnicæ, pertinere credendum est, vt existimarat Azo in summa, C. quando Imperator, n. 5. et in d. l. vnica. Cynus, Bartol. Albetic. Fulgos. Gregor. Lop. in leg. 5. titul. 3. par. 3. gloss. 2. Isernia in d. constitut. statumus, de offic. Magist. iustic. & ibi Afflict. num. 29. Regens Tapia nu. 20. Mormile nu. 7. 10. Lupus in c. per vestras, notab. 2. nu. 12. et 13. de donat. inter, Caballinus milleloqu. 697. Rebuffus in dicta gloss. vltima, vers. prouiderit, Menochius d. casu 66. num. 8. Marta de iurisdictione, part. 2. cap. 21. num. 5. Follerius in praxi crimin. verb. audiantur excusatores, ex num. 85. Trentacinqu. de resolut. 2. num. 16. vers. hæc conclusio, Card. Tuscus liter. M. d. conclus. 273. num. 9. Carauita ad ritum 19. num. 20. et 21. Marcellus Cala de modo articulan. §. 1. glos. 1. nu. 111. Gratianus discept. forens. tom. 3. cap. 565. num. 69. et 72. Scaccia de appellat. q. 7. num. 130. versic. subrestringe, 3. Paschalis de virib. pat. potest. par. 2. cap. 2. num. 94. Nouarius in d. sua praxi, sect. 1, q. 11. et 12. Guid. Pap. decis. 566. Franchis decis. 100. vbi nu. 5. ait, id ita semper seruatum in S. C. et decis. 599. Peregrin. decis. 129. nu. 6. Giurba decis. 82. n. 1. Castillo decis. 48. num. 11. Mastrill. decis. 127. num. 8. & seq. Viuius decis. 65. n. 3. & dec. 521. n. 1. Riccius collect. 1. & est communis sententia, iuxta syntagma communium lib. 3. tit. 12. nu. 3. & in hoc Regno Neapolitano est res indubitabilis, vtpotè continua, & antiqua praxi S. R. confirmata; est autem hæc sententia habenda pro regula.

534 Neque obstat, quòd Couarruuias d. cap. 7. nu. 2. quem sequitur Gail pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 1. ex num. 42. & Castillo lib. 3. quotidian. cap. 25. num. 16. post Alciatum in d. §. viduam, existimet nomine viduæ, non propriè comprehendi eam, quæ nupta non fuerit, sed impropriè, & sub lata eius nominis interpretatione; quo fieri credit, vt ad eam priuilegium d. l. vnicæ, non extendatur, quippè cùm exorbitans sit à regulis iuris communis, & ipsis aduersus: in qua specie non attenditur lata, sed stricta potius nominum significatio, quominus priuilegium ius commune lædat. Expendit in eandem rem argutum Alciati argumentum ductum à Prosodia nominis vidua eiusque accentu, contra traditionem Iurisconsult. Iaboleni, & Labeonis in d. § viduam.

535 Non inquam obstat, quoniam tametsi negari non possit communi vsu, quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi, (vt rectè monuit Horatius in arte poetica versu 73. & Iurisconsult. in l. librorum, §. quod tamen Cassius, ff. de legat. 2.) viduam illam appellari vulgo, & frequentissimè, quæ maritum habuit, & amisit; non autem eam, quæ cælibem vitam duxit verùm cùm ex vna parte sub nomime vidua propriè accepto, iuxta traditionẽ Labeonis, & Iaboleni, in d. §. viduam, comprehendatur virgo, & celebs; ex altera ratio cur hoc priuilegium viduis sit indultum sit fauor, & miseratio sexus, & destitutio defensoris, vt latè prosequitur Guillielmus Benedictus in repetit. cap. Raynutius, verb. qui cum alia matrimonium contrahens, ex num. 128. de testamen. & post ipsum Follerius in dicta constitutio. statumus, numer. 107. quæ simili modo in celibes cadit, ac in viduas, easque reddit æquè miserabiles; quid enim differt defensorem amisisse, aut non habere? fit, vt priuilegium prædictæ l. vnicæ, celibes etiam comprehendat. Nec verò nouum est priuilegia, aut leges, etiam exorbitantes extendi ex identitate rationis, tametsi verba in sui proprietate locum non habeant; vt docuit Bartol. in l. si constante, 25. in princip. ex num. 37. Alexand. num. 5. Barbosa ex nu. 94. ff. solut. matrimon. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. libertis, num. 44. C. de reuoc. donat. Imò verò vbi in diuersis casibus eadem est ratio, (vt ibidem num. 45. Tiraquell. latè tradidit) non dicitur extensio, sed comprehensio; nedum quando verba legis in significatione propria, tametsi minus vulgari, & vsitata continent casum. Coniecturis autem Alciati contra Iurisconsultorum sententiam eruditè satisfacit Rebuffus in d. §. viduam.

536 Prædictam autem regulam sic explicatam amplia primò, vt virgo etiam in potestate patris constituta, censeatur miserabilis ad effectum gaudendi hoc priuilegio electionis fori, superior in hoc viris, qui vt expendebamus supra numer. 531. dum subsunt patriæ potestati priuantur hoc beneficio. Ita tradit Franchis d. decis. 100. ex num. 14. Regens Tapia in d. constit. statumus, num. 20. in fine, Marcellus Cala de modo articuland. §. 1. gloss. 1. num. 111. Trentacinquius dicta resolut. 2. num. 16. Capiblancus in pragmat. 8. par. 1. num. 327. de Baronibus. Probat autem Franchis hanc ampliationem firmissimo fundamento; quia videlicèt virgo gaudet hoc priuilegio, quia viduæ nomine contenta. In vidua autem nulla fit distinctio quòad hoc priuilegium, an sit, vel non sit in patris potestate: nam siuè sit, siuè non sit, fruitur eius beneficio. Ergo simili modò quòad virginem nulla distinctio facienda est.

537 Ex quo satisfit argumento Nouarij, (qui recedit ab hac sententia) desumpto ex similitudine pupilli: quippè cùm pupillus gaudeat hoc beneficio, quia pupillus; dùm autem est sub patris potestate non est pupillus, quo fit, vt non gaudeat: in vidua verò, seù virgine contrarium inuenitur. Est quoque disparitas in infirmitate sexus, ob quam mulier etiam sub potestate patris constituta, dum caret matrimonio, quo fiunt duo in carne vna, censetur priuata defensore, carereque vnico illo fœminini sexus auxilio, & firmamento: præsertim cum fęminæ despici soleant à parentibus, & pręfilijs masculis contemni, & in postremis haberi, minimique æstimari; quoniam per illas, quæ familiæ suæ caput, & finis sunt, l. pronunciatio, 195. in §. vltimo, l. familiæ 196. §. 1. ff. de verb. signif. familiarum dignitas, & honor, sanguinisq; memoria conseruari non potest. Qui naturalis affectus locum fecit tot statutis de fęminarum exclusionibus masculis superstitibus, institutionibusque maioratuum, & fideicommissorum admittentium, & vocantium agnationem excludentiumque fęminas, & per fęmininam lineam coniunctus, fecitque sexum illum miserabiliorem, & maioribus beneficijs indigentem, vel ob illud periculum destitutionis, cui ob patris mortem subiacet, cuique ob infirmitatem, & lubricitatem expositus est, quæ in masculis locum non habent.

538 Amplia secundò, vt virgo etiam stuprata agens contra stupratorem, gaudeat prædicto priuilegio leg. vnicæ. Ita sentit, optimisque rationibus refert decisum Vincentius de Franchis decision. 599. in eadem sententia est Catanita ad ritum 19. num. 25. Riccius collectan. 1. & col. 137. Pascalis de virib. patr. potestat. par. 2. d. cap. 2. num. 95. Nouatius in dicta praxi sect. 1. quest. 11. num. 2. Capiblancus in dicta pragmat. 8. par. 1. num. 329. de Baronibus. Qui tamen limitat in virgine voluntariè corrupta, quæ culpa sua videtur priuilegium amisisse: cui limitationi assentitur Follerius in dicta constitut. statumus, num. 72. & Trentacinquius ubi supra; de quo tamen in-

inferiùs occurret iterum accuratiùs examen num. 550.

539 Amplia tertiò, vt gaudeat hoc priuilegio virgo, etiã desponsata per verba de futuro, nondum traducta ad domum viri, quoniam adhuc viri patrocinio caret. Ita sentit Andreas de Isernia *in dicta constitutio. statuimus, versic. item quid si vidua*, quem sequuntur Afflict. *ibi, num.* 29. 30. *&* 31. Follerius *num.* 112. Tapia *num.* 20. Mastrillus *dicta decis.* 127 *num.* 10. Trentacioquius *variar. resolut. lib.* 2. *de citationibus. d. resolut.* 2. *num.* 23. Rolandus à Valle *de lucro dotis, q.* 12. *num.* 8. Paschalis *d. cap.* 2. *nu.* 94.

540 Amplia quartò, vt etiam censeatur vidua ad effectum gaudendi hoc priuilegio mulier nupta habens virum inutilem, videlicet, bannitum, captiuum, damnatum ad triremes, diù carceratum, in distantibus locis absentem, diuturno, aut perpetuò mentis, vel corporis morbo impeditum, & fatigatum. Paria enim sunt virum non habere, vel habere inutilem, *cap. inter corporalia, de translation. Episcop. leg. quoties vitiosè*, 6. *ff. quis satisdar. cogant. leg. nulla, ff. de auctorit. tut.* docet Glossa *in verb. orbitates, in l. vltima, Cod. ad leg. Flauiam, de plagiar.* vbi notat Baldus *num.* 1. *&* 2. Salycetus *num.* 2. *in fine*, Tiraquellus *in ll. connubial gloss.* 1. *p.* 6. *num.* 12. Ioannes Lupus *in cap. per vestras, notabil.* 2. *nu.* 12. *de donat. inter* Carauita *ritu* 19. *n.* 22. Couattuuias *in practic. d. c.* 7. *nu.* 2. *vers. est in hoc*, Menochius *d. casu* 66. *n.* 9. Gail *practicar. obseru. lib.* 1. *obseru.* 1. *n.* 44. *&* 45. Follerius *in d. const. statuimus, n.* 113. Tapia *nu.* 19. Cotta *in memorialibus, verb. vidua*, Azeuedus *in l.* 9. *n.* 10. *tit.* 3. *lib.* 4. *recop.* Franchis *d. dec.* 100. *n.* 18. Viuius *decis.* 197. *ex num.* 1. *& decis.* 591. *num.* 2. Nouarius *in d. sua praxi, sect.* 1. *quæst.* 8. *num.* 2. Scaccia *de appellat. quæst.* 7. *num.* 116.

541 Amplia quintò, vt vidua non solùm pauper, & inops, sed etiam quælibet quantumuis diues, & opulenta gaudeat prædicto priuilegio electionis fori. Ita sentiunt Baldus Nouellus *tractat. de dote, part.* 9. *priuileg.* 16. Ioannes de Neuizanis *in sylua nuptiali, lib.* 6. *ex num.* 35. Gregorius Lopez *in l.* 5. *tit.* 3. *part.* 3. *gloss.* 2. *propè finem*, Couarruuias *in practicis, dicto cap.* 6. *nu.* 2. *vers. primus casus, in fine*, Isernia *in dicta constit. statuimus, versic. item vidua quantumcunque sit diues*, Tapia *num.* 18. Ioannes Antonius de Nigris *in cap. Regni, de violentijs*, 150. *num.* 13. Menochius *dicto casu* 66. *num.* 11. Natta *consil.* 190. *per totum, volum.* 3. Marta *de iurisdictione, part.* 2. *capit.* 1. *numer.* 16. Paschalis *de patr. potestat. par.* 2. *cap.* 2. *numer.* 96. Trentacinquius *variarum, libr.* 2. *tit. de citationibus, d. resol.* 6. *nu.* 16. Capiolancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 309. *&* 310. *de Baronibus*, Ioannes Lupus *in d. c. per vestras, notab.* 2. *nu.* 12. Gratianus *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 182. *num.* 3. Nouarius *in dicta praxi, sect.* 1. *q.* 7. *num.* 2. Franchis *d. decis.* 100. *num.* 19. qui dicit, ita indistinctè iudicari in Sacr. Consil. Thesaurus *dec.* 177. *nu.* 3. Milanensis *decis.* 5. *n.* 1. *lib.* 2. Viuius *decis.* 521. *num.* 7. *cum seqq.* Gail *practicar. obseruation. libr.* 1. *obseruat.* 1. *num.* 40. Azeuedus *in l.* 9. *num.* 9. *tit.* 3. *libr.* 4. *recopil.* Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordinamenti, in verb. pobres, col. mihi* 768. *cum sequenti, vers. sed mihi videtur verior*, Castillo *lib.* 3. *quotidian. cap.* 25. *numer.* 25. *&* 26. Barbosa *in l.* 5. 1. *par. num.* 50. *&* 51. *ff. solut. matrimon.* Scaccia *de appellat. q.* 7. *num.* 117. consonat Azo loquens de pupillo diuite *in summa, Cod. quando Imperator num.* 6. Fundamenta istius ampliationis sunt. Primò, quoniam viduis sub viduarum nomine concessum est hoc priuilegium in prædicta *l. vnica*, sed etiam si diuites sint, viduæ nihilominus manent. Ergo nihilominus gaudere debent hoc priuilegio.

542 Neque obstat si dixeris, viduis id priuilegiũ concedi quidem sub nomine viduarum, verùm rationem concessionis fuisse, quod sint fortunæ iniuria miserabiles, quẽadmodum cæteri *in d. l. vnic.* priuilegiati: non posse autem censeri miserabiles viduas diuites, nec passas fortunæ iniuriam, quam potius secundam, facilem, ac benignam expertæ sunt: viduæ enim non sunt miserabiles personæ nisi quando sunt pauperes, oppressæ, vel spoliatæ, vt ex doctrina Innocentij notat Alexand. *in l.* 1. *n.* 15. *ff. sol. mat. & cons.* 121. *nu.* 14. *lib.* 1. *et cons.* 126. *nu.* 9. *lib.* 4. & ex ipso Decius *in l.* 1. *n.* 8. *ff. de iurisd. omn. iud.* & Peregr. *dec.* 129. *num.* 2.

543 Non inquam obstat. Primò, quoniam Imperator *in rubr. & in d. l.* 1. *Cod. quando Imperator*, viduas, & pupillos distinguit à miserabilibus personis, cum interponat dictionem, *vel*, quæ non nisi inter diuersa ponitur, *leg. hæc verba ille, aut ille*, 124. *ff. de verb. signif.* quę fuit adnotatio eiusdem Alexand. *in d. consil.* 121. *et dicto consil.* 126. & Nattæ *d. consil.* 590. *nu.* 1. *et* 2. Igitur concedat viduis, & pupillis hoc priuilegium, vt contrapositis miserabilibus personis, & ab ipsis distinctis, non est necessarium ad huius priuilegij participationem, vt vidua, & pupillus sint miserabiles personæ. Nec mouere debet, quod in rubrica inuenitur dictio, *alias*, quæ est repetitiua similium, vt notat Glossa vltima *in leg. si fugitiui* 3. & ibi apostilla marginalis, *Cod. de seru. fugit.* Glossa secunda *in l.* 46. *tit.* 18. *par.* 3. Glossa texta *in leg.* 1. *tit.* 20. *eadem part.* Menochius *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 80. *numer.* 164. Surdus *consil.* 42. *num.* 26. *lib.* 1. Cenedo *singular.* 4. Barbosa *in remissionibus, dictione* 17. non inquam mouere debet. Primò, quoniam in antiquis Codicibus deerat in rubrica dictio, *alias*, ex annotatione marginali emendatorum Codicum. Secundò, quoniam de significatione dictionis, *alias*, est materia brocardica, & sæpe illa dictio, ponitur inter diuersa, & dissimilia: vt notant vbi supra Cenedo *num.* 5. *num.* 9. *et num.* 10. *et seqq.* & Barbosa *num.* 3. *et nu.* 4.

544 Secundò, (quod caput est, & præter quam quòd coarguit responsionem ad primum fundamentum prædictę quintæ ampliationis, corroborat eandem) quoniam vidua, & pupillus, etiam diuites sunt fortunæ iniuria miserabiles, cum illa virum hic patrem amiserit; ex quo fit, vt neuter possit sibi in causis opem ferre, vidua propter sexum, pupillus propter ætatem, ob quam destitutionem expositi sunt improborum insidijs, iniurijs, & vexationibus: quod adnotauit Follerius *in practic. criminal.* 1. *part.* 2. *par. verb. audiantur excusatores, numer.* 85. *et* 86. Natta *vbi supra, num.* 3. *et seqq.* Gratianus *vbi supra, num.* 2, Menochius *dicto casu* 66. *nu.* 11. Nouarius *in dicta praxi, sect.* 2. *q.* 5. *num.* 3. Imò verò & vel etiam diuitus confessus est Zabarella *in c. significantibus*, 38. *n.* 2. *in fin. de offic. et potest. iud. deleg.*

545 Tertiò, quoniam ratio cur viduis hoc priuilegium fuit concessum, ea fuit, vt adnotauit Gulielmus Benedictus *in repet. c. Raynutius, verb. qui cum alia matrimonium contrahens, num.* 128. *de testament.* & retulit ex ipso Follerius *vbi supra, et in dicta constit. statuimus, nu.* 107. quoniam viduæ omnes sunt desolatæ, & tristes propter tria. Primò, quia sæpe decipiuntur iniustè, eo quia sunt viro priuatæ: cui consonat illud Marci 12. *num.* 40. *deuorant domos viduarum*, & Matthæi 23. *numer.* 14. *Væ vobis Scribæ, et Pharisei hippocritæ, qui comeditis domos viduarum.* Secundò, quia sæpe molestantur cum sint viris destitutæ, qui erant ipsarum defensores, *§. patitur, institut. de iniurijs*, ideò earum defensio commendatur sacris

literis, vt superius nu. 528. adnotauimus. Tertiò viduę sępè sunt in tristitia, quia non habent maritos eas consolantes, in cuius signum ornātur semper vestibus lugubribus, non splendidis, & elegantibus, vt coniugatæ, quæ rationes communes sunt omnibus viduis quantumuis diuitibus, ac per consequens commune quoque esse debet priuilegium.

546 Quartò, quoniam paupertas non est summa miseria, neque diuitiæ, quæ solam paupertatem excludunt, sunt summa fælicitas, vt omnem miseriam tollant, & illico, qui diues est, non sit miserabilis. Probat optimis rationibus Aristoteles *libr. 1. de moribus ad Nicomachum, cap. 3. in fin.* & D. Tho. *1. 2. q. 2. art. 1.* D. Antoninus *in summa part. 4. tit. 7. cap. 4. §. 1. & 2.* Imò vero diuites maximis miserijs sunt expositi. In primis auaritiæ, quæ maxima est miseria ob quod videtur, etiam apud vulgus miseriæ nomen sibi arrogasse & ex toto vsurpasse Ecclesiast. 6. num. 1. *Est quidem aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines, vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud; hoc vanitas, & miseria magna est*. Secundo, item est magna diuitum miseria animi solicitudo, quæ diuitias antecedit, & subsequitur Ecclesiast. 2. numer. 26. *Peccatori autem dedit afflictionem, & curam superfluam, vt addat, & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo. Sed & hoc vanitas est, & cassa solicitudo mentis,* Lucæ 12. num. 14. *Hi sunt, qui audierunt, & à solicitudinibus, & diuitijs, et voluptatibus vitæ euntes suffocantur.* Matth. 13. num. 22. *Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, et solicitudo sæculi istius, et fallatia diuitiarum suffocat verbum*. Tertia miseria est adulatio. Ecclesiast. 13. nu. 28. *Diues loquutus est, et omnes tacuerunt, et verbum illius vsque ad nubes perducent: pauper loquutus est, et dicunt, quis est hic?* Quarta miseria est, quòd nunquam diues habet amicos fidos, & veros, sed semper fictos, Ouidius *libro primo de tristibus, Elegia octaua*.

Donec eris felix multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila solus eris.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam,
Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Istę sunt maximę diuitum miseriæ, & sunt per plures. Ergo non ideò vidua, aut pupillus, quod sint diuites, miserabiles esse desinent. Imò pluribus potiùs expositi miserijs præter viduitatem, & destitutionem, priuilegij *dictæ l. vnicæ*, participes esse poterunt tanquam miseriarum nexu non liberati.

747 Quintò, tandem probant prędictam quintam ampliationem, Natta *dicto cons. 590. nu. 7.* & eum sequutus tacito nomine Menochius *dicto casu 66. num. 11.* quoniam cùm sola etiam paupertas faciat quem miserabilem, vt possit frui priuilegio prædictę legis vnicæ, (vt dicemus inferiùs num. 561.) si diceremus viduam, & pupillum tūc esse huius priuilegij participes, cùm sunt pauperes, fieret vt qualitas viduitatis, & pupillaris ætatis nihil efficeret, cum sola paupertas fori priuilegium indulgeat: cùm tamen ab Imperatore Constantino *in d. l. vnica*, pupillus, & vidua nominatim excipiantur, vt sint extra communem regulam fori. Ex quibus constat, viduas, & pupillos etiam diuites, gaudere hoc priuilegio.

548 Contrariam nihilominus sententiam, quin imo viduas pupillos, si diuites sint, non gaudere priuilegio, *d. l. vnic.* neque censendos esse miserabiles personas, sequuti sunt Innocentius *in cap. significantibus, 38. num. 1.* Cardin. Zabarella *num. 1. 2. 3. & 5.* Abbas *num. 2. & 6.* Imola *num. 2. 16. 21. de offic. et potestat. iudic. deleg.* Speculator *li. 2. tit. de instrum. edition. §. nunc vero aliqua 13. num. 62.* Paulus Castrens. *in rubric. in fine, Cod. quando Imperator.* Rebuffus *in constitut. reg. tom. 1. tit. de sentent. præiud. seù prouisional. art. 3. gloss. vltim. versic. intellige faciendam,* Marāta *in specul. 4. part. distinct. 9. numer. 195. & distinct. 11. num. 9.* Alexand. *consil. 121. num. 14. libr. 1.* Roland. à Valle *cons. 20. ex nu. 12. volum. 2.* Iaso *in l. Titiæ textores, 36. num. 31. ff. de legat. 1.* Ripa *in l. 1. numer. 48. ff. solut. matrimon.* Caballinus *milleloqu. 697.* Syntagma commun. opinion. *lib. 3. tit. 12. num. 1.* Mascardus *de probationibus, concl. 1065. dubitari consueuit, num. 3. tom. 2.* Tiraquellus *in l. si vnquam, verbo, facultatum, num. 3. C. de reuoc. donat.* Isernia *in constitut. lege præsenti, versic. sed quid si pupillus,* Afflict. *ibi, num. 4. de dand. aduocat. pupill. et miserab. person.* Carauita *in ritu, 19. nu. 11.* Fundamentum non est aliud, quam quod superius attigimus num. 542. quod diuitiæ, facultatum abundantia tollant miseriam, illamq; secum non compatiantur, ac per consequens in diuitibus pupillo, & vidua cesset ratio priuilegij.

549 Sed non est recedendum à prædicta ampliatione, quæ verior est, & magis communis, & fundamentum prædictæ contrariæ sententiæ ex superiùs dictis planè corruit. Illud verum est, tametsi vidua, & pupillus censendæ sint personæ miserabiles, ut gaudeant hoc priuilegio; non tamen gaudere alijs priuilegijs miserabilium, quibus locum facit paupertas, & inopia; videlicèt eo priuilegio, quod indulget miserabilibus personis in Regno Neapolitano, *prædicta con stitut. lege præsenti, et ritus 19.* nempè, quod Aduocatus pauperum pro defensione causarum ad eas attinentium nihil recipiat, sed gratis aduocationem exerceat; quo sensu loquuntur Isernia, Afflictis, & Carauita à nobis relati, & alios in eundem sensum interpretatur Vincentius de Franchis *d. decis. 100. num. 20.*

550 Amplia sextò, vt non solum viduæ castè, & honestè viuentes gaudeant hoc priuilegio, sed etiam viuētes turpiter, inhonestè, & luxuriosè. Ita sentiunt Petra ad Capycium *dec. 160. in additione literæ B. verb. in constitut. statuimus,* Paschalis *de viribus patriæ potestatis, par. 2. cap. 2. num. 79.* Nouarius *in praxi electionis fori, sect. 1. q. 7. nu. 5.* Probant hanc sententiam, quoniam meretrix gaudet etiam priuilegio electionis fori contento in prædicta *l. vnica*. Ergo & vidua luxurians gaudebit eodem; tametsi enim illi videatur denegandum tanquam viduæ, concedendum tamen erit tanquam meretrici saltem.

551 Verum hoc fundamentum displicet; fieri enim poterit, vt vidua inhonestè viuat, luxuriosamq; vitam agat, & tamen non sit meretrix; inter inhonestam enim, & meretricem, multùm interest, *l. si vxor, 13. in principio, ff. ad l. Iul. de adulter.* & notauit Cartocius *decis. 124. numer. 3.* Triuisanus optime declarans *decis. 33. num. 1. lib. 2.* quippè cum ea, quæ est in concubinatu alterius, quàm patroni, non sit honesta persona, *l. probrum, 41. §. si qua, ff. de rit. nupt.* item quæ amoris causa sui copiam amanti facit, à nemine censebitur honesta, vt notant Doctores ex textu ibi, *in l. si filiam, 10. C. de inoffic. testam.* cùm tamen neutra possit dici meretrix. Meretrix enim est, quæ vulgo, passim, & sine delectu suo corpore quæstum facit, vel sine quæstu se postituit, *l. palam, 43. ff. de rit. nuptiar.* notarunt Ioannes Faber *in §. soror, ex num. 4. instit. de inoffic. testament.* Ioannes Lupus *in rubr. de donat. inter, §. 40. num. 3. et in l. 92. Tauri, ex num. 7.* Couarruuias *de sponsa. lib. 2. part. cap. 8. §. 11. num. 4.* Antonius Gomez *in l. 62. Tauri,*

*Tauri,num.*3.Plaza *in epitome delictorum, cap.*3 4.*ex num.* 7.Menochius de *arbitrar.libr.*2.*casu* 2 9 1 .*numer.*6.& *casu* 3 28.*num.*4.Matticnzus *in l.*10.*tit.*3.*lib.*5.*recopilat.gloss.*4. *num.*2.Farinacius *in praxi crimin.q.*9 8.*num.*86.*tom.*3. & *q.*136.*ex num.*76.*tom.*4 Mascardus *de probationib.tom.*2. *conclus.* 1067. *recte praecipiune*, Cardin. Tuscus *liter. M. concl.*211.Ioseph Ludouicus *commun.opinion.tit. de testamentis, conclus.*8.Surdus *de alimentis, tit.*7.*quaest.*4.*nu.*32. *cum seqq.*Franchis *decis.*68.*ex num.* 2. Carrocius *d. decis.* 124.Triuisanus *d.decis.*33.*libr.*2.Gizzarellus *decisio.*56. *n.*7.Ex quibus planè colligetetur, viduam luxuriosè viuentem,quæ tamen non venerit in profundum malorum facta meretrix , non gaudere prædicto priuilegio electionis fori ; quia neque vt vidua , gaudeter , quæ luxuriando illud amisisset , neque vt meretrix, cum nondum sit meretrix . Quam consequutionem tametsi libenter admittat Capiblancus *in pragmat.*8.*part.* 1. *num.* 310. & 311.*de Baronibus*: est tamen contra mentem eorum rum quibus ille sentit,quos iam referemus, & aduersatur naturali rationi.

552 Fundamentum igitur solidius prædictę ampliationis est, quoniam viduis concessum est hoc priuilegium *in d. l. vnic.*sub nomine viduarũ,aut quia viduæ sunt; aut quia miserabiles personæ ; at non desinit esse vidua , neque miserabilis , quæ inhonestè viuit , aut luxuriatur; quippe cùm non minus sit destituta viri auxilio , neque minori miseratione digna , quod turpem , & inhonestam vitam elegerit . Ergo non minus gaudebit eo priuilegio: nec dicatur etiam si non sit minus miserabilis,indignam tamen se reddidisse legum indulgentia turpiter viuendo. Quoniam meretrix turpior est, quoniam inhonesta, & luxuriosa,& tamen non est indigna prædictę legis priuilegio;imò eo gaudere verius est, vt existimant multi , & maximi nominis Doctores , quos inferius referemus num.574.

553 Contrariam tamen sententiam huic ampliationi , quinimò solùm viduam honestam gaudere priuilegio electionis fori; ab eoque excludendam esse inhonestam, & luxuriosam vitam ducentem,amplexi sunt, Isernia *in d.const.statuimus, vers.item vidua, in fin.*Regeus Tapia ibi, *num.*19.*de offic.Magistrat.iustitiar.* Felynus *in d. cap. significantibus,*38.*num.*8.*de offic.& potestat.iudic.delegat.*Lucas de Penna *in l.quoties,*3.*num.*3.*C.de priuileg.scholar.lib.*12. Afflictis *in constitut.lege praesenti , num.* 5. *de dand.aduocat. pupill.& miserab. person.* Ioannes Antonius de Nigris *in cap.de violentijs*, 50.*num.* 11. & *num.* 13. *circa finem*, Gregorius Lopez *in l.*5.*tit.*3.*par.*3.*gloss.* 2. Rebuffus *tit. de sentent.prouisional.art.*3 *dicta gloss. vltima, versicul. item vidua*, Caballinus *milleloqu.*697. Couarruuias *in practic. cap.*7.*num.* 1.Menochius *de arbitrar.d.casu* 66.*numer.* 10. Carauita *rit.*19.*num.*7.Didacus Perez *in l.*1.*tit.*1.*libr.*3. *ordinament.verb.pobres, vers.quod intelligendum, colum.in* 768.Azeuedus *in l.*9.*num.*11.*tit.*3.*lib.*4. *recopil.* Castillo *quotidian.controuers.libr.*3.*cap.*25. *numer.* 15. Folletius *in practic.crimin.*1.*par.*2.*part.rubr. audiantur excusatores, nu.* 82. qui ait,id ita se sæpè obtinuisse, Franchis *decis.* 233, *num.*5.Trentacinquius *libr.*2.*variar.resolut.tit. de citationibus,resolut.*2.*num.*16. *vers. hac conclusio , paulò post medium*, Capiblancus *in pragmat.*8.1.*par.num.*310.& 311. *de Baronibus* , Marcellus Cala *de modo articuland.* §. 1. *gloss.*1.*num.*79.Scaccia *de appellation.quaest.*7.*numer.* 131. Probant isti suam sententiam,quoniam priuilegia concessa viduis, intelliguntur concessa solùm viduis honestè viuentibus , & luxuriosè viuentibus denegantur , *leg.bis solis*, §.*fin.C.de reuocan.donation.l.quæ adulterium,*29.*Cod. Thomæ Carlenalij de Iudicijs*.

ad leg.Iul.de adulter.,Auth.quib. mod. nat. effic.sui §. *si verò effusa*.

554 Sed non est recedendum à prædicta ampliatione, sexta à nobis proposita, quæ tametsi sit minus communis,est magis vera. Et non obstat fundamentum contrariæ sententiæ:nam respondendum est,viduam luxuriosè viuentem incurrere pœnas omnes , quas incurrunt viduæ secundò nubentes, quæ multæ sunt , quas recenset Ioannes de Garronibus *in repetit.rubr.C.de secund.nupt. ex nu.* 8. vbi congerit 76. pœnas Menochius *de arbitrar.libr.*2. *casu* 288.*num.* 16. Sanchez *de matrimonio, libr.* 7. *disput.* 87. & *seqq. vsque ad* 91. eaque omnia priuilegia amittere , maiori cum ratione , quæ amittunt illæ honestæ , quæ viduitatem abiecerunt,ad secundas nuptias conuolantes, item quæ conceduntur viduis velut honestis , & iis, quarum fidei leges credant, & se committant , quod probant leges in contrarium adductæ , videlicet, *leg. bis solis,*§.*fin.C.de reuocan.donat.*quę argumentum desumit à muliere secũdò nupta ad inhonestam.Item *d.l.quæ adulterium* , non punit adulterium in muliere vili , quasi lex adulterium vilis nihil faciat ; textus verò *in d.*§. *si vero effusa*,coitui concubinario denegat,quod denegatur legitimo,conferuntur notata à Capycio *decis.*43. & à Petra *ad eum locum*.Sed non propterea infertur, viduis inhonestis esse deneganda priuilegia , quæ viduis, vel quatenus viduis , vel quatenus miserabilibus conceduntur , quod planè significat Fulgosius *in l.cum quædam puella,* 19.*in principio,n.*4.*ff.de iurisd.omn.iud.* iure reprehendens ibidem Angelum credentem , viduam luxuriosè viuentem amittere forum,& domicilium viri.

555 Quod si quis vrgeat,mulier vidua inhonesta amittit iuris priuilegia,quæ amittit honesta secundò nubens;sed honesta secundò nubens amittit priuilegium *d. l. vnicæ*, quo nupta non gaudet . Ergo illud etiam amittit vidua inhonesta.Respondendum est,viduam secundo nubentẽ ideò amittere priuilegium *d. l. vnicæ*, quia per secundas nuptias desinit esse vidua, ac proinde non potest gaudere priuilegio viduarum: non vero ex eo, quia per secundas nuptias, quasi per eas , quæ iure ciuili attento malè audiunt,vel odio habentur,& omni priuilegio nudatur , prædictum electionis fori priuilegium amittatur . Cuius rei illud est euidens argumentum , quod si mulier , quæ secundas nuptias contraxit,amiîit secundum virum,etiã post ipsas secundas nuptias recuperat facta iterum vidua priuilegium hoc electionis fori;cum tamen alia,quę illi ob secundas nuptias ablata sunt, non recuperet. At in vidua luxuriosè viuente longè aliter res habet , nam neque ob inhonestam vitam vidua esse desinit,neque ob inhonestatem priuilegio redditur indigna , cum eodem gaudeat meretrix,quæ indignior est.

556 Amplia septimò,vt vidua habeat fori electionem , etiam in exactione dotis,& possit eam repetere apud suprema tribunalia omissis ordinarijs inferioribus. Id probatur,quoniam hic nihil occurrit speciale,& iuxta hanc ampliationẽ decisum est in Sac.Cons.die 27.Maij 1627. ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ in causa restitutionis dotis Constantiæ Carraræ viduæ cum illis de Fratasio,non esse locum petitæ remissioni ad locum habitationis viri , sed causam remanere debere in prædicta magna Curia,non obstante prædicta petita remissione , Actuario Seraphino . Similem decisionem Sact. Consil. refert Alphanus *ad praxim Magn. C. V. causarum ciuilium Tartagliæ,in additione ad c.*2.

557 Verum contrariam sententiam , quinimò viduam quòd dotis exactionem amittere priuilegium electionis fori,

fori, amplectitur solita sua audacia, & animositate solus ferè Molfesius *ad consuetud. Neapolitan. part. 2. titul. de bonis quæst. 12. nu. 18.* quem sequutus est Nouarius *in dicta sua praxi, section. 1. q. 7. num. 11. & sect. 2. q. 43. num. 11.* Probant ex textu *in l. exigere dotem, 65. ff. de iudicijs,* vbi expresè statuitur, vxorem exigere debere dotem in domicilio mariti, ob id videlicèt, quia etiam viro mortuo vidua manet de domicilio mariti, iuxta textum *in leg. filij, §. vidua, ff. de municip. cum concordantibus,* & tradita à Iasone *in leg. si arrogator, numer. 58. ff. de adoptionib.*

558 Sed non est recedendum à prędicta septima ampliatione, & non obstat fundamentum contrariæ sententiæ; quoniam respondetur primò, prædictam antiquam *leg. exigere dotem*, non potuisse tollere priuilegium viduarum, posteà, & nouiter indultum ab Imperatore Constantino *in d. l. vnica. C. quando Imperator.* Secundò, *in d. l. exigere dotem,* non statui, viduam debere exigere dotem præcisè in domicilio mariti, quasi denegentur illi priuilegia fori, illi quòad alia loca competentia; sed solùm, vt negetur, dotem exigi posse in domicilio ipsius vxoris dotem constituentis, cum est diuersum à domicilio viri, eo quòd contractus dotis tacitè contineat destinationem solutionis dotis, non quidem in domicilio vxoris, vbi constituitur, sed in domicilio viri, de quo per matrimonium mulier efficitur amisso proprio. Quemadmodum igitur prędictum priuilegium non tollit, quin vidua habeat etiam forum ordinarium, in quo possit conuenire aduersarios suos, neque forum ordinarium sit incōpatibile cum dicto priuilegio, alioqui si vnum solum forum haberet vidua, electionem facere non posset, quæ non est nisi inter multa; ita, quòd forum ordinarium exactionis dotis sit domicilium viri, vt statuitur *in dicta l. exigere dotem*, non tollit, quin vidua, etiam quòad dotis exactionem, gaudeat priuilegio electionis fori; atque ita Molfesij, & Nouarij argumētum nihil probat.

559 Prædictam tamen regulam de priuilegio viduarum limitabis, vt locum non habeat in vidua, quæ virum interfecit: nam illa non gaudebit priuilegio electionis fori viduis concesso, quasi se indignam reddiderit eo beneficio, quæ per medium grauissimi facinoris ad viduitatem peruenerit, & data opera tàm scelerata ad id priuilegium sibi viam aperuerit. Quam limitationem tradit Couarruuias *in practic. dicto cap. 6. numer. 2. versic. sed si quis, in fine,* Azeuedus *in l. 9. num. 10. in fine, tit. 3. libr. 4. recopilat.* Menochius *de arbitrar. dicto casu 66. num. 10. in fine,* Regens Tapia *in dicta constitut. statuimus, numer. 19. in fine, de offic. Magistrat. iustitiar.* Paschalis *de patr. potest. par. 2. cap. 2. num. 99.* Capiblācus *in pragmat. 8. 1. par. num. 111. de Baronibus* Scaccia *de appellat. q. 7. num. 131.* Nouarius *in d. prax. sect. 1. d. q. 7. num. 13.* Regulare enim est beneficium iuris seù priuilegium indultum ob aliquam causam, non iuuare illum, neque illi prodesse, qui eam causam, etiam licitè, nedum sit illicito medio, affectauerit, *l. sed & qui data opera, 5. ff. ex quib. caus. maior. l. 2. §. vlt. ff. si quis cautionibus, l. penultim. C. quomodo, & quando Iud. l. vniuersi, C. de legation. lib. 10. §. item tria, instit. de excusat. tutor.* & ibi Glossa, Romanus *singular. 597.* Felynus *in cap. licet ratione, vltimo, num. 25. de foro compet. versic. secundò addunt moderni, & in cap. vltim. num. 2. in fin. & num. 3. & 4. de testib* & additio *ad eum locum,* Hippol. de Marsil. *in repet. rubr. de fideiussorib. ex num. 175. & in l. 1. §. cum quis latrones, num. 6. & seqq. ff. de quæstionibus,* Surdus *cons. 32. ex num. 23. lib. 1.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 35. gloss. 4. ex num. 27.* Couarruu. *libr. 2. variar. cap. 16. num. 9. versic. secundò illud,* Barbosa *in l. 2. §. legatis, num. 66. ff. de iudicijs,* & dicemus infra num. 638.

560 Tertiò, in prædicta *l. vnica,* à Constantino ennumerantur *debiles, et diuturno morbo fatigati,* quibus competit prædictum priuilegium electionis fori, vt obseruant ibidem Doctores, Rebuffus *ad ll. Gallicas, tit. de sentent. prouisional. art. 3. glos. vltim. vers. vltimò miserabiles,* Menoch. *de arbitr. d. cas. 66. num. 13.* Rolandus *cons. 76. nu. 44. vol. 1.* Afflictis *decis. 257. num. 1.* Azo *in summa, C. quando Imperator. num. 6.* Isernia *in d. const. statuimus, vers. item qui sint miserabiles,* Tapia, *ibi, num. 17.* Trentacinquius *libr. 2. variarum, tit. de citationib. resolut. 2. num. 31.* Belluga *in specul. Princip. rubr. 23. vers. sed pone, num. 10. vers. item cæci,* Mascardus *de probation. tom. 2. concl. 1065. dubitari consueuit, nu. 5. & 8.* Nouarius *in d. praxi, sect. 1. q. 9. ex n. 1. & q. 10. 18. & 19.* Inter hos annumeramus senes decrepitos exīstorum omnium sententia, quod sentit etiam Vincentius de Franchis *dec. 608.* cùm senectus ipsa morbus sit incurabilis, cæcos, surdos, mutos, claudos, & eiusmodi alios morbo diuturno mentis, vel corporis, vel mutilatione impeditos, ne possint se defendere, & suis causis assistere, isti à lege ipsa miserabiles decernuntur: cæteri verò, quos recensebimus, arbitrio Iudicis dicuntur miserabiles.

561 Quartò, censetur miserabilis *pauper, et inops,* qui non habet, vnde viuat, qui habet priuilegium electionis fori. Notant Doctores *in d. leg. vnic.* Couarru. *in pract. d. cap. 6. num. 2. versic. secundus subsequitur casus,* Belluga *in specul. rubr. 23. vers. sed pone, num. 10.* Natta *cons. 590. numer. 7.* Menochius *d. casu 66. nu. 14.* Carauita *ritu 233. num. 3. & 4.* Troisius *ritu 290. ex num. 8.* Trentacinquius *vbi supra, num. 32.* Nouarius *d. sect. 1. q. 16.* Thesaurus *decis. 177. nu. 1.* Rebuffus *in dicta glossa vltima, vers. & pauperes,* Gregorius Lopez *in l. 20. tit. 23. par. 3. gloss. 2. per textum ibi, & in l. 5. tit. 3. eadem par. 3. gloss. 5.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 1. lib. 3. ordinament. verb. pobres, colum. 764.* Azeuedus *in d. l. 9. num. 14. titul. 3. lib. 4. recopilat.* Castillo *lib. 3. quotidian. controuers. d. cap. 25. num. 18.* Iure quidem, quoniam paupertas, præsertim inuoluntaria, maxima est miseria, facitq; homines maximis miserijs obnoxios. Isodorus *in c. pauper, 11. q. 3. Pauper dum non habet, quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, citò violatur auro iustitia, nullamq; reus pertimescit culpā, quam redimere nummis existimat,* & Iuuenalis *satyrarum lib. 1. vers. 462.*

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm, quòd ridiculos homines facit.

& infra *versu 474.*

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat.
Res angusta domi.

Habet autem paupertas bona multa, mala autem plurima, vt de dolijs Iouis dixit Homerus, *Illiados libr. 24.* Quadraginta quatuor prærogatiuas paupertatis, & decem, & septem incommoda, collegit Lucas de Penna *in l. eos, vltima, Cod. de ijs, qui numer. libert. vel paupert. se excus. libr. 10.* meminit Glossa vltima, & Apostilla ibi, *in l. si quis habens, 24. ff. qui, & à quib. manumiss. lib. non fiant.* Rebuffus in *d. glossa vltima, vers. & pauperes,* Mattienzus *in dialogo relatoris, par. 4. cap. 8. ex num. 1.* Cerdan Tallada, *tractatu de la visita de carcel, cap. 16. et 17.* in quibus congessit 85. priuilegia paupertatis, & 16. incommoda, Tuscus *liter. P. concl. 163. et seqq. vsque ad 166.* Sebastianus Medices *tractatu de casibus fortuitis, 2. par. quæst. 4. ex nu. 9.* Troisius *vbi supra,* & omnia paupertatis priuilegia latissimè integro tractatu prosequutus est Cornelius Benincasius *tractatu de paupertate, et eius priuilegijs, tom. 18. tractat.*

tractat. Io. Lupus *de vsuris, comment.* 1. §. 5. *num.* 6. Viuius *decis.* 268. Riccius *collect.* 226.

562 Quis autem censendus sit pauper est arbitrarium Iudici, Couarruuias *lib.* 2. *variarum, cap.* 6. *num.* 8. Menoch. *de arbitrar. casu.* 65. Tuscus *liter. P. conclus.* 160. Medices *vbi supra, num.* 2. *&* 3. Didacus Perez *vbi supra*, Nouarius *dicta sect.* 1. *q.* 17. Mangilius *tract. de imputationibus, & detractionibus, quæst.* 138. & Castillo *lib.* 3. *quotidian. d. c.* 25. *num.* 18. *in fine*.

563 Et quomodo probetur paupertas Mascardus *concl.* 1159. *ex nu.* 13. *vol.* 3. Tuscus *liter. P. conclus.* 162. Romanus *cons.* 245. *num.* 8. *&* 9. & ibi additio Mandosij, Couarruuias *vbi supra*, Viuius *decis.* 454. *ex num.* 5. Farinacius *decis.* 532. *ex num.* 2. *par.* 2. *tom.* 2. Medices *vbi supra num.* 7. Marcellus Cala *de modo articul.* §. 2. *glos. vnic. ex num.* 398. Barbosa *in l. si constante*, 25. *in princ. nu.* 63. *&* 64. *ff. solut. matrim.*

564 De iure Regni Castellæ, & eius praxi, pauper dicitur ad effectum gaudendi prædicto priuilegio, qui non habet in bonis tria millia marauedinorum æreorum ita notat Couarru. *in pract. d. cap.* 6. *nu.* 3. *& in tract. de veter. numismat. collation cap.* 6. *num.* 5. *vers. la nouena illacion.* Azeuedus *in d. l.* 9. *nu.* 14. *tit.* 3. *lib.* 4. *recopilat.* Est autem marauedinus æreus minutissima illius regni moneta, & cæterarum mensura, valoris trigesimæ quartæ partis regij argentei; vt idem Couarruuias adnotauit *in d. tractat. de collatione veterum numismatum, cap.* 1. *nu.* 1. Petrus à Plaza *in epitome delictorum, cap.* 2. *nu.* 14. *&* 15.

565 Quintò, censetur miserabilis persona *orphanus*, vt gaudeam prædicto priuilegio, vt omnes citatis superius animaduertunt, quos iterum referre esset superuacuum, & Nouarius *d. sect.* 1. *q.* 5. *nu.* 5. Orphanus autem dicitur, minor quatuordecim annis, seù pupilus vtroque parente orbatus. sic explicat vocem Lexicon, grecum Simonis Grinei, & sentit Cynus *in l. orphanotrophos, nu.* 6. *C. de Episcop. & cleric.* Alberic. *in l. vnic. num.* 2. *C. quand. Imperat.* & Paul. *in rubr. eod. tit.* consonat Io. de Platea *in l. vniuersi, nu.* 2. *C. de fund. rei priuat. libr.* 11. Gratianus *tom.* 1. *discept. forens. cap.* 182. *nu.* 1.

566 Et quidem si de proprietate vocis agatur, res est certa orphanus non esse, nisi sit pupillus; verum vsus, & praxis Regnis Castellæ, maxima cum ratione, ad id priuilegium admissit minorem viginti quinque annorũ parentibus orbum, quoniam iste ob minorem ætatem suis rebus interesse nequit, & quod orbus sit, destitutus est parentum auxilio. Notat Gregor. Lopez *in d. l.* 5. *tit.* 3. *par.* 3. *gloss.* 4. *& in l.* 41. *tit.* 18. *eadem par.* 3. *gloss.* 1. Couarru. *in practic. dicto cap.* 6. *num.* 2. Belluga *in specul. rubr.* 23. *vers. sed pone, nu.* 1. *vers. de aliquibus dubitatur*, Escobar *de ratiocinijs cap.* 7. *nu.* 6. Castill. *lib.* 3. *quotid. d. cap.* 25. *nu.* 17. *circa fin.* Villadiego *in politic. cap.* 1. *nu.* 87. Nouar. *vbi supra*. Nisi quod in Regno Neapolitano minor dicitur qui ad decimum octauum annum non peruenit, quo finitur minor ætas, & qui eum excessit, est maior *est constitut. minorum iura, de restitut. minor.* quæ processit ex iure Longobardo, quo attento, tàm in masculo, quàm in fęmina, minor ætas finitur anno decimo octauo, iuxta *l.* 1. *de prohibit. alienat. minor.* qui in legibus Longobardis est, *tit.* 29. *libr.* 2. & notat Andreas de Barulo *in leges Longobard. tit.* 4. & Glossa *in cap.* 1. *verb. à decimo octauo anno, de pace tenenda inter subditos*, tractat Franchis *decis.* 632. *nu.* 3. *& decis.* 650. *ex nu.* 2.

567 Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *libr.* 3. *ordinament. verb. pobres, colum.* 770. *vers. item est notandum*, existimat orphanum non dici vulgariter, nisi quis sit orbus vtroque parente; & sic non compræhendi in legato orphanis relicto, qui non est vtroque parente orbus. Verùm eius sententia rigoris plena vera non est, imò orphanus proprijssimę dicitur minor patre orbus, etiam si matrem habeat, quoniam patris ope destitutus est, quæ est præcipua: nam infirmum est fœminæ auxilium, maximè viduæ, atque ita explicat vocem, *orphanus*, Caluinus *in lexico*, & ferè omnes alij.

568 Neque verò solum orphanus dici potest, qui patre orbus est matrem habens; verùm etiam, qui patrem habet, & orbatus est matre, quod probat singularis textus *in cap. admonere*, 33. *q.* 2. & planè docet Paul. Castrens. *in rubr. num.* 1. *C. quando Imperator*, nisi mendosa est lectura, & appositum est verbum, *matrem*, pro *patrem*, quod suspicor: hunc autem matre orbatum existimarem, vt orphanum, gaudere priuilegio *d. l. vnica*, nisi quòd crederẽ, in hoc versari Iudicis arbitrium: nam si pater sui cõpos, & prudenter se gerens erga familiam, remq; suam familiarem, filios patrio amore prosequeretur, eosque ex animo protegeret, non crederem indulgendom esse illis hoc priuilegium electionis fori: nam qui talem habet patrem, fomentum matris non desiderabit, neque eius opera indigebit; verùm si pater sibi, ac rebus suis male consulens, strutionum similis filios oblitus, *duratur ad eos, quasi non sint sui*. Iob 39. *num.* 16. si dissiparet eorum bona materia, aut arriperet, & vsurparet, eisque non prospiciens eos desereret, aut odio haberet, non video cur orphanis denegandum esset hoc priuilegium; cum patrẽ habere non sit censendus, qui patrem habent inutilem, vt dicebamus supra de inutili marito num. 540. & elegãter multis in eam rem adductis probat Perez de Lara *de anniuersarijs, & cappellanijs, lib.* 1. *cap.* 21. *ex num.* 31. & ibi *num* 33. *& inde*, quo casu in eos rectè cadit orphanorum nomen, iuxta textum *in d. cap. admonere*, in quo agitur de patre, qui post occisam vxorem gerebat se, vt filiorum prædo tametsi dùm sub patris potestate sunt, non possint dici pupilli.

569 Sextò, censetur miserabilis persona, & gaudere hoc priuilegio, *captiuus & carceratus*, Rebuffus *d. glos. vltima, vers. duodecimo*, Menochius *d. casu* 66. *num.* 17. Nouarrius *d. sect.* 1. *q.* 14. *&* 26. & alij.

570 Septimò inter miserabiles connumeratur *peregrinus, & aduena*, & gaudet prædicto priuilegio, Butrius *in d. c. significantibus*, 38. *num.* 22. *de offic. & potestat. iudic. delegat.* Rebuffus *in d. glos. vltim. vers. tertio peregrini*, Menochius *dict. casu* 66. *numer.* 15. Thesaurus *dict. decis.* 177. *numer.* 1. Tapia *in dict. constit. statuimus, numer.* 17. Nouarius. *d. sect.* 1. *q.* 22.

571 Octauò, sunt miserabiles personæ, *mercatores*, qui in itinere pro gabellis grauantur, ita vt possint gaudere hoc priuilegio electionis fori. Butrius, Thesaurus, & Tapia, *vbi supra*, Rebuffus *vers. quinto mercatoribus*, Menoch. *d. casu* 66. *nu.* 18. Trentacinquius *variarum, lib.* 2. *de citationibus, d. resolut.* 2. *nu.* 33. Nouarius *d. sect.* 1. *q.* 13. cum & hi aduenæ sint.

572 Nonò, ænumerantur *agricolæ* inter miserabiles personas, quæ gaudent hoc priuilegio, à Mariano Socino *in cap. cum sit generale, num.* 25. *in fine de foro competenti*, post Innocentium *in d. capit. significantibus*, 38. *num.* 1. quos sequitur Menochius *dicto casu* 66. *num.* 22.

573 Decimò, enumerantur inter miserabiles quòad hoc priuilegium, *scholares*, dùm in Academia studijs operam dant, idque ex multis capitibus, quia pauperes, quia aduenæ, & peregrini, & ob multa alia, prosequitur eorum miserias Horatius Lutius *de priuileg. scholar. in præfatione*,

tione, num. 13. cum seqq. notat Viuius decis. 65. nu. 5. Menochius d. casu 66. numer. 26. Nouarius d. sect. 1. q. 15. numer. 1.

574 Vndecimò, enumerantur inter miserabiles, gaudentes fori priuilegio, meretrices: nam nulla maior miseria esse potest quam meretricijs artibus victum quærere. Sic decisum in Sacr. Regn. Consil. Neapolit. refert Franchis decis. 233. sequuntur Viuius decis. 521. num. 5. Carauita ritu 19. nu. 8. 9. & 10. Muschatellus in praxi lib. 1. p. 6. glossa, priuilegiata in additione liter. A. Tapia in d. constit. statuimus, num. 24. Menochius d. casu 66. num. 25. Paschalis de virib. patr. potestat. par. 2. capit. 2. numer. 99. Capiblancus in pragmat. 8. par. 1. num. 311. de Baronibus, Nouarius d. sect. 1. q. 7. num. 5. Gallupus in praxi, par. 2. cap. 6. num. 58. additio ad decisionem Thessauri 177. ad num. 13. tametsi videatur illud limitare ad Regnum Neapolitanum, quasi solùm in Regno Neapolitano meretrices essent miserabiles.

575 Doodecimò, miserabiles etiam censentur, quoad hoc priuilegium, expositi, liberti ecclesiæ, publici pauitentes, nuper ad fidem conuersi, & si qui sunt alij, in quibus eadem inueniatur miserationis ratio, quæ in superiùs enumeraris; vt hos, & alios enumerat Innocentius in d. cap. significantibus, 38. num. 1. Ioannes Andreas num. 4. Butrius num. 22. Zabarella num. 2. 3. & 5. Panormitanus num. 6. Imola num. 19. de offic. delegat. Rebuffus in d. gloss. vltima, Tapia in d. constitut. statuimus, numer. 17. Castillo d. cap. 25. num. 19. Erasmus Cochier de iurisdictione tomo 1. par. 4. q. 108. Marcus Antonius de Amatis decis. 99. Marta de iurisdictione, 2. part. cap. 21.

576 Hoc autem priuilegium miserabilium personarum infringit duobus modis ius commune, videlicèt. Primò, duas fallentias vnius regulæ, quę iuxta ius commune locum habent: secundò, vnam alteram regulam. Ac per consequens non est simplex priuilegium, sed duplex. In primis prima regula est, nemine posse trahi ad iudicium extra domicilium, sed vocari debere ad iudicium coram sui domicilij Iudice. Hæc regula pertinet ad reos eorumque beneficium: continetur autem in cap. 1. seù §. primo, in Authent. vt differentes Iudices, collat. 6. titul. 15. Quæ tamen regula iuris ordinarij habet ex eodem ordinario iure duas exceptiones, seu fallentias. Prima est, nisi Iudex ordinarius, sit negligens, §. super hoc, seù capit. 7. in Authent. de quæstore, collat. 6. tit. 9. cui consonat de iure Pontificio ex Concilio Tridentino, session. 24. decreto de reformation. cap. 20. Secunda exceptio, seù fallentia, nisi impetretur imperiale rescriptum ad extraordinariũ Iudicem, l. si quando, 2. C. de dilationibus, l. in criminali, 5. C. de iurisdict. omn. iudic. Istæ tamen fallentiæ, seù exceptiones, non habent locum in miserabilibus personis, quæ inuitæ, neque cum ordinarius est negligens, neque vigore rescripti imperialis, trahi possunt extra domicilium; seù extra Prouinciam ad extraordinarium Iudicem; quod priuilegium reducit eas, cum conueniuntur tanquam reæ, ad regulam prædictam iuris communis. Ita probat textus in d. l. vnica, in 1. part. C. quando Imperator, notat ibi Cynus ante numer. 1. Bartolus numer. 2. Baldus numer. 2. Salycetus numer. 1. Paulus numer. 1. & 2. Fulgosius num. 1. Afflictis in d. constitut. statuimus, num. 14. Follerius in practic. crim. 1. part. 2. part. rubric. audiantur excusatores. num. 93. Trentacinquius lib. 2. variarum, tit. de citationibus, resolut. 2. nu. 1. & 2. Castillo lib. 3. quotidian. controuers. cap. 25. ex num. 3.

577 Amplia primò, vt per rescriptum Imperiale non censeatur derogatum huic priuilegio, etiã si insit rescripto clausula, non obstante quacunque lege contrarium disponente, ita notant Bald. Salycet. Paul. Foller. Trentacinqu. vbi supra, & Afflictis num. 15.

578 Amplia secundò, vt non censeatur derogatum huic priuilegio per rescriptum, etiam si contineat clausulam, non obstante quocunque priuilegio, de quo oporteat specialem facere mentionem, aut clausulam, non obstantibus priuilegijs quibuscunque, etiam si essent talia, de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, nisi facta fuerit expressa mentio pupillorum, viduarum, vel aliarum miserabilium personarum. Ita notant Cynus in d. l. vnic. num. 3. Albericus num. 2. Angelus, num. 4. Fulgosius num. 1. Paulus num. 2. & 3. Felynus in cap. accedentes, 11. num. 4. de præscription. Alexand. cons. 122. nu. 16. lib. 4. Decius cons. 165. numer. 5. Barbosa in l. 1. art. 4. num. 72. ff. de iudicijs, Menochius d. casu 66. nu. 32. & de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 40. num. 6. 13. 22. & 25. Rebuffus commentar. in l. reg. tractat. seù titul. de sent. prouisional. art. 3. d. gloss. vltim. vers. decimo quinto, Afflictis in d. constitut. statuimus, numer. 15. qui testatur ita vidisse se sæpius iudicatum, & obseruatum Foller. ibidem num. 20. Tapia num. 30. idem Foller. vbi supra, Trentacinquius d. resolut. 2. nu. 1. & 2. & 3. Paschalis de patr. potestat. par. 2. cap. 2. num. 160. Io. Antonius de Nigris in cap. quod decretam, 42. nu. 9. Nouarius in praxi election. fori, sect. 2. q. 1. num. 1. & q. 14. num. 11. & q. 47. num. 1. & 2. Galluppus in praxi Sacr. Consil. par. 2. capit. 6. num. 60. Castillo lib. 3. quotidian. controuers. d. cap. 25. num. 7. Grammaticus decis. 20. vbi pro hac sententia refert decisum, & Petra, & Didacus de Mari ad eum locum, Franchis decis. 187. & decis. 192. & decis. 517. num. 3. & additiones ad ea loca, Castillo decis. 39. ex num. 1. lib. 1. & ibi additio, Giurba decis. 82. num 4. Mastrillus decis. 147. ex num. 28. Peregrin. decis. 129. numer. 7. Gratianus disceptat. forens. cap. 182. nu. 10. 11. & 12. Thesaurus decis. 177. num. 9. & ad eum locum additio Thessauri filij.

579 Ratio harum ampliationum est. Primò, quoniam clausula generalis derogatoria non reuocat priuilegia clausa in corpore iuris, vt multis relatis diximus supra quæst. 5. num. 300. quibus addo Felynum in cap. non nulli, 28. num. 26. de rescriptis, Raudensem de analogis, cap. 33. num. 83. Anton. Gabriel. libr. 6. communium, tit. de regul. iur. conclus. 9. ex nu. 5. Martam de clausulis, clausula non obstantibus, 77. num. 2. & num. 19. & multos relatos à Barbosa in remissionibus Doctorum, clausula 43. 44. & 45. Nauarrum in praxi electionis fori, sect. 2. q. 1. nu. 2. Quo fit, vt cum hoc priuilegium in corpore iuris clausum sit per prædictam generalem clausulam derogatoriam illi non censeatur derogatum.

580 Secundo, quoniam per clausulam derogatoriam generalem non censetur derogatum priuilegio concesso causa miserationis, nisi de ipsis personis, quibus concessum est, fiat expressa mentio. Quod procedit ex regula textus in l. item apud labeonem, 15. §. ait prætor, el 2. ff. de iniurij: ea enim, quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur videntur quasi neglecta, cui consonat cap. quamuis, 4. de præbend. in 6. Ita sentiunt Cynus in d. l. vnic. num. 3. Fulgosius num. 1. & 2. C. quando Imperator, Io. Andreas in d. cap. significantibus, 38. numer. 5. de offic. delegat. Romanus in leg. si verò, 64. §. de viro, numer. 45. ff. solut. matrimon. & cons. 269. num. 3. Paul. Castrens. cons. 278. num. 1. & seqq. 1. par. Alexand. cons. 122. num. 16. lib. 4. Decius cons. 165. numer. 5. Felinus in d. cap. nonnulli, 28. num. 19. de rescript. Tiraqoellus in l. si vnquam, in præfatione, numer. 124. C. de reuoc. donat. Franchis decis. 192. nu. 6. Gratianus disceptat. forens. tom. 1. cap. 182. ex nu. 10. Raudensis de analogis. dict.

cap.

cap. 33. *num.* 84. At priuilegium *d. l. vnic.* causa miserationis, & pietatis concessum est, vt ex ipsa lege constat; non ergo derogatur, nisi expresse mentio fiat miserabilium personarum.

581 Amplia tertiò, vt etiam si in priuilegio aliquo referente se aliud sit clausula, *prout melius, & plenius tenebat, & possidebat antiquus Dominus*, quia atiquus Dominus possideret sub priuilegio continente expresse derogationem *d. l. vnicæ*; nihilominus per nouum priuilegium non censebitur derogatum prædictæ *l. vnica*, nisi in nouo priuilegio ei derogetur expresse. Ita refert decisum in Collaterali Neapolitano cõsilio Follerius *in practic. crimin. t. par.* 2. *part. verb. audiantur excusatores, numer.* 114. *in fine*, quam decisionem sequutum est Sacrum Regium Consilium, vt testatur Franchis *decis.* 192. *numer.* 19. *& decis.* 517. Castillo *decis.* 39. *nu.* 3. *lib.* 1. & Thesaurus *decis.* 177. *num.* 12. Tapia *in dict. constit flatuimus, numer.* 31. Nouarius *in dicta praxi, sect.* 2. *q.* 1. *num.* 13. & expressius *q.* 47. *num.* 5. *& ad pragm. Regn. Neapolit. collectan.* 223. *num.* 13. quidquid contrarium sine fundamento afferat Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 300. *de Baronibus*, cuius locus est planè corruptus, cum allegat pro se Vincentium de Franchis, qui prædictam sententiam contra opinionem Capiblanci, amplectitur, & rationibus confirmat. Ratio ampliationis est, quoniam quamuis regulariter relatum sit in referente, *l. asse toto, cum vulgat. ff. de hære. instit.* etiam cum omnibus suis qualitatibus, vt considerat Franchis *dicta decis.* 192. *num.* 9. illa tamen verba priuilegij se referentis ad aliud, sunt interpretanda ex Follerio *d. num.* 114. & traditis à Lanario *cons.* 66. *ex num.* 4. vt cadant super expressis tantum in priuilegio nouiter concesso; videlicèt, vt significent, contenta expresse in priuilegio, nouo, concessa esse, prout meliùs, & plenùs tenebat olim antiquus priuilegiatus; non verò, vt ex illis verbis fiat extensio ad alia contẽta in antiquo priuilegio, & non expressa in nouo. Quæ confirmantur ex traditis ab eodem Vincentio de Franchis *decis.* 125. *ex num.* 2. *& decis.* 275. *ex numer.* 7. *& decis.* 505. *num.* 22. & Afflictis *decis.* 361. *numer.* 43. Regente Tapia *in pragmat.* 1. *numer.* 39. *vbi quis de delictis debet conueniri, libr.* 3. *iuris Neapol. Rubr.* 6. Vinio *decis.* 208. *ex num.* 1. eodem Tapia *in decis. Sac. Consil.* 11. *ex num.* 8. & Io. Thoma Minadoeo *in repet. constitut. in aliquibus, sub tit textus constitutionis, num.* 39. qui dicunt sæpè iudicatum in Sacro Consilio, priuilegia quæ conceduntur alicui magno Principi cum casibus reseruatis, non transire in generali alienatione cum assensu facta, in personas inferioris notæ, quibus talia Rex non fuisset concessurus; idque multis iuris locis in eam rem adducta comprobant, quibus acquiesco, etiam si eorum sententia conetur dubitabilem reddere Rouitus *in pragm.* 1. *num.* 43. *vbi de litt. quis deb. conu.*

582 Ex quibus vtiliter colliges, quando sit facienda remissio causarum miserabilium personarum ad Barones in Regno Neapolitano, virtute priuilegiorum ipsi concessorum in inuestituris: in Hispaniarũ enim Regnis nunquam fit remissio, neque sunt eiusmodi priuilegia concessa Dominis vassallorum. Nam si in prædictis inuestituris Regni Neapolitani Baronum sit legitimè derogatũ priuilegio *d. l. vnica*, erit facienda remissio ad Baronem, tùm minus facienda non erit, sed causa retinenda vel in Sac. Consil. vel in Magn. Cur. Vicar. quæ item est superius regium tribunal legitimum prædictarum causarum, *iuxta dict. constitut. statuimus, de offic. Magistr. iustitiar.* subordinatum tamen quoad appellationes Sacro Regio Consilio supremo iustitiæ tribunali, quemadmodum illi cætera omnia tribunalia Regni subordinata sunt.

583 Secunda regula iuris communis pertinẽs ad actores est neminem posse adire superiorem per viam querelæ omisso medio, scilicèt Iudice inferiore; sed debere coram inferiore prius litem mouere, & si ille grauauerit ad superiorem appellare, vt statuitur *in l. vnica*. 4. *Cod. de iurisdict. omn. iudic.* & de iure Regni Castellæ *in leg.* 8. *&* 9. *tit.* 3. *lib.* 4. *recopilat.* Hæc autem regula fallit in istis miserabilibus personis, cum agunt, quæ possunt introducere causam in prima instantia, si voluerint coram supremis tribunalibus ex priuilegio *d. l. vnicæ, in* 2. *part.* & de iure Castellæ *in dict. l.* 8. *&* 9. Notant *in prædicta l. vnica*, Cynus *ante nu.* 1. Baldus *num.* 2. Salycetus *num.* 2. Paulus *num.* 4. Follerius *in praxi, verb. audiantur. excusatores, numer.* 93. Bellinga *in speculo, rubr.* 23. *vers. sed pone, num.* 8. Trentacinquius *variarum, lib.* 2. *de citationibus, dict.* 2 *resolut.* 2. *n.* 3. *&* 4. Castillo *lib.* 3. *quotidianar. cap* 25. *num.* 10.

584 Isti sunt effectus priuilegij fori prædictarum miserabilium personarum, quæ tametsi hoc, & alijs priuilegijs gaudeant, quæ enumerat Rebuffus *in d. gloss. vltima, ex vers. quibus prærogatiuis*, Nouarius *in practi electioni fori, sect.* 3. *q.* 12 *ex num.* 1. qui integrum etiam de illis promulgauit tractatum: non tamen ita illis fauendum est in iudicio, vt alijs iniustitiam faciamus, *cap. ex tenore*, 11. *de foro competent. cap. nuper*, 6. §. *quod autem, de donat. inter virum, & vxorem*, Ideò enim Exod. 23. num. 3. dicitur: *Pauperis quoque non misereberis in iudic.* & nu. 6. *Non declinabit in iudicium pauperis.* Leuit. 19. nu. 15. *Non facies, quod iniquum est, nec iniustè iudicabis, non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis*; & Deuteronom. 1. num. 16. & 17. *Audite illos, & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siuè peregrinus. Nulla erit distinctio personarum, ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Notarunt Philo Iudæus *libro de Iudice, prope finem*, Albericus *in d. l. vnica, in principio*, Rebuffus *vbi supra*, Follerius *in cap. quod decretam, num.* 15. Caballinus *milleloqu.* 698. Neuizano *in sylua nuptiali, lib.* 6. *num.* 28. vt discant iudicare, quid clementiam, & potestatem, quam non habent, ostẽtantes, misericordiæ prætextu violant sanctarum iura legum. Audiant si minus sacras literas Martianum Iurisconsultũ diuino motum spiritu, qui quandoque ad piorum eruditionem per os etiam impiorum loquutus est, *in l. respiciendum*, 11. *ff de pœnis. Nec enim* (inquit) *aut feueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulat, statuendum est.*

585 Prædictam autem conclusionem septimam principalem sic declaratam amplia primò, vt idem priuilegiũ electionis fori competat Ecclesiæ. Ita sentiunt Isernia *in d. constitut. statuimus, verb. miserabilium, & vers. de Ecclesia*, qui refert sic decisum in Sacr. Consil. Afflictis ibi, *num.* 16. Follerius *num.* 21. Tapia *num.* 21. idem Afflictis *decis.* 247. vbi Vrsillus, Capycius *decis.* 160. & ibi Petra, Franchis *decis.* 234. *num.* 4. Viuius *decis.* 521. *nu.* 3. idem Follerius *in cap. quod decretam, num.* 13. Caranita *ad ritum* 229. *num.* 1. *& ad ritum* 233. *nu.* 1. *seqq. &* Nigris *in d. cap. Regni, quod decretam*, 42. *numer.* 9. *&* 10. Couarruuias *in practic. cap.* 7. *num.* 3. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *dicto casu* 66. *num.* 19. Scaccia *de appellation. q.* 7. *num.* 130. Trentacinquius *variarum, libr.* 2. *tit. de citationibus, d. resolut.* 2. *num.* 34. Marta *de iurisdictione, part.* 2. *cap.* 21. *numer.* 5. Paschalis *de patr. potestat. par.* 2. *capit.* 2. *numer.* 89. Nouarius *in dicta sua praxi, sect.* 1. *quæst.* 28. *ex num.* 1. Ratio est, non quidem, quò Ecclesia censeatur miserabilis persona, vt rectè notauit Couarruuias contra quosdam, qui perperam

ram contrarium opinati sunt; sed quia ex vi interpretationis priuilegium concessum pupillis extenditur ad Ecclesiam, quæ censetur à iure simili minoribus, quorum res ab alijs administrantur, *cap. 1. cap. auditis, 3. de in integr. restit. l. vt inter diuinum, 13. C. de sacrosanct. eccles.* notant idem Isernia, Couarruuias, Carauita, & Tapia, *vbi supra*, idem Tapia *in l. vltima, 2. part. cap. 3. num. 92. ff. de constit. Princip.* Euerardus *in locis legalibus, loco 68. à pupillo ad Ecclesiam, vel piam causam*, Tiraquellus *de priuilegijs piæ causæ, priuileg. 142.* Quare tametsi iure cummuni non sit expressum, Ecclesiam hoc priuilegio gaudere, nisi cum patitur violentiam, rapinam, vel fraudem, iuxta tradita a Matthæo de Afflictis, & Couaruuia, *vbi supra*, ob prædictam rationem praxis introduxit in Regnis Castellæ, & Neapolis, vt Ecclesia isto iure pupillorum vtatur.

586 Amplia secundò, vt eodem priuilegio gaudeant Ciuitas, & Vniuersitas quælibet, & Respublica, Monasteria, loca pia, Confraternitates, Collegia, & piæ causæ; vt ob eandem rationem prædicti tradiderunt, & notauit Rolãdus *cons. 68. ex nu. 20. vol. 3.* Caualcanus *decis. 37. nu. 13. 1. par.* Castillo *lib. 3. quotidianar. cap. 25. num. 30.* Scaccia *vbi supra*, Vrsillus *ad Afflict. decis. 257. num. 3.* reddens rationem, quòd Vniuersitas includat pupillos, & viduas, & multas alias miserabiles personas, Regens Tapia *decis. Sac. Consil. 36. nu. 5.* Galluppus *in praxi Sac. Reg. Cons. part. 2. cap. 6. num. 58.* referens de hac re decisionem Sacr. Consil. qui omnes loquuntur de Republica, seù Vniuersitate. Petra *ad Capycium decis. 160. liter. B.* qui refert pro eadem sententia Afflict. *in prælud. constit. q. 5. num. 3. & 4.* sed ibi non loquitur de hoc priuilegio, sed de restitutione in integrum.

587 Amplia tertiò, vt eodem priuilegio gaudeant Clerici litigantes pro rebus, & patrimonio Ecclesiæ, non pro suo proprio patrimonio, vt iure Regni Neapolitani statuitur *in ritu 229.* & ad eum notat Carauita *numer. 1.* Isernia *in d. constit. statuimus, vers. item Clericus*, Afflictis *ibidem nu. 22.* Follerius *nu. 22.* Tapia *nu. 23.* Io. Anton. de Nigris *in d. cap. quod decretam, 42. num. 10.* Franchis *decis. 597. nu. 1.* Viuius *decis. 27. nu. 1. & 2.* Paschalis *de patr. potest. p. 2. cap. 2. nu. 89.* Cala *de mod. articul. §. 1. gloss. 1. nu. 87.* Nouarius *in d. praxi, sect. 1. q. 31. nu. 1.* Riccius *collect. 300. & collect. 2283.* Quod procedit ex eadem ratione: nam cum Clericus agit pro re Eccles. ipsa Ecclesia agere videtur; quando verò pro re propria, cessat ratio priuilegij.

588 Subamplia dictam ampliationem, tertiam, vt Clerici gaudeant eodem priuilegio in causa propria, & priuata, cum agunt pro iniuria sibi facta: non enim debet esse minus priuilegiata persona Ecclesiastica quàm bona Ecclesiastica, cum bona sint propter personas *§. vltimo, in stit. de iur. natur. gent. & ciuil. l. iustissimè. 44. in princ. ff. de edil. edict.* Ita sentiunt Vinc. de Anna *allegat. 146.* Tapia *in d. constit. statuimus, numer. 22.* Franchis *d. decis. 597.* Viuius *dict. decis. 27.* Paschalis *vbi supra, num. 90.* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. par. q. 59. num. 3.* Nouarius *in praxi, sect. 1. q. 31. nu. 2.* Riccius *d. collectan. 300.*

589 Amplia quartò, vt Curiales gaudeant eodem priuilegio electionis fori. Ita statuitur de iure Regni Neapolitani *in ritu 228. & 229. in fine, ritu 232. & 233.* notat Carauita *in d. ritu 229. num. 6. & in ritu 232. num. 1. cum seqq.* Afflictis *decis. 56.* Follerius *in dicta constit. statuimus, numer. 16.* Tapia *ad prædictos ritus*, quos retulit *lib. 3. iuris Neapolitan. sub rubric. 1.* Capiblancus *in pragmat. 8. part. 1. nu. 334. de Baronibus*, Freccia *de subfeudis, li. 1. tit. de officio magni Seneschalchi, numer. 3.* Camillus Borrellus *de Regis cathol. præstantia, cap. 62. num. 35. vers. quintò, & nu. 36.* Marcellus Cala *de modo articulandi, §. 1. gloss. 1. num. 90.* Nouarius *in praxi, section. 2. question. 34. & quæst. 40.* Gratianus *tom. 3. disceptat. forens. cap. 421. ex nu. 1.* cum quo iure cõueniebat de antiquo iure Castellæ, *l. 9. tit. 3. li. 4. recopilat.* Qui autem dicantur Curiales, vide apud Matthæum de Afflictis *in d. const. statuimus, nu. 13.* Tapiam *nu. 12.* Carauitam *ad ritum 232. ex num. 1.* Hoc autem ideò statutum est, ne ratione litium à suorum officiorum ministerio, & loco, in quo officium exercendum est, auocarentur.

590 Limita primò, prædictam quartam ampliationem de iure nouiori Regni Castellę, quo attento non possunt Curiales, aut Officiales causas suas, aut suarum vxorum, vel suorum filiorum trahere ad regiam eutiam, in qua sua officia exercent, correcto quòad hoc iure vetustiori. Ita statuitur *in l. 10. dicto tit. 3. lib. 4. recopilation.* vbi notauit Azeuedus, iure recedens ab opinione Didaci Perez. Quod quidem ideò statutum est, ne ob nimiam Officialium potentiam cum suis socijs iniuriam paterentur collitigantes, & vt hoc ius statueretur Neapoli, ob hanc eandem rationem, non potuit obtinere ciuitas Neapolitana per suam supplicationem, vt notauimus inferius num. 711.

591 Limita secundò, de iure Regni Neapolitani vt Curiales pro iuribus cessis non possint hoc priuilegio gaudere. Ita disponit *ritus 228.* & ibi notat Carauita *ex num. 5. & ritu 290.* Reg. Tapia *ad eundem ritum, libr. 3. iuris Neapolitani, sub rubric. 1.* Follerius *in dicta constitut. statuimus, num. 74. & 78.* Idque factum est ad euitandas fraudes, & molestias illatas collitigantibus ab istis Curialibus: tametsi Carauita *dicto ritu 228. numer. 9.* dicat istos ritus non obseruari. Sed non video, cur non sit adscribendum vitio, & culpæ Iudicum, cùrque possit tuta eorum esse conscientia, si quæ sanctè, & iustè, maximaq; cum ratione stabilita sunt, non obseruetur ab illis, sub eo prætextu, quod ab alijs non sint obseruata, quasi iniquitas illorum, qui leges non custodiunt, & rectè statuta violarunt, excuset iniquitatem futuram illorum, qui simili peccato se fecerunt obnoxios. Ego semper fui in ea sententia, vt credam, legem iustam, & ad bonum publicum spectantem, pro qua militat vis rationis naturalis, & æquitatis non posse vinci à praua Iudicium proditorum consuetudine, qui eam deserentes ob priuatos affectus quorum Deo optimo maximo reddituri sunt rationem, à lege deuiarunt. Igitur, quæ non sunt obseruata, & obseruentur, & bono vsu, legibusque antiquis conformi emendabitur, tùm iniquitas Iudicium iniquorum, tùm praua consuetudo legibus aduersaria. Hæc dicta sint modo, ne sit opus eadem iterum in similibus casibus repetere; quorum vtinam non esse tanta frequentia.

592 Amplia quintò, (vt reddeamus ad miserabiles personas,) vt miserabiles personæ gaudeant hoc priuilegio electionis fori, tàm in ciuilibus, quàm in criminalis caussis, actiuè, & passiuè. Quod probari vedetur ex *dicta l. vnica*, quæ nulla facta distinctione ciuilis aut criminalis causæ, illud priuilegium indulget. Ergo indistinctè erit practicandum. Ita etiam expresse statuitur de iure Regni Neapolitani *in ritu 230.* vbi notat Carauita *num. 1. & 2.* Isernia *in dicta constitut. statuimus, versic. item si pupillus*, Afflictis *num. 23.* Follerius *num. 69. cum sequentibus*, Reg. Tapia *num. 23. versic. amplia quintò*, Menochius *de arbitrarijs, dicto casu 66. numer. 34.* Camillus Borrellus *ad Bellugam in speculo Principum, rubric. 38. §. conqueruntur,*

in

in additione prima, Vincent. de Franchis *decis.* 599. Viuius *decis.*65. Riccius *collectan.* 1. Trentacinquius *de resolut.* 2. *nu.* 13. Gratianus *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 182. *num.* 5. Castillo *lib.* 3. *quotidianarum*, *dicto cap.* 25. *num.* 30. Nouarius *in dicta praxi*, *sect.* 2. *q.* 2. *num.* 1. quo conferunt dicta à nobis supra, nu. 538. & ibidem allegati. Ratio est, quam reddit Follerius a quo non citato transcripsit Nouarius. Quoniam priuilegium *d. l. vnica*, eo tendit, ne miserabiles aduersariorum potentia indebitè vexentur in iudicio: hæc autem tàm ciuilibus, quàm criminalibus causis communis est; quippè cùm etiam delinquentes defendi, & protegi debeant à Iudicibus, ne opprimantur, *l. si non defendantur*, 19. *ff. de pœnis* quo sit, vt tametsi in delictis non sit delinquentibus succurrendum, *l. auxilium*, 37. §. *in delictis*, *ff. de minoribus*, tamen hoc priuilegium, de quo agimus, delinquentes, non amittant.

593 Contrariam sententiam huic ampliationi, imò personas miserabiles delinquentes non gaudere priuilegio electionis fori; sed præcisè conueniri debere in loco, in quo delinquerunt, amplexi sunt Scaccia *de appellationib. q.* 7. *num.* 132. & Marchesanus ab eo relatus: in eàdem inclinat Nouarius, *vbi supra*, *ex nu.* 5. tametsi tandem videatur manere irresolutus, quemadmodum ipsemet Scaccia, qui vltimo loco refert Afflictum pro contraria sententia, quam nec impugnat, nec approbat. Fundamentum primum huius sententiæ est textus *in Authent. qua in Prouincia*, *C. vbi de crim. agi oport.* quo statuitur reum apud Iudicem loci delicti conueniri debere nullo obstante priuilegio.

594 Secundò, eadem sententia probatur ex textu *in cap. primo de priuileg. in 6.* vbi statuitur exemptos quocumque priuilegio, non obstante posse conueniri coram ordinarijs in loco delicti, contractus, aut rei sitæ. Qui planè conuenit cum prædicta *Auth. qua in Prouincia*, vt animaduertunt Baldus ibi, *num.* 1. *& 6.* & Paulus *num.* 1.

595 Sed non est recedendum à supradicta quinta ampliatione, neque obstat textus *in d. Authent. qua in Prouincia*, quoniam ille non tollit priuilegia clausa in corpore iuris, vt docet ibidem Glossa, *verb. illic. omni priuilegio*, Azo *in summa eodem titulo*, *num.* 5. Cynus *in principio*, *& num.* 1. *& 6.* Bartolus *num.* 1. Albericus *nu.* 1. *& 8.* Baldus *num.* 7. Angelus, *num.* 6. Paulus *nu.* 5. Fulgosius *numer.* 2. *in fine*, & est communis sententia, consona doctrinæ superiùs à nobis traditæ hac eadem disputatione quæst. 5. nu. 300. & hac eadem quæstione nu. 577. videlicèt, clausulam derogatoriam generalem non tollere priuilegia clausa in corpore iuris, neque concessa causa miserationis, vt diximus ibidem nu. 580. Cum igitur hoc priuilgium miserabilium inclusum sit in corpore iuris, & sit miserationis causa concessum, non censebitur derogatum per *d. Auth. qua in Prouincia*, cum in illa nulla illius mentio fiat.

596 Imò verò est rationi consonum, iuxta dispositionem prædictæ *Authenticæ*, vt eo priuilegio gaudeant miserabiles. Primò, quoniam in ea excipitur expresè casu appellationis; possunt enim rei extra Prouinciã, in qua deliquerunt, causam appellationis prosequi. Cur ergo non possint miserabiles suas causas in prima instantia introducere in suprema tribunalia, saltem vt dilationibus sublatis litem breuiùs finiant, & citò iustitiam suam consequantur, etiam si Principis tribunal sit extra locum delicti? Secundò, quoniam fieri etiam poterit, vt locus delicti, & locus Regij tribunalis idem sit, quo casu nil obstabit, quominus miserabilis in causa criminali eligat supremum tribunal, vt sit ab iniustis vexationibus tutus. Tertiò, quoniam decisio prædictæ *Authenticæ*, vt fieri debeat remissio rei ad locum delicti: tunc locum habere non creditur, cum petitur remissio à tribunali superiori ad inferius, vt dicemus quæst. 7. num. 855. Ergo non est incommodum causam criminalem agitari in tribunali superiori, & ad locum delicti non remitti, cum litigant miserabiles.

597 Neque item obstat textus *in dicto cap.* 1. *de priuileg. in sexto*: nam in eo non agitur de priuilegio fori clauso in corpore iuris; sed de priuilegio extrauaganti, quo non obstante statuitur ibi reum conueniri posse coram ordinario, in loco contractus, rei sitæ, & delicti, dummodò delictum, contractusue non fuerit factus in loco exempto, vel res ibidem sita: nam eo casu priuilegium operari, ne possit reus, nisi coram suo Iudice priuilegiato cõueniri: quemadmodum stante eodem priuilegio in alijs foris domicilij, originis, aut quouis alio, præterquam in predictis tribus delicti, contractus, & rei sitæ conueniri non posset, nisi coram eodem. Quod nos adnotauimus supra hac eadem disputatione, quæst. 3. nu. 144.

598 Amplia sextò, vt hoc priuilegio miserabiles gaudeant, etiam si illi renunciauerint: nam eius renunciatio non valet. Ita sentiunt Glossa *in d. l. vnica*, *verb. excedere*, *C. quando Imperator*, quam sequuntur ibi Baldus *numer.* 3. Salycetus *num.* 2. Rebuffus *comment. in constitut. reg. tit. de sentent. prouision. art.* 3. *gloss. vltim. in fin. vers. postremò*, Caballinus *milleloq.* 699. Natta *cons.* 590. *num.* 15. *tom.* 3. Neuizanis *in sylua nuptiali. lib.* 6. *num.* 37. Belluga *in speculo*, *rubr.* 23. *vers. sed pone. num.* 9. Carauita *ritu.* 231. *num.* 4. Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 301. *de Baronibus*, Trentacinquius *lib.* 2. *variarum*, *titul. de citationibus*, *resolut.* 2. *num.* 37. Scaccia *de appellation. q.* 7. *num.* 115. Franchis *decis.* 100. *num.* 21. *& decis.* 192. *num.* 7. Thesaurus *decis.* 177. *num.* 5. Giurba *decis.* 81. *numer.* 5. Carrocius *de exceptionibus*, *exption.* 22. *q.* 6. *num.* 8. Gratianus *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 282. *num.* 22. Castilo *lib.* 3. *quotidian. cap.* 25. *num.* 23. Barbosa *in l. alias*, 15. §. *eleganter. num.* 50. *ff. solut. matrimon.* Nauarius *in praxi electionis fori*; *sect.* 2. *q.* 46. & clariùs *sect.* 3. *quæst.* 7. *num.* 1. tametsi *ibidem ex numer.* 5. in contrariam sententiam inclinet, & parum sibi constet. Rationem huius ampliationis reddunt isti, quoniam ista renunciatio tolleret misericordiam, & bonis moribus obesset: vertitur etiam in illo priuilegio magis fauor publicus, quàm priuatus, ne miserabiles opprimantur à potentioribus, & seruetur æquitas in Republica; & indultum est ab Imperatore quasi redditurο Deo optimo maximo rationem officij sibi iniuncti in miserabiliũ protectione arctissime reccomandata. Addit Scaccia, quia hoc priuilegium originem habet à iure diuino, vt constat ex locis à nobis relatis supra num. 528. ac per consequens renunciari non potest, sicut nec priuilegium Clericorum. Ex quibus satisfieri potest ijs, quæ in contrarium expenduntur à Nouario: non enim potest fauori publico à singulis miserabilibus renunciari.

599 Illud autem hac in re est notatione dignum, quod si Baro habeat priuilegium cum expressa derogatione *d. l. vnica*, non poterit ei renunciare in præiudicium vassalli potentis remissionem ad eius forum: vt refert decisum Franchis *decis.* 541. & sentit Paschalis *de patr. potestat. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 107. Videlicèt vt seruetur æqualitas inter Dominos, & vassallos, qui non possunt preiudicare iurisdictioni Baronius, eius foro renunciando, iuxta textum *in l. vltima. Cod. de fruct. & litium expens. l. in sacris*, 12. *vers. & quoniam*, *C. de proxim. sacror. scrin. lib.* 12. & notata à Cardinal Tusco *liter. E concl.* 306. cum multis consulto omissis.

600 Amplia septimò, (& colligitur ex ampliatione præcedentæ,) vt miserabiles gaudeant eodem priuilegio electionis fori etiam si sint contumaces, contra regulam ordinariam, iuxta quam contumaces amittunt fori declinatoriam, ex eo, quod per contumaciam videtur contumax renunciare exceptioni fori declinatoriæ, eamque amittere; vt probat textus singularis in l. de die 8. §. planè, ff. qui satisdar. cogant. quem in eam rem expendit Angelus in leg. eum qui, la prima, numer. 2. ff. de priuileg. credit. dicens se eum casum alibi nescire. docet Bartolus in leg. vbi acceptum, 30. num. 3. ff. de iudicijs, Mangrella in additione ad Bartol. in d. l. de die, §. plane, Innocentius in capit. præterea, num. 4. de dilationibus: Baldus in l. si qui ex consensu, 8. num. 6. & 7. C. de Episcop. audient. Imola in l. si finita, §. item videamus, num. 63. ff. de damn. infect. Fulgosius in l. si conuenerit, 18. numer. 12. in fin. vers. nona limitatio, ff. de iurisdict. omn. iudic. Alexand. in l. quidam consulebant, 57. num. 25. ff. de re iudic. Afflictis decis. 133. ex num. 1. & ibi Vrsillus, & ad decis. 185. num. 1. Follerius in praxi crim. 1. part. 2. part. verbo, banniantur, numer. 51. Anna singular. 120. Marcellus Calà de modo articul. §. 1. glos. 1. num. 104. & 105. Franchis decis. 417. num. 1. Riccius ad Franchis d. decis. 417. Giurba cons. 95. ex num. 2. Barbosa in l. si quis posteaquam, 7. ex. nu. 182. ff. de iudicijs, Nauarius ad pragmat. Regn. Neapolit. collect. 69. num. 1. ad pragmat. 1. de contumacibus. Sed cur ita tàm variè? Quoniam videlicèt prædicta regula patitur exceptionem, & fallit in eo, qui non potest renunciare declinatoriæ: non enim potest operari tacita renunciatio orta ex contumacia, quod nõ potest expressa, vt obseruat Afflictis d. decis. 133. num. 5. Follerius & Mengrella, vbi supra, & Marcellus Cala num. 108. Nouarius in sua praxi, sect. 2. q. 9. qui tamen sibi videtur inconstans, & in hoc articulo parum consequenter loquutus; sed nouissimè vide eundem in q. 22. sect. 4. in vltima impressione.

601 Amplia octauò, (& procedit item hæc ampliatio ex sexta præcedenti, vt miserabiles gaudeant eo priuilegio electionis fori, & possint allegare declinatoriam, etiam post litem contestatam, & in qualibet parte litis, etiam post conclusum in causa, atque item in instantia appellationis secunda. Ratio est quoniam tametsi regulariter non possit declinatoria opponi post litem contestatam, cum sit dilatoria; cui per litis contestationem renunciatum censetur, cap. inter monasterium, 20. de re iudicata, l. præscriptiones, vltima. C. de exceptionibus, l. prætor, §. finali, ff. de vacat. & excusat. muner. l. 1. tit. 5. lib. recopilat. Guttierrez lib. 1. practicar. q. 52. num. 1. Marcello Cala de modo articulandi, §. 1. glos. 1. ex num. 73. tamen hoc fallit, cum renunciari non potest declinatoriæ, ac per consequens cum huic priuilegio miserabilium renunciari non possit, fit vt possit allegari, & in iudicium deduci, etiam post litem contestatam, & conclusum in causa. Ita sentiunt Follerius in d. constitut. statuimus, numer. 73. & in practic. crimin. rubr. audiantur excusatores, num. 98. Carauita num. 231. num. 3. & 4. & ritu 233. numer. 9. Neuizanis in sylua nuptiali, lib. 6. num. 38. Muschatellus in praxi Sacr. Consil. lib. 1. par. 2. gloss. competentes, num. 30. Capiblancus in pragmat. 8. par. 1. num. 338. & 329. de Baronibus, Scaccia de appellationibus, q. 7. num. 120. Castillo latè disputans lib. 3. quotidian. controuers. cap. 25. ex num. 34. & num. 41. Marcellus Cala de mod. articul. §. 1. glos. 1. num. 75. Nouarius in d. praxi, sect. 2. q. 6. num. 3. & q. 13. num. 3. & sect. 3. q. 5. & ad pragmat. Regn. Neapol. collectan. 223. nu. 17. Natta cons. 590. numer. 15. volum. 3. Franchis decis. 100. numer. 20. & 21. & decis. 364. num. 2. Viuius decis. 521. num. 17. Thesaurus decis. 177. nu. 6. & ad eum locum additio refert decisionem Senatus Pedemontani, iuxta hanc ampliationem, Belluga in speculo, rubr. 23. vers. sed pone, numer. 9. Trentacinquius variarum, lib. 2. tit. de citationibus, d. resolut. 2. num. 7. qui eandem ampliationem limitat, cum admixta est personæ priuilegiatæ persona non priuilegiata. Quæ tamen limitatio displicet Nouario in dicta q. 6. nu. 4. de qua nos inferiùs agemus ampliatione 14. num. 626.

602 Contrariam nihilominus sententia, imò post litem contestatam non posse miserabiles personas opponere declinatoriam iure ordinario, nisi interueniat error vel alia restitutionis causa; sentit Afflictis in d. constitut. statuimus num. 24. & in decis. 185. num. 2. credens in hoc articulo nihil speciale occurrere in isti miserabilibus personis, sed eas iure communi vsuras, & Barbosa in l. 1. art. 4. num. 70. ff. de iudic. cum antecedentibus, & sequentibus, in qua eadem videtur esse Capycius decis. 13. numer. 10. post Iserniam ibidem allegatum. Verùm non est recedendum à prædicta octaua ampliatione, quæ nititur tùm vrgentissimo fundamento, tùm maiori auctoritate.

603 Amplia nonò, vt miserabiles personæ possint variare facta semel fori electione, & declinare Iudicem electum, ad aliũq; confugere, & causam trahere, siuè elegerint tribunal inferius, siuè supremum: nam ab inferiori ad superius, & à supremo ad inferius possunt refugere, & tàm vnum, quam alterum declinare. Hæc ampliatio tùm præcedentibus annexa est tùm de iure, & praxi Regni Neapolitani planè procedit iuxta ea, quæ tradunt Afflictis in d. constit. statuimus, num. 36. nescio an satis conformis ijs, quæ dixerat, dicto num. 24. Tapia numer. 23. vers. amplia septimò, Follerius in practic. crimin. verb. audiantur excusatores, ex num. 98. Carauita ritu 233. num. 9. Menochius d. casu 66. num. 30. Ioannes Antonius de Nigris in cap. Regni quod decretam. 42. num. 15. Capiblancus in pragmat. 8. par. 1. ex num. 337. de Baronibus, Trentacinquius lib. 2. variarum, de citationibus, d. resolut. 2. numer. 10. Scaccia de appellationibus, q. 7. num. 121. Muscatellus in praxi Sacr. Consil. lib. 1. par. 2. glossa, competentes, numer. 30. Nouarius in dicta sua praxi, sect. 1. q. 1. nu. 2. & q. 2. & q. 3. numer. 10. & sect. 2. q. 13. num. 4. Franchis decis. 100. num. 20. & 21. & decis. 264. & decis. 364. Thesaurus decis. 177. num. 6. Mastrillus decis. 147. ex num. 28. & decis. 268. ex num. 24. Probatur hæc ampliatio, quoniam qui potest eligere: potest variare l. eum qui certam, 138. §. 1. ff. de verbor. obligat. quo conferunt tradita ab eodem Afflicto, decis. 146. & ibi vrsillo.

604 Contrariam tamen sententiam, imò miserabiles personas, quæ coram aliquo Iudice litem fuerint contestatæ, & proindè eius forum elegerint, non posse variare, declinando ab eius iurisdictione, & ad alium refugere, sequitur Couarruuias in practic. cap. 6. num. 5. vers. nonò, & Azeuedus in l. 8. & 9. num. 5. tit. 3. lib. 4. recopilat. testatus de praxi tribunalium Hispanorum, & quod magis est Nouarius in dicta sua praxi, sect. 2. q. 21. nu. 19. trascribens verba Didaci, estque planè conformis sententiæ Afflicti supra relatæ num. 602. Quam praxi Hispanorum tribunalium communem, credo iuri communi magis conformem iuxta dicta à nobis supra numer. 489. de scholari, qui simili modo, quamuis habeat priuilegium electionis fori coram quatuor Iudicibus; vno tamen electo ampliùs variare non potest, iuxta magis communem, & approbatam Doctorum sententiam, quam veriorem agnoscit Nouarius dicta sect. 2. quæst. 13. num. 8. & 9. relato in eandem rem Marchesano.

605 Ita tamen componenda res est, vt in Regno Neapolitano nō recedatur à prædicta ampliatione nona, vsu, & praxi introducta; in Regno verò Castellæ non recedatur ab opinione Didaci Couarruuiæ. Aduersus quam nihil facit textus *in d. l. qui certarum*, §. 1. non enim est tàm generalis regula illa, quàm traditur ab Afflicto, & cæteris: imò verò Paulus Castrensis summarium *prædicti §. eum pure*, ita reddit. *Debitor alternatiuus habens electionem ex dispositione legali, potest variare quandoque vult, ante factam solutionem, non sic semper in eo, qui habet electionem expressa conuentione contrahentium*, cuius doctrinæ explicationem latè prosequitur Albericus, Bartolus, & Paulus *ex num.* 1. è quibus Bartolus *num.* 3. breui, sed compendiosâ distinctione facta totam rem complectitur. Quæ regula sic explicata non facit ad rem, de qua agimus: non enim sumus in casu debitoris alternatiui.

606 Illa tamen difficultas occurrit pro praxi Regni Neapolitani, aduersus praxim Castellæ, quod videatur repugnare ipsimet priuilegio, carentia facultatis variandi. Etenim cum præsupponamus huic priuilegio non posse renunciari, etiam expressè, nedum tacitè, vt supra dixi nu. 598. atque item posse exerceri in quacunque parte litis, etiam contestatæ, & ex eo planè videtur colligi, habere miserabiles facultatem variandi quippe cùm ille videatur Iudicem eligere, qui patitur se coram Iudice conueniri litem contestando; qui nihilominus poterit eum Iudicem declinare in quacunque parte litis.

607 Verùm difficultas ista non difficilem exitum habet, si concederes eum, qui eligit, aliquid agere, & non se habere merè passiuè, sed actiuè; quare qui solùm patitur, & non agit, non potest intelligi eligere. Igitur distinguēdum est inter actorem, & reum miserabiles, & quod ad actorem attinet, cum prouocat ad iudicium coram aliquo Iudice, & prosequitur causam vsque ad contestationem, censetur eligere forum, & Iudicem. Quare semel facta electione non potest variare, neque reprobare, quod semel approbauit, iuxta dicta à nobis superius sectione quinta nu. 489. cum sequentibus, in simili casu de scholari. Quod autem ad reum, cum prouocatus iudicium prosequitur coram Iudice ab actore electo, non eligit Iudicem, sed electo ab actore vtitur; ac per consequens, cum non fuerit vsus suo priuilegio eligendi, in quacunque litis parte poterit opponere declinatoriam, cui renunciare non potest, & refugere Iudicem ab actore electum, eligereq; Iudicem ex suo priuilegio; sed post factam semel electionem variare non poterit. Quo conferunt notata à Couarruuia *in practic. d. cap. 6. num. 5. versic. sextò deindè*; imò verò in idem recidere videtur, quod tradit Carauita *in ritu* 233 *num. 9. & 10.* ita vt videatur concordare vsum Neapolitanum cum Castellano.

608 Illud est notatione dignissimum, quod idem Couarr. *in fin. dicto versic. sextò deindè*, animaduertit, videlicet, tametsi regulariter verùm sit, vbi reus habet plures Iudices ex iure communi, electionē cuiusquę eorum ad exercendum iudicium pertinere ad actorem, vt dixi supra quæst. 3. num. 152. multis in eam rem relatis; attamen, vbi reus non habet ex priuilegio plures Iudices, ad ipsum reum electio Iudicis pertinet, cum ad iudicium prouocatur, non ad actorem. Quod docet Baldus *in l. cum Clericis*, 25. *num.* 1. *C. de Episcop. & cleric.* Romanus *consil.* 412. *num.* 3. Bartholomeus Socinus *consil.* 94. *num.* 1. *& 2. lib.* 3. Isernia *in d. constitut. statumus versic. quid, si miserabilis persona*, Afflictis *ibidem. num.* 18. Nicolans Ruffius *num.* 13. *in recollectis Thomæ Grammatici*, idem Afflictis *decis.* 257. *num.* 5. *& 6.* & notaui supra nu. 479.

Thomæ Carleualij de Iudicijs.

609 Prædictam ampliationem nonam sic explicatam, sub amplia primò, vt in Regno Neapolitano licitum sit miserabilibus bis, ter, & quater variare; notat Carauita *ritu* 233. *nu.* 10. *in fine*; qui tamen agnoscit erroneam praxim, & malè intellectam, Vrsillus *ad Afflict. decis.* 257. *num.* 3. Trentacinquius *d. resolut.* 2. *num.* 10. Petra *ad Capycium decis.* 160. *liter. B.* Follerius *in practic. crimin. verb. audiantur excusatores, nu.* 99. Muscatellus *in praxi Sacr. Consil. lib.* 1. *par.* 2. *glossa competentes, nu.* 30. Scaccia *de appellationibus, q.* 7. *nu.* 121. Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *ex num.* 195. *de Baronibus*, Nouarius *in dicta sua praxi, sect.* 1. *quæst.* 3. *num.* 10. *& sect.* 2. *q.* 13. *num.* 4. *& ad pragmat. Regn. Neapolit. collectan.* 223. *num.* 8. quamuis idem Follerius agnoscat spectato iure semel tantum concedi variationem, cui licet variare, vt nos notauimus supra, num. 489. & Muscatellus testetur perquisitione facta de recenti obseruatione Magn. Cur. inuenisse se bis tantum concedi variatione inclusō tribunali, à quo primò variatur. Quod idem planè sentit Io. Anton. de Nigris *vbi supra*.

610 Subamplia secundò, vt petita variatione primus Iudex maneat incompetens, etiam ante expeditam inhibitoriam, & omnia eius acta nulla censenda sint; vt sentit Follerius *in practic. crim. verb. audiantur excusatores, num.* 90. post Andr. de Isernia *in constitut. si quem nostrorum, verb. recepto termino*, qui reprobat contrariam sententiā Glossatoris ibidem, quam videtur approbasse Afflictis ibi, *nu.* 20. Sed iuxta Iserniæ, & Folleri sententia iudicauit Sac. Cons. apud Frāchis *decis.* 291. quem sequitur Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 340. *de Baronibus*, Petra *ad Capycium decis.* 160. *liter. B.* Mastrillus *decis.* 127. *ex nu.* 1. Giurba *decis.* 82. *n.* 7. *in fin.* Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 13. *n.* 4. *& sect.* 3. *q.* 1. *ex nu.* 1. *& ad pragmat. Regn. Neapol. collect.* 223. *numer.* 26. Galluppus *in praxi Sacr. Regn. Consi. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 57. Muta *decis.* 29. *num.* 5.

611 Ampliationem nonam prædictam nunc limita primò, vt procedat, si subsit causa variationis, secus si nulla causa subsit: nam tunc concedenda non erit variatio, neque censenda licita: tradit Io. Ant. de Nigris *in cap. Regn. quod decretam*, 42. *num.* 15. & idem planè sentit Afflict. *in d. constitut. statumus, num.* 18. qui tunc concedit viduæ variationem, cum Iudex ab ea electus fauet alteri parti.

612 Limitabis secundò, si variatio iudicetur fraudulenta, tūc enim erit deneganda facultas variandi. Hæc colligitur ex superiori limitatione, & traditur planè à Capiblanco *in pragmat.* 8. *par.* 1. *ex num.* 340. *&* 345. *de Baronibus*.

613 Limita tertiò, vt post factam concordiam inter partes non sit admittenda variatio à tribunali superiori ad inferius. Hæc limitatio est consonis præcedenti, quia tunc præsumitur variatio fraudulenta; tradit Franchis *decis.* 100. *nu.* 21. Capiblancus *vbi supra n.* 347. Trentacinquius *d. resolut.* 2. *n.* 10. Nouarius *d. sect.* 1. *q.* 3. *n.* 10. *in fine*, Regens Tapia *in d. constitut. statumus, num.* 23. *vers. amplia nu.* 23. *vers. amplia septimò*, Mastrillus *decis.* 268. *nu.* 28.

614 Limita quartò, vt variatio a foro superiori ad inferius, vt a Sacro Regio Consilio, vel Magna Curia Vicariæ, ad tribunal Baronis, non indistinctè, & passim, sed cautè sit permittenda: nam maxima est fraudis præsumptio, cum eiusmodi variatio fit. Ita sentiunt Franchis *d. decis.* 100. *nu.* 21. Mastrillus *d. decis.* 268. *ex nu.* 24. Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *n.* 338. *&* 340 *de Baronibus*, Nouarius *ad pragm. Reg. Neapol. collect.* 223. *nu.* 7. Didacus de Mati *ad Grammat. decis.* 20. *nu.* 8.

615 Amplia decimo principaliter prædictam septimam cōclusionem, vt miserabiles personæ, etiam pro iuribus

M cessis

cessis verè, & sine fraude, tàm ex causa onerosa, quàm lucratiua gaudeat priuilegio electionis fori. Cũ enim facta cessione vera, & non fraudulenta ius excessionis prouueniens pertineat ad personam miserabilem, etiam illud vtitur iure suo, quemadmodum circa cætera sua bona, & iura vndecunque prouenientia. Ita sentiunt Isernia in *d. constitut. statuimus, vers. item quid si vtatur iure cesso*, Afflictis *latè ex nu.* 25. Follerius *ex num.* 74. qui tamen tantisper restringit, iuxta ius Neapolitanum *ex ritu* 228. *&* 290. Regens Tapia *num.* 23. *vers. amplia sextò*, Carauita *ad ritum* 228. *ex num.* 5. qui ibi *num.* 9. testatu prædictos ritus quòad hunc articulum non obseruari in prædicta, Franchis *decis.* 195. qui ait à Sac. Cõs. iudicatum esse, personas miserabiles prædictis ritibus non comprehendi, Muscatellus *in praxi Sacr. Consil. lib.* 1. *par.* 2. *glòss. competentes, num.* 89. Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib.* 3. *q.* 4. *num.* 42. *&* 43. Castillo *lib.* 3. *quotidian. controuers. cap.* 25. *num.* 31, 32. 33. Scaccia *de appellationibus, q.* 7. *nu.* 133. *vers. contra hanc*, Vrsillus *ad Afflict. decis.* 257. *nu.* 6. *&* 7. Menochius *de arbitrarijs, lib.* 2. *d. casu.* 66. *num.* 35. Marcellus Cala *de mod. articul.* §. 2. *glosa. nu.* 95. Paschalis *de patr. potest. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 91. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 4. *& ad pragm. Regn. Neapol. collect.* 223. *num.* 15.

616 Amplia vndecimò, vt miserabiles personæ, non solùm illæ, quæ inuoluntariè iniuria fortunæ factæ sunt miserabiles, sed etiam quæ culpa sua in miseriam inciderunt, gaudeant hoc priuilegio electionis fori. Exemplum fit in paupere, qui ludendo, & meretricando, & prodigendo incidit in paupertatem. Ita sentit Couarruuias *in practic is, dicto cap.* 6. *numer.* 2. *versic. sed si quis*, quem sequitur Nouarius *in praxi, section.* 1. *quæst.* 16. *ex num.* 4. *& section.* 2. *quæst.* 44. *ex num.* 1. *& ad pragmat. Regn. Neapolit. collectan.* 223. *nu.* 20. Rationem reddit Couarruuias, quoniam hoc priuilegium nulli infert præiudicium, saltem graue; nam si miserabilis confugiat ad Regiam Curiam, vel tribunalia suprema, in eis ministratur æquè iustitia pauperi, & potentis. Imò verò, cum ad ea tribunalia causę necessariò sin: per appellationem deuoluendæ, cedit potius in vtilitatem aduersariorum vsus huius priuilegij, cum ex eo fiat, vt sumptibus litis in prima instantia non vexentur; minusque ideò in lite expendant, securioresque à grauaminibus reddantur tractata causa coram superioribus. Confirmatur primò, quoniam pauper sua culpa factus, excusatur nihilominus ab ijs omnibus oneribus, à quibus excusat paupertas, vt decisum testatur Viuius *decision.* 268. *num.* 9. Secundò, quoniam pauper sua culpa factus alendus est, etiam venditis Ecclesiarũ bonis, si opus fuerit vt notat Couarruuias *lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 9. Tertiò, quoniam distributiones quotidianæ Ecclesiarum debentur ei, qui sua culpa incidit in morbum, vt notat idem Couarruuias *lib.* 3. *variarum, cap.* 13. *num.* 8. *versic. septimò quotidianæ*, Guttierrez *lib.* 1. *canonicarum quæstionum, cap.* 1. *num.* 138. Zerola *in praxi Episcopal.* 1. *par. verb. distributiones quotidianæ*, §. *ad* 3. *versic. sextò debentur*, Cenedo *canonicarum quæstionum, quæst.* 1. *num.* 8. qui eam rationem reddit, ne afflicto addatur afflictio; contra regulam textus *in l. tàm dementis, C. de Episcop. audientia, & in cap. cum percussio,* 7. *q.* 1. *& in capit. penultimo, de Clerico ægrotante, & in leg.* 11. *titul.* 9. *part.* 7. & doctrinam sapientis, & Ecclesiastic. 4. *num.* 2.

617 Limita tamen hanc ampliationem, nisi culpa fuerit ordinata ad ipsam miserabilitatem, quo casu deneganda erunt misero miserabilium priuilegia ex regula textus *in l. qui data opera, ff. ex quibus causis maior.* & ijs, quæ eruditè congessit, Couarruuias *dicto capit.* 16. *numer.* 9. & notauit *in dicto cap.* 6. *num.* 2. & nos dicemus infra disputat. 3. num. 27. & 28. qua ratione viduæ maritum occidenti superius num. 559. deneganimus hoc priuilegium electionis. Iuxta quam limitationem exponẽdos credo Iserniam *in d. constit. statuimus, vers. quid si propter delictum*, Afflictis *nu.* 28. Follerium *nu.* 83. Balzaranum *n.* 47. quos sequitur Trentacinquius *d. resolut.* 2. *nu.* 20. & Scaccia *de appellationib. q.* 7. *num.* 136. *vers. restringe*, 9. qui vniuersim videntur denegare hoc priuilegium ijs, qui culpa sua in miseria inciderunt.

618 Amplia duodecimò, vt miserabiles, qui tempore electionis fori priuilegio gaudebant, & eius virtute forum elegerunt, non sint extrahendi à foro electo, etiam si lite cœpta desierint esse miserabiles: quemadmodum si pauper lite pendente fieret diues, pupillus maior, vidua nuberet: imò verò in eodem tribunali electo lis erit prosequenda, & finienda, etiam si cessauerit causa miserationis. Probatur ex textu *in l. si quis postea quàm,* 7. *l. vbi acceptum,* 30. *ff. de iudicijs, leg. cum quadam puella,* 19. *in incipio, ff. de iurisdiction. omn. iudic.* quibus traditur regula generalis, legitimè cœptum iudicium finiendum esse apud Iudicem eundem, apud quem cœptum est, etiam si litigans forum mutauerit lite pendente, id enim operatur legitima præuentio iurisdictionis & satis est ad legitimandum iudicium tempore citationis litem pertinere ad iurisdictionem citantis. Quod confirmantur ex regula textus *in l. in ambiguis,* 86. §. *non est nouum, ff. de regulis iuris, & in capit. factum legitimè,* 73. *eodem titulo in sexto*, & ijs, quæ notant Doctores *in l. patre furioso, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris*. Ita sentit Aluarus Valascus *consultat.* 57. magis in specie Vincentius de Franchis *decis.* 257. *numer.* 7. Follerius *in dicta constitut. statuimus, ex numer.* 27. *in specie numer.* 66. Regens Tapia *num.* 19. Marinus *numer.* 11. *in reccollectis Thomæ Grammatici*, Carauita *ritu* 233 *num.* 18. qui dicit, ita in practica seruari, Menochius *de arbitrarijs, dicto casu* 66. *num.* 28. Thesaurus *decis.* 177. *numer.* 4. Giurba *decis.* 82. *ex num.* 11. Capiblancus *pragmat.* 8. *part.* 1. *num.* 316. *cum sequentibus, de Baronibus*, Scaccia *de appellationibus, quæst.* 7. *numer.* 118. *&* 119. Mastrillus *decis.* 268. Giurba *decis.* 82. *nu.* 2. Paschalis *de patr. potestat. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 100. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *quæst.* 10. *& ad pragmat. Regn. Neapolit. collectan.* 223. *num.* 18. Confirmant eandem ampliationem, quę traduntur à Doctoribus de Clerico in minoribus legitimè inquisito tempore, quo gaudebat priuilegio fori; nam etiam si post deponat habitum clericalem, & tonsuram, vel nubat; tamen causa cępta corã Ecclesiastico non debet remitti ad sæcularem. Iuxta tradita ab Hippolyt. de Marsil. *singul.* 480. Capella Tholosana *decis.* 378. Gramat. *decis.* 10. & ibi addentibus, Couarruuia *in practic. cap.* 31. *nu.* 8. Iul. Clar. *lib.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 36 *nu.* 11. Farinac. *in praxi, q.* 8. *num.* 66. Erasmo Kochier *de iurisdictione, tom.* 1. *par.* 2. *q.* 17. nam attenditur status in quo erat tempore delicti, & inquisitionis, non qui ex post facto superuenire potest: tractat, & multis rationibus probat giurba *consil.* 15. loquentes in fortioribus terminis; videlicèt casu, quo lis non fuerat cœpta, sed delictum commissum tempore quo quis erat exemptus: nam etiam exemptione cessante contẽdit pertinere inquisitionem, & punitionem delicti patrati ab exempto, tempore quo erat exemptus, ad Iudicem exempti, atque ita refert decisum. In qua eadem sententia fuit Franchis *decis.* 417. & Caballus *resolut. crimin. casu* 147. *ex numer.* 9. & Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 5. Barbosa

in

in l.Titia. 35. *nu.* 33. *ff. de solut. matrimon.* Suarez *in defensione fidei aduersus errores sectæ Anglicanæ, lib.* 4. *cap.* 15. *ex nu.* 14. Ambrosinus *de immunitate, cap.* 19. *num.* 3. circa quam doctrinam vide, quæ inferius resolui num. 924.

619 Contrariam tamen sententiam huic ampliationi, imò miserabilem, qui post litem captam à miseria liberatus est ope diuina, non amplius gaudere priuilegio miserabilium, sed litem etiam cæptam remittendam esse ad ordinarium; censet veriorem, & iuri magis conformen Caranita *ritu* 233. *num.* 12. *cum sequentibus*, quem sequitur Marcellus Cala *de modo articulandi*, §. 1. *gloss.* 10 *ex num.* 82. Fundamentum est, quoniam cessante causa, cessat effectus; at si cesset miserabilitas, cessat causa priuilegij miserabilibus induIti. Ergo cessare debet ipsum priuilegium, quo cessante causa ex foro priuilegiato, remittenda erit ad ordinarium.

620 Sed non est recedendum à prædicta ampliatione, quæ verior est, iuri conformior, communiorq; Doctorum sententia, & vsu recepta, vt ipsemet Caranita agnoscit. Fundamento autem contrariæ facilè satisfit, si dicamus cum Follerio *in d. constit. statuimus, ex nu.* 41. cuius dicta prosequitur Nouarius *dicta q.* 10. & ex Giurba *decis.* 82. *num.* 12. & 13. qui optimè confirmat, non cessare effectum causæ, cùm cessat causa, quæ iam habuit effectum consumatum; imò verò etiam inchoatum, vt pluribus tradit Tiraquellus *in tractatu de cessante causa, limitat.* 11. & 12. *vbi num.* 3. & 15. Franchis *decis.* 719. Regens Rouitus *consil.* 10. *num.* 7. *lib.* 1. Quare cum cæpto iudicio iam miserabilitas suum effectum fuerit sortita, aut sortiri cœperit ex vsu priuilegij, ex quo vsu resultat, quæsitum esse ius tùm parti aduersæ prosequendi iudicium, vbi est cæptum, tùm etiam iurisdictioni Iudicis de causa cognoscentis, etiam si posteà ex superueniente casu cesset miserabilitas, quæ indulgenti priuilegij causa fuit, priuilegium ipsum non cessat.

621 Amplia decimo tertiò, vt persona miserabilis gaudeat priuilegio electionis fori, etiam si conueniatur, velut heres defuncti non priuilegiati, cum eius contractu: nam poterit declinare Iudicem, quem non posset declinare defunctus, cui succedit probatur ex textu *in l. hæres absens,* 19. *in fine principij, ff. de iudicijs*. Cum enim priuilegium miserabilium personarum contentum in *d. l. vnic. C. quando Imperator*, sit clausum in corpore iuris, & non hæredi proprium, se commune; non censetur sublatum ex regula *d. l. heres absens*, vt dixi supra quæstion. 5. num. 299. post multos doctores, quos ibi retuli, quibus addo Erasmum Kochier *de iurisdictione, tomo* 2. *par.* 4. *quæstion.* 46. *num.* 4. Scacciam *de appellation. quæst.* 7. *num.* 133. *vers. subestringe*, Castillo *quotidian. controuers. lib.* 3. *capit.* 25. *num.* 52.

622 Limitanda tamen est hæc ampliatio primò de iure Regni Neapolitani, quo attento persona miserabilis, si conueniatur, vt heres, vel successor non priuilegiati, non potest declinare forum defuncti, sed ibi conuenienda est, vbi defunctus debuit; suo priuilegio quantumuis incluso in corpore iuris non obstante, notaui supra dicto numer. 299. in fine, ex *ritu* 234. relatis in eam rem, Caranita *ibidem*, & Vincentio de Franchis *decis.* 234. *nu.* 3. & *decis.* 364. *ex num.* 3. & 4. quibus addo eundem Franchis *decis.* 553. & Afflict. *in dicta constitut. statuimus, num.* 26. Regens Tapia *ibi, num.* 20. Petram *ad Grammatic. decis.* 52. *n.* 1. Didacum de Mari *ibidem num.* 1. Trentacinqu. *lib.* 2. *variarum, tit. de citationibus, resolut.* 2. *num.* 6. Menochium *d. casu* 66. *numer.* 36. Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *ex num.* 314. & 323, *de Baronibus*, Viuium *decis.* 250. *Thomæ Carleuali de Iudicijs*, *numer.* 2. Marcellum Cala *de mod. articul.* §. 1. *glossa* 1. *numer.* 54. & 55. Castilo *quotid. controu. lib.* 3. *capit.* 25. *numer.* 52.

623 Ab hac tamen limitatione recedit Bartolomeus de Capua *in d. constit. statuimus, num.* 12. *in recollectis Thomæ Grammatici*, referens iuxta hanc sententiam decisum à Magna Curia Vicariæ; quem videtur sequutus Muscatellus *in praxi lib.* 1. *par.* 2. *gloss. competentes, ex nu.* 91. qui vix se extricat ab hac difficultate, & in ea videtur manere dubius.

624 Sed in Regno Neapolitano non est recedendum à prædicta limitatione ob expressam constitutionem *in prædicto ritu* 234. & auctoritatem Doctorum eius vsum recipientium.

625 Limita secundò, si lis fuerit cæpta cum defuncto non priuilegiato, nam tunc hæres priuilegiatus nō potest virtute sui priuilegij forum declinare, etiam attento iure communi, vt de clerico hærede laici probaui supra d. q. 5. nu. 309. cum sequentibus. vbi vide rationes huius limitationis, quam tradunt in specie priuilegij *d. l. vnica*, de quo agimus Regens Tapia, & Capiblancus *vbi supra*, Scaccia *de appellationibus q.* 7. *numer.* 133. Giurba *decis.* 82. *num.* 9. Gratianus *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 182. *nu.* 27. Cala *de mod. articul.* §. 1. *gloss.* 1. *nu.* 57. Muscatellus *in praxi, lib.* 1. *par.* 2. *gloss. competentes, nu.* 45. Caranita *ritu.* 234. *num.* 2. & 3. Trentacinquius *de resolut.* 2. *nu.* 6. Nauarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 20. *ex num.* 1. & *ad pragmat. Regn. Neapol. collect.* 223. *nu.* 22. adde quos retuli dict. nu. 309. expressim de hoc priuilegio loquentes.

626 Amplia decimo quartò, vt hoc priuilegio extendatur ad litis consortes, vt notat Couarruuias *in practic. cap.* 7. *num.* 5. *in fin. vers. solet autem*, Menochius *de arbitrar. d. casu* 66. *num.* 29. Thessaurus *d. decis.* 177. *num.* 4. Afflictis *decis.* 213. Neuizanis *in sylua nuptiali, lib.* 6. *ex numer.* 39. Capycius *decis.* 133. Follerius *in practic. crimin. verb. audiatur excusatores, nu.* 147. Trentacinquius *d. resolut.* 2. *nu.* 9. Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 334. & 335. *de Baronibus*, Muscatellus *in praxi. lib.* 1. *par.* 2. *gloss. competens, num.* 95. Natta *consil.* 590. *num.* 16. Castillo *lib.* 3. *quotidian. c.* 25. *nu.* 29. Nouarius *in praxi sect.* 2. *q.* 45. *ex num.* 1. Scaccia *de appellationibus q.* 7. *num.* 122. Qua tamen in re cautè procedendum est iuxta adnotationem, & distinctionem Couarru. Muscatell. & Scacciæ, *vbi supra, num.* 123. an causa sit diuidua, aut indiuidua, & in textum traditamq; ibi à Doctoribus *in leg. vnica, Cod. si in commun. eademque causa*.

627 Prædictam verò septimam conclusionem principalem sic explicatam limita primò de iure Regni Neapolitani, vt non procedat, nisi ante omnia persona miserabilis iuramentum præstet de perhorrescentia aduersarij, alias nō gaudebit prædicto priuilegio. Ita statuitur *in d. cõstit. statuimus, de offic. Magistr. iustitiar.* vbi glossa *verb. corporali prædicto sacramento, &* in *ritu* 228. vbi notat Caranita *ex num.* 4. Afflictis *in d. constit. statuimus, nu.* 36. Follerius *ex nu.* 17. Balzaranus *num.* 13. & 14. Tapia *nu.* 32. Couarruuias *in practic. cap.* 6. *nu.* 1. 10. Ant. de Nigris *in cap. Regn. quod decretam,* 42. *ex nu.* 12. Franchis *decis.* 257. *nu.* 1. & 2. Paschalis *de patr. potestat. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 91. Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 342. *de Baronibus*, Trentacinquius *d. resolut.* 2. *num.* 14. Muscatellus *d. gloss. competentes, nu.* 78. & 83. Gallupus *in praxi, par.* 2. *cap.* 6. *num.* 56. Nouarius *in praxi, sect.* 1. *q.* 2. *ex num.* 1. Menochius *d. casu* 66. *num.* 27.

628 Sublimita hanc primam limitationem, vt nō procedat de iure communi, quod est conforme iuri Regio Castel-

læ, iuxta quæ iura miserabiles non indigent iuramento perhorrescientiæ, vt possint gaudere electione fori. Quod planè probatur ex verbis *d.l. vnica, C. quando Imperator*, ibi, *præsertim cum aduersarij potentiam perhorrescunt*: verbum enim, *præsertim*, indicat casum minus dubitabilem, cui accomodatur decisio, verùm eandem vigere in casu magis dubitabili, notat Cenedus *singular.* 83 *ex num.* 1. & Barbosa *in remissionibus, diction.* 233. *numer.* 2. qui multos referunt, expendit Couarruuias *in practic. d. cap.* 6. *num.* 1. Franchis *in d. decis.* 257. *num.* 2. Menochius *d. casu.* 66. *num.* 27. & ferè omnes relati numero præcedenti.

629 De iure tamen Regio Castellæ hoc iuramentum perhorrescentiæ, & diffidentia iustitiæ consequendæ apud Iudices inferiores, viam aperit huic priuilegio electionis fori multis alijs personis, quæ non reponuntur inter miserabiles, si tamen litem moueant aduersus potentes, quorum potentiam perhorrescant, & ob quorum potentiam iustitiam se posse consequi corã inferioribus Iudicibus diffidant aut metuant. Ita statuitur *in l.* 5. *tit.* 3. *par.* 3. vbi notat Gregorius *gloss.* 7. *& in l.* 8. *tit.* 3. *lib.* 4. *recopilat.* vbi Azeuedus *num.* 1. *in fine*, *& numer.* 2. Couarruuias *in practic. d. cap.* 6. *numer.* 1. Auendanus *de exequend. mandat.* 1. *par. cap.* 1. *numer.* 31. *vers. duodecima causa*, referens Montaluum *in l.* 18. *titul.* 23. *part.* 3. idem Auendanus *in dictionario, verb. Corte*, Villadiego *in politica, cap.* 1. *ex num.* 89. Monterosso *in practic. tract.* 5. *de los casos de Corte*, & iure communi attento notat Abbas Panormitan. *in cap. Nicolao,* 64. *num.* 6. *vers. ad vnum tamen aduerte, de appellationibus*, & Decianus *tract. crimin. libr.* 4. *cap.* 6. Atque ita vt accedamus ad exempla, si quis litiget cum Iudice ordinario, seu Correctore, dùm exercet officium, aut Rectore, seù Decurione, aut publico Officiali, Vniuersitatis, aut alio homine in Republica potente, aut cum ipsa Vniuersitatis, seu vniuersitatis Concilio, potest ad Curiam Regiam causam trahere, & ibi forum eligere: nam iste iure Castellæ censetur casus curiæ. Iudicatur vero persona potens in Republica eodem iure, cui tantum, vel plùs potest, quantum Iudex ordinarius, aut Decurio quilibet, vt expressè deciditur *in l. 9. tit.* 10. *lib.* 9. *recopilat.* vbi notat Azeuedus & Auendanus *de exequend. mand.* 1. *par. cap.* 19. *num.* 18. *vers. dicitur autem, &* 2. *par. capit.* 12. *num.* 13. *vers. octauum requisitum.*

630 Limita secundò principaliter dictam septimam conclusionem, attento iure Regni Castellæ, vt personæ miserabiles non habeant priuilegium electionis fori in causis paruis, quarum æstimatio minor sit decem mille marauedinorum æreorum. Est autem eaminutissima Castellæ moneta, vt dixi supra num. 564. ita statuitur *in l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 4. *recopilat.* & ibi notauit Azeuedus Paz *in praxi tom.* 1. 1. *par. primo tempore, num.* 21. Villadiego *in politica, cap.* 1. *num.* 98. & Couarruuias *in practic. cap.* 7. *nu.* 3. *in fine*, qui hanc legem referre voluit & taxauit quantitatem *sex mille*, quoniam ita habebat litera legis antiquæ pro *decem mille*, quod habemus in noua.

631 Limita tertiò eandem septimam conclusionem spectato iure Neapolitano, vt miserabiles non gaudeant priuilegio electionis fori, nisi personaliter compareant suum priuilegium allegaturi. Ita statuitur *in rit.* 230. quem tametsi Afflictis *in d. constit. statumus, nu.* 26. dicat non seruari, & admitti solere fori declinatoriam propositam per Procuratorem: Carauita tamen *in d. ritu* 230. *nu.* 3. *& ritu* 269. *num.* 2. *in* ait esse in viridi obseruantia, quem refert, & sequi videtur Nouarius *in d. praxi, sect.* 3. *q.* 10. *ex nu.* 1. tametsi post *nu.* 5. contrarium dicat, & se vertat ad opinionem Afflicti. Certè iure communi spectato regulare, est, vt si quis vocetur in iudicium, etiam ab incompetente Iudice, comparere debeat per se, vel Procuratorem suum pro suo legium allegaturus *l. si quis ex aliena*, 5. vbi notat Barbosa *ex nu.* 1. cum multis quos congerit, *ff. de iudicijs, l. ex quacunque,* 2. *in princ. ff. si quis ius voc. non ier.*

632 Sublimita tamen prædictam limitationem, vt procedat in criminalibus, non in ciuilibus, atque ita concordabis Afflictum cum Carauita: cui concordiæ occasionem dedit Battaglinus *ad Cinum in d. leg. vnica, C. quando Imperator, vers. l. vnica, circa finem*. In criminalibus enim, conforme est iuri communi, ne admittatur declinatoria rei, nisi compareat, & se iudicio sistat, cum potius ex contumacia reus declinatoriam amittat, vt dixi supra num. 600. In ciuilibus verò possit miserabilis absens allegare declinatoriam per Procuratorem: nemo enim cogitur comparere personaliter ad litigandum in causis ciuilibus, *l.* 1. *§. vsus, ff. de procurator. l. præsenti, §. cum autem, C. de ijs, qui ad Eccles. confug. l. in pecuniarijs,* 26. *C. de Procurator. cap.* 1. *de iudicijs, in sexto*, vbi Glossa, *verbo, Iudicem delegatum, leg.* 15. *tit.* 3. *libr.* 4. *recopilat.* Et vt ad vsum veniam, vidi in Sac. Consil. me interueniente procedi in causis ciuilibus viduarum ex priuilegio *d. l. vnicæ*, allegato per Procuratorem, cum ipsæ personaliter non comparuerint, nulla super hac repropositа difficultate, aut ambiguitate; de quo etiam vsu testatur Battaglinus, *vbi supra*. De quæstione verò generali, an exemptus debeat comparere citatus, vt alleget suum priuilegium, vide latissimè Kochier *de iurisdictione*, 1. *tom. par.* 2. *q.* 6. Doctores *in d. l. si quis ex aliena*, 5. vbi latè Barbosa *ff. de iudicijs*, Marian. Socin. *in cap. si Clericus, num.* 4. *ex vers. item quia in rubrica*; *cum numeris sequentibus, de foro competenti*, Carauita *ritu* 65. *& l.* 2. *tit.* 7. *par.* 3. vbi Gregor.

633 Limita quartò vt miserabilis priuilegiatus hoc priuilegio, non possit vti aduersus alium miserabilem eodem priuilegio priuilegiatum, vt pupillum aduersus pupillum, vidua aduersus viduam, vel vidua aduersus pupillum, & è contra, & sic de cæteris. Ita statuitur de iure Regni Neapolitani *in ritu* 228. *& ritu* 231. & vtrobique notat Carauita, Isernia *in d. constit. statumus, vers. quid si miserabilis*, Afflictis *ex num.* 19. Tapia *numer.* 26. Follerius *in practic. crimin. rubric. audiantur excusatores, ex num.* 102. Muscatellus *in praxi, lib.* 1. *par.* 2. *gloss. competentes, num.* 85. *&* 86. Thesaurus *d. decis.* 177. *nu.* 9. *vers. limitatur*, Franchis *decis.* 188. *& decis.* 553. Giurba *decis.* 82. *nu.* 8. Vrsillus *ad Afflict. decis.* 56. *num.* 1. Riccius *collect.* 4. *& collect.* 300. *& collect.* 348. Trentacinquius *lib.* 2. *variarum, de citationibus, resolut.* 2. *num.* 18. Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 350. *de Baronibus*, Marcellus Cala. *de mod. articul. §.* 1. *glos.* 1. *nu.* 80. Menoch. *de arbitrar. d. casu* 66. *num.* 38. Grattianus *discep. forensi. tom.* 1. *cap.* 182. *nu.* 20. *&* 21. Couarruuias *in practic. d. capit.* 7. *ex num.* 4. vbi latè disputat, confirmat eandem sententiam ex praxi Regni Castellæ, quem sequitur Scaccia *de appellation. q.* 7. *num.* 128. Castillo *quotidian. controuers. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 27. *&* 28. Azeuedus *in l.* 8. *&* 9. *num.* 7. *tit.* 3. *lib.* 5. *recopilat.* cuius limitationis ratio est. Primò, quoniam priuilegiatus aduersus pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio suo, *l. sed & milites,* 10. *ff. de excusat. tutor.* Doctores communiter *in authent. quas actiones*, vbi Salycetus *nu.* 3. Cynus *nu.* 1. Bartolus *num.* 3. Paulus *numer.* 6. *C. de sacrosanct. eccles.* Gregorius Lopez *in l.* 5. *titul.* 2. *par.* 3. *glos.* 2. *in fine*, Riccius *collect.* 348. Hyppolyt. de Marsil. *singul.* 99. Tuscus *liter. P. concl.* 760. Castillo *quotidian. controuers. lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 79. Parladorius *lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap.* 17. *num.* 28. Kochier *de iurisdictione,* 1. *tom. p.* 1. *q.* 44. Secundò, quoniam

niam in hac specie conquassatis priuilegijs inter actorem, & reum, reddimus ad ius e ommune, vt actor forum rei sequatur ex regulis vulgaribus toties repetitis: quam rationem considerat Romanus *consil.* 385. *num.* 4. *vers. secunda ratio*. Tertiò quoniam reus iuuatur priuilegio, & iure communi, actor solo priuilegio, si ipse sit, qui priuilegio vti vult: & simili modo, si reus vti velit priuilegio, ipse solo priuilegio iuuatur, contra actor priuilegio, & iure communi, quo fit, vt cum duo vincula sint fortiora, quam vnum, *Auth. itaque, C. communia de successionib.* Negusantius *de pignoribus* 5. *par. membr.* 4. *num.* 22. *in fine*, Io. Garcia *de nobilitate, gloss.* 6. *n.* 56. ille, qui nititur iure communi, & priuilegio, facilè vincat actorem, vel reum solo sub nixum priuilegio. Quam rationem reddit Couarru. approbatq; Menoch. & Caraoita. Quartò accedit (quod ibidem Couarruuias, & Menoch. adnotarunt) illud priuilegium præualere debere, quod iuri communi conforme est; quod etiam tradit Afflictis *decision.* 257. *numer.* 5. *&* 6.

634 Sublimita prædictam quartam limitationem de iure Regni Neapolitani, quo attento, curialis potest vti priuilegio fori sibi indulto contra alium curialem priuilegiatum, iuxta *d. ritum* 228. vti notat Carauita, Afflictis *decis.* 56. & ibi Vrsillus, Nouar. *in d. praxi sect.* 2. *q.* 21. *n.* 10.

635 Limita quintò principaliter, vt si cœptum sit agi coram ordinario, & miserabilitas; eamque consequens fori priuilegium superueniat, non possit miserabilis vti priuilegio circa causam cœptam, vt ea remittatur ad tribunal supremum Principis. Ratio est, quoniam priuilegium fori superueniens post cœptam litem non eximit litigantem, aut litem, à veteri foro, quia præuenta est iurisdictio quoàd eam causam, in cuius præiudicium forus mutari non potest, *l. si quis postea quam*, 7. *l. vbi acceptum*, 30. *ff. de iudicijs*, *l. cum quadam puella*, 19. *in princip. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. tutor. petitus*, 28. *in princip. ff. de excusation. tutor. cap. proposuisti*, 19. *de foro compet.* & illis locis animaduertunt Doctores; conuenit de iure Regni Castellæ, *l.* 12. *tit.* 7. *part.* 3. vbi Gregorius, Capella Tholosana *decis.* 144. *& decis.* 147. loquens de priuilegio Clericorum, Franchis *decis.* 544. *numer.* 3. *& seqq.* Giurba *decis.* 23. *& decis.* 82. Tuscus *liter. F. concl.* 445. Ponte *de potest. Proreg. titul.* 7. §. 7. *ex num.* 12. Capiblancus *in pragmat.* 8. *part.* 1. *num.* 317. *de Baronibus*, Muscatellus *in praxi libr.* 1. *par.* 2. *gloss. competentes, num.* 45. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 13. *num.* 5. Gratianus *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 421. *ex nu.* 22. Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 22. *ex nu.* 3. Kochier *de iurisdictione, tom.* 1. 2. *part. q.* 16. *&* 19. Barbosa *in d. l. si quis postea, quàm*, 7. *num.* 1. *& num.* 110. *cum seqq. ff. de iudicijs*, tametsi quidam ex ijs loquantur de præuentione in genere, non in specie, de præuentione ex priuilegio miserabilium. Hæc limitatio colligitur ex dictis ampliatione 12. num. 618. & ex congestis à nobis hac eadem quæstione, sect. 3. ex nu. 445.

636 Amplia primò prædictam quintam limitationem, vt procedat si miserabilis lite cœpta succedat non miserabili, vt si vidua post litem cœptam cum defuncto fieret eius hæres: nam non posset quoàd litem cœptam vti priuilegio viduarum, quoàd fori electionem, sed tenetur prosequi litem vbi cœpta fuisset, idque ob eandem rationem præuentionis. Notauit Castillo *libr.* 3. *quotidian. controuers. cap.* 25. *num.* 45. *cum seqq.* estq; iuxta tradita à Doctoribus *in Auth. quas actiones, C. de sacrosanct. eccles.* & ea, quæ late deduxi superius quæst. 5. ex num. 309. & num. 319. cum sequentibus, & dixi num. 625.

637 Amplia secundò dictam quintam limitationem, vt superueniens priuilegium fori, seù exemptionis non eximat miserabilem litigantem post præuentam iurisdictionem, & litem cœptam, siuè priuilegium superueniat, & adquisitum sit ex voluntate, instantia, & proprio facto litigantium, siuè adueniat casu, & inuoluntariè, imo verò motu etiam proprio Principis concessum; sed lis nihilominus terminari debeat coram eodem Iudice, quo cœpta est, non obstante priuilegio post quæsito, quocunque modo quæratur. Ita sentiunt Albericus *in l. qui autem*, 12. vbi Baldus, & Angelus *ff. si quis caution.* Fulgosius *in d. l. si quis postea quàm*, 7. *num.* 1. *vers. in eadem ibi*, 63. & Barbosa ibi, *ex nu.* 140. magis inclinat in eam sententiam *ff. de iudicijs* sequitur Iaso *in l. si quis quendam*, 11. *num.* 4. *ff. si quis caut. & in l. supplicare*, 2. *num.* 2. *C. vt lite pendente*, Io. Andreas *in additione ad specul. lib.* 4. *tit. de dolo, & contumacia*, §. 2. *num.* 20. *ad verbum, interest*, Abbas *in cap. causam quæ*, 19. *nu.* 3. Imola *num.* 3. Felynus *num.* 2. *&* 5. & ibi additio, *de testibus*, Sapia *in repet. l. cùm quædam puella*, 19. *num.* 13. *&* 14. *ff. de iurisdict. omn. indic.* Franchis, *d. decis.* 544. *numer.* 15. Giurba *d. decis.* 23. *ex numer.* 7. *& decis.* 82. Eral. Kochier *de iurisdictione, par.* 2. *q.* 16. *ex num.* 5. *& num.* 14. *&* 15. Tuscus *liter. F. concl.* 445.

638 Hæc ampliatio quoàd primam partem, nempè priuilegium fori, seù exemptionis procuratum non eximere à iurisdictione præuenta; probatur ex regula textus *in l. & qui data opera*, 5. *ff. ex quib. caus. maior. & in l.* 2. *§. vltimo, ff. si quis caut. l. si maritus*, 15. §. *legis Iuliæ ff. ad l. Iul. de adulter.* cum similibus. Regulare enim est, vt priuilegium, seù beneficium à iure indultum propter aliquã causam, non prosit ei, qui illam causam affectauit, Romanus *singul.* 597. Felynus *in cap. licet ratione vltimo, numer.* 25. *vers. secundò addunt moderni. de for. compet. & in cap. vltimo. num.* 2. *in fin. & num.* 3. *&* 4. vbi additio, *de testib.* Hippolyt. de Marsil. *in rubric. ex num.* 175. *ff. de fideiussor. & in l.* 1. §. *cum quis latrones, num.* 6. *& seqq. ff. de quæst.* Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 35. *glos.* 4. *ex nu.* 27. Couarruuias *lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 9. *vers. secundò, illud*, Barbosa *in l.* 2. §. *legatis, nu.* 66. *ff. de iudicijs*, & nos diximus supra numer. 559.

639 Quoàd secundam vero partem, videlicèt, priuilegium etiam fori motu proprio Principis concessum non eximere priuilegiatum à foro, quod ex præuentione contraxerat, cum priuilegium superuenit; probatur ex eo, quòd concessio Principis lite pendente facta sine litis mentione non valet, etiam si motu proprio sit facta; vt multis relatis probat Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. tit. de iudicijs, concl.* 4. *numer.* 20. Lancellotus *de attentatis, part.* 2. *capit.* 4. *in præfatione, numer.* 613. *cum seqq.* Capycius *decis.* 86. *num.* 20. & ad eum Petra Anna *singul.* 402. Cochier *de iurisdictione, tom.* 1. *part.* 2. *q.* 16. *num.* 11. Et colligitur apertè ex tex. *in Authent. in medio litis non fieri sacras formas*, §. 1. Idque ex eo prouenit, quod Princeps nunquàm præsumitur per priuilegium suũ alijs damnum, aut præiudiciũ inferre, *l.* 2. §. *si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. quamuis* 8. *capit. si propter tua debita*, 10. *de rescrip. in* 6. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 13. Peregrin. *de iure fisci, lib.* 1. *ti.* 3. *ex n.* 21. vbi multa in eam rem congessit: magnum autem inferretur preiudicium litiganti cum exempto, si lis esset denno incipienda coram nouo Iudice.

640 Sed contrariam sententiam, quinimo priuilegium superueniens, aut casu, aut etiam motu proprio Principis concessum, dummodò non interuenia factum, & postulatio priuilegiati, eximere eum, cui conceditur, etiã quoàd litem cœptã, amplexi sunt per multi inter quos Glos. *schol.* 1. *in l. qui autem*, 12. per textũ ibi *ff. si quis caut.* Bar-

tione, num.13.cum seqq. notat Viuius decis.65.nu.5. Menochius d.casu 66.numer. 26. Nouarius d.sect.1.q.15.numer.1.

574 Vndecimò, enumerantur inter miserabiles, gaudentes fori priuilegio, meretrices: nam nulla maior miseria esse potest quam meretricijs artibus victum quærere. Sic decisum in Sacr. Regu. Consil. Neapolit. refert Franchis decis.233. sequuntur Viuius decis.521.num.5. Carauita ritu 19.nu.8.9.& 10. Muschatellus in praxi lib.1.p.6.glossa, priuilegiata in additione liter.A. Tapia in d.constit.statuimus, num.24. Menochius d.casu 66. num. 25. Paschalis de virib.patr.potestat.par.2.capit.2. numer.99. Capiblancus in pragmat.8.par.1.num.311.de Baronibus, Nouarius d.sect.1.q.7.num.5. Gallupus in praxi, par.2.cap.6.num. 58. additio ad decisionem Thesauri 177. ad num.13. tametsi videatur illud limitare ad Regnum Neapolitanum, quasi solùm in Regno Neapolitano meretrices essent miserabiles,

575 Duodecimò, miserabiles etiam censentur, quò ad hoc priuilegium, expositi, liberti ecclesiæ, publici pœnitentes, nuper ad fidem conuersi, & si qui sunt alij, in quibus eadem inueniatur miserationis ratio, quæ in superiùs enumeratis; vt hos, & alios enumerat Innocentius in d.cap. significantibus, 38.num.1. Ioannes Andreas num.4. Butrius num.22. Zabarella num.2.3.& 5. Panormitanus num.6. Imola num.19.de offic.delegat. Rebuffus in d.gloss. vltima, Tapia in d.constitut.statuimus, numer.17. Castillo d.cap.25. num.19. Erasmus Cochier de iurisdictione tomo 1. par. 4.q. 108. Marcus Antonius de Amatis decis.99. Marta de iurisdictione, 2.part.cap.21.

576 Hoc autem priuilegium miserabilium personarum infringit duobus modis ius commune, videlicèt. Primò, duas fallentias vnius regulæ, quę iuxta ius commune locum habent: secundò, vnam alteram regulam. Ac per consequens non est simplex priuilegium, sed duplex. In primis prima regula est, nemine posse trahi ad iudicium extra domicilium, sed vocari debere ad iudicium coram sui domicilij Iudice. Hæc regula pertinet ad reos eorumque beneficium: continetur autem in cap.1.seù §.primo, in Authent. vt differentes Iudices, collat.6. titul. 15. Quæ tamen regula iuris ordinarij habet ex eodem ordinario iure duas exceptiones, seù falleotias. Prima est, nisi Iudex ordinarius, sit negligens, §. super hoc, seù capit. 7. in Authent. de quæstore, collat.6. tit.9. cui consonat de iure Pontificio ex Concilio Tridentino, session. 24. decreto de reformation.cap.20. Secunda exceptio, seù fallentia, nisi impetretur imperiale rescriptum ad extraordinariũ Iudicem, l.si quando, 2.C.de dilationibus, l. in criminali, 5.C.de iurisdict.omn.iudic. Istæ tamen fallentiæ, seù exceptiones, non habent locum in miserabilibus personis, quæ inuitæ, neque cum ordinarius est negligens, neque vigore rescripti imperialis, trahi possunt extra domicilium; seù extra Prouinciam ad extraordinarium Iudicem; quod priuilegium reducit eas, cum conueniuntur tanquam reæ, ad regulam prædictam iuris communis. Ita probat textus in d.l.vnica, in 1.part.C. quando Imperator, notat ibi Cynus ante numer.1. Bartolus numer.2. Baldus numer.2. Salycetus numer.1. Paulus numer.1.& 2. Fulgosius num.1. Afflictis in d.constitut.statuimus, num. 14. Follerius in practic.crim.1.part.2. part.rubric.audiantur excusatores. num.93. Trentacinquius lib. 2.variarum, tit.de citationibus, resolut. 2.nu.1.& 2. Castillo lib.3.quotidian. controuers.cap. 25.ex num.3.

577 Amplia primò, vt per rescriptum Imperiale non censeatur derogatum huic priuilegio, etiã si insit rescripto clausula, non obstante quacunque lege contrarium disponente, ita notant Bald. Salycet. Paul. Foller. Trentacinqu. vbi supra, & Afflictis num.15.

578 Amplia secundò, vt non censeatur derogatum huic priuilegio per rescriptum, etiam si contineat clausulam, non obstante quocunque priuilegio, de quo oporteat specialem facere mentionem, aut clausulam, non obstantibus priuilegijs quibuscunque, etiam si essent talia, de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, nisi facta fuerit expressa mentio pupillorum, viduarum, vel aliarum miserabilium personarum. Ita notant Cynus in d.l.vnic. num. 3. Albericus num.2. Angelus, num.4. Fulgosius num.1. Paulus num.2.& 3. Felynus in cap.accedentes, 11. num. 4. de præscription. Alexand.cons.122.nu.16.lib.4. Decius cons. 165. numer.5. Barbosa in l.1.art.4.num 72.ff.de iudicijs, Menochius d.casu 66.nu.32.& de præsumptionib.lib.6.præsumpt. 40.num.6.13.22.& 25. Rebuffus commentar.in l. reg. tractat. seù titul.de sent. prouisional. art. 3.d.gloss. vltim. vers. decimo quinto, Afflictis in d.constitut.statuimus, numer.15. qui testatur ita vidisse se sæpius iudicatum, & obseruatum Foller. ibidem num. 20. Tapia num. 30. idem Foller. vbi supra, Trentacinquius d. resolut. 2.nu.1.& 2.& 3. Paschalis de patr.potestat.par.2.cap. 2.num.160. Io. Antonius de Nigris in cap.quod decretam, 42. nu.9. Nouarius in praxi election.fori, sect.2.q.1.num.1.& q.14.num.11.& q.47. num.1.& 2. Galluppus in praxi Sacr.Consil. par.2. capit.6. num.60. Castillo lib.3.quotidian.controuers.d.cap. 25. num. 7. Grammaticus decis.20. vbi pro hac sententia refert decisum, & Petra, & Didacus de Mari ad eum locum, Franchis decis.187.& decis.192.& decis.517.num.3.& additiones ad ea loca, Castillo decis.39.ex num. 1. lib. 1. & ibi additio, Giurba decis.82.num 4. Mastrillus decis. 147.ex num.28. Peregrin.decis.129.numer.7. Gratianus disceptat. forens.cap.182.nu.10.11.& 12. Thesaurus decis.177.num. 9.& ad eum locum additio Thesauri filij.

579 Ratio harum ampliationum est. Primò, quoniam clausula generalis derogatoria non reuocat priuilegia clausa in corpore iuris, vt multis relatis diximus supra quæst.5.num.300. quibus addo Felynum in cap.non nulli, 28. num.26.de rescriptis, Raudensem de analogis, cap. 33. num.83. Anton.Gabriel.libr.6.communium, tit.de regul.iur. conclus.9.ex nu.5. Martam de clausulis, clausula non obstantibus, 77. num.2.& num.19. & multos relatos a Barbosa in remissionibus Doctorum, clausula 43.44.& 45. Nauarium in praxi electionis fori, sect. 2.q.1. nu.2. Quo fit, vt cum hoc priuilegium in corpore iuris clausum sit per prædictam generalem clausulam derogatoriam illi non censeatur derogatum.

580 Secundo, quoniam per clausulam derogatoriam generalem non censetur derogatum priuilegio concesso causa miserationis, nisi de ipsis personis, quibus concessum est, fiat expressa mentio. Quod procedit ex regula textus in l.item apud labeonem, 15.§.ait prætor, et 2.ff. de iniurij: ea enim, quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur videntur quasi neglecta, cui consonat cap. quamuis, 4. de præbend.in 6. Ita sentiunt Cynus in d.l.vnic.num.3. Fulgosius num.1.& 2. C.quando Imperator, Io. Andreas in d. cap.significantibus, 38.numer.5.de offic. delegat. Romanus in leg.si verò, 64.§.de viro, numer.45.ff.solut.matrimon. & cons.269.num.3. Paul.Castrens.cons.278.num.1.& seqq.1. par. Alexand. cons.122.num.16.lib.4. Decius cons. 165.numer.5. Felinus in d.cap.nonnulli, 28.num. 19. de rescript. Tiraquellus in l.si vnquam, in præfatione, numer.124.C.de reuoc.donat. Franchis decis. 192.nu.6. Gratianus disceptat. forens.tom.1.cap.182.ex nu.10. Raudensis de analogis.dict.

cap.

cap. 33. num. 84. At priuilegium *d. l. vnic.* causa miserationis, & pietatis concessum est, vt ex ipsa lege constat; non ergo derogatur, nisi expresè mentio fiat miserabilium personarum.

581 Amplia tertiò, vt etiam si in priuilegio aliquo referente se aliud sit clausula, *prout melius, & plenius tenebat, & possidebat antiquus Dominus*, qui atiquus Dominus possideret sub priuilegio continente expresè derogationem *d. l. vnicæ*; nihilominus per nouum priuilegium non censebitur derogatum prædictæ *l. vnica*, nisi in nouo priuilegio ei derogetur expresè. Ita refert decisum in Collaterali Neapolitano cõsilio Follerius *in practic. crimin. 1. par. 2. part. verb. audiantur excusatores, numer. 114. in fine*, quam decisionem sequutum est Sacrum Regium Consilium, vt testatur Franchis *decis. 192. numer. 19. & decis. 517.* Castillo *decis. 39. nu. 3. lib. 1.* & Thesaurus *decis. 177. num. 12.* Tapia *in dict. constit. statuimus, numer. 31.* Nouarius *in dicta praxi, sect. 2. q. 1. num. 13.* & expressius *q. 47. num. 5. & ad pragm. Regn. Neapolit. collectan. 223. num. 13.* quidquid contrarium sine fundamento asserat Capiblancus *in pragmat. 8. par. 1. num. 300. de Baronibus*, cuius locus est planè corruptus, cum allegat pro se Vincentium de Franchis, qui prædictam sententiam contra opinionem Capiblanci, amplectitur, & rationibus confirmat. Ratio ampliationis est, quoniam quamuis regulariter relatum sit in referente, *l. asse toto, cum vulgat. ff. de hære. instit.* etiam cum omnibus suis qualitatibus, vt considerat Franchis *dicta decis. 192. num. 9.* illa tamen verba priuilegij se referentis ad aliud, sunt interpretanda ex Follerio *d. num. 114.* & traditis à Lunario *cons. 66. ex num. 4.* vt cadant super expressis tantum in priuilegio nouiter concesso; videlicèt, vt significent, contenta expresè in priuilegio, nouo, concessa esse, prout meliùs, & plenùs tenebat olim antiquus priuilegiatus; non verò, vt ex illis verbis fiat extensio ad alia concẽta in antiquo priuilegio, & non expressa in nouo. Quæ confirmantur ex traditis ab eodem Vincentio de Franchis *decis. 125. ex num. 1. & decis. 275. ex numer. 7. & decis. 505. num. 22.* & Afflictis *decis. 361. numer. 43.* Regente Tapia *in pragmat. 1. numer. 39. vbi quis de delictis debet conueniri, libr. 3. iuris Neapol. Rubr. 6.* Viuio *decis. 208. ex num. 1.* eodem Tapia *in decis. Sac. Consil. 11. ex num. 8.* & Io. Thoma Minadoo *in repet. constitut. in aliquibus, sub tit. textus constitutionis, num. 39.* qui dicunt sæpè iudicatum in Sacro Consilio, priuilegia quæ conceduntur alicui magno Principi cum causibus reseruatis, non transire in generali alienatione cum assensu facta, in personas inferioris notæ, quibus talia Rex non fuisset concessurus; idque multis iuris locis in eam rem adductis comprobant, quibus acquiesco, etiam si eorum sententia conetur dubitabilem reddere Rouitus *in pragm. 1. num. 43. vbi delict. quis deb. conu.*

582 Ex quibus vtiliter colliges, quando sit facienda remissio causarum miserabilium personarum ad Barones in Regno Neapolitano, virtute priuilegiorum ipsi concessorum in inuestituris: in Hispaniarũ enim Regnis nunquam fit remissio, neque sunt eiusmodi priuilegia concessa Dominis vassallorum. Nam si in prædictis inuestituris Regni Neapolitani Baronum sit legitimè derogatũ priuilegio *d. l. vnicæ*, erit facienda remissio ad Baronem, sin minus facienda non erit, sed causa retinenda vel in Sac. Consil. vel in Magn. Cur. Vicar. quæ item est superius regium tribunal legitimum prædictarum causarum, *iuxta dict. constitut. statuimus, de offic. Magistr. iustitiar.* subordinatum tamen quòad appellationes Sacro Regio Consilio supremo iustitię tribunali, quemadmodum illi cætera omnia tribunalia Regni subordinata sunt.

583 Secunda regula iuris communis pertinẽs ad actores est neminem posse adire superiorem per viam quetelæ omisso medio, scilicèt Iudice inferiore; sed debere coram inferiore prius litem mouere, & si ille grauauerit ad superiorem appellare, vt statuitur *in l. nemo. 4. Cod. de iurisdict. omn. iudic.* & de iure Regni Castellæ *in leg. 8. & 9. tit. 3. lib. 4. recopilat.* Hæc autem regula fallit in illis miserabilibus personis, cum agunt, quæ possunt introducere causam in prima instantia, si voluerint coram supremis tribunalibus ex priuilegio *d. l. vnicæ, in 2. part.* & de iure Castellæ *in dict. l. 8. & 9.* Notant *in prædicta l. vnica*, Cynus *ante nu. 1.* Baldus *num. 2.* Salycetus *num. 2.* Paulus *num. 4.* Follerius *in praxi, verb. audiantur excusatores, numer. 93.* Bellnga *in speculo, rubr. 23. vers. sed pone, num. 8.* Trentacinquius *variarum, lib. 2. de citationibus, dicta resolut. 2. n. 3. & 4.* Castillo *lib. 3. quotidianar. cap 25. num. 10.*

584 Isti sunt effectus priuilegij fori prædictarum miserabilium personarum, quæ tametsi hoc, & alijs priuilegijs gaudeant, quæ enumerat Rebuffus *in d. gloss. vltima, ex vers. quibus prærogatiuis*, Nouarius *in practi electioni fori, sect. 3. q. 12 ex num. 1.* qui integrum etiam de illis promulgauit tractatum: non tamen ita illis fauendum est in iudicio, vt alijs iniustitiam faciamus, *cap. ex tenore, 11. de foro competent. cap. nuper, 6. §. quod autem, de donat. inter virum, & vxorem*, Ideò enim Exod. 23. num. 3. dicitur: *Pauperis quoque non misereberis in iudic.* & nu. 6. *Non declinabit in iudicium pauperis.* Leuit. 19. nu. 15. *Non facies, quod iniquum est, nec iniustè iudicabis, non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis*; & Deuteronom. 1. num. 16. & 17. *Audite illos, & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siuè peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis euiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Notarunt Philo Iudæus *libro de Iudice, prope finem*, Albericus *in d. l. vnica, in principio*, Rebuffus *vbi supra*, Follerius *in cap. quod decretam, num. 15.* Caballinus *milleloqu. 698.* Neuizano *in sylua nuptiali, lib. 6. num. 28.* vt discant iudicare, quid clementiam, & potestatem, quam non habent, ostẽtantes, misericordiæ prætextu violant sanctarum iura legum. Audiant si minus sacras literas Martianum Iurisconsultũ diuino motum spiritu, qui quandoque ad piorum eruditionem per os etiam impiorum loquutus est, *in l. respiciendum, 11. ff. de pœnis. Nec enim* (inquit) *aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quaque res expostulat, statuendum est.*

585 Prædictam autem conclusionem septimam principalem sic declaratam ampliabis primò, vt idem priuilegiũ electionis fori competat Ecclesiæ. Ita sentiunt Isernia *in d. constitut. statuimus, verb. miserabilium, & vers. de Ecclesia*, qui refert sic decisum in Sacr. Consil. Afflictis *ibi, num. 26.* Follerius *num. 21.* Tapia *num. 21.* idem Afflictis *decis. 247.* vbi Vrsillus, Capycius *decis. 160.* & ibi Petra, Franchis *decis. 234. num. 4.* Viuius *decis. 521. nu. 3.* idem Follerius *in cap. quod decretam, num. 13.* Carauita *ad ritum 229. num. 1. & ad ritum 233. nu. 1. & seqq.* & Nigris *in d. cap. Regni, quod decretam, 42. numer. 9. & 10.* Couarruuias *in practic. cap. 7. num. 3.* Menochius *de arbitrar. lib. 2. dicto casu 66. num. 19.* Scaccia *de appellation. q. 7. num. 130.* Trentacinquius *variarum, libr. 2. tit. de citationibus, d. resolut. 2. num. 34.* Marta *de iurisdictione, part. 2. cap. 21. numer. 5.* Paschalis *de patr. potestat. par. 2. capit. 2. numer. 89.* Nouarius *in dicta sua praxi, sect. 1. quæst. 28. ex num. 1.* Ratio est, non quidem, quò Ecclesia censeatur miserabilis persona, vt rectè notauit Couarruuias contra quosdam, qui perpe-

ram

ram contrarium opinati sunt; sed quia ex vi interpretationis priuilegium concessum pupillis extenditur ad Ecclesiam, quæ censetur à iure simili minoribus, quorum res ab alijs administrantur, *cap. 1. cap. auditis, 3. de in integr. restit. l. vt inter diuinum, 13. C. de sacrosanct. eccles.* notant idem Isernia, Couarruuias, Carauita, & Tapia, *vbi supra*, idem Tapia *in l. vltima, 2. part. cap. 3. num. 92. ff. de constit. Princip.* Euerardus *in locis legalibus, loco 68. à pupillo ad Ecclesiam, vel piam causam*, Tiraquellus *de priuilegijs piæ causæ, priuileg. 142.* Quare tametsi iure cummuni non sit expressum, Ecclesiam hoc priuilegio gaudere, nisi cùm patitur violentiam, rapinam, vel fraudem, iuxta tradita a Matthęo de Afflictis, & Couaruuia, *vbi supra*, ob prædictam rationem praxis introduxit in Regnis Castellæ, & Neapolis, vt Ecclesia isto iure pupillorum vtatur.

586 Amplia secundò, vt eodem priuilegio gaudeant Ciuitas, & Vniuersitas quælibet, & Respublica, Monasteria, loca pia, Confraternitates, Collegia, & piæ causę; vt ob eandem rationem prædicti tradiderunt, & notauit Rulandus *cons. 68. ex nu. 20. vol. 3.* Caualcanus *decis. 37. nu. 13. 1. par.* Castillo *lib. 3. quotidianar. cap. 25. num. 30.* Scaccia, *vbi supra*, Vrsillus *ad Afflict. decis. 257. num. 3.* reddens rationem, quòd Vniuersitas includat pupillos, & viduas, & multas alias miserabiles personas, Regens Tapia *decis. Sac. Consil. 36. nu. 5.* Galluppus *in praxi Sac. Reg. Cons. part. 2. cap. 6. num. 58.* referens de hac re decisionem Sacr. Consil. qui omnes loquuntur de Republica, seù Vniuersitate. Petra *ad Capycium decis. 160. liter. B.* qui refert pro eadem sententia Afflict. *in prælud. constit. q. 5. num. 3. & 4.* sed ibi non loquitur de hoc priuilegio, sed de restitutione in integrum.

587 Amplia tertiò, vt eodem priuilegio gaudeant Clerici litigantes pro rebus, & patrimonio Ecclesiæ, non pro suo proprio patrimonio, vt iure Regni Neapolitani statuitur *in ritu 229.* & ad eum notat Carauita *numer. 1.* Isernia *in d. constit. statuimus, vers. item Clericus*, Afflictis *ibidem nu. 22.* Follerius *nu. 22.* Tapia *nu. 23.* Io. Anton. de Nigris *in d. cap. quod decretam, 42. num. 10.* Franchis *decis. 597. nu. 1.* Viuius *decis. 27. nu. 1. & 2.* Paschalis *de patr. potest. p. 2. cap. 2. nu. 89.* Cala *de mod. articul. §. 1. gloss. 1. nu. 87.* Nouarius *in d. praxi, sect. 1. q. 31. nu. 1.* Riccius *collect. 300. & collect. 2283.* Quod procedit ex eadem ratione: nam cum Clericus agit pro re Eccles. ipsa Ecclesia agere videtur; quando verò pro re propria, cessat ratio priuilegij.

588 Subamplia dictam ampliationem, tertiam, vt Clerici gaudeant eodem priuilegio in causa propria, & priuata, cum agunt pro iniuria sibi facta: non enim debet esse minus priuilegiata persona Ecclesiastica quàm bona Ecclesiastica, cum bona sint propter personas *§. vltimo, instit. de iur. natur. gent. & ciuil. l. iustissimè, 44. in princ. ff. de ædil. edict.* Ita sentiunt Vinc. de Anna *allegat. 146.* Tapia *in d. constit. statuimus, numer. 22.* Franchis *d. decis. 597.* Viuius *dict. decis. 27.* Paschalis *vbi supra, num. 90.* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. par. q. 59. num. 3.* Nouarius *in praxi, sect. 1. q. 31. nu. 2.* Riccius *d. collectan. 300.*

589 Amplia quartò, vt Curiales gaudeant eodem priuilegio electionis fori. Ita statuitur de iure Regni Neapolitani *in ritu 228. & 229. in fine, ritu 232. & 233.* notat Carauita *in d. ritu 229. num. 6. & in ritu 232. num. 1. cum seqq.* Afflictis *decis. 56.* Follerius *in dicta constit. statuimus, numer. 16.* Tapia *ad prædictos ritus*, quos retulit *lib. 3. iuris Neapolitan. sub rubric. 1.* Capiblancus *in pragmat. 8. part. 1. nu. 334. de Baronibus*, Freccia *de subfeudis, li. 1. tit. de officio magni Seneschalchi, numer. 3.* Camillus Bortellus *de Regis cathol. præstantia, cap. 62. num. 35. vers. quintò, & nu. 36.* Marcellus Cala *de modo articulandi, §. 1. gloss. 1. num. 90.* Nouarius *in praxi, section. 2. quæstion. 34. & quæst. 40.* Gratianus *tom. 3. disceptat. forens. cap. 421. ex nu. 1.* cum quo iure cōueniebat de antiquo iure Castellæ, *l. 9. tit. 3. li. 4. recopilat.* Qui autem dicantur Curiales, vide apud Matthæum de Afflictis *in d. const. statuimus, nu. 13.* Tapiam *nu. 12.* Carauitam *ad ritum 232. ex num. 1.* Hoc autem ideò statutum est, ne ratione litium à suorum officiorum ministerio, & loco, in quo officium exercendum est, auocarentur.

590 Limita primò, prædictam quartam ampliationem de iure nouiori Regni Castellę, quo attento non possunt Curiales, aut Officiales causas suas, aut suarum vxorum, vel suorum filiorum trahere ad regiam curiam, in qua sua officia exercent, correcto quòad hoc iure vetustiori. Ita statuitur *in l. 10. dicto tit. 3. lib. 4. recopilation.* vbi notauit Azeuedus, iure recedens ab opinione Didaci Perez. Quod quidem ideò statutum est, ne ob nimiam Officialium potentiam cum suis socijs iniuriam paterentur collitigantes, & vt hoc ius statueretur Neapoli, ob hanc eandem rationem, non potuit obtinere ciuitas Neapolitana per suam supplicationem, vt notauimus inferius num. 711.

591 Limita secundò, de iure Regni Neapolitani vt Curiales pro iuribus cessis non possint hoc priuilegio gaudere. Ita disponit *ritus 228.* & ibi notat Carauita *ex num. 5. & ritu 290.* Reg. Tapia *ad eundem ritum, libr. 3. iuris Neapolitani, sub rubric. 1.* Follerius *in dicta constitut. statuimus, num. 74. & 78.* Idque factum est ad euitandas fraudes, & molestias illatas collitigantibus ab istis Curialibus: tametsi Carauita *dicto ritu 228. numer. 9.* dicat istos ritus non obseruari. Sed non video, cur non sit adscribendum vitio, & culpæ Iudicum, eorque possit tuta eorum esse conscientia, si quæ sanctè, & iustè, maximaq; cum ratione stabilita sunt, non obseruētur ab illis, sub eo prætextu, quod ab alijs non sint obseruata, quasi iniquitas illorum, qui leges non custodiunt, & rectè statuta violarunt, excuset iniquitatem futuram illorum, qui simili peccato se fecerunt obnoxios. Ego semper fui in ea sententia, vt credam, legem iustam, & ad bonum publicum spectantem, pro qua militat vis rationis naturalis, & æquitatis, non posse vinci à praua Iudicium proditorum consuetudine, qui eam deferentes ob priuatos affectus quorum Deo optimo maximo reddituri sunt rationem, à lege deuiarunt. Igitur, quæ non sunt obseruata, & obseruentur, & bono vsu, legibusque antiquis conformi emendabitur, tùm iniquitas Iudicium iniquorum, tùm praua consuetudo legibus aduersaria. Hæc dicta sint modo, ne sit opus eadem iterum in similibus casibus repetere; quorum vtinam non esse tanta frequentia.

592 Amplia quintò, (vt reddeamus ad miserabiles personas,) vt miserabiles personæ gaudeant hoc priuilegio electionis fori, tàm in ciuilibus, quàm in criminalis causis, actiuè, & passiuè. Quod probari videtur ex *dicta l. vnica*, quæ nulla facta distinctione ciuilis aut criminalis causæ, illud priuilegium indulget. Ergo indistinctè erit practicandum. Ita etiam expreśsè statuitur de iure Regni Neapolitani *in ritu 230.* vbi notat Carauita *num. 1. & 2.* Isernia *in dicta constitut. statuimus, versic. item si pupillus*, Afflictis *num. 23.* Follerius *num. 69. cum sequentibus*, Reg. Tapia *num. 23. versic. amplia quintò*, Menochius *de arbitrarijs, dicto casu 66. numer. 34.* Camillus Bortellus *ad Bellugam in speculo Principum, rubric. 38. §. conqueruntur*,

in

in additione prima, Vincent. de Franchis *decis.* 599. Vinius *decis.* 65. Riccius *collectan.* 1. Trentacinquius *de resolut.* 2. *nu.* 13. Gratianus *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 182. *num.* 5. Castillo *lib.* 3. *quotidianarum*, *dicto cap.* 25. *num.* 20. Nouarius *in dicta praxi*, *sect.* 2. *q.* 2. *num.* 1. quo conserunt dicta à nobis supra, nu. 538. & ibidem allegati. Ratio est, quam reddit Follerius a quo non citato transcripsit Nouarius. Quoniam priuilegium *d. l. vnica*, eo tendit, ne miserabiles aduersariorum potentia indebitè vexentur in iudicio: hæc autem tàm ciuilibus, quàm criminalibus causis communis est; quippè cùm etiam delinquentes defendi, & protegi debeant à Iudicibus, ne opprimantur, *l. si non defendantur*, 19. *ff. de pænis* quo fit, vt tametsi in delictis non sit delinquentibus succurrendum, *l. auxilium*, 37. §. *in delictis*, *ff. de minoribus*, tamen hoc priuilegium, de quo agimus, delinquentes, non amittant.

593 Contrariam sententiam huic ampliationi, imò personas miserabiles delinquentes non gaudere priuilegio electionis fori; sed præcisè conueniri debere in loco, in quo deliquerunt, amplexi sunt Scaccia *de appellationib.* *q.* 7. *num.* 132. & Marchesanus ab eo relatus: in eàdem inclinat Nouarius, *vbi supra*, *ex nu.* 5. tametsi tandem videatur manere irresolutus, quemadmodum ipsemet Scaccia, qui vltimo loco refert Afflictum pro contraria sententia, quam nec impugnat, nec approbat. Fundamentum primum huius sententiæ est textus *in Authent. qua in Prouincia*, *C. vbi de crim. agi oport.* quo statuitur reum apud Iudicem loci delicti conueniri debere nullo obstante priuilegio.

594 Secundò, eadem sententia probatur ex textu *in cap. primo de priuileg. in* 6. vbi statuitur exemptos quocumque priuilegio, non obstante posse conueniri coram ordinarijs in loco delicti, contractus, aut rei sitæ. Qui planè conuenit cum prædicta *Authent. qua in Prouincia*, vt animaduertunt Baldus ibi, *num.* 1. *&* 6. & Paulus *num.* 1.

595 Sed non est recedendum à supradicta quinta ampliatione, neque obstat textus *in d. Authent. qua in Prouincia*, quoniam ille non tollit priuilegia clausa in corpore iuris, vt docet ibidem Glossa, *verb. illic. omni priuilegio*, Azo *in summa eodem titulo*, *num.* 5. Cynus *in principio*, *& num.* 1. *&* 6. Bartolus *num.* 1. Albericus *nu.* 1. *&* 8. Baldus *num.* 7. Angelus, *num.* 6. Paulus *nu.* 5. Fulgosius *numer.* 2. *in fine*, & est communis sententia, consona doctrinæ superiùs à nobis traditæ hac eadem disputatione quæst. 5. nu. 300. & hac eadem quæstione nu. 577. videlicet, clausulam derogatoriam generalem non tollere priuilegia clausa in corpore iuris, neque concessa causa miserationis, vt diximus ibidem nu. 580. Cum igitur hoc priuilgium miserabilium inclusum sit in corpore iuris, & sit miserationis causa concessum, non censebitur derogatum per *d. Auth. qua in Prouincia*, cum in illa nulla illius mentio fiat.

596 Imò verò est rationi consonum, iuxta dispositionem prædictæ *Authenticæ*, vt eo priuilegio gaudeant miserabiles. Primò, quoniam in ea excipitur expressè casu appellationis; possunt enim rei extra Prouinciã, in qua deliquerunt, causam appellationis prosequi. Cur ergo non possint miserabiles suas causas in prima instantia introducere in suprema tribunalia, saltem vt dilationibus sublatis litem breuius finiant, & citò iustitiam suam consequantur, etiam si Principis tribunal sit extra locum delicti? Secundò, quoniam fieri etiam poterit, vt locus delicti, & locus Regij tribunalis idem sit, quo casu nil obstabit, quominus miserabilis in causa criminali eligat supremum tribunal, vt sit ab iniustis vexationibus tutus. Tertiò, quoniam decisio prædictæ *Authenticæ*, vt fieri debeat remissio rei ad locum delicti, tunc locum habere non creditur, cum petitur remissio à tribunali superiori ad inferius, vt dicemus quæst. 7. num. 855. Ergo non est incommodum causam criminalem agitari in tribunali superiori, & ad locum delicti non remitti, cum litigant miserabiles.

597 Neque item obstat textus *in dicto cap.* 1. *de priuileg. in sexto*: nam in eo non agitur de priuilegio fori clauso in corpore iuris; sed de priuilegio extrauaganti, quo non obstante statuitur ibi reum conueniri posse coram ordinario, in loco contractus, rei sitæ, & delicti, dummodò delictum, contractusue non fuerit factus in loco exempto, vel res ibidem sita: nam eo casu priuilegium operari, ne possit reus, nisi coram suo Iudice priuilegiato cõueniri: quemadmodum stante eodem priuilegio in alijs foris domicilij, originis; aut quouis alio, præterquam in prædictis tribus delicti, contractus, & rei sitæ conueniri non posset, nisi coram eodem. Quod nos adnotauimus supra hac eadem disputatione, quæst. 3. nu. 144.

598 Amplia sextò, vt hoc priuilegio miserabiles gaudeant, etiam si illi renunciauerint: nam eius renunciatio non valet. Ita sentiunt Glossa *in d. l. vnica*, *verb. excedere*, *C. quando Imperator*, quam sequuntur ibi Baldus *numer.* 3. Salycetus *num.* 2. Rebuffus *comment. in constitut. reg. tit. de sentent. prouision. art.* 3. *gloss. vltim. in fin. vers. postremò*, Caballinus *milleloq.* 699. Natta *cons.* 590. *num.* 15. *tom.* 3. Neuizanis *in sylua nuptiali lib.* 6. *num.* 37. Belluga *in speculo*, *rubr.* 23. *vers. sed pone. num.* 9. Carauita *ritu.* 231. *num.* 4. Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 301. *de Baronibus*, Trentacinquius *lib.* 2. *variarum*, *titul. de citationibus*, *resolut.* 2. *num.* 37. Scaccia *de appellation. q.* 7. *num.* 115. Franchis *decis.* 100. *num.* 21. *& decis.* 692. *num.* 7. Thessaurus *decis.* 177. *num.* 5. Giurba *decis.* 82. *numer.* 5. Carrocius *de exceptionibus*, *exption.* 22. *q.* 6. *num.* 8. Gratianus *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 182. *num.* 22. Castilo *lib.* 3. *quotidian. cap.* 25. *num.* 23. Barbosa *in l. alia*, 15. §. *eleganter. num.* 50. *ff. solut. matrimon.* Nauarius *in praxi electionis fori*; *sect.* 2. *q.* 46. & clariùs *sect.* 3. *quæst.* 7. *num.* 1. tametsi *ibidem ex numer.* 5. in contrariam sententiam incliner, & parum sibi constet. Rationem huius ampliationis reddunt isti, quoniam ista renunciatio tolleret misericordiam, & bonis moribus obesset: vertitur etiam in illo priuilegio magis fauor publicus, quam priuatus, ne miserabiles opprimantur à potentioribus, & seruetur æquitas in Republica; & indultum est ab Imperatore quasi reddituro Deo optimo maximo rationem officij sibi iniuncti in miserabiliũ protectione arctissime eccomandata. Addit Scaccia, quia hoc priuilegium originem habet à iure diuino, vt constat ex locis à nobis relatis supra num. 518. ac per consequens renunciari non potest, sicut nec priuilegium Clericorum. Ex quibus satisfieri potest ijs, quæ in contrarium expenduntur à Nouario: non enim potest fauori publico à singulis miserabilibus renunciari.

599 Illud autem hac in re est notatione dignum, quod si Baro habeat priuilegium cum expressa derogatione *d. l. vnica*, non poterit ei renunciare in præiudicium vassalli potentis remissionem ad eius forum: vt refert decisum Franchis *decis.* 541. & sentit Paschalis *de patr. potestat. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 107. Videlicèt vt seruetur æqualitas inter Dominos, & vassallos, qui non possunt preiudicare iurisdictioni Baronius, eius foro renunciando, iuxta textum *in l. vltima. Cod. de fruct. & litium expens. l. in sacris*, 12. *vers. & quoniam*, *C. de proxim. sacror. scrin. lib.* 12. & notata à Cardinal Tusco *liter. E concl.* 306. cum multis consulto omissis.

600 Am-

600 Amplia septimò, (& colligitur ex ampliatione præcedente,) vt miserabiles gaudeant eodem priuilegio electionis fori etiam si sint contumaces, contra regulam ordinariam, iuxta quam contumaces amittunt fori declinatoriam, ex eo, quod per contumaciam videtur contumax renunciare exceptioni fori declinatoriæ, eamque amittere; vt probat textus singularis *in l. de die 8. §. planè, ff. qui satisdar. cogant.* quem in eam rem expendit Angelus *in leg. eum qui, la prima, numer. 2. ff. de priuileg. credit.* dicens se eum casum alibi nescire. docet Bartolus *in leg. vbi acceptum, 30. num. 3. ff. de iudicijs*, Mangrella *in additione ad Bartol. in d. l. de die, §. plane*, Innocentius *in capit. præterea, num. 4. de dilationibus*: Baldus *in l. si qui ex consensu, 8. num. 6. & 7. C. de Episcop. audient.* Imola *in l. si finita, §. item videamus, num. 63. ff. de damn. infect.* Fulgosius *in l. si conuenerit, 18. numer. 12. in fin. vers. nona limitatio, ff. de iurisdict. omn. iudic.* Alexand. *in l. quidam consulebant, 57. num. 25. ff. de re iudic.* Afflictis *decis. 133. ex num. 1.* & ibi Vrsillus, *& ad decis. 185. num. 1.* Follerius *in praxi crim. 1. part. 2. part. verbo, banniantur, numer. 51.* Anna *singular. 120.* Marcellus Calà *de modo articul. §. 1. glos. 1. num. 104. & 105.* Franchis *decis. 417. num. 1.* Riccius *ad Franchis d. decis. 417.* Giorba *cons. 95. ex num. 2.* Barbosa *in l. si quis posteaquam, 7. ex. nu. 182. ff. de iudicijs*, Nauarius *ad pragmat. Regn. Neapolit. collect. 69. num. 1. ad pragmat. 1. de contumacibus*. Sed cur ita tam variè? Quoniam videlicèt prædicta regula patitur exceptionem, & fallit in eo, qui non potest renunciare declinatoriæ: non enim potest operari tacita renunciatio orta ex contumacia, quod nõ potest expressa, vt obseruat Afflictis *d. decis. 133. num. 5.* Follerius & Mengrella, *vbi supra*, & Marcellus Cala *num. 108.* Nouarius *in sua praxi, sect. 2. q. 9.* qui tamen sibi videtur inconstans, & in hoc articulo parum consequenter loquutus; sed nouissimè vide eundem *in q. 22. sect. 4.* in vltima impressione.

601 Amplia octauò, (& procedit item hæc ampliatio ex sexta præcedenti,) vt miserabiles gaudeant eo priuilegio electionis fori, & possint allegare declinatoriam, etiam post litem contestatam, & in qualibet parte litis, etiam post conclusum in causa, atque item in instantia appellationis secunda. Ratio est quoniam tametsi regulariter non possit declinatoria opponi post litem contestatam, cum sit dilatoria; cui per litis contestationem reonciatum censetur, *cap. inter monasterium, 20. de re iudicata, l. prascriptiones, vltima. C. de exceptionibus, l. prætor, §. finali, ff. de vacat. & excusat. muner. l. 1. tit. 5. lib. recopilat.* Guttierrez *lib. 1. practicar. q. 52. num. 1.* Marcello Cala *de modo articulandi, §. 1. glos. 1. ex num. 73.* tamen hoc fallit, cum renunciari non potest declinatoriæ, ac per consequens cum huic priuilegio miserabilium irenunciari non possit, fit vt possit allegari, & in iudicium deduci, etiam post litem contestatam, & conclusum in causa. Ita sentiunt Follerius *in d. constitut. statuimus, numer. 73. & in practic. crimin. rubr. andiantur excusatores, num. 98.* Carauita *num. 231. num. 3. & 4. & ritu 233. numer. 9.* Neuizanus *in sylua nuptiali, lib. 6. num. 38.* Muschatellus *in praxi Sacr. Consil. lib. 1. par. 2. gloss. competentes num. 30.* Capiblancus *in pragmat. 8. par. 1. num. 338. & 329. de Baronibus*, Scaccia *de appellationibus, q. 7. num. 120.* Castillo latè disputans *lib. 3. quotidian. controuers. cap. 25. ex num. 34. & num. 41.* Marcellus Cala *de mod. articul. §. 1. glos. 1. num. 75.* Nouarius *in d. praxi, sect. 2. q. 6. num. 3. & q. 13. num. 3. & sect. 3. q. 5. & ad pragmat. Regn. Neapol. collectan. 223. nu. 17.* Natta *cons. 590. num. 15. volum. 3.* Franchis *decis. 100. num. 20. & 21. & decis. 364. num. 2.* Viuius *decis. 521. num. 17.* Thesaurus *decis. 177. nu. 6.* & ad eum locum additio refert decisionem Senatus Pedemontani, iuxta hanc ampliationem, Belluga *in speculo, rubr. 23. vers. sed pone, numer. 9.* Trentacinquius *variarum, lib. 2. tit. de citationibus, d. resolut. 2. num. 7.* qui eandem ampliationem limitat, cum admixta est personæ priuilegiatæ persona non priuilegiata. Quæ tamen limitatio displicet Nouario *in dicta q. 6. nu. 4.* de qua nos inferiùs agemus ampliatione 14. num. 616.

602 Contrariam nihilominus sententia, imò post litem contestatam non posse miserabiles personas opponere declinatoriam iure ordinario, nisi interueniat error vel alia restitutionis causa; sentit Afflictis *in d. constitut. statuimus num. 24. & in decis. 185. num. 2.* credens in hoc articulo nihil speciale occurrere in istis miserabilibus personis, sed eas iure communi vsuras, & Barbosa *in l. 1. art. 4. num. 70. ff. de iudic. cum antecedentibus, & sequentibus*, in qua eadem videtur esse Capycius *decis. 13. numer. 10.* post Iserniam ibidem allegatum. Verùm non est recedendum à prædicta octaua ampliatione, quæ nititur tum vrgentissimo fundamento, tùm maiori auctoritate.

603 Amplia nonò, vt miserabiles personæ possint variare facta semel fori electione, & declinare Iudicem electum, ad aliũq; confugere, & causam trahere, siuè eligerint tribunal inferius, siuè supremum: nam ab inferiori ad superius, & à supremo ad inferius possunt refugere, & tàm vnum, quam alterum declinare. Hæc ampliatio tùm præcedentibus annexa est tùm de iure, & praxi Regni Neapolitani planè procedit iuxta ea, quæ tradunt Afflictis *in d. constit. statuimus, num. 36.* nescio an satis conformis ijs, quæ dixerat, *dicto num. 24.* Tapia *numer. 23. vers. amplia septimò*, Follerius *in practic. crimin. verb. audiantur excusatores, ex num. 98.* Carauita *ritu 233. num. 9.* Menochius *d. casu 66. num. 30.* Ioannes Antonius de Nigris *in cap. Regni quod decretam. 42. num. 15.* Capiblancus *in pragmat. 8. par. 1. ex num. 337. de Baronibus*, Trentacinquius *lib. 2. variarum, de citationibus, d. resolut. 2. numer. 10.* Scaccia *de appellationibus, q. 7. num. 121.* Muscatellus *in praxi Sacr. Consil. lib. 1. par. 2. glossa, competentes, numer. 30.* Nouarius *in dicta sua praxi, sect. 1. q. 1. nu. 2. & q. 2. & q. 3. numer. 10. & sect. 2. q. 13. num. 4.* Franchis *decis. 100. num. 20. & 21. & decis. 264. & decis. 364.* Thessaurus *decis. 177. num. 6.* Mastrillus *decis. 147. ex num. 28. & decis. 268. ex num. 24.* Probatur hæc ampliatio, quoniam qui potest eligere: potest variare *l. eum qui certam, 138. §. 1. ff. de verbor. obligat.* quo conferunt tradita ab eodem Afflicto, *decis. 146.* & ibi vrsillo.

604 Contrariam tamen sententiam, imò miserabiles personas, quæ coram aliquo Iudice litem fuerint contestatæ, & proindè eius forum elegerint, non posse variare declinando ab eius iurisdictione, & ad alium refugere, sequitur Couarruuias *in practic. cap. 6. num. 5. vers. nonò*, & Azeuedus *in l. 8. & 9. num. 5. tit. 3. lib. 4. recopilat.* testatus de praxi tribunalium Hispanorum, & quod magis est Nouarius *in dicta sua praxi, sect. 2. q. 21. nu. 19.* trascribens verba Didaci, estque planè conformis sententiæ Afflicti supra relatæ num. 602. Quam praxi Hispanorum tribunalium communem, credo iuri communi magis conformem iuxta dicta à nobis supra numer. 489. de scholari, qui simili modo, quamuis habeat priuilegium electionis fori coram quatuor Iudicibus; vno tamen electo ampliùs variare non potest, iuxta magis communem, & approbatam Doctorum sententiam, quam veriorem agnoscit Nouarius *dicta sect. 2. quæst. 13. num. 8. & 9.* relato in eandem rem Marchesano.

605 Ita

605 Ita tamen componenda res est, vt in Regno Neapolitano nō recedatur à prædicta ampliatione nona, vsu, & praxi introducta; in Regno verò Castellæ non recedatur ab opinione Didaci Couarruuiæ. Aduersus quam nihil facit textus *in d.l.qui certarum*, §.1. non enim est tàm generalis regula illa, quàm traditur ab Afflicto, & cæteris: imò verò Paulus Castrensis summarium *prędicti* §. *cum pure*, ita reddit. *Debitor alternatiuus habens electionem ex dispositione legali, potest variare quandoque vult, ante factam solutionem, non sic semper in eo, qui habet electionem expressa conuentione contrahentium*, cuius doctrinæ explicationem latè prosequitur Albericus, Bartolus, & Paulus *ex num.1.* è quibus Bartolus *num.3.* breui, sed compēdiosa distinctione facta totam rem complectitur. Quæ regula sic explicata non facit ad rem, de qua agimus: non enim sumus in casu debitoris alternatiui.

606 Illa tamen difficultas occurrit pro praxi Regni Neapolitani, aduersus praxim Castellæ, quod videatur repugnare ipsimet priuilegio, carentia facultatis variandi. Etenim cum præsupponamus huic priuilegio non posse renunciari, etiam expressè, nedum tacitè, vt supra dixi nu.598. atque item posse exerceri in quacunque parte litis, etiam contestatæ, & ex eo planè videtur colligi, habere miserabiles facultatem variandi quippè cùm ille videatur Iudicem eligere, qui patitur se coram Iudice conueniri litem contestando; qui nihilominus poterit eum Iudicem declinare in quacunque parte litis.

607 Verùm difficultas ista non difficilem exitum habet, si concederes eum, qui eligit, aliquid agere, & non se habere merè passiuè, sed actiuè; quare qui solùm patitur, & non agit, non potest intelligi eligere. Igitur distinguēdum est inter actorem, & reum miserabiles, & quod ad actorem attinet, cum prouocat ad iudicium coram aliquo Iudice, & prosequitur causam vsque ad contestationem, censetur eligere forum, & Iudicem. Quare semel facta electione non potest variare, neque reprobare, quod semel approbauit, iuxta dicta à nobis superius sectione quinta nu.489. cum sequentibus, in simili casu de scholari. Quod autem ad reum, cum prouocatus iudicium prosequitur coram Iudice ab actore electo, non eligit Iudicem, sed electo ab actore vtitur; ac per consequens, cum non fuerit vsus suo priuilegio eligendi, in quacunque litis parte poterit opponere declinatoriam, cui renunciare non potest, & refugere Iudicem ab actore electum, eligereq; Iudicem ex suo priuilegio; sed post factam semel electionem variare non poterit. Quo conferunt notata à Couarruuia *in practic.d.cap.6.num.5.versic. sextò deindè*; imò verò in idem recidere videtur, quod tradit Carauita *in ritu 233.num.9. & 10.* ita vt videatur concordare vsum Neapolitanum cum Castellano.

608 Illud est notatione dignissimum, quod idem Couarr. *in fin.dicto vers.sextò deindè*, animaduertit, videlicèt, tametsi regulariter verùm sit, vbi reus habet plures Iudices ex iure communi, electionē cuiusque eorum ad exercendum iudicium pertinere ad actorem, vt dixi supra quæst.3.num.152. multis in eam rem relatis; attamen, vbi reus non habet ex priuilegio plures Iudices, ad ipsum reum electio Iudicis pertinet, cum ad iudicium prouocatur, non ad actorem. Quod docet Baldus *in l. cum Clericis, 25. num.1.C.de Episcop.& cleric.* Romanus *cons.412. num.3.* Bartholomeus Socinus *consil.94.num.1.& 2.lib.3.* Isernia *in d. constitut. statumus vers.quid, si miserabilis persona*, Afflictis *ibidem, num.* 18. Nicolaus Ruffus *num.* 13. *in recollectis Thomæ Grammatici*, idem Afflictis *decis.257. num.5.& 6.* & notaui supra nu. 479.

Thomæ Carleualij de Iudicijs.

609 Prædictam ampliationem nonam sic explicatam, sub amplia primò, vt in Regno Neapolitano licitum sit miserabilibus bis, ter, & quater variare; notat Carauita *ritu 233.nu.10.in fine*; qui tamen agnoscit erroneam praxim, & malè intellectam, Vrsillus *ad Afflict.decis.257.num.3.* Trentacinquius *d.resolut.2.num.10.* Petra *ad Capycium decis.160.liter.B.* Follerius *in practic. crimin. verb. audiantur excusatores, nu.* 99. Muscatellus *in praxi Sacr.Consil.lib.1. par.2.glossa competentes, nu.* 30. Scaccia *de appellationibus, q.7.nu.121.* Capiblancus *in pragmat.8.par.1.ex num.195. de Baronibus*, Nouarius *in dicta sua praxi, sect.1.quæst. 3. num. 10.& sect.2.q.13.num.4.& ad pragmat.Regn. Neapolit.collectan.222.num.8.* quamuis idem Follerius agnoscat spectato iure semel tantum concedi variationem ei, cui licet variare, vt nos notauimus supra, num. 489.& Muscatellus testetur perquisitione facta de recenti obseruatione Magn. Cur. inuenisse se bis tantum concedi variatione incluso tribunali, à quo primò variatur. Quod idem planè sentit Io.Anton.de Nigris *vbi supra*.

610 Subamplia secundò, vt petita variatione primus Iudex maneat incompetens, etiam ante expeditam inhibitoriam, & omnia eius acta nulla censenda sint; vt sentit Follerius *in practic.crim. verb. audiantur excusatores, num.* 90. post Andr. de Isernia *in constitut. si quem nostrorum, verb. recepto termino*, qui reprobat contrariam sententiā Glossatoris ibidem, quam videtur approbasse Afflictis ibi, *nu.*20. Sed iuxta Iserniæ, & Follerij sententia iudicauit Sac.Cons.apud Frāchis *decis.291.* quem sequitur Capiblancus *in pragmat.8.par.1.num. 340. de Baronibus*, Petra *ad Capycium decis. 160. liter. B.* Mastrillus *decis. 127. ex nu.1.* Giurba *decis.82.n.7.in fin.* Nouarius *in praxi, sect. 2.q.13.n.4.& sect. 3.q.1.ex nu.1.& ad pragmat.Regn.Neapol.collect.223 numer.* 26. Galluppus *in praxi Sacr. Regn. Cons.par.2.cap.6.num.57.* Muta *decis.29.num.5.*

611 Ampliationem nonam prædictam nunc limita primò, vt procedat, si subsit causa variationis, secus si nulla causa subsit: nam tunc concedenda non erit variatio, neque censenda licita: tradit Io.Ant.de Nigris *in cap. Regn. quod decretam, 42. num.15.* & idem planè sentit Afflict. *in d.constitut. statumus, num.18.* qui tunc concedit viduæ variationem, cum Iudex ab ea electus fauet alteri parti.

612 Limitabis secundò, si variatio iudicetur fraudulenta, tūc enim erit deneganda facultas variandi. Hæc colligitur ex superiori limitatione, & traditur planè à Capiblanco *in pragmat.8.par.1.ex num.340.& 345. de Baronibus*.

613 Limita tertiò, vt post factam concordiam inter partes non sit admittenda variatio à tribunali superiori ad inferius. Hæc limitatio est conformis precedenti, quia tunc præsumitur variatio fraudulenta; tradit Franchis *decis.100.nu.21.* Capiblancus *vbi supra n.347.* Trentacinquius *d.resolut.2.n.10.* Nouarius *d.sect.1.q.3.n.10.in fine*, Regens Tapia *in d.constitut.statumus, num.23.vers. amplia nu.23.vers.amplia septimò*, Mastrillus *decis.268.nu.28.*

614 Limita quartò, vt variatio a foro superiori ad inferius, vt à Sacro Regio Consilio, vel MagnaCuria Vicariæ, ad tribunal Baronis, non indistinctè, & passim, sed cautè sit permittenda: nam maxima est fraudis præsumptio, cum eiusmodi variatio fit. Ita sentiunt franchis *d. decis. 100.nu.21.* Mastrillus *d.decis.268.ex nu.24.* Capiblancus *in pragmat.8.par.1.n.338.& 340 de Baronibus*, Nouarius *ad pragm.Reg.Neapol.collect.223. nu. 7.* Didacus de Mari *ad Grammat.decis.20.nu.8.*

615 Amplia decimo principaliter predictam septimam cōclusionem, vt miserabiles personæ, etiam pro iuribus

M cessis

cessis verè, & sine fraude, tàm ex causa onerosa, quàm lucratiua gaudeāt priuilegio electionis fori. Cū enim facta cessione vera, & non fraudulenta ius excessionis prouenięns pertineat ad personam miserabilem, circa illud vtitur iure suo, quemadmodum circa cætera sua bona, & iura vndecunque prouenientia. Ita sentiunt Isernia in *d. constitut. statuimus, vers. item quid si vtatur iure cesso*, Afflictis *latè ex nu.* 25. Follerius *ex num.* 74. qui tamen tantisper restringit, iuxta ius Neapolitanum *ex ritu* 228. *&* 290. Regens Tapia *num.* 23. *vers. amplia sextò*, Carauita *ad ritum* 228. *ex num.* 5. qui ibi *num.* 9. testatu prædictos ritus quòad hunc articulum non obseruari in predicta, Franchis *decis.* 195. qui ait, à Sac. Cōs. iudicatum esse, personas miserabiles prædictis ritibus non comprehendi, Muscatellus *in praxi Sacr. Consil. lib.* 1. *par.* 2. *glòss. competentes, num.* 89. Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib.* 3. *q.* 4. *num.* 42. *&* 43. Castillo *lib.* 3. *quotidian. controuers. cap.* 25. *num.* 31, 32. 33. Scaccia *de appellationibus, q.* 7. *nu.* 133. *vers. contra hanc*, Vrsillus *ad Afflict. decis.* 257. *nu.* 6. *&* 7. Menochius *de arbitrarijs, lib.* 2. *d. casu.* 66. *num.* 35. Marcellus Cala *de mod. articul.* §. 1. *glos.* 1. *nu.* 95. Paschalis *de patr. potest. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 91. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 4. *& ad pragm. Regn. Neapol. collect.* 223. *num.* 15.

616 Amplia vndecimò, vt miserabiles personęs, non solùm illæ, quæ inuoluntariè iniuria fortunæ factæ sunt miserabiles, sed etiam quæ culpa sua in miseriam inciderunt, gaudeant hoc priuilegio electionis fori. Exemplum sit in paupere, qui ludendo, & meretricando, & prodigendo incidit in paupertatem. Ita sentit Couarruuias *in practicis, dicto cap.* 6. *numer.* 2. *versic. sed si quis*, quem sequitur Nouarius *in praxi, section.* 1. *quæst.* 16. *ex num.* 4. *& section.* 2. *quæst.* 44. *ex num.* 1. *& ad pragmat. Regn. Neapolit. collectan.* 223. *nu.* 20. Rationem reddit Couarruuias, quoniam hoc priuilegium nulli infert præiudicium, saltem graue: nam si miserabilis confugiat ad Regiam Curiam, vel tribunalia suprema, in eis ministratur æquè iustitia pauperi, & potentis. Imò verò, cum ad ea tribunalia causę necessariò sint per appellationem deuoluendæ, cedit potius in vtilitatem aduersariorum vsus huius priuilegij, cum ex eo fiat, vt sumptibus litis in prima instantia non vexentur; minusque ideò in lite expendant, securioresque à grauaminibus reddantur tractata causa coram superioribus. Confirmatur primò, quoniam pauper sua culpa factus, excusatur nihilominus ab ijs omnibus oneribus, à quibus excusat paupertas, vt decisum testatur Viuius *decision.* 268. *num.* 9. Secundo, quoniam pauper sua culpa factus alendus est, etiam venditis Ecclesiarū bonis, si opus fuerit vt notat Couarruuias *lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 9. Tertiò, quoniam distributiones quotidianæ Ecclesiarum debentur ei, qui sua culpa incidit in morbum, vt notat idem Couarruuias *lib.* 3. *variarum, cap.* 13. *num.* 8. *versic. septimò quotidianæ*, Guttierrez *lib.* 1. *canonicarum quæstionum, cap.* 1. *num.* 138. Zerola *in praxi Episcopal.* 1. *par. verb. distributiones quotidianæ*, §. *ad* 3. *versic. sextò debentur*, Cenedo *canonicarum quæstionum, quæst.* 1. *num.* 8. qui eam rationem reddit, ne afflicto addatur afflictio; contra regulam textus *in l. tàm dementis, C. de Episcop. audientia, & in cap. cum percussio,* 7. *q.* 1. *& in capit. penultimo, de Clerico ægrotante, & in leg.* 11. *titul.* 9. *part.* 7. & doctrinam sapientis, & Ecclesiastic. 4. *num.* 2.

617 Limita tamen hanc ampliationem, nisi culpa fuerit ordinata ad ipsam miserabilitatem, quo casu deneganda erunt misero miserabilium priuilegia ex regula textus *in l. qui data opera, ff. ex quibus causis maior.* & ijs, quæ erudite congessit, Couarruuias *dicto capit.* 16. *numer.* 9. & notauit *in dicto cap.* 6. *num.* 2. & nos dicemus infra disputat. 3. num. 27. & 28. qua ratione viduæ maritum occidenti superius num. 559. denegauimus hoc priuilegium electionis. Iuxta quam limitationem exponēdos credo Iserniam *in d. constit. statuimus, vers. quid si propter delictum*, Afflictis *nu.* 28. Follerium *nu.* 83. Balzaranum *n.* 47. quos sequitur Trentacinquius *d. resolut.* 2. *nu.* 20. & Scaccia *de appellationib. q.* 7. *num.* 136. *vers. restringe,* 9. qui vniuersim videntur denegare hoc priuilegium ijs, qui culpa sua in miseria inciderunt.

618 Amplia duodecimò, vt miserabiles, qui tempore electionis fori priuilegio gaudebant, & eius virtute forum elegerunt, non sint extrahendi à foro electo, etiam si lite cæpta desierint esse miserabiles: quemadmodum si pauper lite pendente fieret diues, pupillus maior, vidua nuberet: imò verò in eodem tribunali electo lis erit prosequenda, & finienda, etiam si cessauerit causa miserationis. Probatur ex textu *in l. si quis postea quàm,* 7. *l. vbi acceptum,* 30. *ff. de iudicijs, leg. cum quadam puella,* 19. *in incipio, ff. de iurisdiction. omn. iudic.* quibus traditur regula generalis, legitimè cæptum iudicium finiendum esse apud Iudicem eundem, apud quem cæptum est, etiam si litigans forum mutauerit lite pendente, id enim operatur legitima præuentio iurisdictionis & satis est ad legitimandum iudicium tempore citationis litem pertinere ad iurisdictionem citantis. Quod confirmantur ex regula textus *in l. in ambiguis,* 86. §. *non est nouum, ff. de regulis iuris, & in capit. factum legitimè,* 73. *eodem titulo in sexto*, & ijs, quæ notant Doctores *in l. patre furioso, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris*. Ita sentit Aluarus Valascus *consultat.* 57. magis in specie Vincentius de Franchis *decis.* 257. *numer.* 7. Follerius *in dicta constitut. statuimus, ex numer.* 27. *in specie numer.* 66. Regens Tapia *num.* 19. Marinus *numer.* 11. *in reccollectis Thomæ Grammatici*, Carauita *ritu* 233. *num.* 18. qui dicit, ita in practica seruari, Menochius *de arbitrarijs, dicto casu* 66. *num.* 28. Thesaurus *decis.* 177. *numer.* 4. Giurba *decis.* 82. *ex num.* 11. Capiblancus *pragmat.* 8. *part.* 1. *num.* 316. *cum sequentibus, de Baronibus*, Scaccia *de appellationibus, quæst.* 7. *numer.* 118. *&* 119. Mastrillus *decis.* 268. Giurba *decis.* 82. *nu.* 2. Paschalis *de patr. potestat. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 100. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *quæst.* 10. *& ad pragmat. Regn. Neapolit. collectan.* 223. *num.* 18. Confirmant eandem ampliationem, quę traduntur à Doctoribus de Clerico in minoribus legitimè inquisito tempore, quo gaudebat priuilegio fori; nam etiam si post deponat habitum clericalem, & tonsuram, vel nubat; tamen causa cępta corā Ecclesiastico non debet remitti ad secularem. Iuxta tradita ab Hippolyt. de Marsil. *singul.* 480. Capella Tholosana *decis.* 378. Gramat. *decis.* 10. & ibi addentibus, Couarruuia *in practic. cap.* 31. *nu.* 8. Iul. Clar. *lib.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 36. *nu.* 11. Farinac. *in praxi, q.* 8. *num.* 66. Erasmo Kochier *de iurisdictione, tom.* 1. *par.* 2. *q.* 17. nam attenditur status in quo erat tempore delicti, & inquisitionis, non qui ex post facto superuenire potest: tractat, & multis rationibus probat giurba *consil.* 15. loquentes in fortioribus terminis; videlicèt casu, quo lis non fuerat cępta, sed delictum commissum tempore quo quis erat exemptus: nam etiam exemptione cessante contēdit pertinere inquisitionem, & punitionem delicti pattati ab exempto, tempore quo erat exemptus, ad Iudicem exempti, atque ita refert decisum. In qua eadem sententia fuit Franchis *decis.* 417. & Caballus *resolut. crimin. casu* 147. *ex numer.* 9. & Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 5. Barbosa

in

in l.Titia, 35. nu.33.ff. de solut. matrimon. Suarez *in defens. fidei aduersus errores sectæ Anglicanæ, lib.4. cap.15. ex nu.14.* Ambrosinus *de immunitate, cap.19. num. 3.* circa quam doctrinam vide, quæ inferius resolui num.924.

619 Contrariam tamen sententiam huic ampliationi, imò miserabilem, qui post litem cæptam à miseria liberatus est ope diuina, non amplius gaudere priuilegio miserabilium, sed litem etiam cæptam remittendam esse ad ordinarium; censet veriorem, & iuri magis conformem Carauita *ritu 233. num. 12. cum sequentibus*, quem sequitur Marcellus Cala *de modo articulandi §. 1. gloss. 10 ex num.82.* Fundamentum est, quoniam cessante causa, cessat effectus; at si cesset miserabilitas, cessat causa priuilegij miserabilibus indulti. Ergo cessare debet ipsum priuilegium, quo cessante causa ex foro priuilegiato, remittenda erit ad ordinarium.

620 Sed non est recedendum à predicta ampliatione, quæ verior est, iuri conformior, communiorq; Doctorum sententia, & vsu recepta, vt ipsemet Carauita agnoscit: Fundamento autem contrariæ facilè satisfit, si dicamus cum Follerio *in d.constit.statuimus, ex nu. 41.* cuius dicta prosequitur Nouarius *dicta q.10.* & ex Giurba *decis. 82. num.12.& 13.* qui optimè confirmat, non cessare effectum causæ, cum cessat causa, quæ iam habuit effectum consumatum; imò vero etiam inchoatum, vt pluribus tradit Tiraquellus *in tractatu de cessante causa, limitat. 11. & 12. vbi num.3.& 15.* Franchis *decis. 719.* Regens Rouitus *consil.10. num.7. lib.1.* Quare cum cæpto iudicio iam miserabilitas suum effectum fuerit sortita, aut sortiri cœperit ex vsu priuilegij, ex quo vsu resultat, quæsitum esse ius tùm parti aduersæ prosequendi iudicium, vbi est cæptum, tùm etiam iurisdictioni Iudicis de causa cognoscentis, etiam si postea ex superueniente casu cesset miserabilitas, quæ indulgendi priuilegij causa fuit, priuilegium ipsum non cessat.

621 Amplia decimo tertiò, vt persona miserabilis gaudeat priuilegio electionis fori, etiam si conueniatur, velut heres defuncti non priuilegiati, & ex eius contractu: etiam poterit declinare Iudicem, quem non posset declinare defunctus, cui successit probatur ex textu *in l. hæres absens, 19. in fine principij, ff. de iudicijs.* Cum enim priuilegium miserabilium personarum contentum in *d.l.vnic. C. quando Imperator*, sit clausum in corpore iuris, & non hæredi proprium, sed commune; non censetur sublatum ex regula *d.l.heres absens*, vt dixi supra quæstion. 5. num. 299. post multos doctores, quos ibi retuli, quibus addo Erasmum Kochier *de iurisdictione, tomo 2. par. 4. quæstion. 46. num.4.* Scacciam *de appellation. quæst.7. num. 135. vers. subestringe*, Castillo *quotidian. controuers. libr.3. capit. 25. num. 52.*

622 Limitanda tamen est hæc ampliatio primò de iure Regni Neapolitani, quo attento persona miserabilis, si conueniatur, vt hæres, vel successor non priuilegiati, non potest declinare forum defuncti, sed ibi conueniendas est, vbi defunctus debuit; suo priuilegio quantumuis incluso in corpore iuris non obstante, notaui supra dicto numer. 299. in fine, *ex ritu 234.* relatis in eam rem Carauita *ibidem*, & Vincentio de Franchis *decis. 234. nu. 3. & decis. 364. ex num.3. & 4.* quibus addo eundem Franchis *decis. 553.* & Afflict. *in dicta constitut. statuimus, num. 26.* Regens Tapia ibi, *num. 20.* Petram *ad Grammatic. decis. 52. n.1.* Didacum de Mari *ibidem num.1.* Trentacinqu. *lib.2. variarum, tit. de citationibus, resolut. 2. num.6.* Menochium *d.casu 66. numer. 36.* Capiblancus *in pragmat. 8. par. 1. ex num. 314. & 313. de Baronibus*, Viuium *decis. 250.* *Thomæ Carleualij de Iudicijs.*

numer. 2. Marcellum Cala *de mod. articul. §. 1. glossa 1. numer. 54. & 55.* Castilo *quotid. controu. lib.3. capit. 25. numer. 52.*

623 Ab hac tamen limitatione recedit Bartolomeus de Capua *in d.constit. statuimus, num. 12. in recollectis Thomæ Grammatici*, referens iuxta hanc sententiam decisum à Magna Curia Vicariæ; quem videtur sequutus Muscatellus *in praxi. lib. 1. par. 2. gloss. competentes, ex nu. 91.* qui vix se extricat ab hac difficultate, & in ea videtur manere dubius.

624 Sed in Regno Neapolitano non est recedendum à prędicta limitatione ob expressam constitutionem *in prædicto ritu 234.* & auctoritatem Doctorum eius vsum recipientium.

625 Limita secundò, si lis fuerit cæpta cum defuncto non priuilegiato: nam tunc hæres priuilegiatus nõ potest virtute sui priuilegij forum declinare, etiam attento iure communi, vt de clerico hærede laici probaui supra d.q. 5. nu. 309. cum sequentibus, vbi vide rationes huius limitationis, quam tradunt in specie priuilegij *d.l. vnica*, de quo agimus Regens Tapia, & Capiblancus *vbi supra*, Scaccia *de appellationibus q.7. numer. 133.* Giurba *decis. 82. num.9.* Gratianus *discept. forens. tom. 1. cap. 182. nu. 27.* Cala *de mod. articul. §. 1. gloss. 1. nu. 57.* Muscatellus *in praxi, lib.1. par.2. gloss. competentes, nu.45.* Carauita *ritu. 234. num.2. & 3.* Trentacinquius *de resolut. 2. nu.6.* Nauarius *in praxi, sect. 2. q.20. ex num. 1. & ad pragmat. Regn. Neapol. collect. 223. nu. 22.* adde quos retuli dict. nu. 309. expressim de hoc priuilegio loquentes.

626 Amplia decimo quartò, vt hoc priuilegio extendatur ad litis consortes, vt notat Couarruuias *in practic. cap. 7. num. 5. in fin. vers. solet autem*, Menochius *de arbitrar. d. casu 66. num. 29.* Thesaurus *d. decis. 177. num. 4.* Afflictis *decis. 213.* Neuizanis *in sylua nuptiali, lib.6. ex numer. 39.* Capycius *decis. 133.* Follerius *in practic. crimin. verb. audiãtur excusatores, nu. 137.* Trentacinquius *d. resolut. 2. nu.9.* Capiblancus *in pragmat. 8. par. 1. num. 334. & 335. de Baronibus*, Muscatellus *in praxi. lib. 1. par. 2. gloss. competens, num. 95.* Natta *cons. 590. num. 16.* Castillo *lib. 3. quotidian. c. 25. nu. 29.* Nouarius *in praxi sect. 1. q.45. ex num. 1.* Scaccia *de appellationibus q.7. num. 122.* Qua tamen in re cautè procedendum est iuxta adnotationem, & distinctionem Couarru. Muscatell. & Scacciæ, *vbi supra, num. 123.* an causa sit diuidua, aut indiuidua; & in textum traditamq; ibi à Doctoribus *in leg. vnica, Cod. si in commun. eademque causa.*

627 Prædictam verò septimam conclusionem principalem sic explicatam limita primò de iure Regni Neapolitani, vt non procedat, nisi ante omnia persona miserabilis iuramentum præstet de perhorrescentia aduersarij, aliàs nõ gaudebit prædicto priuilegio. Ita statuitur *in d. cõstit. statuimus, de offic. Magistr. iustitiar.* vbi glossa *verb. corporali prædicto sacramento, & in ritu 228.* vbi notat Carauita *ex num. 4.* Afflictis *in d. constit. statuimus, nu. 36.* Follerius *ex nu. 17.* Balzaranus *num. 13. & 14.* Tapia *nu. 32.* Couarruuias *in practic. cap. 6. nu. 1. 10.* Ant. de Nigris *in cap. Regn. quod decretum, 42. ex nu. 12.* Franchis *decis. 257. nu. 1. & 2.* Paschalis *de patr. potestat. par. 2. cap. 2. num. 91.* Capiblancus *in pragmat. 8. par. 1. num. 342. de Baronibus*, Trentacinquius *d. resolut. 2. num. 14.* Muscatellus *d. gloss. competentes, nu. 78. & 83.* Gallupus *in praxi, par. 2. cap. 6. num. 56.* Nouarius *in praxi, sect. 1. q. 2. ex num. 1.* Menochius *d. casu 66. num. 27.*

628 Sublimita hanc primam limitationem, vt nõ procedat de iure communi, quod est conforme iuri Regio Castel-

niam in hac specie conquassatis priuilegijs inter actorem, & reum, reddimus ad ius commune, vt actor forum rei sequatur ex regulis vulgaribus toties repetitis: quam rationem considerat Romanus *consil.* 385. *num.* 4. *vers. secunda ratio*. Tertiò quoniam reus iuuatur priuilegio, & iure communi, actor solo priuilegio, si ipse sit, qui priuilegio vti vult: & simili modo, si reus vti velit priuilegio, ipse solo priuilegio iuuatur, contra actor priuilegio, & iure communi; quo fit, vt cum duo vincula sint fortiora, quam vnum. *Auth. itaque, C. communia de successionib.* Negusantius *de pignoribus* 5. *par. membr.* 4. *num.* 22. *in fine*, Io. Garcia *de nobilitate, glos.* 6. *n.* 56. ille, qui nititur iure communi, & priuilegio; facilè vincat actorem, vel reum solo sub nixum priuilegio. Quam rationem reddit Couarru. approbatq; Menoch. & Carauita. Quartò, accedit (quod ibidem Couarruuias, & Menoch. adnotarum) illud priuilegium præualere debere, quod iuri communi conforme est; quod etiam tradit Afflictis *decision.* 257. *numer.* 5. *& 6.*

634 Sublimita prædictam quartam limitationem de iure Regni Neapolitani, quo attento, curialis, potest vti priuilegio fori sibi indulto contra alium curialem priuilegiatum, iuxta *d. ritum* 228. vti notat Carauita, Afflictis *decis.* 56. & ibi Vrsillus, Nouar. *in d. praxi sect.* 2. *q.* 21. *n.* 10.

635 Limita quintò principaliter, vt si cœptum sit agi coram ordinario, & miserabilitas; eamque consequens fori priuilegium superueniat, non possit miserabilis vti priuilegio circa causam cœptam, vt ea remittatur ad tribunal supremum Principis, Ratio est, quoniam priuilegium fori superueniens post cœptam litem non eximit litigantem, aut litem, à veteri foro, quia præuenta est iurisdictio quòad eam causam, in cuius præiudicium forus mutari non potest, *l. si quis postea quam*, 7. *l. vbi acceptum*, 30. *ff. de iudicijs, l. cum quædam puella*, 19. *in princip. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. tutor. petitus*, 28. *in princip. ff. de excusation. tutor. cap. proposuisti*, 19. *de foro compet.* & illis locis animaduertunt Doctores; conuenit de iure Regni Castellæ, *l.* 12. *tit.* 7. *part.* 3. vbi Gregorius, Capella Tholosana *decis.* 144. *& decis.* 147. loquens de priuilegio Clericorum, Franchis *decis.* 544. *numer.* 3. *& seqq.* Giurba *decis.* 23. *& decis.* 82. Tuscus *liter. F. concl.* 445. Ponte *de potest. Proreg. titul.* 7. §. 7. *ex num.* 12. Capiblancus *in pragmat.* 8. *part.* 1. *num.* 317. *de Baronibus*, Muscatellus *in praxi libr.* 1. *par.* 2. *gloss. competentes, num.* 45. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 13. *num.* 5. Gratianus *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 421. *ex nu.* 22. Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 22. *ex nu.* 3. *Kochier de iurisdictione, tom.* 1. 2. *part. q.* 16. *&* 19. Barbosa *in d. l. si quis postea, quàm*, 7. *num.* 1. *& num.* 110. *cum seqq. ff. de iudicijs*, tametsi quidam ex ijs loquantur de præuentione in genere, non in specie, de præuentione ex priuilegio miserabilium. Hæc limitatio colligitur ex dictis ampliatione 12. num. 618. & ex congestis à nobis hac eadem quæstione, sect. 3. ex nu. 445.

636 Amplia primò prædictam quintam limitationem, vt procedat si miserabilis lite cœpta succedat non miserabili, vt si vidua post litem cœptam cum defuncto fieret eius hæres: nam non posset quòad litem cœptam vti priuilegio viduarum, quòad fori electionem, sed teneretur prosequi litem vbi cœpta fuisset, idque ob eandem rationem præuentionis. Notauit Castillo *libr.* 3. *quotidian. controuers. cap.* 25. *num.* 45. *cum seqq.* estq; iuxta tradita à Doctoribus *in Auth. quas actiones, C. de sacrosanct. eccles.* & & ea, quæ late deduxi superius quæst. 5. ex num. 309. & num. 319. cum sequentibus, & dixi num. 625.

637 Amplia secundò dictam quintam limitationem, vt superueniens priuilegium fori, seù exemptionis non eximat miserabilem litigantem post præuentam iurisdictionem, & litem cœptam, siuè priuilegium superueniat, & adquisitum sit ex voluntate, instantia, & proprio facto litigantium, siuè adueniat casu, & inuoluntariè; imo verò motu etiam proprio Principis concessum; sed lis nihilominus terminari debeat coram eodem Iudice, quo cœpta est, non obstante priuilegio post quæsito, quocunque modo quæratur. Ita sentiunt Albericus *in l. qui autem*, 12. vbi Baldus, & Angelus *ff. si quis cantion.* Fulgosius *in d. l. si quis postea quàm*, 7. *num.* 1. *vers. in eadem ibi*, *leg.* 3. & Barbosa ibi, *ex nu.* 140. magis inclinat in eam sententiam *ff. de iudicijs* sequitur Iaso *in l. si quis quendam*, 11. *num.* 4. *ff. si quis caut. & in l. supplicare*, 2. *num.* 2. *C. vt lite pendente*, Io. Andreas *in additione ad specul. lib.* 4. *tit. de dolo, & contumacia*, §. 2. *num.* 20. *ad verbum, interest*, Abbas *in cap. causam quæ*, 19. *nu.* 3. Imola *num.* 3. Felynus *num.* 2. *&* 5. & ibi aditio, *de testibus*, Sapia *in repet. l. cùm quædam puella*, 19. *num.* 13. *&* 14. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Franchis, *d. decis.* 544. *numer.* 15. Giurba *d. decis.* 23. *ex numer.* 7. *& decis.* 82. Erat. Kochier *de iurisdictione, par.* 2. *q.* 16. *ex num.* 5. *& num.* 14. *&* 15. Tuscus *liter. F. concl.* 443.

638 Hæc ampliatio quòad primam partem, nempè priuilegium fori, seù exemptionis procuratum non eximere à iurisdictione præuenta; probatur ex regula textus *in l. & qui data opera*, 5. *ff. ex quib. caus. maior. & in l.* 2. §. *vltimo*, *ff. si quis caut. l. si maritus*, 15. §. *legis Iuliæ ff. ad l. Iul. de adulter.* cum similibus. Regulare enim est, vt priuilegium, seù beneficium à iure indultum propter aliquã causam, non prosit ei, qui illam causam affectauit, Romanus *singul.* 597. Felynus *in cap. licet ratione vltimo*, *numer.* 25. *vers. secundò addunt moderni, de for. compet. & in cap. vltimo. num.* 2. *in fin. & num.* 3. *&* 4. vbi additio. *de testib.* Hippolyt. de Marsil. *in rubric. ex num.* 175. *ff. de fideiussor. & in l.* 1. §. *cum quis latrones*, *num.* 6. *& seqq. ff. de quæst.* Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 35. *glos.* 4. *ex nu.* 27. Couarruuias *lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 9. *vers. secundò, illud*, Barbosa *in l.* 2. §. *legatis, nu.* 66. *ff. de iudicijs*, & nos diximus supra numer. 559.

639 Quòad secundam vero partem, videlicèt, priuilegium etiam fori motu proprio Principis concessum non eximere priuilegiatum à foro, quod ex præuentione contraxerat, cum priuilegium superuenit; probatur ex eo, quòd concessio Principis lite pendente facta sine litis mentione non valet, etiam si motu proprio sit facta; vt multis relatis probat Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. tit. de iudicijs*, *concl.* 4. *numer.* 20. Lancellotus *de attentatis*, *part.* 2. *capit.* 4. *in præfatione*, *numer.* 633. *cum seqq.* Capycius *decis.* 86. *num.* 20. & ad eum Petra Anna *singul.* 402. Cochier *de iurisdictione, tom.* 1. *part.* 2. *q.* 16. *num.* 11. Et colligitur apertè ex tex. *in Authent. in medio litis non fieri sacras formas*, §. 1. Idque ex eo prouenit, quod Princeps nunquam præsumitur per priuilegium suũ alijs damnum, aut præiudiciũ inferre, *l.* 2. §. *si quis à Principe*, *ff. ne quid in loco publico*, *cap. quamuis* 8. *capit. si propter tua debita*, 10. *de rescrip. in* 6. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 13. Peregrin. *de iure fisci, lib.* 1. *ti.* 3. *ex n.* 21. vbi multa in eam rem congessit: magnum autem inferretur preiudicium litiganti cum exempto, si lis esset denuo incipienda coram nouo Iudice.

640 Sed contrariam sententiam, quinimo priuilegium superueniens, aut casu, aut etiam motu proprio Principis concessum, dummodò non interueniat factum, & postulatio priuilegiati, eximere eum, cui conceditur, etiã quòad litem cœptã, amplexi sunt per multi inter quos Glos. *schol.* 1. *in l. qui autem*, 12. per textũ ibi *ff. si quis caut.* Bar-

tol. in l. 1. nu. 3. ff. de pœnis, Paulus in l. si quis quendam, 11. nu. 2. Alexand. nu. 1. ff. si quis caution. idem Alexand. in l. cùm quædam, 19. in princ. nu. 7. vbi Iaso, sibi contrarius num. 9. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibiddem etiam Cagnolus nu. 26. in fin. Ancharanus in c. proposuisti, nu. 7. de for. comp. Lanfrancus Baldus decis. 70. Anton. de Ma theis de prorog at. iurisd. num. 57. tom. 3. tract. par. 1. Valascus consult. 136. Decianus tract. crimin. lib. 4. cap. 20. num. 25. Erasmus Cochier de iurisdictione, tom. 1. par. 2. q. 16 nu. 14. & q. 19. num. 5. Nouarius in praxi, sect. 2. q. 13. nu. 1. & 2. & ad prag. Regn. Neap. collect. 223. num. 19. Riccius collect. 2155. Capiblancus in prag. 8. par. 1. n. 318. de Baronib. Chabedus, qui sic decisum refert decis. 24. & 25. 1. par. & in d. decis. 25. agens in specie de nostro casu, quando lite iam cæpta efficitur quis pupillus, vel vidua, dicit, num. 8. statutum esse in ordinationibus Lusitanis, vt gaudeat fori priuilegio, etiam quòad lites cæptas. Ita vno, & altero Doctore eam sequente, & alio siue maiori examine ad eos accedente, facta est ista opinio magis communis, vt credit Barbosa in d. l. si quis postea quàm, 7. num. 132. ff. de iudicijs, tametsi Romanus cons. 327. num. 11. prædictam Glossæ sententiam non sit ausus veram affirmare.

641 Verùm si imperturbato animo hæc res perpendatur, opinio ista nullum habet vrgens fundamentum; neque vllo modo probatur ex legibus, quæ ad eam comprobandam adducuntur. Nam in primis leg. qui autem, 12. in principio, ff. si quis cautionib. ex qua Doctore occasionem desumpserunt ad eam asserendã, nihil omninò probat. Eius verba sunt; *Qui autem nouo priuilegio vtitur, non videtur in eadem causa sisti*, ad quã notat Cuiacius post alios antiquos (tacitos vt solet,) & inter eos Albericum non agere de priuilegio fori. Sed etiã si de illo loqueretur nihil probat: nam non ostendit, quomodo priuilegium fuerit quæsitum. aut concessum, tametsi quæsitum præsupponat, & fortassis concessum est ibi priuilegium expresse, etiam quòad causas cæptas, ac per consequens textus non iuuat sententiam eorum, qui hoc, vel illo modo quæsitum priuilegium, quòad causas cæptas iuuare, vel non iuuare autumant. Imò verò, & ipsa Glossa, quam sequuti Doctores eam sibi sententiam persuaserunt, in fi. d. scholij vltimi, in vers. alij dicunt, eam reprobat ab ea discedit, aliamq; amplectitur, & veram credit, videlicèt, in d. l. qui autem, impetratum esse priuilegium specialiter quòad ipsam causam pendentem: alioqui si simpliciter concederetur solùm pertinere causas futuras, non ad iam pendentes.

642 Ad textus autem in l. non distinguemus, 32. §. item si quis Roma, ff. de recept. arbitr. & in l. si reus, 12. ff. iudic. solui, & in l. idem Vlpianus, 12. §. 1. ff. de accusat. tutor. respondet optimè Barbosa in d. l. si quis postea quàm, 7. ex numer. 124. ff. de iudicijs, in duobus prioribus dilatoriam esse temporalem, & suspensiuam iuris litigantium in eadem causa ad tempus, modicique perinde præiudicij, ac per consequens priuilegio quæri posse; secù, fore si exceptio esset perpetua, & extinctiua iuris in eadem causa, & iudicium omninò mutaret; tunc enim quæri non posset, qui afferret præiudicium maioris momenti, iuxta distinctionem Aretini in cap. causam quæ, el secundo, num. 9. de testibus, quam ipse commendat vbi supra, num. 140. Postremum verò solùm arguere, Principem ex certa scientia, & determinata voluntate posse priuilegium fori concedere, etiam quòad ad causam pendentem, non vlteriùs.

643 Item ad l. Iurisperitos, 30. in principio, ff. de excusat. tut. & l. Prætor, 13. in principio, ff. de vocat. & excusat. muner. quibus vtitur Bartol. in l. 1. numer. 3. ff. de pœnis respondendum est, illis solum probari superueniente publica occupatione incompatibili cum priuata, & ob quam priuato officio vacari non possit, excusatũ manere ab officio priuato eum, qui cæperat exercere, quoniam vtilitas priua cedit publicæ, l. vnic. §. fin. C. de cadu. toll. Auth. res quæ, C. commun. delegat. l. 1. §. sunt qui putent ff. ne quid in flumin. public. quod planè significat Iurisconsul. in d. l. prætor, dum ait: *vel si qui sacerdotium nacti sint, vt discedere ab eo sine religione non possint*. Hæc autem doctrina non iuuat sententiam, de cuius veritate disputamus.

644 Neque verò maior ratio habenda est de consultatione Valasci 136. quoniam loquitur præsupposita lege illius regni expressè loquente: nos verò similem legem non habemus, vt rectè considerauit Castillo quotid. controu. lib. 3. d. c. 25. num. 50. Neque item de decisionibus Cebedi 24. & 25. eiusdem Senatus Lusitani: tùm quia cum in dicto Regno lata sit lex expressè decidens priuilegium viduæ, aut pupilli superueniens iuuare quòad lites cæptas, potuit ex ea sumi argumentum ad cætera priuilegia fori superuenientia: tùm vel maximè, quoniam Senatores iudicaruut de priuilegio socij, in quo iudicio valde suspecti sunt, iuxta eleganter, & eruditè congesta à Gerardo Mainardo decis. 82. libr. 1. non solùm, quia (proh dolor) à socijs plus possint, velint & soleant impertare, quàm æquum esset; sed etiam quod agatur communis causa. Suspectus autem est Iudex, tùm quia socius, tum quia similem causam habeat, ex traditis à Doctoribus, cum tractant de causis recusationis, Philippo Francho in capit. postremò, 36. numer. 20. causa 11. & 36. de appellationibus, Aufrerius de recusationibus, causa 12. 27. Maranta in praxi, parte sexta, titulo, & quandoque appellatur, num. 46. & 56. Caualcano decis. 28. numer. 114. causa. 12. & 22. 2. par. Farinacio in fragmenti criminalibus, 2. par. liter. I. num. 784. & 810. & alijs.

645 Nihilominus tamen prædicta secunda ampliatio quintæ limitationis principalis eget temperamento aliquo, & limitanda est, & declaranda. Verum reiecta communi distinctione priuilegij impetrati postulatione, & instantia litigantis, vel motu proprio indulti, statuo in primis nemini dubium esse, quin Princeps de plenitudine potestatis possit indulgere priuilegium litiganti, quo eum eximat, etiam quòd causas cæptas, & preuentas ab alicuius Iudicis iurisdictione; quemadmodum communi lege id facere posset, qualis est illa apud Lusitanos, de qua mentionem facit Chabedus d. dec. 25. num. 8. vt superius retuli num. 640. Et quemadmodum causam cæptam coram inferiori posset ad se aduocare, cap. vt nostrum. 56. de appellationib. tradit Alexand. in l. cõtra pupillum. 54. §. is qui ad maius, nu. 5. ff. de reiudic. Marian. Socin. in cap. proposuisti. num. 44. de for. compet. Barbosa in leg. si quis postea quàm, 7. num. 17. ff. iudicijs; ita potest causam cæptam ad nouum Iudicem per priuilegium trahere. Igitur de sola voluntate Principis dubitari potest, & circa eius coniecturam versabitur tota difficultas. In qua arbitror distinguendum, an priuilegium exemptionis concedatur per se, & principaliter alicui personæ; an per accidens tanquam annexum qualitati, officio, aut dignitati alicui, vt conceditur viduis, Magistratibus, militibus, &c. In secundo casu credo nunquam eximere priuilegium superueniens quòad causas cæptas, & præuentas, quod planè significat Franchis dict. decis. 544. numer. 17. circa finem. Nam Princeps concedens ab initio, & antequam casus accidat, & diuinare possit fore, vt contingat, exemptionem annexam qualitati, non censetur

fetur velle, vt persona, cui qualitas accessit, vtatur priuilegio annexo qualitati, etiam quoad ea, quæ ante qualitatis aduentum acciderint; argu mento *l. fiscus, 6. in principio, ff. de iure fisci*, & eorum, quæ congessi supra quæstione quinta num. 320. In primo verò casu adhùc est distinguendum, an simpliciter concedatur priuilegium nullo alio expresso, quam quòd talis persona sit exempta, & tunc non sit extendendum ad causas cœptas, & præsentas: an verò concedatur priuilegium exemptionis eo expresso, quod conceditur etiam quoad causas pendentes, & tunc effectum habeat quoad eas, vt vtrumque planè probatur *in l. leges, 7. C. de legibus*, & ibi traditis à Glossa, Cynn, Baldo, Alberico, Salyceto, Paulo, Fulgosio, *& in capit. 2. de constitut.* cum doctrina Canonistarum ad eum locum, Hostiensi *in summa, de constitut. numer. 21. vers. in futurum.* Quam sententiam amplectitur proculdubio Glossa *in d. l. qui autem, 12. in principio schol. 1. in fin. ff. si quis cautionib.* eam vltimo loco adducens, vt ante dixi, num. 641. & desumitur ex Io. Andrea *in cap. 1. ante num. 1.* Dominico Geminiano *num. 4.* Philippo Francho *nu. 6. de priuilegio in sexto*, Erasmo Cochier *de iurisdictione, tom. 1. par. 2. q. 16. num. 12. & 13.* & planè probantur in specie *in l. nullus, 4. C. de veteranis, lib. 12.* ibi, *beneficio specialiter indulto.* Et hæc sit prima limitatio secundæ ampliationis, quintæ limitationis principalis.

646 Limità secundò prædictam secundam ampliationem limitationis quintæ, vt tametsi priuilegium superueniens non eximat priuilegiatum quoad litem cœptam, verùm si perimatur instantia, & iudicium sit de nouo inchoandum priuilegium resumit vires, & priuilegiatus in noua instantia conueniendus erit in foro priuilegiato coram Iudice per priuilegium constituto. Ita sensit Angelus *in l. cum quædam puella, in principio, num. 3. versicul. vltimò conclude, ff. de iurisdict. omn. iud.* Anna *singul. 402.* & nos animaduertimus supra quæst. 5. num. 311. in fin. vbi ampliauimus hanc doctrinam, vt procedat, etiam si instantia emortua restauretur per insuflationem spiritus vitæ, quæ non potest effectum habere in præiudicium tertij, cui interim ex prædicta peremptione ius quæsitum fuit, ibiq; alios allegauimus.

647 Ab hac tamen limitatione Fulgosius discessit *in d. l. cum quædam puella, 19. in principio num. 7.* motus ex textu *in l. si quis repetere, 7. ad Senatusconsf. Turpillian.* vbi repetita accusatione criminis aboliti transacto abolitionis termino, eodem iure prosequitur accusator Iudicium, & exceptiones, quæ ei ante abolitionem obijci non poterant non possunt obijci post abolitionem; addit Fulgosius contra prædictam Angeli sententiam, non meminisse se legisse vnquam iurisdictionem Iudicis solo lapsu instantiæ finiri.

648 Verùm non est recedendum à præcedenti secunda limitatione neque obstat textus *in d. l. si quis repetere*; nam respondendum est cum Glossa *in l. aut priuatim, 10. verb. rei, in fin.* iunctà Apostilla noua ibi *ff. eod. tit.* abolitione nõ perimi instantiam, neque extingui iudicium, sed suspendi spatio 30. dierum; ac per consequens peracto illo tẽpore accusatio eodem iure instaurari potest: non ita esset si iudicium esset extinctum, & instãtia perempta, in quo casu nos loquimur; tametsi autem solius instantiæ lapsus, iurisdictionẽ non perimat, vt Fulgosius dicebat: eam tamen extinguit effectus contrarij priuilegij, quod interim dum cœptum iudicium durabat, erat suspensum, & impeditum, ne potiret ... suum producere, & litigãtem priuilegiatum eximere; cum verò extincto iudicio impedimentum remotum fuerit incipit priuilegium cõtra iurisdictionẽ ordinariam operari, eamq; extinguere, & litigantem exemptũ reddere à iurisdictione ordinaria.

Limita sextò principaliter prædictam septimam conclusionem, vt non possit miserabilis priuilegium fori transferre per cessionem in alium non miserabilem, quoniam priuilegium personæ cohæret. Ita sentit Baldus *in l. per diuersas, nu. 41.* Salycetus *num. 17. C. mandati*, Gaspar Rodericus *de annuis redditibus lib. 3. quæst. 4. num. 42.* facit Tiraquellus *de retract. lignagier, §. 16. glos. 1. num. 61.* & Iannus *de citatione reali, lib. 2. capit. 2. num. 20.* sentit Carauita *ad rit. 228. ex num. 14.*

649 Limita septimò principaliter prædictam septimam conclusionẽ, vt non habeat locum priuilegium fori miserabilium in causis fiscalibus. Ita sentit Franc. Scaglionus *ad ritum 230. nu. 3.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 1. d. casu 66. nu. 44.* Nouarrius *in d. praxi, sect. 2. q. 15 nu. 1. & sequ.* ratio est, quoniam miserabilis tunc, & non aliter, nec alio modo gaudet priuilegio fori, quam cum agit coram Iudice competenti, & legitimo sui aduersarij. Vt docent Isernia *in d. constitut. statuimus, versic. item quid si pupilli, & versic. prohibitus autem cognoscere*, Afflictis, ibi *num. 17.* Tapia *num. 28.* idem Afflictis *decision. 257. num. 2. 3. & 4.* Carauita *ad ritum 233. num. 7.* Menochius *d. casu. 66. num. 42.* Ioan. Antonius. de Nigris *in cap. Regn. quod decretam, 42. num. 10.* Muscatellus *in praxi Sac. Reg. Consil. lib. 1. par. 2. gloss. competentes, num. 76. & 77.* Scaccia *de appellationibus, q. 7. num. 137. in fine*, Anellus Amatus *consil. 31. num. 3. 4. 5. & 6. & 14.* At in causis fiscalibus non sunt Iudices competentes, & legitimi supremum Consilium, & Consiliarij Principis, sed Procurator Cæsaris, & speciales Iudices deputati ad decidendas causas Regij patrimonij, *l. si vt proponis, 5. C. de bonis proscriptor. l. 1. & seqq. C. vbi causa fiscal.* & nos dicemus inferius ex numer. 698. Ergo non potest miserabilis in causis fiscalibus gaudere priuilegio electionis fori; sed siuè agat, siuè conueniatur à fisco, agere, & conueniri debet coram Iudicibus fiscalibus, & in tribunalibus eorum. Quemadmodum vniuersim in cæterie causis, in quibus est designatus specialis Iudex, qui in eis sit legitimus, & competens, aduocata earum cognitione à reliquis, idem seruandum est, vt rectè docuit Baldus *in l. cum eorum, 5. nu. 7. C. de sentent. & interloqunt. omn. iudic.* Marian. Socin. *in cap. significasti, nu. 30. vers. tertio quæritur, de for. comp.* & Nouarius *in praxi, section. 2. quæst. 43.*

650 Limita octauò, vt miserabilis non gaudeat priuilegio electionis fori in causis feudalibus. Hanc limitationem expresè docuit Baldus paulò ante relatus, exemplum adducens de causa feudali, Andr. de Isernia *in d. constitut. statuimus, propè, medium, vers. item quid si pupilli*, Afflictis ibi *nu. 33.* Foilerius *nu. 113.* Tapia *nu. 17.* idem Afflictis *d. decis. 257. nu. 2. & 3.* & ad eam Vrsillus *nu. 4.* Trentacinquius *lib. 2. variarum, tit. de citationibus, resolut. 2. num. 21.* Io. Ant. de Nigris *in d. cap. quod decretam, num. 10.* Menochius *d. casu. 66. num. 41.* Borrellus *de regis cathol. præstant. cap. 62. num. 58.* Hæc limitatio procedit ex eodem fundamento, quo præcedens: nam de causa feudali nõ cognoscunt Iudices ordinarij, neque in ea sunt legitimi, & competentes: imò de iure feudorum de cõtrouersia feudi cognoscunt pares Curiæ, vt *in cap. 1. de controuersia feudi apud pares terminand. & in capit. 1. an apud. Iudicem, vel Curiam Domini, quæstio feudi debeat terminari*, & multos de hac re tractantes refert Scaccia *de appellationibus, q. 8. num. 12. vers. cæterum*, & cum istis feudorum consuetudinibus conuenit de iure Neapolitano antiquiori, *constit. vt vniuersis, de seruando indemnitatem Comitibus, lib. 1. rub. 45.* vbi

45. vbi vide Iserniam, & Afflict. nu. 1. 2. 5. & 8. & per tot. & cap. Regn. item statuimus, quod si Comites, 113. & ibi Sebastianus de Neapolis, & Ioann. Ant. de Nigris. Hodie verò in hoc Regno Neapolitano sine difficultate recepta est hæc limitatio; eius enim iure ad ordinarios inferiores non pertinet cognitio causarum feudalium, sed dumtaxat ad Magnam Curiam Vicariæ, vt decernitur in d. constit. statuimus, & in constitut. iustitiarij nomen, de offic. iustitiariatus, & iure nouiori ad Sacrum Consilium, iuxta pragmat. 3. de offic. Sac. Reg. Consil. & ad Regiam Cameram Summariæ in quibusdam casibus, vt in pragmat. 62. cap. 10. & 13. de offic. Procurat. Cæsar. notauit Follerius in d. constit. statuimus, num. 6. Borrellus de regis cathol. præstant. d. cap. 62. num. 10. & seqq. collega noster Scipio Rouitus in d. pragmat. 3. ex num. 1. & in d. pragmat. 62. num. 4. Galluppus in praxi Sac. Reg. Consil. par. 2. cap. 6. num. 73. quoniam verò incidimus in d. cap. Regni, item statuimus, quod si Comites, 113. quo statuebatur, vt de causis Baronum solum cognoscerent compares; non est obliuiscendum, quod notauit Io. Francisc. de Ponte de potestat. Proreg. tit. 7. §. 7. ex num. 4. nempè antiquas Regni constitutiones in desuetudinem abijsse, & iam iure, & consuetudinibus notis in Magn. Cur. & Sacr. Consil. cognosci de omnibus causis omnium Baronum, & Curialium, & D. Reg. Tapia Senatus supremi decis. 24. num. 8. notat iudicium parium recessisse ab aula. Illud verissimum est, quod si in aliquo Regno obseruaretur, vt de causis feudalibus cognoscerent indistinctè Iudices ordinarij, in eo non procederet hæc limitatio, vt miserabiles in causa feudi non gauderent priuilegio electionis fori; vt animaduertit Menoch. d. casu 66. num. 41.

651 Limita nonò, & vltimò prædictam septimam conclusionem, vt miserabiles non gaudeant priuilegio electionis fori, in causis, vbi agitur de reddendis rationibus. Hæc limitatio colligitur ex duabus præcedentibus, quia rationes ibi sunt reddendæ, vbi administratio gesta est, l. 1. & 2. C. vbi de ratiocinijs agi oport. vbi Bartol. Alberic. Bald. Angel. Salycet. Fulgos. Paul. notant, & communiter Doctores in l. quæres absens, 19. §. si quis tutelam, ff. de iud. imò & eò remittēdum esse, qui rationem redditurus est, siuè publicam, siuè priuatam aduersus ordinarias iuris regulas diximus supra q. 4. n. 168. cum sequentib. Hanc limitationem tradit Escobar de ratiocinijs, c. 7. ex nu. 56. qui tamen eam sublimitat; & eo adhibito temperamēto poterit in praxi seruari; sequitur Gratian. dec. 180. in additione, nu. 6. Paschalis de viribus, patr. potest. par. 2. cap. 2. nu. 109. Nouarius in praxi, sect. 2. q. 17. Hactenus de foro miserabilium.

SVMMA SECTIONIS.
Octaue.

652 *Neapolitani gaudent foro priuilegiato, vt conueniantur, & conueniant, ciuiliter, & criminaliter, apud tribunalia Neapolitana, quod vulgo dicitur, trahunt, et non trahuntur.*

653 *Ciuilitas Neapolitana quomodo adquiratur.*

654 *Eodem priuilegio gaudent institores, et negotiorum gestores Neapolitanorum, cum agitur de negotijs pro eis gestis.*

655 *Habitantes Neapoli, etiam non ciues, gaudent eodem priuilegio.*

656 *Eodem priuilegio gaudent exteri in Ciuitate Neapolitana adepti officium vel dignitatem.*

657 *Eodem priuilegio gaudent milites Hispani, qui in Ciuitate Neapolitana stipendia merent.*

658 *Eodem priuilegio gaudent originarij Neapolitani, etiam si alio domicilium transtulerint.*

659 *Id tamen non procedit in ciuibus factis per incolatum, aut priuilegium.*

660 *Mulier extera nupta Neapolitano, gaudet hoc priuilegio.*

661 *Neapolitanus agens ex iure cesso sinè fraude, tàm ex causa lucratiua, quàm ex onerosa, gaudet hoc priuilegio.*

662 *Neapolitani, non solum actores, et rei principales, sed etiam laudati in Authores, non adstringuntur foro alieno.*

663 *Refertur contraria sententia, pro qua expenditur l. venditor, in princ. ff. de iud.*

664 *Dictam l. venditor, limitandam esse in Clerico. multi senserunt.*

665 *Verius est prædictam l. venditor procedere in Clerico Authore laudato.*

666 *Traditur noua distinctio.*

667 *Quo casu Author laudatus non possit ex suo priuilegio forum rei principalis, cui assistit, declinare.*

668 *Quo casu Author laudatus possit forum declinare, siuè Clericus, siuè Neapolitanus.*

669 *Notatur discrimen inter litem emptoris, et possessoris, cui assistit, Author laudatus non priuilegiatus, et eam, cui assistit Author priuilegiatus, communiter omissum à Doctoribus.*

670 *Fiscum, quod ad hoc attinet, maius habere priuilegium.*

671 *Qui contra senserint, fiscum in hoc nullum habere priuilegium.*

672 *Priuilegio fori gaudent oriundi ex casalibus Vrbis Neapolitanæ, & ibi habitantes.*

673 *Refertur contraria sententia.*

674 *Reprobatur, & explicatur text.* in §. si quis igitur Auth. quib. mod. nat. effic. sui.

675 *Ciues Neapolitani non possunt priuilegio fori renunciare, & quid de Capuanis.*

676 *Neapolitani non possunt consentire in Iudicem extraneum, & prorogare iurisdictionem Iudicis non sui.*

677 *Neapolitani gaudent sui fori priuilegio, etiam litigantes cum Capuanis.*

678 *Neapolitani gaudent priuilegio sui fori, etiam litigantes cum viduis, & alijs miserabilis personis.*

679 *Quo fundamento probetur à nonnullis, & improbatur.*

680 *Traditur verum fundamentum prædictæ conclusionis.*
Verbum, non possit, *importat necessitatem præcisam, & priuat omni potentia.*
Limitatur notabiliter prædicta conclusio.

681 *Barones ciues Neapolitani, cum conueniuntur de actu ad Baronis officium spectante, gesto extra ciuitatem, non gaudent priuilegio fori.*

682 *Mulier Neapolitana nupta viro extero, & ad domum sui viri traduta, non gaudet priuilegio fori.*

683 *Neapolitana nupta extero, soluto matrimonio non gaudet priuilegio fori.*

684 *Vidua Neapolitana in patriam reuersa, recuperat priuilegium.*

685 *Vidua Neapolitana originaria manens extra ciuitatem, electo domicilio separato à domicilio sui quondam viri, recuperat priuilegium Neapolitanorum.*

686 *Priuilegio Neapolitanorum non gaudet ciuilitatem consequutus lite pendente.*

687 *Neapolitani non gaudent fori priuilegio in causis tangentibus dohanam pecudum Apuliæ.*

688 *In Ciuitate Neapolitana sunt multi fori priuilegiati, vt*

Curiæ

Curiæ Admiratiæ.
689 *Item curia artis serici.*
690 *Item Curia artis lanæ.*
691 *Item Curia Siclæ.*
692 *Item tribunal Bagliuæ.*
693 *Item forus Doctorum Neapolitanorum.*
694 *Item Consulum nationis Ragusæorum.*
695 *Item Curia Meretricum.*
696 *Tandem forus Baronum.*
697 *Barones eo, quòd Barones sint, non sunt censendi Ciues Neapolitani.*

SECTIO OCTAVA

De foro Neapolitanorum.

IN gratiam huius nobilissimæ, & celeberrimæ Ciuitatis Neapolitanæ, & eius ciuium, in qua, & apud quos nunc habitamus, decreuimus adiungere aliqua de foro priuilegiato Neapolitanorum, quoniam & spectet directò ad tractationem, quam prosequimur, & videri possemus non referre quam possumus gratiam beneuolentiæ eorum, qui nos in suam communem gratiam hùc aduenientes admiserunt, si eorum priuilegia cum sese calamo offerunt celebranda, & per exteras nationes diuulganda, quod nisi conniuentibus oculis fieri non posset, prætermitteremus.

652 Octaua conclusio. Ciues Neapolitani gaudent foro priuilegiato, vt tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus actores, siuè rei conuenire possint, & conueniri debeant apud Iudices Neapolitanos, & in foro Neapolitano, videlicèt, aut in Magna Curia Vicariæ, aut in Sacro Regio consilio: quod vulgo dicitur, trahunt, & non trahuntur: idest reos trahunt ad suum forum, & rei non trahuntur ad extraneum, etiam ex delegatione regia, ad eum modum, quo solent illi, quibus conceduntur Iudices conseruatores. Sic statuitur *in ritu* 301. & in capitulis gratiarum concessarum vniuersitati Ciuitatis Neapolitanæ per Regem Ferdinandum primum, anno 1459. *in libro priuilegiorum, fol.* 10. & in capitulis eiusdem Regis anni 1462. *in cap. vltimo eiusdem libri, fol.* 13. & in priuilegio eiusdem anno 1466. *eiusdem libri, fol.* 14. & in capitulis gratiarum concessarum vniuersitati Ciuitatis Neapolitanæ ab eodem Rege anno 1476. *cap.* 1. *eiusdem libri, fol.* 16. & in capitulis Regis catholici expeditis Segouiæ anno 1505. *cap.* 53. *eiusdem libri fol.* 45. quem ritum, & priuilegia sæpissimè in Sacr. Cons. vidimus obseruari. Notat Carauita *in prædicto ritu* 301 *num.* 5. Grammaticus *decis.* 87. *in principio,* Capycius *decis.* 59. *num.* 1. Franchis *decis.* 382 *num.* 3. *&* *dec.* 416. & ad eas addentes, Vrsillus ad Afflictis *dec.* 41 *num.* 9. *&* *dec.* 133. *num.* 8. Io. Ant. de Negris *in cap. Regni pridem,* 4. *num.* 19. Anna *singular.* 401. Tapia *lib.* 3. *iuris Neapolit. rubr.* 6. *in pragm.* 1. *vbi de delicto quis debeat conueniri,* collega noster Scipio Rouitus *in pragmat.* 5. *num.* 3. *eod. tit.* Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 343. *&* *par.* 2. *num.* 132. *de Baronibus,* Muscatellus *in praxi, lib.* 1. *p.* 2. *gloss. competentes, num.* 74. *&* 76. Marcellus Cala *de mod. articul.* §. 1. *gl.* 1. *nu.* 93. Riccius *collect.* 38. *&* 424. Tartaglia *in praxi Magn. Cur. Vicar. causarum ciuilium, cap.* 2. *numer.* 23. Galluppus *in praxi, par.* 2. *cap.* 6. *ex num.* 61. Nouarius *in d. praxi, sect.* 2. *q.* 38. *ex num.* 1. *&* *ad pragmat. Regn. Neapol. collect.* 223 *num.* 31. *&* *collect.* 225. *ex nu.* 6.

653 Quibus verò modis ciuilitas Neapolitana adquiratur ad effectum gaudendi hoc, & cæteris priuilegijs concessis ciuibus Neapolitanis, quæ multa sunt nihil noui hîc occurrit addendum ad ea, quæ diximus de adquirenda ciuilitate in genere supra q. 2. ex n. 76. ex quibus constat ciuilitatem adquiri per natiuitatem in loco paterni domicilij, per incolatum, seu domicilium, per concessionē, aut priuilegium; præter quàm quòd *in prag.* 1. *de immunitatib. Neap.* statuitur, vt exteri, qui Neapolim venerint ad contrahendum domicilium, si vxorem duxerint Neapolitanam, & in ea ciuitate domum emerint, aut ædificauerint reputentur, & tractentur, vt ciues originarij, & gaudeant omnibus immunitatibus ciuium originariorum. Cæterum de acquisitione Neapolitanæ ciuilitatis, & ad eam requisitis agunt collega noster Scipio Rouitus *in d. pragm.* 1. & Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 39. satis se conformantes, ad ea, quæ nos prædicto loco ante ipsos visos tradideramus.

654 Amplia primò prædictam octauam conclusionem, vt eodem priuilegio gaudeant institores, & negotiorum gestores Neapolitanorum cum conueniunt, vel conueniuntur ex negotijs gestis pro Neapolitanis. Ita sentiunt Anna *d. singul.* 401. & Capiblancus *in pragm.* 8. *par.* 2. *num.* 132. *de Baronibus,* & Nouarius *d. q.* 38. *nu.* 6. Et probatur ex text. *in d. l. hæres absens,* §. *apud Labeonem ff. de iudicijs,* & ibi traditis à Doctoribus, & ijs, quæ nos diximus supra q. 4. n. 161. & 162.

655 Amplia secundò, vt eodem priuilegio gaudeant habitantes Neapoli, etiam si non sint ciues Neapolitani. Quod apertè probatur ex verbis *ritus* 301. vbi notat Carauita *nu.* 5. & explicat *ex n.* 27. & affirmat *n.* 30. Grammaticus *d. dec.* 87. & adnotatio adiecta *ad c.* 53. vbi textus, inter capitula Regis catholici anni 1505. *in lib. priuilegiorum fol.* 46. *vers. nota.* Quo differant autem domiciliarij, seu incolæ ab habitatoribus dixi supra quæst. 1. num. 12. in quo planè lapsi sunt Galluppus *in praxi, par.* 2. *cap.* 6. *ex num.* 64. & Nouarius *in d. praxi, sect.* 2. *q.* 39. *num.* 24. existimantes non gaudere prædicto priuilegio, nisi qui per habitationem facti fuerint ciues: re enim vera cum hoc priuilegium concessum sit habitantibus illo gaudebit quisquis Neapoli habitauerit, etiam si ciuis non sit. Cæterum alijs priuilegijs, & immunitatibus, quę ciuibus sunt concessa gaudere non poterit nisi qui fuerit ciuibus; vt animaduertit idem Carauita *d. rit.* 301. *num.* 33. *&* 34.

656 Amplia tertiò, vt eodem priuilegio gaudeant, etiam exteri, vt Hispani, Consiliari Sac. Consil. aut Pręsidentes Cameræ Summariæ, aut Iudices Vicariæ, aut vniuersim alium honorem, aut dignitatem adepti in ciuitate Neapolitana. Ita sentiunt Carauita *in d. ritu* 301. *numer.* 21. *&* 23. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 38 *num.* 7. Ratio est, quia isti non solum sunt habitatores in ciuitate Neapolitana, quod satis erat ad participandum prædictum priuilegium, iuxta præcedentem ampliationem; sed etiam ciues, *l. Senatores,* 11 *ff. de Senatoribus, l. Senatores,* 8. *C. de incolis, lib.* 10. Franciscus Marcus *dec.* 713. *n.* 26. *p.* 2. Paris de Puteo *de syndicatu, ver. ciuilitas officialis, c.* 1. *&* 2. Anna *sing.* 365. Riccius *collect.* 269.

657 Amplia quartò, vt eodem priuilegio gaudeant milites Hispani, qui in eadem ciuitate stipendia mærent, quoniam & ij eiusdem ciuitatis Neapolitanę ciues reputantur, *l. municeps,* 23. §. *miles ff. ad munic.* notat Carauita *d. rit.* 301 *num.* 22. Anna *d. singul.* 365. Rouitus *in pragm.* 1 *numer.* 14. *de immunitatib. Neapolit.* Mutius Surgens *in additione ad Marcum Antonium Surgentem de Neapoli illustrata, libr.* 1. *ad cap.* 16. *num.* 25. *ad versiculum, Magistratus, qui fiscales extorserint pecunias, pagin.* 6. *versicul. hinc est*

est quòd id milites, fol. 341. Nouarius *in sua praxi sect.* 2. *d. q.* 38. *num.* 9.

658 Amplia quintò, vt eodem priuilegio gaudeant originarij Neapolitani, etiã si aliò domicilium trãstulerint. Ita statuitur in capitulis expeditis per D. Petrum de Toledo Viceregem in parlamento generali, anni 1541. in S. Laurentio, decretatione ad supplicationem, quæ incipit: *In primis perche li oriundi*, *in libro priuilegiorum fol.* 143. explicat Rouitus *in pragm.* 2. *num.* 1. *&* 2. *de immunitat. Neapolit.* sequitur Nouarrius *in sua praxi, sect.* 2. *q.* 39. *num.* 16. *&* 17.

659 Limita tamen, vt ampliatio non procedat in ciuibus Neapolitanis factis per incolatum, & domicilium, aut concessionem, seu priuilegiũ, qui si aliò transferant domicilium amittunt ciuilitatem, & eam consequentia priuilegia, vt statuitur *in pragm.* 2. *de immunitatib. Neapolit.* vbi notat Rouitus *num.* 1. & Petra *ad Grammaticum decis.* 103. *num.* 90.

660 Amplia sextò, vt eodem priuilegio gaudeat extera mulier nupta viro Neapolitano. Ratio, quia per matrimonium vxor efficitur de foro viri, & eius domicilio; vt probatur *in l. vltima. §. item rescripserunt mulierem. ff. ad municipal. & de incol. leg. vnica C. de mulier. & in quo loco lib.* 10. *l. ultim. C. de incol. eodem lib.* notat Bartol. *in d. §. item rescripserunt mulierem num.* 4. Decius, Iaso, Matianus, & plurimi à me relati dicta quæst. 2. num. 65. & 66. sequitur Carauita *in d. ritu* 301. *num.* 25. Nouarius *in praxi sect.* 2. *q.* 38. *num.* 8. Tartaglia *in praxi Magn. Vic. caus. ciuil. cap.* 2. *num.* 23.

661 Amplia septimò, vt Neapolitani gaudeant hoc priuilegio, etiam si agant iure cesso, tàm ex causa lucratiua, quàm onerosa dummodo cessio vera sit, non fraudulenta; idque merito, nam cùm per cessionem veram, & non fraudulentam iura cedentis transferantur in cessionarium, & censenda sint eius patrimonium, gaudebit quoad ea cessionarius eisdem priuilegijs, quibus gaudet circa reliquas res proprias sui patrimonij. Ita censuit Afflictis *decis.* 74. & ibi Vrsillus *nu.* 6. Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib.* 3. *q.* 4. *num.* 43. Paschalis *de viribus patr. potest.* 2. *par. cap.* 2. *num.* 91. *in fin.* Petra *ad Grammatic. decis.* 21. *num.* 8. Nouarius *d. q.* 38. *n.* 10.

662 Amplia octauo, vt Neapolitani non solum actores, & rei principales gaudeant prædicto foro priuilegiato, sed etiam cum laudantur Authores: non enim adstringuntur foro alieno, in quo versatur *lis* inter emptorem habentem causam à Neapolitano, & euictorem rei venditæ; sed possunt petere remissionem ad suum forum, videlicet tribunalia Neapolitana. Ita sensit Anna *singul.* 45. Petra *ad Cappcium dec.* 59. *& ad decis.* 197. *addit.* 1. *& ad Grammaticum decis.* 21. *ex num.* 6. Marcellus Cala *de mod. articulan. §.* 1. *glos.* 1. *num.* 51. Muscatellus *in praxi, lib.* 1. *p.* 3. *gloss. nominet, num.* 6. Tartaglia *in praxi Mag. C. Vic. caus. ciuil. c.* 2. *num.* 23. & ibi additio Grimaldi. Nouarius *in d. sua praxi, d. q.* 38. *n.* 4. *& ad pragm. Regn. Neap. collect.* 225. *n.* 9.

663 Contrariam tamen sententiam in genere, imò quemcumque quantumuis priuilegiatum Authorem laudatum debere litem inter emptorem, & euictorem prosequi coram Iudice emptoris, apud quem pendet, & non excusari ab ea prosequutione priuilegio fori sibi competenti, probat expressus textus *in l. venditor,* 39 *in princ. ff. de iudicijs, & in l.* 1. *C. vbi in rem actio.* & moti ex *d. l. venditor*, ita senserunt ibi Bartolus, & eius additiones, Albericus, Baldus *in* 1. *&* 2. *lectura*, Angelus, Paulus *num.* 1. *&* 2. Fulgosius *num.* 2. Cagnolus *num.* 11. *cum seq.* Barbosa *ex n.* 99. *& n.* 136. Ancharanus *in cap. e a quo,* 26. *nu.* 21. *quæst.* 17. *de reg. iur. in* 6. *& cons.* 333. *nu.* 2. Bartholom. Socin. qui eleganter disputat *cons.* 91. *ex num.* 10. *versic. circa vltimam difficultatem, vol.* 3. idem Baldus *cons.* 460. *nu.* 5. *vol.* 4. Socinus Iunior *cons.* 46. *nu.* 5. *lib.* 1. Marc. Ant. Natta *cons.* 99. *nu.* 8. *tom.* 1. Siluanus *cons.* 49. *n.* 71. Caballinus *tractatu de euictionibus. §.* 3. *num.* 118. *cum seq.* Antonius Gomez *tom.* 2. *variarum, c.* 2. *num.* 39. *vers. item adde, quod talis venditor, vel author*, Gail *practicarum obseruationum, lib.* 1. *obseru.* 37. *n.* 7. Maranta *in praxi,* 6. *par. tit. de laudatione* 5. *membro iudicij, n.* 10. Gamma *dec.* 332. *nu.* 1. Afflictis *dec.* 235. *n.* 6.

664 Et quamuis quidam sentiant regulam *d. l. venditor*, limitandam esse in Clerico, quem authorem laudatum existimant, non solùm esse remittendum ad suum Iudicem, sed totam etiam litem inter laicos remittendam, & non esse prosequendam coram Iudice laico, vbi Clericus author laudatus interuenit; in qua sententia fuit Speculator *lib.* 1. *tit. de primo decreto, §. restat* 3. *num.* 24. Angelus, & Paulus *in d. l. venditor,* Boerius *decis.* 69. *num.* 31. *& seqq.* & plures, quos refert Grammaticus *decis.* 12. *num.* 9. & ad eam Didacus de Mari *numer.* 3. Barbosa *in d. leg. venditor num.* 139. Follerius *in additione ad Marantam vbi supra,* Marta *de iurisdictione*, 4. *par. cent.* 1. *casu* 34. *ex num.* 12. ex qua limitatione desumi poterat argumentum ad confirmandam prædictam ampliationem octauam a nobis traditam.

665 Nihilominus verius est, prædictam regulam *l. venditor*, etiam procedere in Clerico authore laudato, vt de iure Regni Castellæ expressè statuitur *in l.* 57. *in fine, tit.* 6. *par.* 1. vbi docet Gregorius *glos.* 5. Couartuuias *in practic. cap.* 8. *n.* 2. *&* 3. Didacus Perez *in l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 5. *ordinamenti, pag.* 143. Ant. Gomez *vbi supra.* Bouadilla *lib.* 2. *politic. cap.* 18. *num.* 169. vbi multos allegat, & præter Angelum, & Paulum *in d. l. venditor,* relatos numero præcedenti pro contraria sententia, sentiunt allegati num. 663. supra; quibus addo Hippolyt. de Marsil. *singul.* 694. *num.* 3. Decium *cons.* 700. *num.* 7. Rebuffum *tom.* 3. *in constit. regiae de dilationibus, art.* 4. *gloss. vnic. n.* 8. Minsinger. *singular. obseruat. cent.* 1. *obseruat.* 22. *nu.* 5. Scacciam *de iudicijs, lib.* 1. *c.* 11. *nu.* 98. *& lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 735. *& de appellationibus q.* 7. *nu.* 123. Pereiram *de manu regia,* 2. *p. c.* 32. *n.* 9. Mangilium post hæc scripta editum *tractatu de euictionibus, q.* 6. *ex n.* 1. & eos, quos refert Barbosa *in l. venditor, num.* 138. Ex quo videtur corruere fundamentum prædictæ ampliationis.

666 Quid igitur dicendum in re tàm controuersa? Et omissa ea distinctione, quam adhibet Barbosa *in d. l. venditor, ex n.* 109. an priuilegiatus priuilegio fori cõpareat in iudicio ad defendendum venditorem post cæptam litem, vel nondum cæpta, an suscipiat in se iudicium tanquam principalis transferendo in se illud, quod venditor susceperat; an verò potius, vt iudicium cum ipso inchoetur, non cum venditore: illud existimandum est certum, authorem laudatum, inuito actore neque posse iudicium cõtra emptorem possessorem rei cæptum in se transferre, neque verò nouare, vt rectè adnotauit Natt. *cons.* 630. *n.* 1. *&* 2. *tom.* 3. & vrgentissimis argumentis probauit Barbosa *in d. l. venditor, ex nu.* 109. Igitur desumpto eo casu, quo author laudatus comparet in iudicio, vt liti assistẽs reum defendat, de quo videtur agi *in d. l. venditor,* ego pro concordia considero, in ea lite tametsi videatur simplex, re vera inuolui duplicem litem, & duas diuersas actiones in iudicium deductas. Prima lis, seu actio est, quam proponit euincens aduersus emptorem possessorem rei, de

qua

qua primùm controuertitur, quæ denunciatur authori laudato, vt descendat in iudicium illud motum, vel mouendum contra emptorem, seù possessorem, vt iudicio assistens illum defendat, in qua euincens est actor, reus verò possessor, non author laudatus, qui dumtaxat liti assistit, vt defensor rei. Secunda actio est, quam possessor ipse habens causam ab authore laudato proponit, vel proponere potest aduersus eundem laudatum authorem, quò reficiat pretium rei venditæ, aut alio titulo concessæ, & expensas litis motæ ad eam rem euincendam. Si spectemus primam litem, seù actionem, author laudatus non intercedit, vt persona principalis, neq; in eum potest ferri sententia, sed profertur contra possessorem rei, velut principalem reum. Si verò spectemus secundam actionem, & litem, qua ipsa exercetur, author laudatus ex sua persona reus est; possessor verò ipse, à quo res est euicta, vel euinci speratur, est actor. Ex quo planè colligitur, ista esse duo diuersa iudicia, cum ille, qui in vno vices actoris sustinet, in alio partes rei patiatur, & qui in vno est defensor, & assistens, in alio fit reus, *l. & an eadem 14. in princ. ff. de except. rei iud.* Hæc manifestè deducuntur ex traditis à Rebuffo *tom. 3. in constit. reg. tit. de dilationib. art. 5. gl. vn. ex n. 4.* sed ex natura rei satis constant.

667 Igitor comparente authore laudato priuilegiato in illa prima, quam distinximus lite, non potest ex suo priuilegio forū declinare, aut obtinere, vt causa aduocetur à Iudice ordinario de ea cognoscente, & ad suum Iudicem remittatur: nam ibi non agitur principaliter de eius interesse, sed in consequentiam. Quod rectè animaduertit Cuiacius post hæc scripta visus *in recitationibus ad lib. 3. responsorum Iulij Pauli Iurisconsulti ad d. l. venditor*, & fieri poterit, vt absoluto reo possessore lis omninò finiatur, & interesse laudati authoris reum defendentis extinguatur. Atque hactenus, & non vltra censendi sunt sensisse Doctores superius relati à nobis num. 663. & 665. non discendentes a regula, *l. venditor, 49. ff. de iudicijs*.

668 Si verò agamus de secunda lite, in qua versatur ius possessoris, velut actoris, & authoris laudati, velut rei, planè poterit author laudatus ex suo priuilegio forum declinare, siuè sit Clericus, siuè Neapolitanus, vel aliter priuilegiatus priuilegio fori, & petere se ad suum Iudicem remitti, & ad eum est remittendus. Ratio est, quia in hac lite reus, principalis gaudet priuilegio fori, quo priuari nulla subsistente causa non potest; quo tendunt notata ab Antonio Fabro viso post hæc scripta, *de erroribus pragmaticorum, decade 6. errore* 10. qui id extendit ad authorem laudatum alieni fori non priuilegiati, idque iure optimo; & ita interpretandi sunt Doctores, qui existimant regulam *dicta l. venditor*, limitandam esse in Clerico, aut Neapolitano, aut quibusdam alijs priuilegiatis. Hanc concordiam tametsi minus clarè proculdubio amplexi sunt Grammaticus *dicta decision. 21. & ibi num. 9.* refert, iuxta eam sæpius decisum in Sac. Consil. & Capycius *decision. 197. num. 7.* Caballinus *tractatu de euictionibus §. 3. num.* 130. Cagnolus *in dicta l. venditor, num.* 22. *&* 23. Barbosa *num.* 192. Surdus *consil. 396. ex num. 35. libr. 3.* Ambrosinus *de immunitate, cap. 20. num. 23. & sequentibus, & num.* 33. & iuxta eandem concordiam refert iterum decisum in Sacro Consilio adnotatio adiecta ad capit. 53. inter capitula Regis catholici expedita Segouiæ anno 1505. *vers. adde quod si Neapolitanus, in lib. prim. fol. 46.* cuius meminit Nouar. *in prax. sect. 2. q. 38. n. 5.* videlicèt, Neapolitanum authorem laudatum teneri defendere emptorem in loco iudicij, vbi ipse est conuentus; verùm sententiam quatenus proferenda esset contra Neapolitanum authorem laudatum, proferendam esse in ciuitate Neapolitana, & tribunalibus eius; & est decisio non solum regulis scripti iuris conformis, sed etiam æquitate plenissima, ne lis cœpta in vno tribunali cum magno litigantium sumpto, nec minore molestia, aduocetur ad aliud, in quo denuò esset inchoanda, reuocatis in irritum actis, fraudata iurisdictionis præuentione, & violatis alijs manifestis regulis iuris.

669 Ex qua concordia infertur discrimen inter litem vertentem inter euictorem, & possessorem, cui assistit author laudatus non priuilegiatus, nec subiectus alieno foro ordinario, & eam, quæ versatur inter actorem, & reum, cui assistit author laudatus priuilegiatus, vel alieni fori ordinarij. Nam in prima, vnum met iudicium potest simul, & semel exerceri inter euictorem, possessorem, & authorem, & in vno, & eodem processu examinatur actio inter emptorem, seù possessorem, & euictorem, atque itē actio inter possessorem, & authorem laudatum, modo omnes sint eiusdem fori; & compilato processu, seù causa conclusa, contra vtrumque potest simul, & semel ferri sententia, uidelicet pro euictore contra possessorem condemnans ipsum ad rem restituendam, & pro possessore contra authorem laudatum condemnans ipsum ad restitutionem prætij, & interesse. Quod præter quam quòd tradit Rebuff. *comm. const. reg. to. 2. d. tit. de dilationib. art. 5. gloss. vnic. ex nu.* 1. Caballinus *de euictionib. §. 3. n.* 129. Cagnolus *in d. l. venditor, nu.* 22. experientia ipsa, & vsus probat, idque statuitur de iure Neapolitano *in pragm. 2. dubitationem, de dilationib.* imò vt etiam sententia cōtra reum lata exequutioni mandatur contra authorem laudatum liti assistentem sine nouo processu. In secunda verò non potest vnum iudicium exerceri inter vtrumque, aut ex eodem processu contra vtrūque procedi; sed prius in vno iudicio, & processu debet examinari actio euictoris contra possessorem, assistente, vt defensore possessoris, authore laudato: qui si succumbat profertur sentētia, dumtaxat contra ipsum possessorē, reseruato eidem suo iure cōtra authorem, aduersus quem postea poterit possessor comparere coram Iudice competenti, & suis iuribus experiri, vt planè docent Grammaticus *d. decis. 21. nu. 9.* Capycius *d. decis. 197. nu. 7.* Caballinus *vbi supra nu.* 130. Cagnolus *nu.* 23. Barbosa *nu.* 192. in quo casu limitanda est *dicta pragm. 2. de dilationibus.*

670 Illud tamen notandum est fiscum hac in re inueniri magis priuilegiatum: nam simul, atq; comparet laudatus in authorem, causam trahit ad suos Iudices, & processum statim aduocat, vt dicemus sectione sequēti n. 703. maius est enim, quod ad hoc attinet priuilegium fisci, quam Ecclesiæ, aut Clerici, quippè cùm fiscus, etiam actor trahat litem ad suos Iudices; non verò Ecclesia, aut Clericus, *c. si clericus, 5. de for. cōp.* Quod ex eo prouenit, quia cum tota iurisdictio, tàm Iudicum fiscaliū, quàm ordinariorū sæcularium, sit sæcularis, & procedat ab eodem fonte, scilicèt Principe sæculari, in simbolis facilior est trāsitus, *l. in rem, 24. §. item quacunq. ff. de rei vindic. l. sed cum patrono, 6. in princ. ff. de bonor. possess. l. an inutilis, 8. §. acceptum, l. si accepto latum, 19. in princip. ff. de acceptilationib.* Baldus *in l. centurio, 15. num. 5. ff. de vulgar. & pupil. substit.* Paulus *cons. 414. nu. 3. 2. par.* Ancheranus *cons. 422. n. 4.* Cardin. Tuscus *liter. F. conclus. 247.* ac per consequens facilè aduocatur ex voluntate Principum suis patrimonijs consulentium processus ex tribunali ordinario ad fiscale. At longè secùs est in auocatione, & transitu causæ ex tribunali sæculari

ad

ad Ecclesiasticum, cum eorum tribunalium iurisdictio, non ab vno, sed à duplici capite deriuetur, videlicet, Ecclesiastica à summo Pontifice, secularis à Principe laico, & vnus alteri præiudicare, aut alterius iurisdictionem perturbare, vel minuere, neque soleat, neque velit, *cap. nouit, 13. de iudicijs*.

671 In quo articulo non est obliuiscendum, fuisse multos, qui hoc priuilegium fisco denegauerint, credentes in fiscalibus etiam causis, standum esse regulæ *d.l. venditor, 49. ff. de iudicijs*; & fiscum Authorem laudatum debere prosequi litem coram ordinarijs, & non posse attento iure communi ad suos Iudices auocare causas, quibus assistit; vt pluribus prosequitur Barbosa *in d. l. venditor, numer. 151. & 152. cum seqq.* vbi refert plures pro hac sententia, quam ipse sequitur. Quibus adde Scaccia*m de appellationib. q. 7. num. 123. vers. moueor secundò*, qui dicit se ita in praxi obtinuisse Cancer *variarum resolut. par. 2. c. 16. numer. 42. cum seqq.* qui ait hoc iure uti Catalanos, Pereiram *de manu regia, 2. par. cap. 32. num. 5.* Thessaurum *decis. 213.* & Horatium Barbatum *in pragmat. de assistentia præstanda, gloss. 9. num. 8.* Et seclusis specialibus Regnorum constitutionibus, & vsu, & praxi tribunalium, spectato solo iure communi, foret fortassis magis probabilis.

672 Amplia nonò, vt eodem priuilegio fori gaudeant oriundi ex casalibus Vrbis Neapolitanæ, & ibi habitantes, probatur *ex l. qui ex vico, ff. ad municipal.* & ijs quæ dixi supra quæst. 2. nu. 109. loquens in genere. In specie autem de casalibus Neapolitanis, etiam diuisis iurisdictione à ciuitate Neapolitana, tradiderunt Franchis *decis. 316.* & Nouarius, qui pluribus confirmat *in d. praxi, sect. 2. q. 38. ex num. 14. & collect. 225. ad pragmat. Regn. Neapol. num. 14.* Et apertè videtur probari ex verbis *d. rit. 301.* vbi in fine conceditur prædicta gratia, non solùm ciuibus Neapolitanis; sed etiam habitantibus in ciuitate, & eius districtu: districtus autem planè compræhendit vicos, & casalia, vt colligitur ex traditis ab Alciato *in leg. pupillus, 239. § territorium, num. 49. ff. de verbor. signific.* & Caluino *in lexico, verb. districtus.* Confirmatur, quoniam statuta, & consuetudines ciuitatis compræhendunt casalia, & in illis seruanda sunt, vt tradunt, pluribusque probant Auiles *in cap. 6. Prætorum, verb. tierra, num. 2. & seqq.* Peregrinus *cons. 90. num. 2. lib. 1.* Bouadilla *lib. 5. politic. cap. 10. num. 28. & 29.* Tuscus *liter. C. concl. 274. & liter. S. conclus. 541.* Salon de paz *in leg. 1. Tauri, num. 279.* Franchis *decis. 604.* Marta *de iurisdictione, 4. par. cent. 2. casu 153.* Caldas *cons. 1. num. 15. post tract. de in integr. rest.* Hondedeus *cons. 13. ex num. 3. vol. 1.* Ergo simili modo priuilegia extenditur ad vicos, & casalia, ne plus restringatur fauores, quam odia, & plus se extendant onera, quam commoda.

673 Contrariam tamen sententiam huic ampliationi, quinimo priuilegia ciuitatis non extendi ad natos in villa, seù vico, aut casali, amplexus est Angelus *in authent. quib. mod. natur. effic. sui, in § si quis igitur, el secundo, num. 1.* per textum ibi, & eum sequitur Ioannes Angelus Pisanellus *ad Afflict. decis. 74. in fine suæ adnotationis*, loquens in specie de hoc priuilegio Neapolitanorum, & Petra *ad Grammaticum decision. 21, num. 10.* Qui tamen ad ea, quæ in contrarium in limine se offerebant fundamenta, nihil respondet.

674 Sed non est recedendum à prædicta ampliatione, à qua immeritò recesserunt prædicti moti, vno verbo textus *in d. § si quis igitur*, fortuito, & inopinatè lapso in narratione, non in decreto, fortassis ex originali græco malè translato in latinum, vt plerumque contingit in istis nouellis, tam perperam traductis, quàm indicat barbara phrasis, & in elegans dicendi modus, quasi eo solo Iustinianus tot expressas legum decisiones maturè excogitatas subuertere voluisset, quod credi non potest, *l. si quando, in princ. C. de inofficios. testament. cap. ecclesia vestra, 57. prope finem, de election.* Tuscus *liter. C. concl. 1037. num. 1.* Igitur Imperator ibi distinguit duos casus, statuens quid sit in vtroque obseruandum, vt filius legitimetur. Primus est, si quis natus in ciuitate aliqua filium habeat. Secundus est, si quis non sit natus in ciuitate, sed vico eius, & vt istum secundum casum exprimeret, dixit: *Si verò nec ciuis ipse consistat, sed ex villa quadam, aut vico sit oriundus*. Hinc colligunt oriundum ex vico, aut villa, non esse ciuem, quasi id Imperator statueret, & nō potius vsus esset verbis quidem minus proprijs, ad explicandum, seù potius proponendum illum secundum casum, de filio eius, qui in ciuitate natus non est, sed est oriundus ex vico, aut villa; quos eosdem duos casus sub alijs verbis expressit *in § si tamen, sequenti*. Respondemus igitur verba in ista narratione posita non esse, ita accipienda, vt expressi textus *in l. qui in vico, ff. ad municipal. & incol. & in leg. qui incontinentibus, 147. ff. de verbor. signific. & in l. est verum, Cod. de incol. lib. 10.* corrigantur; id enim esset captare, & calumniari Imperatori verba: sed esse interpretanda sano modo, vt significet Imperator, quid esset agendum, vbi quis natus in vico, & non ciuitate, filium haberet. Quem vocauit non ciuem, sūpto nomine, *ciuis*, expræsse, & vulgariter pro nato in ciuitate ipsa. Hispanè natum in villa dicimus, *aldeano*, seù *villano*, tametsi iura ciuitatis habeat: conferunt notata à Franchis *dec. 337. n. 2. & 3.* Quo modo acceptum ciuis nomen, significat factum magis, quam ius. Et ita explicato loco iura iuribus concordant, neq; quidquam facit textùs aduersus ampliationem nonam à nobis traditam.

675 Amplia decimò, vt ciues Neapolitani gaudeant hoc priuilegio, etiam si illi renunciauerint, quia illius renunciatio non valet, neque illius est habenda ratio, cum sit priuilegium indultum vniuersitati, & in gratiam communitatis, non singulorū; vt indicant verba cōcessionum iuxta regulam textus *in cap. cum sit generale, & in cap. si diligenti, & in cap. significasti, de foro compet.* Ita sentiunt; Vrsillus *ad afflictis decis. 41. numer. 6.* Paschalis *de virib. pat. potest. par. 3. c. 3. num. 28.* Rouitus *in pragmat. 1. numer. 3. vbi de delicto quis debet conueniri*, Petra *ad Grammat. dec. 21. n. 9.* Nouarius *in praxi, sect. 2. q. 38. n. 3.* conducunt quæ tradit Erasmus Cochier *de iurisdictione, p. 2. q. 7. ex num. 2. tom. 1.* & Giurba *cons. 65. num. 13.* tametsi in priuilegio Capuanorum simili contrarium dicat decisum Afflictis *d. dec. 31.*

676 Amplia vndecimò (quę ampliatio colligitur ex precedenti) vt non possint Neapolitani consentire in Iudicem extraneum, & prorogare iurisdictionem Iudicis nō sui. Ita sentit Carauita *in d. ritu 301. num. 7.* Vrsillus, & Rouitus *vbi supra*, Nouarius *d. q. 38. num. 2.* Capiblancus *in pragm. 8. par. 1. nu. 127. de Baronibus*. Confirmatur hæc ampliatio ex traditis ab Erasmo Cochier *de iurisdictione, tom. 1. par. 2. q. 7. num. 4. cum seqq.* Etenim planè sequeretur renunciari posse foro, si posset prorogari: sunt etenim hæc duo coniuncta, vt qui potest foro suo renunciare, possit prorogare extraneum, & vt non possit iurisdictioné prorogare, qui suo foro renunciare non potest. Quo conferunt etiam dicta à Capiblanco *vbi supra num. 109. & 110.* & quæ dicam infra n. 1061.

677 Am-

677 Amplia duodecimò, vt Neapolitani gaudeant eo fori priuilegio, etiam si litigent cum Capuanis, qui habent simile priuilegium, quod tamen vincitur à priuilegio Neapolitanorum, vt obseruatum semper tempore suo refert Vrsillus *ad Afflictis dec.* 133. *nu.* 8. Fundamentum est, quoniam *in prædicto c.* 53. Regis catholici, inter expedita Segouiæ anno 1505. *in libro capitulorum fol.* 45. expressè derogatum est priuilegio Capuanorum, & quorumcumq; priuilegiatorum, etiam priuilegijs in corpore iuris clausis.

678 Amplia decimotertiò, & vltimò, vt hoc priuilegio gaudeant Neapolitani, etiam cum in iudicium vocantur à viduis, pupillis, & alijs miserabilibus personis, vel vocant eas, vt multi credunt, nō obstante enim miserabiliū priuilegio, gaudere debent Neapolitani suo foro. Ita sentit primus quem viderim Tartaglia *in praxi Mag. Cur. Vicar. causarum ciuilium. c.* 2. *nu.* 23. post Marcellus Cala, ijsdem ferè verbis relatis tacito Authore, *de modo articulandi*, §. 1. *gloss.* 1. *num.* 93. Visconte ambobus commemoratis ad Franchis *decis.* 416. *num.* 1. Petra *ad Capycium dec.* 59. Nouarius *in d. sua praxi, sect.* 2. *q.* 38. *nu.* 11. ex istis principijs fiunt sæpè sæpius opinionum communium incrementa.

679 Probant hanc ampliationem Tartaglia, & Cala *ex d. ritu* 301. Sed cùm in dicto ritu nulla fit derogatio priuilegij miserabiliū personarum, non video cur hanc sententiam sibi persuaserint. Visconte nihil allegat, sed dicit ita practicari, neque relato singulari casu, neque cur practicetur designato, quod fidem eius dubiam reddit, & ostendit debiliori nixum fundamento, Nouarius referens pro se Amatum *consil.* 31. *numer.* 2. vbi tamen Amatus nō agit de priuilegio miserabilium, ait probari hanc ampliationem *ex dicto cap.* 53. *Regis catholici*, quo continetur derogatio vniuersalis quorumcunq; priuilegiorum, etiam clausorum in corpore iuris. Verum cùm superius diximus num. 577. & 578. cum sequentibus priuilegio miserabilium nunquam censeri derogatum per clausulas quantumcumque generales, nisi expressa mentione facta de ipsis, atque ideò si quis Baro haberet inuestituram cum concessione iurisdictionis, cum eadem clausula contenta in d. c. 53. & peteret remissionem miserabilis, non posset eam obtinere, fit vt prædicta ampliatio velut destituta, tùm auctoritate, tùm fundamento, planè sit ruitura.

680 Nihilominùs quamuis hanc difficultatem, quòd viderim nullus Neapolitanus attigerit, ob eam non est discedendum à prædicta decima tertia ampliatione. Cuius fundamentum firmius esse potest, quoniam per *dictum ritum* 301. sublata est iurisdictio in Neapolitanos à Iudicibus omnibus extraneis, per illud verbum, *non possint vocari, vel ad iudicium trahi*; & reseruata solis Iudicibus, & tribunalibus Neapolitanis potestas iurisdictionis in ciues, & habitatores Neapolitanos. Ex quo oritur, vt non possint Neapolitani prorogare iurisdictionem extraneorum Iudicum in suas causas, siuè ciuiles, siue criminales; vt acutè, & eum iudicio notauit Carauita *in d. ritu* 301. *num.* 7. relato in eam rem quodam Federico Longo, Regiæ Cameræ Summariæ fisci patrono. Quod ex eo item confirmatur, quoniam negatio supra verbū, *posse*, videlicet verbum, *non posse*, importat necessitatem præcisam, & priuat omni potentia, vt docet Glossa *in verbo, non potest, in c.* 1. *in regulis iuris in* 6. Corsetus *sing.* 211. Hippolyt. de Marsil. *in practica*, §. *sequitur, num.* 18. Ergò significat omnes Iudices extraneos nullam habere iurisdictionem in Neapolitanos, aut habere posse; & per consequens esse incompetentes. Succedit igitur conclusio, quam probauimus supra sectione præcedenti, limitatione sexta principali numer. 649. & limitatione septima num. 650. vt non possit miserabilis gaudere suo priuilegio, nisi cum eligit Iudicem legitimum aduersarij, & illi competentem. At cum eligit quemcunque Iudicem extraneum, eligit Iudicem incompetentem Neapolitano, cuius competentes Iudices sunt solùm, qui tribunalibus Neapolitanis assistunt, iuxta *d. ritum* 301. Ergo miserabilis non potest vti priuilegio suo contra Neapolitanos; ac per consequens non obstante suo priuilegio, cum vocat in iudicium Neapolitanum, absque vlla excusatione ad Iudices Neapolitanos trahendus est. Ex qua ratione prædictæ duodecimæ ampliationis planè infertur eiusdem limitatio, vt videlicet sit accipienda cùm Neapolitani sunt rei conuenti: tunc enim à viduis trahi non possunt ad extraneum forum; cùm verò sunt actores si conuenirent viduas, vel alios miserabiles extra forum Neapolitanum, non possent postea eos trahere ad Neapolitanos Iudices. Ratio manifesta est, quoniam Iudicis competentia desumitur ex reo, non ex actore; atque ideò quamuis omnis Iudex extraneus sit incompetens respectu rei Neapolitani; non tamen est incompetens cum Neapolitanus conuenit reum illi subditum; quare illo semel electo à Neapolitano coram illo iudicium peragendum est, nisi miserabilis variauerit. Ex quo paulatim fit, vt miserabiles rei gaudeant suo priuilegio in iudicio cum Neapolitanis actoribus.

681 Prædictam tamen octauam conclusionem ita ampliatā limita primò, vt non gaudeant priuilegio fori ciues Neapolitani Barones, cum conueniuntur tanquam Barones, & de actu ad Baronis officium spectante gesto extra ciuitatem Neapolis, siuè ciuiliter, siuè criminaliter. Ita sentiunt Capycius *decis.* 59. & ad eum Petra Carauita *in d. ritu* 301. *num.* 7. *in fin.* Marinus Freccia *de subfeudis. lib.* 1. *tit. de offic. magni Cancellarij*, *ex num.* 31. Regens Tapia *in leg. beneficium*, 1. *par. cap.* 5. *num.* 15. 16. & 17. *ff. de constit. Princ.* Anna *singul.* 57. Borrellus *ad Bellugam in specul. Princip. rubr.* 11. *in* §. *videndum, ad n.* 10. *verb. exempti, liter. F. vers. & deliquens non vt exemptus*, Capiblancus *in pragmat.* 12. *num.* 2. & 3. *de Baronibus*, Galluppus *in praxi Sac. Reg. Cons.* 2. *par. cap.* 6. *num.* 62. & 63. Nouarius *in d. praxi sect.* 2. *quæst.* 38. *numer.* 27. conferunt notata à Didaco Couarruuia *in pract. cap.* 11. *num.* 5. & Menochio *cons.* 466. *nu.* 18. & 19. *lib.* 5. Ratio est, quoniam quando exempti delinquunt in officio, cuius consideratione non sunt exempti, non guadent exemptionis priuilegio, sed conueniri possunt coram ordinario; vt statuit textus singularis *in cap.* 1. §. *vltimo*, *de priuilegijs in* 6. quo nititur decisio Capycij, & cæterorum Neapolitanorum hanc limitationem amplectentium.

682 Limita secundò, vt eo priuilegio non gaudeat mulier Neapolitana nupta viro extero, & ad domum sui viri traducta, vt decisum est à Sac. consil. apud Franchis *decis.* 416. cui consonat Thesaurus *decis.* 123. sequitur Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 2. *num.* 192. *de Baronibus*, & Scipio Rouitus *in pragma.* 1. *ex nu.* 5. *de cessione bonorum*, eruditissimus Riccius *collect.* 443. *versic. secundò infero*. Idque optima ratione, quoniam mulier efficitur de foro, & domicilio viri, ita ut dum nupta est, uideatur propriam originem amittere, vt diximus supra hac eadem disputatione quæstione secunda nu. 65. & 66.

683 Amplia prædictam secundam limitationem, ut procedat in Neapolitana nupta extero, etiam si solu-

tum sit matrimonium, & ipsa remanserit vidua: nam vidua retinet domicilium mariti *leg. filij* 22. *§. viduam*, *ff. ad municip.* Paulus *in leg. cum quadam puella*. 19. *in princip. num.* 4. Fulgosius *num.* 2. Decius *num.* 11. Iaso *num.* 1. *vers. tertiò amplia*. Cagnolus *num.* 8. *&* 9. *ff. de iurisd. omn. iudic.* Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 2. *num.* 193. *de Baronibus*, Milanensis *decis.* 9. *ex num.* 6. *lib.* 1. Hondedeus *cons.* 6. *nu.* 8. *lib.* 2. Barbosa *in leg. quia tale*, 14. *n.* 31. *ff. solu. matrimon.* Surdus *decis.* 330. *num.* 27.

684 Limita primò ampliationem istam, vt procedat, donec vidua remãserit in domicilio uiri, cęterum si in patriā suam reuertatur, & recuperabit domicilium tanquam originaria, & priuilegiũ, eoque deinceps gaudebit. Notat Paul. Castrens. *in d. l. cum quadam puella nu.* 4. Bartholom. Socin. *num.* 10. Cagnolus *dicto num.* 8. Hondededus *d. cons.* 5. *num.* 15. *&* 33. Surdus *vbi supra*. Et ostendit manifesta tatio: cessante enim matrimonio, & translatione mulieris in uiri domicilium, reuertitur in suā naturalem originē, & pristinum domicilium, & forum recuperat.

685 Limita secundò, vt etiam si mulier non reuertatur in ciuitatem Neapolitanam, sed in eadem extera ciuitate, aut populo, in qoo vidua mansit domicilium eligat separatum à domicilio viri antiquo, ita vt possit intelligi ipsa vidua per se, & principaliter domicilium habere, tūnc gaudeat priuilegio Neapolitanorum, si Neapolitana sit originaria. Probatur apertè quoniam Neapolitani originarij aliò domicilium trasferentes; gaudent hoc priuilegio, vt diximus supra num. 658. Ergo simili modo ista vidua originaria Neapolitana, etiam si alibi habeat domicilio.

686 Limita tertiò principaliter dictam octauam conclusionem, vt non possit gaudere priuilegio Neapolitanorum, qui ciuilitatem consequutus est lite iam pendente, quod planè videtur facere in fraudem delicti perpetrati, vel contractus gesti: etenim nemini debet dolus, & fraus sua prodesse, *l. ne ex dolo*, 13. *ff. de dolo malo*, *l. non fraudantur*, 177. *§. nemo*, *ff. de regulis iuris*, *l. itaq;*, 12. *§.* 1. *l. eum qui*, 14. *§. is autem ff. de furt.* Quo fundamento hanc limitationem amplectuntur Carauita *in ritu* 301. *numer.* 7. *in fin.* & Nouarius *in praxi sect.* 2. *q.* 38. *num.* 28. & nos diximus superiùs de ijs, qui data opera lite pendente priuilegium fori adquirunt, quid sit sentiendum, ex numero 635. latè.

687 Limita quarto, vt Neapolitani non gaudeant suo fori priuilegio in causis tangentibus Dohanam pecudum Apulię, seu pascuorum; in quibus Dohanerius habet cõcessam priuatam iurisdictionem. Ita decisum refert Io. Franciscus de Ponte *de potestate Proregis*, *tit.* 4. *§.* 8. *num.* 50. *&* sequitur Nouarius *in praxi*, *dicta sect.* 2. *quaest.* 38. *num.* 30.

688 Præter hunc forum communem Neapolitanis sunt intra Neapolitanam ciuitatem qoidam alij priuilegiati fori, qui competunt diuersis personis, quæ quotidie petuot remissionem ad suos Iudices, si conueniatur coram extraneis. Est enim tribunal, & forus Curiæ Admiratiæ, quæ habet iurisdictionem super nautas, & viuentes de arte maris, & super soos officiales, cum clausula abdicatiua. De qua agit Franchis *dec.* 142. *& decis.* 417. *& decis.* 722. & ibi additiones Marinus Frecia *de subfeudis, lib.* 1. *titul. de officio Admirati maris*, *ex num.* 1. Fabius de Anoa *cons.* 107. *lib.* 2. Regens Fuluius Constantius *in leg. vnica, nu.* 72. *&* 73. *C. de classis, lib.* 11. Regens Tapia *iuris Neapolit. libr.* 2. *rubr.* 31. *de officio magni Admirati in adnotationibus, ex nu.* 2. Mastrillus *decis.* 147. *ex nu.* 15. Galluppus *in praxi Sac. Reg. Consil par.* 2. *cap.* 6. *num.* 71. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 43. *ex nu.* 9. à quo tribunali, velut à cæteris, appellatur ad Sac. Cons.

689 Est item Curia artis serici, habens iurisdictionem in eos, qui sub matricula contenti eam exercent, & habet suos Consules, coram quibus conueniuntur artifices, & cæteri, ciuiliter, & criminaliter, habetq; carcerem separatum; eius mentio fit *in pragmat.* 15. *de offic. Procur. Cæsar.* notat Franchis *dec.* 175. Riccius *collect.* 94. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *d. q.* 43. *nu.* 8.

690 Est item Curia artis lanæ, quæ habet suos Consules, & iurisdictinoem ciuilem, & criminalem in matriculatos eam artem exercentes, & in officiales curię inseruientes, vt refert, & testatur Franchis *dec.* 481. *& dec.* 679. & Addentes ad eas, Nouarius *d. q.* 43. *nu.* 7. Galluppus *in praxi p.* 2. *c.* 6. *nu.* 68.

691 Est item Curia Siclæ, ad quam pertinet examinare pondera, & mensuras, & inquirere de falsis ponderibus, & mensuris, referente Follerio *in constit. statuimus, n.* 114. *&* 115. *de offic. Magistr. iustitiar.* Marc. Anton. Surgens *de Neapoli illustrata, lib.* 1. *cap.* 7. *per totum*, & Nouario *in d. q.* 43. *num.* 12.

692 Est item tribunal Baliuæ, de cuius officio, antiquitate, & Ministris agit Surgens *de Neapol. illustrat. lib.* 1. *c.* 10. *ex num.* 14.

693 Est item forus priuilegiatus Doctorum Neapolitanorum ordinariorum Iuristatum, & Medicorum, qui debent conueniri coram Cancellario collegij doctorum, & ad eum remitti, meminit Franchis *decis.* 234. *& dec.* 544. Afflictis *dec.* 41.

994 Est item tribunal consulum nationis Raguseorum, gentis vltra Adriaticum, ex Prouincia Epiri, seu Albaniæ, ni malè mihi relatum est, aut potiùs Dalmatiæ, vt est verum, qui habent ex priuilegio, vt cognoscant de causis hominum suæ nationis, & ad eos debeant remitti, vt vidi ex facto fieri in Sac. Cons. me interueniente, in causa cuiusdam Ragusei, meminit Franch. *dec.* 303. & Galluppus *in praxi, p.* 2. *c.* 6. *d. n.* 68.

695 Est item Curia Meretricum, nam vtilis Dominus gabellæ Meretricum habet iurisdictionem in Meretrices, & Lenones, vt notat Franchis *dec.* 68. & Capycius *dec.* 44. vbi sentit Meretricem nuptam accusatam de adulterio in Mag. Cur. Vic. non esse remittendam ad Iudicem Meretricum. Et tot sunt tribunalia in hac amplissima, & multitudine ciuium refertissima ciuitate, vt multo tempore sit opus ad eorum loca dignoscenda, simpliceque eorum notitiam habendam: relationem eorum longam habes apud Io. Dominicum Tassonum post hæc scripta editum *in pragmat. de antefato*, *versic.* 3. *obseruat.* 3. vbi enumerat trigiota nouem tribunalia. Hæc autem omnia tribunalia videntur originem habuisse ex decisione, *leg. periniquum*, *vltima*, *Cod. de iurisdiction. omn. iudic.* & ibi traditis à Doctoribus, notat Riccius *collectan.* 94. & Galluppus *in praxi*, *part. secunda cap. sexto*, *num.* 68.

696 Et tandem forus Baronum, qui iure antiquo erant conueniendi coram paribus curiæ ciuiliter, & criminaliter, *vt in constitut. vt vniuersis*, *de seruand. indemnitat. Comitibus*, *lib.* 1. *rubr.* 45. & ad eam notat, Isernia, Afflict. *& in cap. Reg. item statuimus, quod si Comites*, 113. vbi Sebastian. de Neapol. & Io. Ant. de Nigris, tradunt, & attento iure communi feudorum obseruat Chassenæus *in catalog. glor. mundi*, 5. *part. consid.* 43. Hodie sortiuntur forum Principis, & eius superiorum Magistratuum, videlicèt, Magn. Cur. Vic. & Sacr. Consil. *ex ritu* 46. vbi notat Carauita *num.* 16. & Ponte *de potestat. Proreg. tit.* 7. *§.* 7. *num.* 4.

num. 4. Capiblancus *in pragmat.* 8. 2. *par. ex num.* 262. *de Baronibus*, vbi ſignificat Barones eſſe curiales, ac proinde gaudere priuilegio Curialium, de quo diximus ſupra ſection. 7. num. 589. cum ſequentibus, nos tetigimus aliqua ad hanc rem pertinentia ſupra nu. 560.

967 Dùm verò idem Capiblancus *in pragmat.* 12. *num.* 1. *& seqq. eodem titulo de Baronibus*, & Galluppus *in praxi Sac. Reg. conſil. part.* 2. *c.* 6. *n.* 63. conantur oſtendere, Barones omnes eſſe ciues Neapolitanos, & gaudere priuilegio fori ciuium Neapolitanorum nullum adducunt pro ſe argumentum, non textum, non doctorem, quibus niti poſſint, & ex capite loquuntur. Quamuis enim verum ſit, Barones eſſe ciues locorum ſuæ Baroniæ, & poſſe gaudere commoditatibus, quibus gaudent cęteri ciues, vt planè colligitur ex dictis à nobis ſupra ampliatione tertia num. 656. notauitque collega noſter Scipio Rouitus *in dicta pragmat.* 12. *num.* 3. *&* 4. & idem Capiblancus in eam rem ibidem nonnulla congeſſit: non tamen ideò Barones, quia Barones ſint, ciues Neapolitani ſunt cenſendi.

SVMMA SECTIONIS
Nona.

698 *Fiſcus gaudet foro priuilegiato, vt ſiuè actor ſit, ſiuè reus, cauſas fiſcales trahat ad proprios Iudices, & à nemine trahatur.*

699 *Quid ſeruetur de iure Caſtellæ, & quænam, & quot ſint tribunalia fiſcalia in Regno Caſtellæ.*

700 *Quid ſeruetur de iure Neapolitano.*

701 *Cauſæ fiſcales cenſendæ ſunt, quæ quocunq; modo pertinent ad Principis patrimonium.*

Patrimonium Principis duplex.

Adminiſtratio patrimonij iure antiquo ad quos pertinuerit.

Officium Procuratoris Cæſaris, Quæſtorum, Rationalium, Prætoris fiſcalis, Comitis rerum priuatarum, & Comitis ſacri patrimonij.

702 *Fiſcus non poteſt prorogare iuriſdictionem Iudicum extraneorum.*

703 *Cùm vertitur intereſſe fiſci, tanquam authoris laudati, vel aliàs, cauſam vertentem inter quoſcumque, etiam captam, trahit ad ſuos Iudices.*

Ius Neapolitanum de hac re, & praxis Regni Caſtellæ.

704 *Iure Neapolitano fiſcus ob intereſſe futurum cauſam trahit ad ſuos Iudices.*

705 *Cùm intereſſe fiſci non eſt certum, neque formatum, ex praxi Regni Neapolitani, cauſa non remittitur ad Iudices fiſcales, ſed remanet apud Sacrum Conſilium, data facultate Aduocato fiſcali, aſſiſtendi in eodem Sacro Conſilio.*

706 *Fiſcus trahit ad ſuos Iudices cauſas eorum, contra quos ex ſuo priuilegio poteſt dirigere actiones ſuas.*

707 *Iudices fiſcales inter priuatos cognoſcunt, cùm inter eos agitur de ijs, quæ à fiſco dependent.*

708 *Habens cauſam à fiſco conuenit, et conuenitur, apud Iudices fiſcales.*

709 *Cùm ceſſio fit à fiſco ex cauſa neceſſaria, ceſſionarius conſequitur priuilegium fori, non ſi fiat ex cauſa voluntaria.*

710 *Cauſam habentes à fiſco participant forum fiſci ex voluntate, non ex neceſſitate.*

711 *Ratione fiſci, multæ perſonæ participant forum priuilegiatum eiuſdem, vbi de Officialibus Regiæ Cameræ.*

712 *Fiſcus ſuccedens in bonis non tenetur ſtare inſtantiæ captæ coram Iudicibus extraneis.*

Thomæ Carleualij de Iudicijs.

713 *In fiſcum hæredem inſtitutum tranſit inſtantia cępta contra defunctum.*

714 *Cùm fiſcus ſuccedit priuato poſt latam ſententiam, inſtantiam appellationis proſequitur coram eodem Iudice, Salyceti ſententia, & examinatur.*

715 *In locis in quibus abeſt procurator, Cæſaris, & tribunalia fiſcalia, de cauſis fiſcalibus cognoſcit Iudex ordinarius, donec inhibeatur.*

SECTIO NONA,

De foro Fiſci.

698 NOna concluſio. Fiſcus gaudet foro priuilegiato, vt ſiuè actor agat aduerſus priuatum, ſiuè reus à quocunq; priuato conueniatur, cauſas fiſcales trahat ad proprios Iudices fiſcales, & à nemine quàtumuis priuilegiato trahatur ad extraneos. Probat de iure communi textus *in l.* 2. *C. ſi aduerſus fiſcum, l.* 2. *l. ad fiſcum,* 5. *& per totum, C. vbi cauſæ fiſcales*, vbi Doctores *l. cum eorum,* 5. vbi tradit Baldus *num.* 7. *C. de ſent. & interloquut. omn. iud. l. ſi minori,* 3. vbi Iacobus Rebuffus *nu.* 1. *C. de iure fiſci, lib.* 10. *l.* 1. *C. de fide inſtrum. & iur. haſtat. fiſcal. eodem libro*, notant etiam communiter Doctores *in l. ſi conſtante,* 24. *§. final. ff. ſolut. matrim.* vt retuli ſupra quæſtione quinta num. 314. idem Baldus *in l.* 1. *numer.* 19. *Cod. de hæred. vel act. vend.* Paulus Caſtrenſis *in l. ſi in te, vltima, num.* 4. *verſic. vndecimò*, Salycetus ibi, *num.* 13. *C. de priuileg. fiſc.* Meneſius Padilla *in l. ſi manifeſtè,* 7. *numer.* 4. *C. de ſeru. & aqu.* Mart. Laudenſ. *de fiſco, q.* 222. Franc. Lucan. *tract. de fiſco.* 1. *part. num.* 24. Barth. Socin. *regul.* 15. *fallent.* 3. *alias liter. A. reg.* 10. Gail *obſeruation. practicar. lib.* 1. *obſeruat.* 20. *num.* 1. *&* 2. Boſſius *tractat. variarum, tit. de fiſco, & priuileg. eius, nu.* 43. Chaſſenæus *in catalogo gloriæ mundi,* 7. *part. conſiderat.* 15. Didacus Perez *in l.* 6. *titul.* 4. *lib.* 2. *ordinamenti, gloſſa ſecunda*, Claperius *in centur. cauſar. cauſ.* 53. Lancellottus Conradus *in templo omn. iudic. lib.* 1. *cap.* 8. Farinacius *in fragment. crim. lit. E. ex nu.* 180. Peregrinus *de iure fiſci, lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 1. 2. *&* 3. Alfaro *de officio Fiſcalis, gl.* 16. *ex nu.* 21. *gl.* 18. *nu.* 7. *&* 8. *& gl.* 34. *nu.* 208. *&* 209. *cum ſeq.* quo iure attento erat Iudex proprius fiſci Procurator Cæſaris, vt conſtat ex legibus allegatis, & traditis à prædictis Doctoribus.

999 De iure Regni Caſtellæ cauſæ fiſcales tractantur in conſilio Regij patrimonij, quod inſtitutum eſt à felicis memoriæ Rege noſtro Philippo II. antiquis computatoribus maioribus, de quibus *in l.* 1. *titul.* 1. *lib.* 9. *recopil.* agitur, abolitis, & ad illud conſilium reductis; de cuius iuriſdictione, & officio factæ ſunt nouæ leges, & conſtitutiones. Et quemadmodum Regium patrimonium Hiſpaniarum nouiſſimis temporibus ſupra modum auctum, amplificatumq; eſt, vltra diuitias cuiuſuis alterius Regis ex nobis notis, ita eius conſilij ampliſſima eſt iuriſdictio, vt conſtat *ex l.* 4. *dicto titul.* 1. *& l.* 1. *&* 2. *tit.* 2. *lib.* 9. *recopilat.* continet autem in ſe tria diuerſa ſuprema tribunalia. Primum eſt, in quo reſident Præſes conſilij cum Rationalibus, ſeù computatoribus maioribus rei dominicæ, qui adminiſtrationi Regij patrimonij incumbunt, ad quos pertinet locatio Regiorum redditumm, exactio omnium debitorum fiſcalium, & patrimonialium, ſolutio omnium regiarum obligationum, expenſæ regiæ, tàm publicæ, quàm priuatæ, & totius regij patrimonij gubernatio, diſpoſitio, & diſtributio. Secundum eſt, in quo reſident quatuor, vel quinque Auditores togati, quos vocant Computorum, æquales per om-

nia Auditoribus ceteris Cancellariarum, ut statuitur *in l. 3. tit. 1. lib. 9. recopilation.* qui habent priuatiuam iurisdictionem inter fiscum, & priuatos, aut inter priuatos de causis à iuribus fiscalibus ortis, tàm ciuiliter, quàm criminaliter, *l. 1. c. 3. 4. 5. & seqq. iuncta leg. 2. c. 25. & 26. & 27. titul. 2. lib. 9. recopilat.* quibus tribunalibus assistit unus ex fiscalibus regij supremi consilij, ut statuitur *in l. 7. tit. 1. lib. 9. recopil.* Ceoseodum autem est, quòad causas ad eius iurisdictionem pertioentes, tàm primum, quàm secundum tribunal, habere ordinariam iurisdictionem, ut statuitur *in d. leg. 1. capitul. 3. titul. 2. libr. 9. recopilation.* Tertium tribunal est, io quo resident computatores maiores rationum, seu Rationales maiores computorum de quorum officio agitur *tit. 5. d. libr. 9. recopilat.* qui præsunt omnibus computis, & ratiocinijs eorum, qui quocunque modo administrarunt regium patrimonium, aut eius reddiius exegerunt, aut apud quos fuit aliquid pertinens ad ipsum. His subest numerosus grex Rationalium minorum, Resultarum vocant, & aliorum, quos uocant *Entretenidos*, omnes pennati homines, inter quos esse solebat perniciosissimum quodam genus sciolorum, qui ignorantissimi cùm essent, & ex omni parte cæci, se tameo existimabāt oculatissimos, ad quos cùm solum pertineat calculatio Arithmetica, nempe didas calorum officium, tamen conniuētibus superioribus, nescio quam bona conscientia, excōputationē ita sibi ex toto usurparunt, vt procedant ad dijudicandum, quiò sit bene, uel male expēsū, qoid sit, vel non sit accepto ferēdum, & in quam rationem, quasi ceco discernendorū colorum munus deferretur. Istis committitur excomputatio variarum ratioonm regij patrimonij, & membrorum eius, qui oe videāiur cibū gratis accipere, & telluris iouitile pondus, quod sunt, tùm vt se reddant maioribus eius generis officijs dignores, omnes rationes implent difficultatibus, & ambiguitatibus, quas non habent, & inextricabiles reddunt, vt nunquam finiantur, sed in eternum protrahantur ad heredes computantium, & computatorum, ne desit officium uitæ, sed uita potius officio, ut solent interdum ob endem rationem milites bella protrahere, & aduocati lites. Quod malum nostris temporibus zelo, & diligentia excellentissimi Domini D. Gasparis de Guzman Comitis Oliuarcnsium, & beneficio Phillippi IV. Domini nostri Hispaniarum Regis ex parte leuatū est, facta multorum istorum impedientium rationes, & eas obscurantium reformatione, cum multa bonorum gratulatione officialiumque vtilium, & rectorum commodo, & gratia; nisi quòd timeri potest (tanta est istorum se Principibus insinuantium improbitas) ne ex quolibet vno reformato resurgaot, vt Hydræ capita, alij septem fortassis etiam nequiores, vt mali spiritus apud Matth. *c.* 12.

700 Iure autem Neapolitano causę fiscales pertinent ad iurisdictionem Magni Camerarij, & Rationales ipsi subordinatos, *vt in constitut. officiorum, & constit. Magistris, de offic. Magistri Camerarij.* Iure nouissimo ad tribunal Regiæ Cameræ Summariæ, & Locumtenentem ejus, & Præsidentes, tùm iuristas, tùm idiotas, qui subrogati sunt in locum Magni Camerarij: quibus subsunt rationales, rationibus Regij patrimonij excomputandis præpositi, vt constat ex iure nouissimo pragmaticarum, *toto titulo, de offic. Procurat. Cæsar.* præsertim *ex pragmat.* 13. & 14. & *ex pragmat.* 62. & 63. annis 1584. & 1585. factis à Duce Ossunensi, in quo tribunali deciduntur lites tangentes interesse fisci, cum assistentia Aduocati fiscalis Regij. Et quoties in lite vertente in Sac. Reg. Consil. dubitatur incidenter, an res sit feudalis, vel non sit, articulus incidens remittitur à Sacr. Reg. Consil. ad Reg. Camer. Summ. tanquam ad Iudicem competentem, ob interesse certum fisci propter successioneui, & deuolutionem ob lineam finitam, solutionem adhoæ, & releuij, iuxta *d. pragmat. 13. §. item cum de iure, & pragmat. 14. vers. e perche nelle inuestiture, & pragm. 63. c. 3.* ad quam eo casu solùm pertinet, articulum incidentem decidere, videlicèt, an res sit, vel non sit feudalis, & statim processum remittere ad Sacr. Consil. vbi causa integrè definitur, & litigantibus iustitia administratur, notat Rouitus *in pragmat. 38. §. & similiter de diffinitiuis sententijs, numer. 2. de offic. Procurat. Cæsar.* Galluppus *in praxi Sacri Regij Consilij Neapolitani, 2. par. cap. 6. n. 75.* Et me referente sic factum est in causa Iosephi de Linares, cum Francisco, & Pyrrho Scaglionibus, Actuario Carbone. In qua cum remissus esset ad Cameram decidendus articulus incidens, an territorium quodam appellatum de Marala esset, vel noo esset feudale, Regia Camera oon deciderat articulum remissum à Sacr. Consil. expresè, sed processerat ad diffinitiuam totius litis, incidenti non deciso, adiudicans per eam dictum territorium prædicto Iosepho, quod possidebant illi de Scaglione virtute exequutionis sententiæ Sac. Cōs. cùmque condemnati allegarent in Sac. Consil. prædictæ sententiæ nullitatem, habita sententia pro nulla decretum est, processum iterum esse remittendum ad Regiam Cameram, quæ deciderct expresè dumtaxat articulum incidentem remissum, quo deciso iterum processus ad Sacr. Consil. deferretur ad causam principalem decidendam. De huius tribunalis initio, progressu, iurisdictione, & officio, aguot Marinus Freccia *de subfeudis, lib. 1. tit. de offic. magni Camerarij*, Marcus Antonius Surgens *de Neapoli illustrata, libr. 1. cap. 26. ex numer.* 23. Scipio Rouitus collega noster *in rubric. & pragmat. prædicti titul. de offic. Procurat. Cæsar.* & vno verbo notauit Marcellus Cala *de modo articulandi, §. 1. gloss. 4. nu. 52.* Nouarius *in praxi, sect. 2. q. 15. nu. 2.* Galluppus *in praxi, par. 2. d. cap. 6. numer.* 75. Regens Tapia *libr. 2. iuris Neapolitani, rubr. 6. de offic. Procurat. Cæsar. per totam*, præsertim *num. 12. & 13.*

701 Amplia primò, vt causæ fiscales sint censendæ, quæ quocunque modo pertineot ad Priocipis patrimonium. Habet autem quicunq; Princeps superiorem non recognoscēs duplex patrimonium. Alterum est fiscale, & publicum, quod pertinet ad ipsum Principatum, Imperium scilicet, vel Regnum, vel alium Statum; alterum priuatum, quod pertinet ad Principem, vt est priuata quædam persona; quod probant *rubricæ titulorum, C. de offic. Comit. sacrar. largition. de offic. Comitis rerum priuat. de offic. Comitis sacri patrimon. de fundis patrimonial. libr.* 11. ad quas notauit Cuiacius, docuitq; Cynus *in rubr. num. 1. ff. de offic. Procurat. Cæsar.* Baldus *in l. 1. num. 24. C. de heredit. vel act. vendit.* Lucas de Penna *in l. quicunque, 7. nu. 2. cum seqq. C. de omni agro desert. lib.* 11. Io. de Platea *in rubr. Cod. de fund. patrimonial. eodem libr.* 11. Chassæneus *in catalogo glor. mund. 6. part. consider.* 17. Petrus Gregorius *in syntagmate iuris vniuersi, libr. 3. cap. 2. num. 8. & seqq.* Gregorius Lopez *in l. 1. tit. 17. par. 2. gloss. 4. & in l. 10. titul. 16. par. 6. gloss.* 2. qui licet distinguat triplex patrimonium, illud triplex reducitur ad istud duplex, Io. Garcia *de nobilitate, gloss. 3. §. 1. ex num.* 19. Peregrinus *de iure fisci, libr. 1. tit. 1. num.* 6. Alfaro *de offic. Fiscalis, gloss. 20. in initio, nu. 5. & gloss. 34. §. 1. nu.* 7. Petra *de potestate Principis, cap. 15. num.* 36. Franciscus Marcus *dec. 338. 1. p.* Riccius *collectan.* 1161. Quorum patrimoniorum administratio,

& con-

& controuersiarum de eis ortarum cognitio, & definitio pertinuit ab initio ad diuersos Magistratus, quorum officium succedente tempore passum est diuersas mutationes. Adnotauit vbi supra Cuiacius, & Duarenus *ad titulũ de officio Procuratoris Cæsaris*, Oroscius *in rubr. ex num. 4. ff. de offic. procurat. Cæsar.* & nos inferius tangemus disput. 7. num. 38. & desumitur ex Cassiodoro *libr. 6. variarum, capit. seu epistol. 6. 7. & 8.* meminit Caluinus *tractatione de Magistratibus Romanis ad finem lexici, verb. Prætor fiscalis, & verb. Procurator Cæsaris; & verb. Quæstores ærarij*, Alciatus *lib. de Magistratib. ciuilibusque, & militaribus officijs, num. 17.* Nam patrimonium publicum, & fiscale administrabant primum Quæstores ærarij, aut Rationales, seu Prætor fiscalis, post Imperatorum tempore, Procurator fisci, aut Procurator Cæsaris, qui inter fiscum, & Priuatos ius dicebat, *l. 1. & seqq. C. vbi causæ fiscales, l. 2. & 3. C. si aduersus fiscum, l. si manifestè, 7.* vbi notat Menesius *num. 4. C. de seruit. & aqua*, Cynus *in d. rubr. num. 1. ff. de offic. Procurat.* Duarenus *vbi supra, & ad titul. de iudicijs, sub §. de foro competenti, pag. 2.* Chassenæus *in consuetudines Burgundiæ, rubr. 2. de confiscationi, ex num. 2. & in catalogo gloriæ mundi, 7. par. consider. 15.* Afflictis *in constitution. lib. 1. rubr. 58. de offic. Magistri Camerarij*, Carauita *ritu 17. ex num. 5.* Regens Carolus Tapia *lib. 2. Iuris Neapolit. rubr. 6. ex numer. 1.* Fenestella *de Magistratibus Romanorum, cap. 16.* & Pomponius Letus *de Magistratibus Romanorum, cap. de Procuratore Cæsaris*, Cuiacius *obseruationum lib. 19. cap. 13.* & ferè omnes alij à nobis relati supra numero 698. Patrimonium autem priuatum administrabatur à Comite rerum priuatarum, & Comite sacri patrimonij. Hodie igitur omnia ad fiscales Iudices pertinent indistinctè, siuè de patrimonio publico, & fiscali Principis, siuè de priuato agatur; nam omnes causæ, quę quomodolibet tangunt patrimonium vtrumque, fiscales sunt, & in eis practicatur prædicta nona conclusio, vt in specie notauit Alfarus *de offic. Fiscal. gl. 9. n. 3. & 4. & gloss. 20. n. 5. & 6.* Dicuntur autem causę fiscales ad effectum gaudendi huius fori priuilegio, non cùm quæritur de crimine, sed de bonis fisco applicandis, vel ex causa criminis commissi sententia lata iam super crimine, & in iudicatum transacta, vel alia quauis ratione; nam de crimine ad pœnam irrogandam Præses cognoscit, *l. 1. & 2. C. vbi causæ fiscal. l. 2. C. si aduersus fiscũ, l. non valet, 4. C. ad l. Flauiam de plagiar.* adnotauit ex professo, & optimè Iaso *conf. 100. volum. 1.* & Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. dicto tit. 1. num. 2.* Cuiacius *obseruat. lib. 19. cap. 13.*

702 Amplia secundò; vt fiscus non possit prorogare iurisdictionem Iudicum extraneorum, neque consentire, vt causa ipsum tangentes definiant. Ita sentit Baldus *in l. cùm eorum, 5. num. 7. C. de sentent. & interloquut. omn. iud.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. dicto tit. 1. num. 6.* Farinacius *in fragment. crimin. liter. F. nu. 181. in fin.* Nouarius *in praxi, sect. 2. q. 15. num. 3.* quod ex eo prouenit, quòd habet Iudices speciales cum iurisdictione abdicatiua, seù priuatiua, vt dicebamus supra n. 649. & 676.

703 Amplia tertiò, vt non solùm cùm fiscus est actor, & reus, sed etiam cùm vertitur eius interesse certum, & liti assistit tanquam author laudatus, vel aliàs, causam vertentem inter quóscunque, etiam cæptam, & eius processum trahat ad suos Iudices, & auocet ab ordinarijs Iudicibus sæcularibus. Probat hanc ampliationem textus *in l. si minori, 3.* vbi Io. de Platea *num. 4.* Iacob. Rebuffus *nu. 1. in fin. C. de iure fisci, lib. 10.* Socinus *conf. 46. nu. 1. vol. 4.* Paulus de Castro *in l. venditor, 49. num. 3.* Cagnolus *in l.*

Thomæ Carleualij de Iudicijs.

16. & plures relati à Barbosa ibi, *num. 140.* quam videtur approbasse *num. 149. ff. de iudicijs*, Duarenus *ad titul. de iudicijs, §. de foro competenti, in fin.* Capycius *decis. 197. num. 4. & 5.* Caualcanus *decis. 8. lib. 1.* inclinat Franchis *decis. 117. n. 2.* sentit Euerardus *in locis legalibus, loco 61. à fisco ad Ecclesiam, n. 3. & 10.* Ancharanus *in cap. ea quæ, 26. nu. 2. q. 17. vers. item pro hoc, de reg. iur. in sexto*, Decius *conf. 700. numer. 8.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. dicto tit. 1. nu. 9.* Farinacius *in fragment. criminal. liter. F. num. 183.* Io. Vincentius de Anna *allegat. 121. lib. 2.* Cancer *variarum resolutionum par. 2. cap. 16. num. 44.* Alfaro *de offic. Fiscal. gloss. 16. num. 23.* & non dissentit Couarruuia *in practic. cap. 8. num. 3.* tametsi censeatur contrarius; non enim firmat contrariam sententiam, sed resoluit regulariter seruari contrarium, & in fisco hoc procedere ex speciali priuilegio, relato in eandem rem Socino, & Burgensi. Et quidquid sit attento iure communi, de quo diximus superius sectione præcedenti nu. 670. & 671. in Regno Neapolitano; ampliatio ista est expresse stabilita *in dicta pragmat. 62. c. 7. & in pragmat. 13. & 14. & in dicta pragmat. 63. cap. 3.* vbi notat Rouitus *numer. 1. de offic. Procurator. Cæsar.* Et in Regno Castellæ est praxi receptum, vt omnes lites, in quibus interuenire debet Fiscalis regij patrimonij, remittãtur ad regij patrimonij Iudices & ab eis aduocentur à cæteris quibusq; tribunalibus; & memini sæpissimè dum essem delegatus in Curia regia consilij regij patrimonij in causis decoctorum fisci debitorum, & aliis eiuscemodi, quoties interesse quodcunque fisci vertebatur, expedisse me mandata inhibitoria quibuscunque tabellionibus, & hortatorias directas ad quoscuis Iudices, à quibus petebam, vt causas ad me remitterent, qui semper obsequebantur; & si quandoq; contentio orta sit, delata re ad supremos Iudices competentiarum, semper obtinui, vt causæ ad me remitterẽtur, & cùm ex regia delegatione commissa fuisset mihi anno 1611. & duobus sequentibus, venditio bonorum confiscatorum villæ vocatæ, *Hornachos*, quæ quondam fuerant Moriscorum ab ea expulsorum; vendidi totum villæ territorium, cum omnibus ferè prædijs, tàm rusticis, quàm vrbanis, & in omnibus venditionum instrumentis obligabam regium patrimonium ob euictionem cuiuslibet prædij venditi, cum expressa clausula, quod quoties imminerer, aut timeretur euictio, Fiscalis regij patrimonij causam esset suscepturus, & expensis fisci apud fiscales Iudices defensurus, donec possessor securus maneret, & omni cõtrouersia liberatus. Tametsi verò Thesaurus *dec. 213.* contrarium asserat decisum, loquitur attẽtis legibus, & consuetudine Pedemontium, vbi prius nullum erat speciale tribunal causarum fiscalium, post tamen testatur esse erectum, statutamq; illi certam formam procedendi, & iudicandi.

704 Subamplia prędictam tertiam ampliationem de iure eiusdem Regni Neapolitani, vt non solùm cùm Fiscus assistit causæ ob interesse præteritum vel præsens; sed etiam cùm assistit ob interesse futurum, & quod ipsi possit aduenire præcisè, & infallibiliter, possit causam trahere ad suos Iudices, & ad eos sit remittenda, vt statuitur *in d. pragmat. 13. §. item cùm de iure, et in pragm. 14. & in pragmat. 63. cap. 3. de offic. Procur. Cæsar.* Quod etiam ex eadem ratione crederem seruandum iuxta ius commune.

705 Limita tamen subampliationem ex vsu eiusdem Regni Neapolitani, vt cùm Fiscus in causa nõ habet interesse formatum præcisum, de quo clarè, & in promptu constet, sed dubitatur, vtrum ex lite inter partes possit

oriri aliquod commodum, vel damnum fisci futurum, tunc causa non sit remittenda ad Iudices fiscales, seù Regiam Cameram, sed manere debet apud Sacrum Consilium, *iuxta dictam pragmat.* 62. c. 10. & 13. *de offic. Procurat. Cæsar.* data tamen facultatem Aduocato regij patrimonij assistendi causæ in eodem Sacro Consilio, vt docet Franchis *decis.* 117. & decisum ab eodem Sacro Consilio in causa Monasterij sanctorum Petri, & Sebastiani, cum Marchione Laini Actuario Sarro, se patrocinante, & confirmatum in collaterali, testatur Rouitus *in pragmat.* 13. *num.* 3. *de offic. Procurator. Cæsar.* similiterque decisum in collaterali Consilio, in quadam causa inter hæredes Victoriæ Puderucæ, cum Dominico Spinola, & Regio fisco illius creditore, referente nunc Regente meritissimo Didaco Lopez Suarez die 22. Ianuarij anni 1605. refert idem Scipio Rouitus *in pragmat.* 63. *numero* 2. *de offic. Procurat. Cæsar.* & ex ipso Nouarius *in dicta sua praxi, sect.* 2. *q.* 15. *n.* 3. & *ad pragmat. Regn. Neapolit. collect.* 165. *n.* 2. & *coll.* 167. *q.* 1. Idemq; ex eadē æquitate, & ne daretur occasio fraudādi, & remittēdi plurimas causas ad Iudices fiscales, censerem vbique seruandum iuxta *leg.* 2. 3. & 4. *Cod. ne fiscus, vel respublica*, & tradita a Peregrino *de iure fisci lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 43. & *seqq. vsque ad* 47. Quæ praxis confirmatur ex textu *in l. de sensionis facultas*, 7. iuncta Glossa ibi *verbo, cognitio C. de iure fisci, lib.* 10. & doctrina Angeli per textum ibi. *in auth. nunc si hæres, C. de litigiosis*, vbi docet posse liti assistere eum, cuius interest ne inter litigantes colludatur.

706 Amplia quartò, vt fiscus trahat ad suos Iudices causas eorum, contra quos ex suo priuilegio, vel alia ratione potest dirigere actiones suas, veluti cum agit aduersus debitores debitorum suorum, *l. si debitum, l. non prius*, in quibus tamen limitatur etiam hæc ampliatio, *Cod. quando fiscus, vel priuatus, l.* 1. *C. de condiction. ex lege, l. quoniam Augerio,* 3. *C. de conuenendis fisci debitor. lib.* 10. Peregrinus *de iure fisci, lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 28. & *lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 10. Farinacius *in fragm. criminal. lit. F. nu.* 184. reiecta sententia Glossa *in l.* 2. *C. de primipilo, lib.* 12.

707 Amplia quintò, vt Iudices fiscales etiam inter priuatos cognoscant, cùm priuatus cōuenit priuatū ex causa, quæ à fisco dependet, *l. cum vendente, C. vbi caus. fiscal. l. si minori, C. de iure fisci, lib.* 10. *l. in fraudem*, 45. §. *qui pro alio, ff. de iure fisci*, Bartolus *in l. cum eorum*, 5. *num.* 1. Angelus *n.* 2. Salycetus *num.* 3. Paulus *num.* 3. Fulgosius *nu.* 1. Matthesilanus *nu.* 9. *Cod. de sentent. & interloquut. omn. iudic.* & communiter Doctores *in d. l. cum vendente*, Capycius *dec.* 197. *num.* 2. *cum seqq.* Rodericus Suarez *in l.* 2. *titul. de los emplazamientos*, §. *sed ponc quæstionem, num.* 23. Martin. Laudens. *de Fisco, q.* 222. Franc. Lucan. *de Fisco*, 1. *par. nu.* 24. Bossius *tit. de Fisco, & priuileg. eius, num.* 43. Farinac. *in fragm. crim. lit. F. num.* 183. *in fin.* Caualcan. *decis.* 8. *num.* 8. & 18. *lib.* 1. Peregrin. *de iure fisci, lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 3. Alfaro *de offic. Fiscalis, gloss.* 16. *priuileg.* 1. *nu.* 26. & *gloss.* 34. §. 1. *num.* 69. Barbosa *in l. venditor*, 49. *ex num.* 184. *ff. de iudic.* qui alios allegat, Patianus *de probationibus, lib.* 1. *c.* 26. *ex nu.* 45. *cum seqq.* & statuitur *in l.* 2. *cap.* 26. & 27. *tit.* 2. *lib.* 9. *recopilat.* Cuius limitationis eam rationem redeunt Patianus, & Barbosa vbi supra, quòd connexorum idem sit iudicium, & competens Iudex in vna causa principali est competens in connexis, & dependentibus ab ea, vt nos aduertimus supra nu. 176. & 204. & probat textus *in l. si quis e x argentarijs*, §. *rationem*, vbi notat Baldus *ff. de edendo*, & textus *in clement. dispendiosam, de iudicijs*, Afflictis *decis.* 285. *ex numer.* 20. Socinus *cons.* 244. *num.* 4. *volum.* 2. Paulus Castrensis *in d. l. venditor, num.* 4. Cagnolus *nu.* 22. *ff. de iud.* Verum est, ideò hanc rationem satis firmam nō esse, quoniam omnes Doctores præsupponunt hoc esse Fisci peculiare priuilegium, quo secluso aliud foret dicēdum, tamen hæc ratio fortasse fuit, cur Fisco hoc priuilegium fuerit concessum.

708 Amplia sextò, (quæ ampliatio superioribus colligitur) vt habens causam à Fisco conueniat, & conueniatur apud Iudices fiscales, veluti emptor, qui à Fisco emit, & eum ob euictionem obligauit, fideiussor, qui fisco soluit, & ex consequenti cessionem ab eo contra principalem debitorem obtinuit, vel sine cessione actiones fiscales consequutus est, & vniuersim omnis Fisci cessionatius ex necessitate, in quem etiam transit forum Fisci priuilegiatum. Ita sentiunt Baldus *in d. l. cum eorum*, 5. *num.* 7. Matthesilanus *num.* 8. *C. de sentent. & interloqut. omn. iud.* idem Baldus, Salycetus, Paulus, & Fulgosius *in d. l. cum vendente, C. vbi causæ fiscales*, Caualcanus *decis.* 8. *ex num.* 2. Socinus *cons.* 46. *num.* 1. *vol.* 4. Martinus Laudensis *de Fisco, q.* 192. & *q.* 223 Franciscus Lucanus *de Fisco*, 1. *par. num.* 31. Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 26. *gl.* 3. *num.* 28. Gratianus *discept. forens. tom.* 1. *c.* 56. *num.* 12. & 13. & *cap.* 154. *ex num.* 21. Peregrinus *de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 41. & *lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 4. & 5. & 8. *tit.* 3. *nu.* 34. Farinacius *in fragmen. crimin. liter. F. num.* 182. & 186. Alfaro *de offic. Fiscal. glos.* 16. *priuileg.* 36. *num.* 147. & 148. & *glos.* 18. *nu.* 8. & *glos.* 34. *num.* 69. Scipio Rouitus *in pragmat.* 63. *num.* 3. & 5. *de offic. Procurator. Cæsar.* Barbosa *in l. post dotem*, 41. *num.* 58. & 59. *ff. solut. matrimon.* & *in d. l. venditor*, 49. *num.* 183. *ff. de iud.* Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 15. *num.* 4. & 5. Probatur ex textu *in l. vltima, Cod. de priuil. Fisci*, vbi Bartolus, & Doctores, & ex textu *in d. l. cum vendente. C. vbi causæ fiscales*, & *in l. si minori*, 3. *C. de iure Fisci, lib.* 10. & *in l. vltima, C. si aduersus Fiscum*, vbi notat Paulus Castrensis *num.* 4. & textu *in l. in fraudem*, 45. §. *qui pro alio, ff. de iure Fisci.*

709 Limita primò prædictam sextam ampliationem, vt procedat, cum cessio fit à Fisco ex causa necessaria; tunc enim cessionarius consequitur priuilegium fori; secus si cessio fieret ex causa voluntaria. Ita docuit Baldus *in d. l. cum eorum*, 5. *dicto. num.* 7. Salycetus *num.* 4. *C. de sentent. & interloqut. omn. iudic.* Peregrinus *de iure Fisci, lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 8. Villar *in sylua responsorum responso* 16. *cap.* 3. *num.* 40. Ratio esse potest, quia non debet esse in voluntate libera ministrorum fiscalium communicare, cui voluerint, forum fisci, & auocare causas à Iudicibus ordinarijs, *iuxta l.* 2. *cum sequentibus, & totum titulum, C. ne Fiscus, vel Republica*; quare cum cedunt voluntariè, & necessitate seclusa non transit forum Fisci in cessionatium.

710 Limita secundò, vt emptor, & cessionarius Fisci, & vniuersim ab eo causam habentes, participent forum Fisci priuilegiatum ex voluntate, nō ex necessitate; idest, vt possint quidem volentes declinare ordinariam iurisdictionem, & petere se remitti ad Iudices fiscales: verùm si velint, possint etiam agere, aut pati, conueniri se coram ordinarijs; vt probat textus *in d. l. cum vendente*, 4. *ibi, si eius audientiam elegeris*, notat Socinus *cons.* 46. *num.* 1. *vol.* 4. Peregrinus *de iure fisci, lib.* 7. *d. tit.* 1. *num.* 4. Farinacius *in fragm. crim. lit. F. num.* 182. *in fin.*

711 Amplia septimò, vt ratione Fisci, quædam etiam personæ participent forum priuilegiatum eiusdem, veluti officiales Fisci, & in Regn. Neapol. officiales Regiæ Cameræ Summariæ. Probat textus *in l. nullum*, & *in l. cum aliquid, C. vbi causæ fiscales*, cum quibus conuenit de iure Neapolitano *c.* 54. ex capitulis Regis catholici expeditis Segouiæ anno 1505. *fol.* 46. & ex expeditis Neapoli

anno

anno 1507. ab eodem Rege catholico *cap. 11. fol. 63.* tametsi ibi denegetur illis priuilegium trahendi reos cũ aduersus ipsos iudicio contendunt ad forũ fiscale, cuius meminit Franchis *decis.* 407. *nu.* 5. Aduertas quod priuilegiũ officialium non potuit Ciuitas per suas supplicationes obtinere, vt notaui supra nu. 590. Hoc autem tantisper videtur immutatum *per prag. 14. de offic. Procur. Cæsar.* Officialibus autem Regiæ Cameræ competere Fisci priuilegium in Regno, docuit Afflictis *in constit. Castellanorum, nu. 1. de offic. Castellanor.* & Regens Carollus Tapia *lib. 2. Iur. Neapol. rubr. 6. nu. 11. de offic. Procur. Cæsar.* & vidi in Sac. Consil. me interueniente causam officialis cuiusdam Regiæ Cameræ remissam esse ad ipsam Regiam Cameram, ex ordine facto ab Excellentissimo Prorege. Item Coloni, & conductores fiscales conueniuntur apud fiscales Iudices, *l. si quis, 6. l. dominicis, 7. d. l. cùm aliquid, 8. l. vltima, C. vbi causæ fiscales,* & istis locis notant Doctores, Peregrinus *de iure fisci, libr. 7. titul. 1. num.* 13.

712 Amplia octauò, vt Fiscus succedens in bonis; non tenetur stare instantiæ cæptæ corã Iudicibus extraneis, sed de nouo litem instauret coram suis. Tradunt Doctores per textum ibi, *in l. si constante, 25. §. fin. ff. solut. matrimon.* quos retuli supra quæst. 5. numer. 314. Baldus *in l. 1. num. 19. Cod. de heredit. vel action. vend.* Angelus *in leg. cùm quædam puella, 19. in princip. num. 3. vers. vltimò concl. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Salycetus *in l. 1. num. 2. C. si pendente appellation. mors interueu. & in l. si in to, 7. num.* 14. Paulus ibi *num. 4. versic. duodecimò, C. de priuileg. Fisci,* Bossius *tit. de Fisco, & priuilegijs eius, num.* 44. Peregrinus *de iure Fisci, lib. 7. tit. 1. nu.* 11. Martin. Laudensis *tract. de Fisco, q.* 91. Francisc. Lucanus *de Fisco, 1. par. nu. 40. &* 70. Alfaro *de offic. Fiscalis, gloss.* 16. *nu.* 21. *&* 23. *&* 24. Ceuallos *in specul. practic. q.* 37. Rationem huius ampliationis reddidimus d. q. 5. nu. 316. & seqq.

713 Limita primò hanc ampliationem, vt non procedat in Fisco hærede instituto, nam in eum transit instantia cæpta contra defunctum, vt latius deduximus dicto num. 316. Tradit Ioannes Platea *in l. scire debet, 1. ante numer. 1. Cod. de bonis vacantibus, libr.* 10. Surdus *consil.* 222. *numer.* 18. *lib.* 2. qui multos refert, Scaccia *de appellation. q. 7. num.* 133. & indicauit Bossius *titul. de Fisco, num.* 46. vbi testatur de practica, & ad eum locũ Quintilianus Mandosius, Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. dicto tit. 1. nu.* 11. Nouarius *in praxi electionis fori, sect. 2. q. 15. ex num.* 6. transcribens verba Peregrini, tametsi Bossius, Peregrinus, & Nouarius, tandem ab hac limitationem recedant, licet immeritò, vt constat ex traditis à me d. n. 316. cum seqq.

714 Limita secundò prædictam octauam ampliationem, vt procedat cùm Fiscus succedit priuato durante prima instantia: nam si succedat post latam sententiam, tunc in instantiam appellationis prosequi debet coram eodẽ Iudice. Ita sentit Salycetus *in l. 1. num. 2. C. si pendet appellat. mors interueneritt,* quem sequuntur Franciscus Lucanus *de Fisco, 1. par. nu.* 70. Peregrino *de iure fisci lib. 7. dicto tit. 1. nu.* 12. & Nouarius *d. q. 15. num.* 7. Rationẽ disparitatis reddit Salycetus, quoniam perempta instantia in causa ante latam sententiam, potest denuò instaurari; si verò instantia pereat post latam sentetiam in causa appellationis perit causa, & ius partis, & amplius de ea tractari nõ potest. Ergo ne Fiscus hoc damnum incurrat tenebitur litem prosequi coram primo Iudice. Certe si discrimen illud ex quo colligit limitationem Salycetus, verum esset, non esset de illa dubitandum, & Salyceti doctrinã refert, & approbate videtur Franchis *decis.* 473. *nu.* 2. sed non probat ille verum esse discrimen, & in causa ciuili non video cur perempta instantia in gradu appellationis perimatur causa, cur que hoc magis in secunda instantia contingat, quam in prima. Nisi dicamus sententiam latã confirmari, & emologari per empta instantia appellationis, quod videtur probare *l. 24. tit. 23. par. 3.* ob transcursum fatalium: quæ tamen in Fisco, qui restitutionis beneficio gaudet, locum non haberent; & quo argumento hoc in isto casu probetur non video, ac per consequens valdè dubito; imò eam falsam existimo. Nam quod Salycetus addit, nullam se legem reperire, quæ procuratorem Cæsaris faciat Iudicem competentem in gradu appellationis, lue fundamentum est, cum eædem rationes, & leges, quæ probant Procuratorẽ Cæsaris esse Iudicem competentem in prima instantia, conuincant etiam esse Iudicem in gradu appellationis, vel saltem, quod eòdem recidit, Fiscum in gradu appellationis habiturum quoque proprios Iudices, quod planè comprobat vsus hodiernus tribunalium in omnibus Christiani, seu polilitici orbis Prouincijs.

715 Prædictam tamen nonam conclusionem principalem limitabis, vt in loco, in quo adest Procurator Cæsaris, & tribunalia patrimonijs Principum, quæ in eius locum successerunt, & subrogata sunt, debeat cognoscere de causis fiscalibus; verùm in illis locis, à quibus abest Procurator Cesaris, & prædicta tribunalia, de causis fiscalibus possit etiam cognoscere Præses Prouinciæ, seu Iudex ordinarius; donec fuerit inhibitus à Iudicibus fiscalibus superiorum tribunalium. Probat textus *in l. 1. C. de collatione fundorum fiscalium, lib.* 11. & ita sentit Glossa *in l. defensionis, 7. verb. cognitio, C. de iure fisci, libr.* 10. & Bartolus illam sequutus *in l. si vacantia, 5. numer. 1. C. de bonis vacantibus, eodem libro,* Decius *in cap. cæterum, nu. 57. de iudicijs,* Orosc ius *in rubrica, num. 3. ff. de offic. Procurator. Cæsar.* Peregrinus *de iure fisci lib. 7. titul. 1. num. 2. versic. item intellige.* De iure Regni Castellæ probatur *in l. 1. §. 6. titul. 2. lib. 9. recopilation. & in l. 2. l. 3. l. 5. l. 1. & 12. titul. 7. eodem lib. 9.* Tametsi melius facturum ordinarium si abstineat ab huiusmodi fiscalium causarum cognitione moneat Vlpianus *in leg. nec quicquam, 9. in fine principijs, ff. de offic. Proconsul. & Legat.* Hæc dicta sint de foro priuilegiato quæ non potuimus breuius colligere. Neapoli decimo sextò die Septembris anni 1627.

SVMMA QVÆSTIONIS septimæ.

SVMMA SECTIONIS. Prima.

716 *IN loco delicti sortitur forum delinquens, & ibi potest agi ex delicto aduersus ipsum criminaliter ad punitionem, & ciuiliter ad interesse, partis offensæ.*
Ius naturale postulat, ne delicta maneant impunita.

717 *Exemptus punitur in loco delicti, non obstante priuilegio exemptionis.*
Facilius tollitur, quod competit iure speciali, quàm quod competit iure communi.
Exemptus sortitur forum in loco rei sitæ, & in loco contractus non obstante priuilegio.

718 *Reus sortitur forum in loco quasi delicti.*

719 *Iudex locis delicti potest procedere aduersus reum, non solum via accusationis, & denunciationis, sed etiam via inquisitionis.*

720 *Reus sortitur forum, etiam vbi delictum continuatur.*

Fur

Fur punitur in quocunque loco, in quo apprehenditur cum re furtiua.

Furtum est contrectatio rei alienæ inuito Domino.

Fur qui fugit cum re furtiua, de vno loco ad alium, est vagabundus.

721 *Contrariam sententiam, qui sint amplexi.*

Ad constituendum sit ne fur manifestus, necne inspicitur tempus delicti.

722 *Ex assidua contrectatione rei furtiuæ, non nascitur noua actio furti.*

723 *Doctor non potest testificari de consuetudine, extra locum in quo degit,*

Aliud est agere de qualitate furti aliud de iurisdictione Iudicis competentis ad puniendum furem.

724 *Vna actio potest proponi coram diuersis Iudicibus.*

725 *Iudex loci transitus furis, non procedit via inquisitionis contra furem absentem, sed contra eum cum furtum apprehensum.*

726 *Diuersum est Iudicem esse competentem ad puniendum delictum, & debere, vel non debere remittere delinquentem.*

Furem etiam cum furto apprehensum, requisitus à Iudice loci, vbi factum est primo furtum, debet ad eum remittere.

727 *Delinquens sortitur forum apud diuersos Iudices, cum delictum committitur in diuersis locis.*

728 *Distinguuntur duo casus.*

729 *Cum delictum in vno loco inchoatur, in alio perficitur, Iudex vtriusque territorij est competens ad illud puniendũ.*

730 *Homicidio commisso iactu sagittæ ex vno territorio in aliud Iudex vtriusque territorij est competens ad illud puniendum.*

Delictum tangens plura loca, vnicuique attribuitur insolidum.

731 *Delinquens in confinio duorum Regnorum aut ciuitatum, potest puniri à Iudice vtriusque loci, ita tamen vt sit locus præuentioni.*

732 *Iudex competens ad puniendum mandatum, est Iudex loci, in quo delictum est consumatum.*

Ex mandato quis non tenetur, nisi ratione facti ex mandato sequuti.

733 *Contraria sententia verior Iudicem competentem ad puniendum mandatum esse Iudicem loci, tàm vbi factum est mandatum, quàm vbi sequutum est delictum.*

734 *Explicatur doctrina Bartoli in l. non solùm, § si mandato, ff. de iniurijs.*

735 *Iudex domicilij, & originis, rei criminosi, potest cognoscere de delicto commisso extra suum territorium.*

Ex contractibus ad delicta rectè deducitur argumentum quoad effectum sortiendi forum.

736 *Iudex domicilij, & originis, est competens ad procedendum via accusationis contra reum, non via inquisitionis.*

737 *Via inquisitionis pertinet ad vindictam publicam, & oritur ex iniuria reipublicæ facta.*

738 *Iudex non tenetur inquisitionem facere de delictis extra suum territorium commissis à subditis.*

Regulariter in Iudice potestas cum necessitate coniuncta est.

739 *Contrariam sententiam, Iudicem originis, & domicilij, posse procedere aduersus subditum via inquisitionis, multi Doctores tuentur, & quibus fundamentis.*

740 *Resolutio huius difficultatis est maximè controuersa.*

741 *Conciliatio insignis viri doctoris Francisci Caldera in hoc articulo.*

Oppida, & Ciuitates vnius Regni, vel Reipublicæ, vnum corpus efficiunt.

Offensa facta in qualibet parte corporis, toti corpori facta censetur.

742 *Prædicta conciliatio non videtur tollere difficultatem huius articuli.*

743 *Resolutio ex noua Authoris consideratione, & num. 744.*

745 *Cum in loco originis, aut domicilij viget statutum, vt possit procedi via inquisitionis aduersus ciues ob delicta patrata extra territorium, Iudex loci, domicilij, & originis, procedit via inquisitionis.*

Barones in Regno Neapolitano frequenter habent priuilegia cognoscendi de delictis subditorum extra territorium commissis, & sic procedunt aduersus vassallos via inquisitionis.

746 *Vagabundus ex delicto punitur, & accusatur, vbicunque reperitur.*

Qui fugit à patria ob delictum patratum, non amittit domicilium, neque censetur vagabundus.

747 *In loco delicti proceditur aduersus delinquentem præsentem, & absentem, & num. 748.*

749 *Aduersus reos præsentes vnus est ferè modus procedendi, tàm de iure communi, quàm Regio Castellæ, & Neapolitano, & quis sit.*

750 *An reus sit relaxandus sub fideiussoribus, & traduntur in hac re duæ regulæ, vna affirmatiua, alia negatiua,*

751 *Damnatus pæna pecuniaria, aut alia non corporali, qui appellauit, potest relaxari sub fideiussoribus à Iudice a quo.*

Temporalis relegatio, seù exilium, quod Hispani vocant, non est pœna corporalis.

752 *Quomodo procedatur aduersus reos fugitiuos, & contumaces, de iure communi, & veteri iure Castellæ partitarum.*

753 *Quomodo procedatur aduersus absentes contumaces, de iure nouiori Regni Castellæ.*

754 *Quomodo procedatur aduersus contumaces, de iure, & praxi Regni Neapolitani.*

755 *De iure Saxonum, quomodo procedatur aduersus contumaces, remissiuè.*

756 *Iudex quantum in se est, procurare debet, vt delinquens conijciatur in vincula.*

757 *Iudex aduersus absentem à suo territorio commorantem in alieno, vtitur literis requisitorijs, hortatorijs, seù subsidiarij, missis ad Iudices vbi reus moratur.*

758 *Vsus literarum requisitoriarum admittitur inter Iudices, ad diuersos effectus.*

759 *An Iudex requisitus teneatur fidem adhibere quibuslibet literis requisitorijs ad eum missis, sine vlteriori causa cognitione.*

760 *Iudicem debere obsequi requisitorijs, illisque fide habere, sine vlla causæ cognitione, sententia quorundam.*

Iudex requisitus habet vicem exequutoris.

761 *Non debere Iudicem requisitum exequutioni mandare decreta requirentis sine præuia aliquali causæ cognitione, sententia aliorum magis communis, & vsu recepta.*

762 *Distinguuntur multi casus.*

763 *Quænam sint crimina merè Ecclesiastica, difficilis quæstio; & sententia eorum, qui existimant, crimen merè Ecclesiasticum esse, quod capit probiberi sola lege diuina supernaturali, aut est vetitum sola lege Pontificia, & reijcitur.*

764 *Crimen mere Ecclesiasticum esse, vel ratione personæ vel rei in qua, vel loci in quo committitur, aut ratione, pœnæ, sententia aliorum, quæ tamen non est ad rem.*

765 *Crimina merè ecclesiastica esse, quæ solo iure canonico prohibentur, & improbantur.*

766 *Delicta merè ecclesiastica esse, quæ vel solo iure canonico prohibentur, vel de quibus laici Iudices cognoscere non possunt, sententia, quæ difficultatem non explicat.*

Crimen

767 *Crimen merè ecclesiasticum esse, quod principaliter respicit potentiam, vel reuerentiam Dei, sententia aliorum, & improbatur.*

768 *Certum est, esse delictum mere ecclesiasticum, quod prohibetur sola lege canonica, & non ciuili.*

769 *Delictum merè ecclesiasticum est etiam illud, quod etiam si lege ciuili sit prohibitum, statutum est iure canonico esse crimen ecclesiasticum, vt crimen hæresis.*

In causa hæresis non separatur quæstio facti, à questione iuris, & de quæstione facti in illa non cognoscit sæcularis.

Ratio ex Alphonso de Castro cur Iudex sæcularis non cognoscat, neque puniat de hæresi.

770 *Illa esse crimina merè ecclesiastica, in quorum examine, & diffinitione innoluitur discernenda materia causarum merè ecclesiasticarum.*

771 *Cætera crimina, si dumtaxat prohibeantur iure ciuili, sunt merè sæcularia, & eorum punitio non pertinet ad Ecclesiasticos, nisi ratione personæ: si verò prohibeantur vtroque iure, sunt mixti fori, & ambo Iudices Ecclesiasticus, & secularis cognoscunt contra laicos, seruata præuentionis prærogatiua.*

Quæ sint crimina mixti fori, remissiuè.

772 *Iudex secularis requisitus pro exequutione sententiæ Ecclesiastici in causa merè ecclesiastica ciuili, vel criminali, debet impartiri brachium sine vlteriori causæ cognitione.*

773 *Cum Iudex Ecclesiasticus implorat brachium pro exequutione sententiæ contra Clericum degradatum, non potest sæcularis formare nouum processum.*

Sæcularis fundat iurisdictionem in Clericum degradatum, per qualitatem degradationis.

774 *Degradato clerico non se intromittit sæcularis in processu degradationis, secus in impositione pœnæ.*

775 *Iudex sæcularis requisitus ab Ecclesiastico pro exequutione sententiæ latæ in crimine mixti fori, impartitur brachium eisdem diligentijs adhibitis, quibus vtitur ad impartiendum auxilium alteri sæculari.*

776 *Si Iudex sæcularis iustè requisitus deneget auxilium, poterit excommunicari.*

777 *Iudex sæcularis ab alio sæculari requisitus, non tenetur fidem adhibere literis hortatorijs asserentibus, quem esse delinquentem.*

Sollemnitas requisita in literis hortatorijs in criminalibus,

In earum exequutione quid debeat Iudex animaduertere.

778 *Iudex requisitus etiam si censeatur exequutor, habet cognitionem circa exequutionem, ex qua resultat infamia, vel iniuria alterius.*

779 *Practica exequendi literas hortatorias.*

780 *Quænam exceptiones proponi possint coram requisito, remissiuè.*

781 *Quibus remedijs vtendum sit circa expeditionem, & exequutionem literarum hortatorialium remissiuè.*

782 *Forus loci delicti in criminalibus est præstantior, & maioris efficaciæ cæteris foris.*

783 *Iudex loci delicti quoad punitionem eius, formationemque processus, præfertur cæteris omnibus Iudicibus competentibus, & eo petente remissionem rei, ad eum ex quocunque loco, & foro debet remitti.*

784 *In foro conscientiæ non attenditur locus delicti ad sortiendum forum, & quæ sit ratio.*

785 *Delinquens in Terra Baronis contra ipsum Baronem, non sortitur forum in loco delicti, neque potest puniri à Barone, sed solùm carcerari, & remitti ad superiorem.*

786 *In sua causa nemo potest esse iudex.*

Ab hac regula non receditur, nisi in supremis Principibus, Papa, aut Regibus, qui possint esse Iudices in proprijs causis, ciuilibus, & criminalibus.

Honestius, & decentius est, vt supremi Principes suas causas alijs dijudicandas committant.

787 *De iniuria Baroni facta non potest cognoscere officialis Baronis, siue delegatus, siuè ordinarius, sed solùm potest reum carcerare, & ad superiorem remittere.*

Quisque prohibetur esse Iudex in causa suorum.

788 *Quod quis per se facere non potest, non potest per alium.*

Idem censetur tribunal Baronis, & officialis, quemadmodum Episcopi, & Vicarij.

789 *Baro non habet iurisdictionem circa suas causas, & ita eam alij non dat.*

790 *Ex contractu facto cum Barone, aut Domino loci in eius territorio, non sortitur forum contrahens in loco contractus.*

791 *Barones in Regno Neapolitano sunt officiales Regij.*

De delictis Officialium actiuè, & passiuè, sola Magn. Cur. cognoscit.

792 *Contraria sententia, officialem ordinarium Baronis posse cognoscere de delicto patrato in offensam Baronis, habet non leuia fundamenta.*

Patri, Domino, & Patrono interdicitur officium iurisdicendi in causa criminali filij, serui, aut liberti, aut familiaris, non in ciuili, & ratio discriminis.

Iniuriæ nostrorum nobis fiunt.

Causa iusta suspitionis contra Iudicem est consanguinitas litigantium.

Suspitio non reddit Iudicem incompetentem.

793 *Officialis Baronis est officialis Regius, & exercet iurisdictionem nomine Regis, non nomine Baronis, & non dependet à Barone post factam nominationem, neque est ad nutum amouibilis.*

In Regno ferè omnes Barones habent primas, & secundas causas.

794 *Confessio iurisdictionis regulariter censetur fieri cumulatiuè.*

Cùm datur annexa feudo est priuatiua, & non cumulatiua.

Dominus directus nō potest se intromittere in primis causis occurrentibus in terris vassallorum.

Officialis Baronis potest recusari vti suspectus in causis Baronis, ex quo arguitur esse Iudicem competentem in eius causis.

Aduersarius nihil opponendo contra Iudicis personam iurisdictionem eius confirmat.

Pater potest esse Iudex in causa filij, si non recusetur.

795 *Contractus factus cum aliquo tanquam cum statim recessuro forum non tribuit; sed delictum semper tribuit forum.*

796 *Commune Neapolitanorum axioma de delictis Officialium solam Magnam Curiam cognoscere; verius est, non esse accipiendum de delictis passiuè.*

797 *Officialis Baronis si nihil opponitur contra eius personam potest esse Iudex de causa Baronis, verum recusatus, etiam non solemniter est remouendus.*

Actus etiam nullus in iudicialibus sustinetur parte non opponente.

Statuto annullante actum, etiam ipso iure debet intelligi, si petatur.

Item clausula irritans contrafactum.

798 *Iniuriam notoriam sibi illatam in officio officiando (quod dicitur) potest punire Baro, & officialis eius.*

Non deferens Iudici honorem, quem debet, potest puniri verbis asperis, & reprehensione dura.

799 *Item in dicta multa, aut pœna grauiori quod declara, vt ibi.*

Non

est quòd id milites, fol. 341. Nouarius *in sua praxi sect. 2. q.* 38. *num.* 9.

658 Amplia quintò, vt eodem priuilegio gaudeant originarij Neapolitani etiā si aliò domicilium trāstulerint. Ita statuitur in capitulis expeditis per D. Petrum de Toledo Viceregem in parlamento generali anni 1541. in S. Laurentio, decretatione ad supplicationem, quæ incipit: *In primis perche li oriundi*, *in libro priuilegiorum fol.* 143. explicat Rouitus *in pragm.* 2. *num.* 1. *&* 2. *de immunitat. Neapolit.* sequitur Nouarrius *in sua praxi, sect.* 2. *q.* 39. *num.* 16. *&* 17.

659 Limita tamen, vt ampliatio non procedat in ciuibus Neapolitanis factis per incolatum, & domicilium, aut concessionem, seu priuilegiū, qui si aliò transferant domicilium amittunt ciuilitatem, & eam consequentia priuilegia, vt statuitur *in d. tit. de immunitatib. Neapolit.* vbi notat Rouitus *num.* 1. & Petra *ad Grammaticum decis.* 103. *num.* 90.

660 Amplia sextò, vt eodem priuilegio gaudeat extera mulier nupta viro Neapolitano. Ratio, quia per matrimonium vxor efficitur de foro viri, & eius domicilio, vt probatur *in l. vltima, §. item rescripserunt mulierem, ff. ad municipal. & de incol. leg. vnica C. de mulier. & in quo loco, lib.* 10. *l. ultim. C. de incol. eodem lib.* notat Bartol. *in d. §. item rescripserunt mulierem num.* 4. Decius, Iaso, Matianus, & plurimi à me relati dicta quæst. 2. num. 65. & 66. sequitur Caraua *in d. ritu, num.* 25. Nouarius *in praxi sect.* 2. *q.* 38. *num.* 8. Tartaglia *in praxi Magn. Vic. caus. ciuil. cap.* 2. *num.* 26.

661 Amplia septimò, vt Neapolitani gaudeant hoc priuilegio, etiam si agant iure cessio, tām ex causa lucratiua, quām onerosa dummodo cessio vera fiat, non fraudulenta; idque merito, nam cùm per cessionem veram, & non fraudulentam iura cædentis transferantur in cessionarium, & censenda sint eius patrimonium, gaudebit quoad ea cessionarius eisdem priuilegijs, quibus gaudet circa reliquas res proprias sui patrimonij. Ita censuit Afflictis *decis.* 74. & ibi Vrsillus *nu.* 6. Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib.* 3. *q.* 4. *num.* 43. Paschalis *de virib. patr. potest.* 2. *par. cap.* 2. *num.* 92. *in fin.* Petra *ad Grammatic. decis.* 2. *num.* 8. Nouarius *d. q.* 38. *n.* 10.

662 Amplia octauò, vt Neapolitani non solum actores, & rei principales gaudeant prædicto foro priuilegiato, sed etiam cum laudantur Authores, non enim adstringuntur foro alieno, in quo versatur lis inter emptorem habentem causam à Neapolitano, & euictorem rei venditæ; sed possunt petere remissionem ad suum forum, videlicet tribunalia Neapolitana. Ita sensit Anna *singul.* 45. Petra *ad Cappycium dec.* 59. *& ad decis.* 97. *addit. 1. & ad Grammaticum decis.* 21. *ex num.* 6. Marcellus Cala *de modi articulan. §.* 1. *gloss.* 1. *num.* 51. Muscatellus *in praxi, lib.* 1. *p.* 3. *gloss. nomine, num.* 6. Tartaglia *in praxi Mag. C. Vic. caus. ciuil. c.* 2. *num.* 23. & ibi additio Grimaldi. Nouarius *in d. sua praxi, d. q.* 38. *n.* 4. *& ad pragm. Regn. Neap. collect.* 225. *n.* 9.

663 Contrariam tamen sententiam in genere, imò quemcumque quantumuis priuilegiatum Authorem laudatum debere litem inter emptorem, & euictorem prosequi coram Iudice emptoris, apud quem pendet, & non excusari ab ea prosecutione priuilegio fori sibi competenti, probat expressus textus *in l. venditor,* 39. *in princ. ff. de iudicijs, & in l.* 1. *C. vbi in rem actio.* & moti ex d. *l. venditor*, ita senserunt ibi Bartolus, & eius additiones, Albericus, Baldus *in* 1. *&* 2. *lectura*, Angelus, Paulus *num.* 1. *&* 2. Fulgosius *num.* 2. Cagnolus *num.* 11. *cum seq.* Barbosa *ex n.* 99. *& n.* 136. Anchatanus *in cap. e a quæ,* 16. *nu.* 21. *quæst.* 17. *de reg. iur. in* 6. *& cons.* 333. *nu.* 2. Bartholom. Socin. qui eleganter disputat *cons.* 91. *ex num.* 10. *versic. circa vltimam difficultatem, vol.* 3. idem Baldus *cons.* 460. *nu.* 5. *vol.* 4. Socinus Iunior *cons.* 46. *nu.* 5. *lib.* 1. Marc. Ant. Natta *cons.* 99. *nu.* 8. *tom.* 1. Siluanus *cons.* 49. *n.* 71. Caballinus *tractatu de euictionibus, §.* 3. *num.* 118. *cum seq.* Antonius Gomez *tom.* 2. *variarum, c.* 2. *num.* 39. *versiculum adde, quod talis venditor, vel author*, Gail *practicarum obseruationum, lib.* 1. *obseru.* 37. *n.* 7. Maranta *in praxi,* 6. *par. tit. de laudatione* 5. *membro iudicij, n.* 10. Gamma *dec.* 331. *nu.* 1. Afflictis *dec.* 235. *n.* 6.

664 Et quamuis quidam sentiant regulam *d. l. venditor*, limitandam esse in Clerico, quem authorem laudatum existimant, non solùm esse remittendum ad suum Iudicem, sed totam etiam litem inter laicos remittendam, & non esse prosequendam coram Iudice laico, vbi Clericus author laudatus interuenit; in qua sententia fuit Speculator *lib.* 1. *tit. de primo decreto, §. restat* 3. *num.* 24. Angelus, & Paulus *in d. l. venditor*, Boerius *decis.* 69. *num.* 31. *& seqq.* & plures, quos refert Grammaticus *decis.* 12. *num.* 9. & ad eam Didacus de Mari *numer.* 3. Barbosa *in d. leg. venditor num.* 139. Follerius *in additione ad Marantam vbi supra*, Marta *de iurisdictione*, 4. *par. cent.* 1. *casu* 34. *ex num.* 12. ex qua limitatione desumi poterat argumentum ad confirmandam prædictam ampliationem, octauam à nobis traditam.

665 Nihilominus verius est, prædictam regulam *l. venditor*, etiam procedere in Clerico authore laudato, vt de iure Regni Castellæ expressè statuitur *in l.* 57. *in fine, tit.* 6. *par.* 1. vbi docet Gregorius *glos.* 5. Couarruuias *in practic. cap.* 8. *n.* 2. *&* 3. Didacus Perez *in l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 5. *ordinament. pag.* 143. Ant. Gomez *vbi supra*, Bouadilla *lib.* 2. *politic. cap.* 18. *num.* 169. vbi multos allegat, & præter Angelum & Paulum *in d. l. venditor*, relatos numero præcedenti pro contraria sententia, sentiunt allegati *num.* 663. supra; quibus addo, Hippolyt. de Marsil. *singul.* 694. *num.* 3. Decium *cons.* 700. *num.* 7. Rebuffum *tom.* 3. *in constit. reg. tit. de dilationibus, art.* 4. *gloss. vnic. n.* 8. Minsinger. *singular. obseruat. cent.* 1. *obseruat.* 22. *nu.* 5. & etiam *de iudicijs, lib.* 2. *c.* 11. *nu.* 98. *& lib.* 4. *c.* 2. *nu.* 73. *& de appellationibus,* 7. *nu.* 123. Pereiram *de manu regia,* 2. *p. c.* 32. *n.* 8. Mangilium post hæc scripta editum *tractatu de euictionibus, q.* 6. *ex q.* 2. & eos, quos refert Barbosa *in l. venditor, num.* 138. Ex quo videtur corruere, fundamentum prædictæ ampliationis.

666 Quid igitur dicendum in re tam controuersa? Et omissa ea distinctione, quam adhibet Barbosa *in d. l. venditor, ex n.* 109. an priuilegiatus priuilegio fori cōpareat in iudicio ad defendendum venditorem post cœptam litem, vel nondum cœpta, an suscipiat in se iudicium tanquam principalis transferendo in se illud, quod venditor susceperat; an verò potius, vt iudicium cum ipso inchoetur, non cum venditore: illud existimandum est certum, authorem laudatum inuito actore neque posse iudicium cōtra emptorem possessorem rei cœptum in se transferre, neque verò nouare, vt rectè adnotauit Natt. *cons.* 630. *n.* 1. *& 2. tom.* 3. & vrgentissimis argumentis probauit Barbosa *in d. l. venditor, ex nu.* 109. Igitur desumpto eo casu, quo author laudatus compareat in iudicio, vt liti assistēs reum defendat, de quo videtur agi in *d. l. venditor*, ego pro concordia considero, in ea lite tametsi videatur simplex, re vera inuolui duplicem litem, & duas diuersas actiones in iudicium deductas. Prima lis, seu actio est, quam proponit euincens aduersus emptorem possessorem rei, de

qua

qua primùm controuertitur, quæ denunciatur authori laudato, vt descendat in iudicium illud motum, vel mouendum contra emptorem, seu possessorem, vt iudicio assistens illum defendat, in qua emens est actor, reus verò possessor, non author laudatus, qui dumtaxat liti assistit, vt defensor rei. Secunda actio est, quam possessor ipse habens causam ab authore laudato proponit, vel proponere potest aduersus eundem laudatum authorem, quò reficiat pretium rei venditæ, aut alio titulo concessæ, & expensas litis motæ ad eam rem euincendam. Si spectemus primam litem, seu actionem, author laudatus non intercedit, vt persona principalis, neq; in eum potest ferri sententia, sed profertur contra possessorem rei, velut principalem reum. Si verò spectemus secundam actionem, & litem, qua ipsa exercetur, author laudatus ex sua persona reus est; possessor verò ipse, à quo res est euicta, vel euinci speratur, est actor. Ex quo planè colligitur, ista esse duo diuersa iudicia, cum ille, qui in vno vices actoris sustinet, in alio partes rei patiatur, & qui in vno est defensor, & assistens, in alio sit reus, *l. & an eadem 14. in princ. ff. de except. rei iud.* Hæc manifestè deducuntur ex traditis à Rebuffo *tom. 3. in constit. reg. tit. de dilationib. art. 5. gl. vn. ex n. 4.* sed ex natura rei satis constant.

667 Igitur comparente authore laudato priuilegiato in illa prima, quam distinximus lite, non potest ex suo priuilegio forū declinare, aut obtinere, vt causa aduocetur à Iudice ordinario de ea cognoscente, & ad suum Iudicem remittatur: nam ibi non agitur principaliter de eius interesse, sed in consequentiam. Quod rectè animaduertit Cuiacius post hæc scripta visus *in recitationibus ad lib. 3. responsorum Iulij Pauli Iurisconsulti ad d. l. venditor*, & fieri poterit, vt absoluto reo possessore lis omninò finiatur, & interesse laudati authoris reum defendentis extinguatur. Atque hactenus, & non vltra censendi sunt sensisse Doctores superius relati à nobis num. 663. & 665. non discendentes a regula, *l. venditor, 49. ff. de iudicijs*.

668 Si verò agamus de secunda lite, in qua versatur ius possessoris, velut actoris, & authoris laudati, velut rei, planè poterit author laudatus ex suo priuilegio forum declinare, siue sit Clericus, siuè Neapolitanus, vel aliter priuilegiatus priuilegio fori, & petere se ad suum Iudicem remitti, & ad eum est remittendus. Ratio est, quia in hac lite reus, principalis gaudet Regis priuilegio fori, quo priuari nulla subsistente causa non potest; quo tendunt notata ab Antonio Fabro viso post hæc scripta, *de erroribus pragmaticorum, decade 6. errore* 10. qui id extendit ad authorem laudatum alieni fori non priuilegiati, idque iure optimo; & ita interpretandi sunt Doctores, qui existimant regulam *dictæ l. venditor*, limitandam esse in Clerico, aut Neapolitano, aut quibusdam alijs priuilegiatis. Hanc concordiam tametsi minus clarè proculdubio amplexi sunt Grammaticus *dicta decision. 1. & ibi num. 9.* refert, iuxta eam sæpius decisum in Sac. Consil. & Capycius *decision. 197. num. 7.* Caballinus *tractatu de euictionibus §. 3. num.* 130. Cagnolus *in dicta l. venditor, num.* 22. & 23. Barbosa *num.* 192. Surdus *consil. 396. ex num. 35. libr. 3.* Ambrolinus *de immunitate, cap. 20. num. 23. & sequentibus, & num.* 33. & iuxta eandem concordiam refert iterum decisum in Sacro Consilio adnotatio adiecta ad capit. 53. inter capitula Regis catholici expedita Segouiæ anno 1505. *vers. ad de quod si Neapolitanus, in lib. priu. fol. 46.* cuius meminit Nouar. *in prax. sect. 2. q. 38. n. 5.* videlicèt, Neapolitanum authorem laudatum teneri defendere emptorem in loco iudicij, vbi ipse est conuentus; verùm sententiam quatenus proferenda esset contra Neapolitanum authorem laudatum, proferendam esse in ciuitate Neapolitana, & tribunalibus eius; & est decisio non solum regulis scripti iuris conformis, sed etiam æquitate plenissima, ne lis cæpta in vno tribunali cum magno litigantium sumpto, nec minore molestia, aduocetur ad aliud, in quo denuò esset inchoanda, reuocatis in irritum actis, fraudata iurisdictionis preuentione, & violatis alijs manifestis regulis iuris.

669 Ex qua concordia infertur discrimen inter litem vertentem inter euictorem, & possessorem, cui assistit author laudatus non priuilegiatus, nec subiectus alieno foro ordinario, & eam, quæ versatur inter actorem, & reum, cui assistit author laudatus priuilegiatus, vel alieni fori ordinarij. Nam in prima, vnum met iudicium potest simul, & semel exerceri inter euictorem, possessorem, & authorem, & in vno, & eodem processu examinatur actio inter emptorem, seu possessorem, & euictorem, atque itè actio inter possessorem, & authorem laudatum, modo omnes sint eiusdem fori; & compilato processu, seu causa conclusa, contra vtrumque potest simul, & semel ferri sententia, uidelicet pro euictore contra possessorem condemnans ipsum ad rem restituendam, & pro possessore contra authorem laudatum condemnans ipsum ad restitutionem prætij, & interesse. Quod præter quam quòd tradit Rebuff. *comm. const. reg. to. 2. d. tit. de dilationib. art. 5. gloss. vnic. ex nu.* 1. Caballinus *de euictionib. §. 3. n.* 129. Cagnolus *in d. l. venditor, nu.* 22. experientia ipsa, & visus probat, idque statuitur de iure Neapolitano *in pragm. 2. dubitationem, de dilationib.* imò vt etiam sententia cōtra reum lata exequutioni mandatur contra authorem laudatum liti assistentem sine nouo processu. In secunda verò non potest vnum iudicium exerceri inter vtrumque, aut ex eodem processu contra vtrūque procedi: sed prius in vno iudicio, & processu debet examinari actio euictoris contra possessorem, assistente, vt defensore possessoris, authore laudato: qui si succumbat profertur sententia, dumtaxat contra ipsum possessorē, reseruato eidem suo iure cōtra authorem, aduersus quem postea poterit possessor comparere coram Iudice competenti, & suis iuribus experiri, vt planè docent Grammaticus *d. decis.* 21. *nu.* 9. Capycius *d. decis.* 197. *nu.* 7. Caballinus *vbi supra nu.* 130. Cagnolus *nu.* 23. Barbosa *nu.* 192. in quo casu limitanda est *dicta pragm. 2. de dilationibus*.

670 Illud tamen notandum est fiscum hac in re inueniri magis priuilegiatum: nam simul, atq; comparet laudatus in authorem, causam trahit ad suos Iudices, & processum statim aduocat, vt dicemus sectione sequēti n. 703. maius est enim, quod ad hoc attinet priuilegium fisci, quam Ecclesiæ, aut Clerici, quippè cùm fiscus, etiam actor trahat litem ad suos Iudices; non verò Ecclesia, aut Clericus, *c. si clericus, 5. de for. cōp.* Quod ex eo prouenit, quia cum tota iurisdictio, ita Iudicum fiscaliū, quàm ordinariorū sæcularium, sit sæcularis, & procedat ab eodem fonte, scilicèt Principe sæculari, in simbolis facilior est trāsitus, *l. in rem, 24. §. item quæcunq; ff. de rei vindic. l. sed cum patrono, 6. in princ. ff. de bonor. possess. l. an inutilis, 8. §. acceptum, l. si accepto latum, 19. in princip. ff. de acceptilationib.* Baldus *in l. centurio, 15. num. 5. ff. de vulgar. & pupil. substit.* Paulus *cons. 414. nu. 3. 2. par.* Ancheranus *cons. 422. n. 4.* Cardin. Tuscus *liter. F. conclus. 247.* ac per consequens facilè aduocatur ex voluntare Principum suis patrimonijs consulentium processus ex tribunali ordinario ad fiscale. At longe secùs est in auocatione, & transitu causæ ex tribunali sæculari

ad

ad Ecclesiasticum, cùm eorum tribunalium iurisdictio, non ab vno, sed à duplici capite deriuetur, videlicet, Ecclesiastica à summo Pontifice, secularis à Principe laico, & vnus alteri præiudicare, aut alterius iurisdictionem perturbare, vel minuere, neque soleat, neque velit, *cap. nouit*, 13. *de iudicijs*.

671 In quo articulo non est obliuiscendum, fuisse multos, qui hoc priuilegium fisco denegauerint, credentes in fiscalibus etiam causis, standum esse regulæ *d.l. venditor*, 49. *ff. de iudicijs*; & fiscum Authorem laudatum debere prosequi litem coram ordinarijs, & non posse attento iure communi ad suos Iudices auocare causas, quibus assistit; vt pluribus prosequitur Barbosa *in d. l. venditor*, *numer*. 151. & 152. *cum seqq.* vbi refert plures pro hac sententia, quam ipse sequitur. Quibus adde Scaccium *de appellationib. q.* 7. *num.* 23. *vers. moueor secundò*, qui dicit se ita in praxi obtinuisse Cancer *variarum resolut. par.* 2. *c.* 16. *numer.* 42. *cum seqq.* qui ait hoc iure uti Catalanos, Peteiram *de manu regia*, 2. *par. cap.* 32. *num.* 5. Thesaurum *decis.* 213. & Horatium Barbatum *in pragmat. de assistentia præstanda, gloss.* 9. *num.* 8. Et seclusis specialibus Regnorum constitutionibus, & vsu, & praxi tribunalium, spectato solo iure communi, foret fortassis magis probabilis.

672 Amplia nonò, vt eodem priuilegio fori gaudeant oriundi ex casalibus Vrbis Neapolitanæ, & ibi habitantes, probatur *ex l. qui ex vico, ff. ad municipal.* & ijs quæ dixi supra quæst. 2. nu. 109. loquens in genere. In specie autem de casalibus Neapolitanis, etiam diuisis iurisdictione à ciuitate Neapolitana, tradiderunt Franchis *decis.* 316. & Nouarius, qui pluribus confirmat *in d. praxi, sect.* 2. *q.* 38. *ex num.* 14. & *collect.* 225. *ad pragmat. Regn. Neapol. num.* 14. Et apertè videtur probari ex verbis *d. rit.* 301. vbi in fine conceditur prædicta gratia, non solùm ciuibus Neapolitanis, sed etiam habitantibus in ciuitate, & eius districtu: districtus autem planè comprehendit vicos, & casalia, vt colligitur ex traditis ab Alciato *in leg. pupillus*, 239. §. *territorium, num.* 49. *ff. de verbor. signific.* & Caluino *in lexico, verb. districtus.* Confirmatur, quoniam statuta, & consuetudines ciuitatis comprehendunt casalia, & in illis seruanda sunt, vt tradunt, pluribusque probant Auiles *in cap.* 6. *Prætorum, verb. tierra, num.* 2. & *seqq.* Peregrinus *conf.* 90. *num.* 2. *lib.* 1. Bouadilla *lib.* 5. *politic. cap.* 10. *num.* 28. & 29. Tuscus *liter. C. concl.* 274. & *liter. S. conclus.* 541. Salon de paz *in leg.* 1. *Tauri, num.* 279. Franchis *decis.* 604. Marta *de iurisdictione*, 4. *par. cent.* 2. *casu* 153. Caldas *conf.* 1. *num.* 15, *post tract. de in integr. rest.* Hondedeus *conf.* 13. *ex num.* 3. *vol.* 1. Ergo simili modo priuilegia extenditur ad vicos, & casalia, ne plus restringatur fauores, quam odia, & plus se extendant onera, quam commoda.

673 Contrariam tamen sententiam huic ampliationi, quinimo priuilegia ciuitatis non extendi ad natos in villa, seu vico, aut casali, amplexus est Angelus *in authent. quib. mod. natur. effic. sui, in* §. *si quis igitur, el secundo, num.* 1. per textum ibi, & eum sequitur Ioannes Angelus Pisanellus *ad Afflict. decis.* 74. *in fine suæ adnotationis*, loquens in specie de hoc priuilegio Neapolitanorum, & Petra *ad Grammaticum decision.* 21. *num.* 10. Qui tamen ad ea, quæ in contrarium in limine se offerebant fundamenta, nihil respondet.

674 Sed non est recedendum à prædicta ampliatione, à qua immeritò recesserunt prædicti moti, vno verbo textus *in d.* §. *si quis igitur*, fortuitò, & inopinatè lapso in narratione, non in decreto, fortassis ex originali græco malè translato in latinum, vt plerumque contingit in istis nouellis, tam perperam traductis, quàm indicat barbara phrasis, & inelegans dicendi modus, quasi eo solo Iustinianus tot expressas legum decisiones maturè ex cogitatas subuertere voluisset, quod credi non potest, *l. si quando, in princ. C. de inofficios. testament. cap. ecclesia vestra*, 57. *prope finem, de election.* Tuscus *liter. C. concl.* 1037. *num.* 1. Igitur Imperator ibi distinguit duos casus, statuens quid fit in vtroque obseruandum, vt filius legitimetur. Primus est, si quis natus in ciuitate aliqua filium habeat. Secundus est, si quis non sit natus in ciuitate, sed vicn cius, & vt istum secundum casum exprimeret, dixit: *Si verò nec ciuis ipse consistat, sed ex villa quadam, aut vico sit oriundus.* Hinc colligunt oriundum ex vico, aut villa, non esse ciuem, quasi id Imperator statueret, & nò potius vsus esset verbis quidem minus proprijs, ad explicandum, seu potius proponendum illum secundum casum, de filio eius, qui in ciuitate natus non est, sed est oriundus ex vico, aut villa; quos eosdem duos casus sub alijs verbis expressit *in* §. *si tamen, sequenti.* Respondemus igitur verba in ista narratione posita non esse, ita accipienda, vt expressi textus *in l. qui in vico, ff. ad municipal.* & *incol.* & *in leg. qui incontinentibus*, 147. *ff. de verbor. signific.* & *in l. est verum, Cod. de incol. lib.* 10. corriganturs id enim esset captare, & calumniari Imperatori verba: sed esse interpretanda sano modo, vt significet Imperator, quid esset agendum, vbi quis natus in vico, & non ciuitate, filium haberet. Quem vocauit non ciuem, sùpto nomine, *ciuis*, expræsse, & vulgariter pro nato in ciuitate ipsa. Hispanè natum in villa dicimus, *aldeano*, seù *villano*, tametsi iura ciuitatis habeat: conferunt notata à Franchis *dec.* 337. *n.* 2. & 3. Quo modo acceptum ciuis nomen, significat factum magis, quam ius. Et ita explicato loco iura iuribus concordant, neq; quidquam facit textus aduersus ampliationem nonam à nobis traditam.

675 Amplia decimò, vt ciues Neapolitani gaudeant hoc priuilegio, etiam si illi renunciauerint, quia illius renunciatio non valet, neque illius est habenda ratio, cum sit priuilegium indultum vniuersitati, & in gratiam communitatis, non singulorū; vt indicant verba cōcessionum iuxta regulam textus *in cap. cum sit generale*, & *in cap. si diligenti*, & *in cap significasti, de foro compet.* Ita sentiunt; Vrsillus *ad afflictis decis.* 41. *numer.* 6. Paschalis *de virib. pat. potest. par.* 3. *c.* 3. *num.* 28. Rouitus *in pragmat.* 1. *numer.* 3. *vbi de delicto quis debet conueniri*, Petra *ad Grammat. dec.* 21. *n.* 9. Nouarius *in praxi, sect.* 2. *q.* 38. *n.* 3. conducunt quæ tradit Erasmus Cochier *de iurisdictione, p.* 2. *q.* 7. *ex num.* 2. *tom.* 1. & Giurba *conf.* 65. *num.* 13. tametsi in priuilegio Capuanorum simili contrarium dicat decisum Afflictis *d. dec.* 31.

676 Amplia vndecimò (quę ampliatio colligitur ex precedenti) vt non possint Neapolitani consentire in Iudicem extraneum, & prorogare iurisdictionem Iudicis nō sui. Ita sentit Carauita *in d. ritu* 301. *num.* 7. Vrsillus, & Rouitus *vbi supra*, Nouarius *d. q.* 38. *num.* 2. Capiblancus *in pragm.* 8. *par.* 1. *nu.* 127. *de Baronibus.* Confirmatur hæc ampliatio ex traditis ab Erasmo Cochier *de iurisdictione, tom.* 1. *par.* 2. *q.* 7. *num.* 4. *cum seqq.* Etenim planè sequeretur renunciari posse foro, si posset prorogari: sunt etenim hæc duo coniuncta, vt qui potest foro suo renunciare, possit prorogare extraneum, & vt non possit iurisdictionē prorogare, qui suo foro renunciare non potest. Quo conferunt etiam dicta à Capiblanco *vbi supra num.* 109. & 110. & quæ dicam infra n. 1061.

677 Am-

677 Amplia duodecimò, vt Neapolitani gaudent eo fori priuilegio, etiam si litigent cum Capuanis, qui habent simile priuilegium, quod tamen vincitur à priuilegio Neapolitanorum, vt obseruatum semper tempore suo refert Vrsillus *ad Afflictis dec.* 133.*nu.* 8. Fundamentum est, quoniam *in prædicto c.* 53. Regis catholici, inter expedita Segouiæ anno 1505. *in libro capitulorum fol.* 45. expressè derogatum est priuilegio Capuanorum, & quorumcumq; priuilegiatorum, etiam priuilegijs in corpore iuris clausis.

678 Amplia decimotertiò, & vltimò, vt hoc priuilegio gaudeant Neapolitani, etiam cum in iudicium vocantur à viduis, pupillis, & alijs miserabilibus personis, vel vocant eas, vt multi credunt, nō obstante enim miserabiliū priuilegio, gaudere debent Neapolitani suo foro. Ita sentit primus quem viderim Tartaglia *in praxi Mag. Cur. Vicar. causarum ciuilium, c.* 2. *nu.* 23. post Marcellus Cala, ijsdem ferè verbis relatis tacito Authore, *de modo articulandi, §.* 1. *gloss.* 1 *num.* 93. Visconte ambobus commemoratis ad Franchis *decis.* 416. *num.* 1. Petra *ad Capycium dec.* 59. Nouarius *in d. sua praxi, sect.* 1. *q.* 38. *nu.* 11. ex istis principijs fiunt sæpè sæpius opinionum communium incrementa.

679 Probant hanc ampliationem Tartaglia, & Cala *ex d. ritu* 301. Sed cùm in dicto ritu nulla fit derogatio priuilegij miserabiliū personarum, non video cur hanc sententiam sibi persuaserint. Visconte nihil allegat, sed dicit ita practicari, neque relato singulari casu, neque cur practicetur designato, quod fidem eius dubiam reddit, & ostendit debiliori nixum fundamento. Nouarius referens pro se Amatum *consil.* 31. *numer.* 2. vbi tamen Amatus nō agit de priuilegio miserabilium, ait probari hanc ampliationem *ex dicto cap.* 53. *Regis catholici*, quo continetur derogatio vniuersalis quorumcunq; priuilegiorum, etiam clausorum in corpore iuris. Verum cùm superius diximus num. 577. & 578. cum sequentibus priuilegio miserabilium nunquam censeri derogatum per clausulas quantumcumque generales, nisi expressa mentione facta de ipsis; atque ideò si quis Baro haberet inuestituram cum concessione iurisdictionis, cum eadem clausula contenta in d. c. 53. & peteret remissionem miserabilis, non posset eam obtinere, fit vt prædicta ampliatio velut destituta, tùm auctoritate, tùm fundamento, planè sit ruitura.

680 Nihilominùs quamuis hanc difficultatem, quòd viderim nullus Neapolitanus attigerit, ob eam non est discedendum à prædicta decima tertia ampliatione. Cuius fundamentum firmius esse potest, quoniam per *dictum ritum* 301. sublata est iurisdictio in Neapolitanos à Iudicibus omnibus extraneis, per illud verbum, *non possint vocari, vel ad iudicium trahi*, & reseruata solis Iudicibus, & tribunalibus Neapolitanis potestas iurisdictionis in ciues, & habitatores Neapolitanos. Ex quo oritur, vt non possint Neapolitani prorogare iurisdictionem extraneorum Iudicum in suas causas, siuè ciuiles, siue criminales, vt acutè, & cum iudicio notauit Carauita *in d. ritu* 301. *num.* 7. relato in eam rem quodam Federico Longo, Regiæ Cameræ Summariæ fisci patrono. Quod ex eo item confirmatur, quoniam negatio supra verbū, *posse*, videlicet verbum, *non possit*, importat necessitatem præcisam, & priuat omni potentia, vt docet Glossa *in verbo, non potest, in c.* 1. *in regulis iuris in* 6. Consectus *sing.* 211. Hippolyt. de Marsil. *in practica, §. sequitur, num.* 18. Ergo significat omnes Iudices extraneos nullam habere iurisdictionem in Neapolitanos, aut habere posse; & per consequens esse incompetentes. Succedit igitur conclusio, quam probauimus supra sectione præcedenti, limitatione sexta principali numer. 649. & limitatione septima num. 650. vt non possit miserabilis gaudere suo priuilegio, nisi cum eligit Iudicem legitimum aduersarij, & illi competentem. At cum eligit quemcunque Iudicem extraneum, eligit Iudicem incompetentem Neapolitano, cuius competentes Iudices sunt solùm, qui tribunalibus Neapolitanis assistunt, iuxta *d. ritum* 301. Ergo miserabilis non potest vti priuilegio suo contra Neapolitanos; ac per consequens non obstante suo priuilegio, cum vocat in iudicium Neapolitanum, absque vlla excusatione ad Iudices Neapolitanos trahendus est. Ex qua ratione prædictæ duodecimæ ampliationis planè infertur eiusdem limitatio, vt videlicet sit accipienda cùm Neapolitani sunt rei conuenti: tunc enim à viduis trahi non possunt ad extraneum forum; cùm verò sunt actores si conuenirent viduas, vel alios miserabiles extra forum Neapolitanum, non possent postea eos trahere ad Neapolitanos Iudices. Ratio manifesta est, quoniam Iudicis competentia desumitur ex reo, non ex actore; atque ideò quamuis omnis Iudex extraneus sit incompetens respectu rei Neapolitani; non tamen est incompetens cum Neapolitanus conuenit reum illi subditum; quare illo semel electo à Neapolitano coram illo iudicium peragendum est, nisi miserabilis variauerit. Ex quo paulatim fit, vt miserabiles rei gaudeant suo priuilegio in iudicio cum Neapolitanis actoribus.

Thomæ Carleualij de Iudicijs.

681 Prædictam tamen octauam conclusionem ita ampliatā limita primò, vt non gaudeant priuilegio fori ciues Neapolitani Barones, cum conueniuntur tanquam Barones, & de actu ad Baronis officium spectante gesto extra ciuitatem Neapolis, siuè ciuiliter, siuè criminaliter. Ita sentiunt Capycius *decis.* 59. & ad eum Petra Carauita *in d. ritu* 301, *num.* 7. *in fin.* Marinus Frecia *de subfeudis. lib.* 1. *tit. de offic. magni Cancellarij*, *ex num.* 31. Regens Tapia *in leg. beneficium*, 1. *par, cap.* 5. *num.* 15. 16. & 17. *ff. de constit. Princ.* Anna *singul.* 57. Bortellus *ad Bellugam in specul. Princip. rubr.* 11. *in §. videndum, ad n.* 10. *verb. exempti, liter. F. vers. & deliquens non vt exemptus*, Capiblancus *in pragmat.* 12. *num.* 2. & 3. *de Baronibus*, Galluppus *in praxi Sac. Reg. Cons.* 2. *par. cap.* 6. *num.* 62. & 63. Nouarius *in d. praxi sect.* 2. *quæst.* 38. *numer.* 27. conferunt notata à Didaco Couarruuia *in pract. cap.* 11. *num.* 5. & Menochio *cons.* 466. *nu.* 18. & 19. *lib.* 5. Ratio est, quoniam quando exempti delinquunt in officio, cuius consideratione non sunt exempti, non guadent exemptionis priuilegio, sed conueniri possunt coram ordinario; vt statuit textus singularis *in cap.* 1. *§. vltimo*, *de priuilegijs in* 6. quo nititur decisio Capycij, & cæterorum Neapolitanorum hanc limitationem amplectentium.

682 Limita secundò, vt eo priuilegio non gaudeat mulier Neapolitana nupta viro extero, & ad domum sui viri traducta, vt decisum est à Sac. consil. apud Franchis *decis.* 416. cui consonat Thesaurus *decis.* 123. sequitur Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 2. *num.* 192. *de Baronibus*, & Scipio Rouitus *in pragma.* 1. *ex nu.* 5. *de cessione bonorum*, eruditissimus Riccius *collect.* 443. *versic. secundò infero.* Idque optima ratione, quoniam mulier efficitur de foro, & domicilio uiri; ita ut dum nupta est, uideatur propriam originem amittere, vt diximus supra hac eadem disputatione quæstione secunda nu. 65. & 66.

683 Amplia prædictam secundam limitationem, ut procedat in Neapolitana nupta extero, etiam si solu-

tum sit matrimonium, & ipsa remanserit vidua: nam vidua retinet domicilium mariti *leg. fily 22. §. viduam, ff. ad municip.* Paulus *in leg. cum quadam puella, 19. in princip. num.* 4. Fulgosius *num.* 2. Decius *num.* 11. Iaso *num.* 1. *vers. tertiò amplia.* Cagnolus *num.* 8. *& 9. ff. de iuris. omn. iudic.* Capiblancus *in pragm. tit. 8. par. 2. num. 193. de Baronibus,* Milanensis *decis. 9. ex num. 6. lib.* 1. Hondedeus *cons. 6. nu. 8. lib.* 2. Barbosa *in leg. quia tale, 14. n. 31. ff. solu. matrimon.* Surdus *decis. 330. num.* 27.

684 Limita primò ampliationem istam, vt procedat, donec vidua remãserit in domicilio uiri, cęterum si in patriã suam reuertatur, & recuperabit domicilium tanquam originaria, & priuilegiũ, eoque deinceps gaudebit. Notat Paul. Castrens. *in d. l. cum quadam puella nu.* 4. Bartholom. Soc in. *num.* 10. Cagnolus *dicto num.* 8. Hondededus *d. cons. 5. num. 15. & 33.* Surdus *vbi supra.* Et ostendit manifesta ratio: cessante enim matrimonio, & translatione mulieris in uiri domicilium, reuertitur in suã naturalem originẽ, & pristinum domicilium, & forum recuperat.

685 Limita secundò, vt etiam si mulier non reuertatur in ciuitatem Neapolitanam, sed in eadem extera ciuitate, aut populo, in quo vidua mansit domicilium eligat separatum à domicilio viri antiquo, ita vt possit intelligi ipsa vidua per se, & principaliter domicilium habere, tunc gaudeat priuilegio Neapolitanorum, si Neapolitana sit originaria. Probatur apertè quoniam Neapolitani originarij aliò domicilium trasferentes; gaudent hoc priuilegio, vt diximus supra num. 658. Ergo simili modo ista vidua originaria Neapolitana, etiam si alibi habeat domicilio.

686 Limita tertiò principaliter dictam octauam conclusionem, vt non possit gaudere priuilegio Neapolitanorum, qui ciuilitatem consequuts est lite iam pendente, quod planè videtur facere in fraudem delicti perpetrati, vel contractus gesti: etenim nemini debet dolus, & fraus sua prodesse, *l. ne ex dolo, 13. ff. de dolo malo, l. non fraudantur, 177. §. nemo, ff. de regulis iuris, l. itaq. 12. §. 1. l. eum qui, 14. §. is autem ff. de furt.* Quo fundamento hanc limitationem amplectuntur Carauita *in ritu 301. numer. 7. in fin.* & Nouarius *in praxi sect. 2. q. 38. num.* 28. & nos diximus superiùs de ijs, qui data opera lite pendente priuilegium fori adquirunt, quid sit sentiendum, ex numero 635. latè.

687 Limita quarto, vt Neapolitani non gaudeant suo fori priuilegio in causis tangentibus Dohanam pecudum Apulię, seu pascuorum; in quibus Dohanerius habet cõcessam priuatam iurisdictionem. Ita decisum refert Io. Franciscus de Ponte *de potestate Proregis, tit. 4. §. 8. num. 50. &* sequitur Nouarius *in praxi, dicta sect. 2. quaest. 38. num.* 30.

688 Præter hunc forum communem Neapolitanis sunt intra Neapolitanam ciuitatem quidam alij priuilegiati fori, qui competunt diuersis personis, quæ quotidie petunt remissionem ad suos Iudices, si conueniatur coram extraneis. Est enim tribunal, & forus Curiæ Admiratiæ, quæ habet iurisdictionem super nautas, & viuentes de arte maris, & super suos officiales, cum clausula abdicatiua. De qua agit Franchis *dec. 142. & decis. 417. & decis.* 722. & ibi additiones Marinus Frecia *de subfeudis, lib. 1. titul. de officio Admirati maris, ex num.* 1. Fabius de Anna *cons. 107. lib.* 2. Regens Fuluius Constantius *in leg. vnica, nu. 72. & 73. C. de classis, lib.* 11. Regens Tapia *iuris Neapolit. libr. 2. rubr. 31. de officio magni Admirati in adnotationibus, ex nu.* 2. Mastrillus *decis. 147. ex nu.* 15. Galluppus *in praxi Sac. Reg. Consil par. 2. cap. 6. num.* 71. Nouarius *in praxi, sect. 2. q. 43. ex nu. 9.* à quo tribunali, velut à cæteris, appellatur ad Sac. Cons.

689 Est item Curia artis serici, habens iurisdictionem in eos, qui sub matricula contenti eam exercent, & habet suos Consules, coram quibus conueniuntur artifices, & cæteri, ciuiliter, & criminaliter, habetq; carcerem separatum; eius mentio fit *in pragmat. 15. de offic. Procur. Cæsar.* notat Franchis *dec.* 175. Riccius *collect.* 94. Nouarius *in praxi, sect. 2. d. q. 43. nu.* 8.

690 Est item Curia artis lanæ, quæ habet suos Consules, & iurisdictionem ciuilem, & criminalem in matriculatos eam artem exercentes, & in officiales curię inseruientes, vt refert, & testatur Franchis *dec. 481. & dec. 679.* & Addentes ad eas, Nouarius *d. q. 43. nu.* 7. Galluppus *in praxi p. 2. c. 6. nu.* 68.

691 Est item Curia Siclæ, ad quam pertinet examinare pondera, & mensuras, & inquirere de falsis ponderibus, & mensuris, referente Follerio *in constit. statuimus, n. 114. & 115. de offic. Magistr. iustitiar.* Marc. Anton. Surgens *de Neapoli illustrata, lib. 1. cap. 7. per totum,* & Nouario *in d. q. 43. num.* 12.

692 Est item tribunal Baliuæ, de cuius officio, antiquitate, & Ministris agit Surgens *de Neapol. illustrat. lib. 1. c. 10. ex num.* 14.

693 Est item forus priuilegiatus Doctorum Neapolitanorum ordinariorum Iuristarum, & Medicorum, qui debent conueniri coram Cancellario collegij doctorum, & ad eum remitti, meminit Franchis *decis. 234. & dec.* 544. Afflictis *dec.* 41.

994 Est item tribunal consulum nationis Raguseorum, gentis vltra Adriaticum, ex Prouincia Epiri, seu Albanię, ni malè mihi relatum est, aut potiùs Dalmatiæ, vt est verum, qui habent ex priuilegio, vt cognoscant de causis hominum suæ nationis, & ad eos debeant remitti, vt vidi ex facto fieri in Sac. Cons. me interueniente, in causa cuiusdam Ragusei, meminit Franch. *dec.* 343. & Galluppus *in praxi, p. 2. c. 6. d. n.* 68.

695 Est item Curia Meretricum, nam vtilis Dominus gabellæ Meretricum habet iurisdictionem in Meretrices, & Lenones, vt notat Franchis *dec.* 68. & Capycius *dec.* 44. vbi sentit Meretricem nuptam accusatam de adulterio in Mag. Cur. Vic. non esse remittendam ad Iudicem Meretricum. Et tot sunt tribunalia in hac amplissima, & multitudine ciuium refertissima ciuitate, vt multo tempore sit opus ad eorum loca dignoscenda, simplicemque eorum notitiam habendam: relationem eorum longam habes apud Io. Dominicum Tassonum post hæc scripta editum *in pragmat. de antefato, versic. 3. obseruat.* 3. vbi enumerat triginta nouem tribunalia. Hæc autem omnia tribunalia videntur originem habuisse ex decisione, *leg. periniquum, vltima, Cod. de iurisdiction. omn. iudic.* & ibi traditis à Doctoribus, notat Riccius *collectan.* 94. & Galluppus *in praxi, part. secunda cap. sexto, num.* 68.

696 Et tandem forus Baronum, qui iure antiquo erant conueniendi coram paribus curiæ ciuiliter, & criminaliter, *vt in constitut. vt vniuersis, de seruand. indemnitat. Comitibus, lib. 1. rubr.* 45. & ad eam notat, Isernia, Afflict. *& in cap. Reg. item statuimus, quod si Comites,* 113. vbi Sebastian. de Neapol. & Io. Ant. de Nigris, tradunt, & attento iure communi feudorum obseruat Chassenæus *in catalog. glor. mundi, 5. part. consid.* 43. Hodie sortiuntur forum Principis, & eius superiorum Magistratuum, videlicèt, Magn. Cur. Vic. & Sacr. Consil. *ex ritu* 46. vbi notat Carauita *num.* 16. & Ponte *de potestat. Proreg. tit. 7. §. 7. num.* 4.

num. 4. Capiblancus *in pragmat.* 8.2. *par.ex num.* 262. *de Baronibus*, vbi significat Barones esse curiales, ac proinde gaudere priuilegio Curialium, de quo diximus supra sectiōn. 7. num. 589. cum sequentibus, nos tetigimus aliqua ad hanc rem pertinentia supra nu. 560.

967 Dùm verò idem Capiblancus *in pragmat.* 12. *num.* 1. *& seqq. eodem titulo de Baronibus*, & Galluppus *in praxi Sac. Reg. consil. part.* 2. *c.* 6. *n.* 63. conantur ostendere, Barones omnes esse ciues Neapolitanos, & gaudere priuilegio fori ciuium Neapolitanorum nullum adducunt pro se argumentum, non textum, non doctorem, quibus niti possint, & ex capite loquuntur. Quamuis enim verum sit, Barones esse ciues locorum suæ Baroniæ, & posse gaudere commoditatibus, quibus gaudent cęteri ciues, vt planè colligitur ex dictis à nobis supra ampliatione tertia num. 656. notauitque collega noster Scipio Rouitus *in dicta pragmat.* 12. *num.* 3. *&* 4. & idem Capiblancus in eam rem ibidem nonnulla congessit: non tamen ideò Barones, quia Barones sint, ciues Neapolitani sunt censendi.

SVMMA SECTIONIS
Nonæ.

698 *Fiscus gaudet foro priuilegiato, vt siuè actor sit, siuè reus, causas fiscales trahat ad proprios Iudices, & à nemine trahatur.*

699 *Quid seruetur de iure Castellæ, & quænam, & quot sint tribunalia fiscalia in Regno Castellæ.*

700 *Quid seruetur de iure Neapolitano.*

701 *Causæ fiscales censendæ sunt, quæ quocunq; modo pertinent ad Principis patrimonium.*

Patrimonium Principis duplex.

Administratio patrimonij iure antiquo ad quos pertinuerit. Officium Procuratoris Cæsaris, Quæstorum, Rationalium, Prætoris fiscalis, Comitis rerum priuatarum, & Comitis sacri patrimonij.

702 *Fiscus non potest prorogare iurisdictionem Iudicum extraneorum.*

703 *Cùm vertitur interesse fisci, tanquam authoris laudati, vel aliàs, causam vertentem inter quoscumque, etiam cæptam, trahit ad suos Indices.*

Ius Neapolitanum de hac re, & praxis Regni Castellæ.

704 *Iure Neapolitano fiscus ob interesse futurum causam trahit ad suos Indices.*

705 *Cùm interesse fisci non est certum, neque formatum, ex praxi Regni Neapolitani, causa non remittitur ad Indices fiscales, sed remanet apud Sacrum Consilium, data facultate Aduocato fiscali, assistendi in eodem Sacro Consilio.*

706 *Fiscus trahit ad suos Indices causas eorum, contra quos ex suo priuilegio potest dirigere actiones suas.*

707 *Indices fiscales inter priuatos cognoscunt, cùm inter eos agitur de ijs, quæ à fisco dependent.*

708 *Habens causam à fisco conuenit, et conuenitur, apud Indices fiscales.*

709 *Cùm cessio fit à fisco ex causa necessaria, cessionarius consequitur priuilegium fori, non si fiat ex causa voluntaria.*

710 *Causam habentes à fisco participant forum fisci ex voluntate, non ex necessitate.*

711 *Ratione fisci, multæ personæ participant forum priuilegiatum eiusdem, vbi de Officialibus Regiæ Cameræ.*

712 *Fiscus succedens in bonis non tenetur stare instantiæ captæ coram Iudicibus extraneis.*

Thomæ Carleualij de Iudicijs.

713 *In fiscum hæredem institutum transit instantia cępta contra defunctum.*

714 *Cùm fiscus succedit priuato post latam sententiam, instantiam appellationis prosequitur coram eodem Iudice, Salyceti sententia, & examinatur.*

715 *In locis in quibus abest procurator, Cæsaris, & tribunalia fiscalia. de causis fiscalibus cognoscit Iudex ordinarius, donec inhibeatur.*

SECTIO NONA,

De foro Fisci.

698 Nona conclusio. Fiscus gaudet foro priuilegiato, vt siuè actor agat aduersus priuatum, siuè reus à quocunq; priuato conueniatur, causas fiscales trahat ad proprios Iudices fiscales, & à nemine quantumuis priuilegiato trahatur ad extraneos. Probat de iure communi textus *in l.* 2. *C. si aduersus fiscum, l.* 2. *l. ad fiscum,* 5. *& per totum, C. vbi causæ fiscales*, vbi Doctores, *l. cum eorum,* 5. vbi tradit Baldus *num.* 7. *C. de sent. & interloquut. omn. iud. l. si minori,* 3. vbi Iacobus Rebuffus *nu.* 1. *C. de iure fisci, lib.* 10. *l.* 1. *C. de fide instrum. & iur. hastat. fiscal. eodem libro*, notant etiam communiter Doctores *in l. si constante,* 24. *§. final. ff. solut. matrim.* vt retuli supra quæstione quinta num. 314. idem Baldus *in l.* 1. *numer.* 19. *Cod. de hæred. vel act. vend.* Paulus Castrensis *in l. si in te, vltima, num.* 4. *versic. vndecimò*, Salycetus ibi, *num.* 13. *C. de priuileg. fisc.* Menesius Padilla *in l. si manifestè,* 7. *numer.* 4. *C. de seru. & aqu.* Mart. Laudens. *de fisco, q.* 222. Franc. Lucan. *tract. de fisco.* 1. *part. num.* 24. Barth. Socin. *regul.* 15. *fallent.* 3. *alias liter. A. reg.* 10. Gail *obseruation. practicar. lib.* 1. *obseruat.* 20. *num.* 1. *&* 2. Bossius *tractat. variarum, tit. de fisco, & priuileg. eius, nu.* 43. Chassenæus *in catalogo gloriæ mundi,* 7. *part. considerat.* 15. Didacus Perez *in l.* 6. *titul.* 4. *lib.* 2. *ordinamenti, glossa secunda*, Claperius *in centur. causar. caus.* 53. Lancellottus Conradus *in templo omn. iudic. lib.* 1. *cap.* 8. Farinacius *in fragment. crim. lit. E. ex nu.* 180. Peregrinus *de iure fisci, lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 1. 2. *&* 3. Alfaro *de officio Fiscalis, gl.* 16. *ex nu.* 21. *gl.* 18. *nu.* 7. *&* 8. *& gl.* 34. *nu.* 208. *&* 209. *cum seq.* quo iure attento erat Iudex proprius fisci Procurator Cæsaris, vt constat ex legibus allegatis, & traditis à prædictis Doctoribus.

999 De iure Regni Castellæ causæ fiscales tractantur in consilio Regij patrimonij, quod institutum est à felicis memoriæ Rege nostro Philippo II. antiquis computatoribus maioribus, de quibus *in l.* 1. *titul.* 1. *lib.* 9. *recopil.* agitur, abolitis, & ad illud consilium reductis; de cuius iurisdictione, & officio factæ sunt nouæ leges, & constitutiones. Et quemadmodum Regium patrimonium Hispaniarum nouissimis temporibus supra modum auctum, amplificatumq; est, vltra diuitias cuiusuis alterius Regis ex nobis notis, ita eius consilij amplissima est iurisdictio, vt constat *ex l.* 4. *dicto titul.* 1. *& l.* 1. *&* 2. *tit.* 2. *lib.* 9. *recopilat.* continet autem in se tria diuersa suprema tribunalia. Primum est, in quo resident Præses consilij cum Rationalibus, seù computatoribus maioribus rei dominicæ, qui administrationi Regij patrimonij incumbunt, ad quos pertinet locatio Regiorum redditutum, exactio omnium debitorum fiscalium, & patrimonialium, solutio omnium regiarum obligationum, expensæ regiæ, tàm publicæ, quàm priuatæ, & totius regij patrimonij gubernatio, dispositio, & distributio. Secundum est, in quo resident quatuor, vel quinque Auditores togati, quos vocant Computorum, æquales per om-

nia Auditoribus cęteris Cancellariarum, ut statuitur *in l. 3. tit. 1. lib. 9. recopilation.* qui habent priuatiuam iurisdictionem inter fiscum, & priuatos, aut inter priuatos de causis à iuribus fiscalibus ortis, tam ciuiliter, quàm criminaliter, *l. 1. c. 3. 4. 5. & seqq. iuncta leg. 2. c. 25. & 26. & 27. titul. 2. lib. 9. recopilat.* quibus tribunalibus assistit unus ex fiscalibus regij supremi consilij, ut statuitur *in l. 7. tit. 1. lib. 9. recopil.* Censendum autem est, quòad causas ad eius iurisdictionem pertinentes, tàm primum, quàm secundum tribunal, habere ordinariam iurisdictionem, ut statuitur *in d. leg. 1. capitul. 3. titul. 2. libr. 9. recopilation.* Tertium tribunal est, in quo resident computatores maiores rationum, seu Rationales maiores computorum de quorum officio agitur *tit. 5. d. libr. 9. recopil. lat.* qui præsunt omnibus computis, & ratiocinijs eorum, qui quocunque modo administrarunt regium patrimonium, aut eius redditus exegerunt, aut apud quos fuit aliquid pertinens ad ipsum. His subest numerosus grex Rationalium minorum, Resultarum vocant, & aliorum, quos uocant *Entretenidos*, omnes pennati homines, inter quos esse solebat perniciosissimum quodam genus sciolorum, qui ignorantissimi cùm essent, & ex omni parte cæci, se tamen existimabat oculatissimos, ad quos cùm solum pertineat calculatio Arithmetica, nempe idas calorum officium, tamen conniuentibus superioribus, nescio quam bona conscientia, excòputationè ita sibi ex toto usurparunt, vt procedant ad diiudicandum, quid sit bene, uel male expēsū, quid fit, vel non fit accepto ferēdum, & in quam rationem, quasi cęco discernendorū colorum munus deferretur. Istis committitur excomputatio variarum rationum regij patrimonij, & membrorum eius, qui ne uideātur cibū gratis accipere, & telluris inutile pondus, quod sunt, tùm vt se reddant maioribus eius generis officijs dignores, omnes rationes implent difficultatibus, & ambiguitatibus, quas non habent, & inextricabiles reddunt, vt nunquam finiantur, sed in ęternum protrahantur ad heredes computantium, & computatorum, ne desit officium uitæ, sed uita potius officio, ut solent interdum ob eandem rationem milites bella protrahere, & aduocati lites. Quod malum nostris temporibus zelo, & diligentia excellentissimi Domini D. Gasparis de Guzman Comitis Oliuarensium, & beneficio Phillippi IV. Domini nostri Hispaniarum Regis ex parte leuatū est, facta multorum istorum impedientium rationes, & eas obscurantium reformatione, cum multa bonorum gratulatione officialiumque vtilium, & rectorum commodo, & gratia; nisi quòd timeri potest (tanta est istorum se Principibus insinuantium improbitas) ne ex quolibet vno reformato resurgant, vt Hydræ capita, alij septem fortassis ètiam nequiores, vt mali spiritus apud Matth. *c. 12.*

700 Iure autem Neapolitano causę fiscales pertinent ad iurisdictionem Magni Camerarij, & Rationales ipsi subordinatos, *vt in constitut. officiorum, & constit. Magistris, de offic. Magistri Camerarij.* Iure nouissimo ad tribunal Regiæ Cameræ Summariæ, & Locumtenentem eius, & Præsidentes, tùm iuristas, tùm idiotas, qui subrogati sunt in locum Magni Camerarij: quibus subsunt rationales, rationibus Regij patrimonij excomputandis præpositi, vt constat ex iure nouissimo pragmaticarum, *toto titulo, de offic. Procurat. Cæsar.* præsertim *ex pragmat. 13. & 14. & ex pragmat. 62. & 63.* annis 1584. & 1585. factis à Duce Ossunensi, in quo tribunali deciduntur lites tangentes interesse fisci, cum assistentia Aduocati fiscalis Regij. Et quoties in lite vertente in Sac. Reg. Consil. dubitatur incidenter, an res sit feudalis, vel non sit, articulus incidens remittitur à Sacr. Reg. Consil. ad Reg. Camer. Summ. tanquam ad Iudicem competentem, ob interesse certum fisci propter successionem, & deuolutionem ob lineam finitam, solutionem adhoæ, & releuij, iuxta *d. pragmat. 13. §. item cum de iure, & pragmat. 14. vers. e perche nelle inuestiture, & pragm. 63. c. 3.* ad quam eo casu solùm pertinet, articulum incidentem decidere, videlicet, an res sit, vel non sit feudalis, & statim processum remittere ad Sacr. Consil. vbi causa integrè definitur, & litigantibus iustitia administratur, notat Rouitus *in pragmat. 38. §. & similiter de diffinitiuis sententijs, numer. 2. de offic. Procurat. Cæsar.* Galluppus *in praxi Sacri Regij Consilij Neapolitani, 2. par. cap. 6. n. 75.* Et me referente sic factum est in causa Iosephi de Linates, cum Francisco, & Pyrrho Scaglionibus, Actuario Carbone. In qua cùm remissum esset ad Cameram decidendus articulus incidens, an territorium quodam appellatum de Maraia esset, vel non esset feudale, Regia Camera non deciderat articulum remissum à Sacr. Consil. expresse, sed processerat ad diffinitiuam totius litis, incidenti non deciso, adiudicans per eam dictum territorium prædicto Iosepho, quod possidebant illi de Scaglione virtute exequutionis sententiæ Sac. Cōs. cùmque condemnati allegarent in Sac. Consil. prædictæ sententiæ nullitatem, habita senteni a pro nulla decretum est, processum iterum esse remittendum ad Regiam Cameram, quæ decideret expresse dumtaxat articulum incidentem remissum, quo deciso iterum processus ad Sacr. Consil. deferretur ad causam principalem decidendam. De huius tribunalis initio, progressu, iurisdictione, & officio, agunt Marinus Freccia *de subfeudis, lib. 1. tit. de offic. magni Camerarij*, Marcus Antonius Surgens *de Neapoli illustrata, libr. 1. cap. 26. ex numer. 23.* Scipio Rouitus collega noster *in rubric. & pragmat. prædicti titul. de offic. Procurat. Cæsar.* & vno verbo notauit Marcellus Cala *de modo articulandi, §. 1. gloss. 4. nu. 52.* Nouarius *in praxi, sect. 2. q. 15. nu. 2.* Galluppus *in praxi, par. 2. d. cap. 6. numer. 75.* Regens Tapia *libr. 2. iuris Neapolitani, rubr. 6. de offic. Procurat. Cæsar. per totam*, præsertim *num. 12. & 13.*

701 Amplia primò, vt causæ fiscales sint censendæ, quæ quocunque modo pertinent ad Principis patrimonium. Habet autem quicunq; Princeps superiorem non recognoscēs duplex patrimonium. Alterum est fiscale, & publicum, quod pertinet ad ipsum Principatum, Imperium scilicet, vel Regnum, vel alium Statum; alterum priuatum, quod pertinet ad Principem, vt est priuata quædam persona; quod probant *rubricæ titulorum, C. de offic. Comit. sacrar. largition. de offic. Comitis rerum priuat. de offic. Comitis sacri patrimon. de fundis patrimonial. libr. 11.* ad quas notauit Cuiacius, docuitq; Cynus *in rubr. num. 1. ff. de offic. Procurat. Cæsar.* Baldus *in l. 1. num. 24. C. de heredit. vel act. vendit.* Lucas de Penna *in l. quicunque, 7. nu. 2. cum seqq. C. de omni agro desert. lib. 11.* Io. de Platea *in rubr. Cod. de fund. patrimonial. eodem libr. 11.* Chassaneus *in catalogo glor. mund. 6. part. consider. 17.* Petrus Gregorius *in syntagmate iuris vniuersi, libr. 3. cap. 2. num. 8. & seqq.* Gregorius Lopez *in l. 1. tit. 17. par. 2. gloss. 4. & in l. 10. titul. 16. par. 6. gloss. 2.* qui licet distinguat triplex patrimonium, illud triplex reducitur ad istud duplex. Io. Garcia *de nobilitate, gloss. 3. §. 1. ex num. 19.* Peregrinus *de iure fisci, libr. 1. tit. 1. num. 6.* Alfaro *de offic. Fiscalis, gloss. 20. in initio, nu. 5. & gloss. 34. §. 1. nu. 7.* Petra *de potestate Principis, cap. 15. num. 36.* Franciscus Marcus *dec. 338. 1. p.* Riccius *collectan. 1161.* Quorum patrimoniorum administratio, & con-

& controuersiarum de eis ortarum cognitio, & definitio pertinuit ab initio ad diuersos Magistratus, quorum officium succedente tempore passum est diuersas mutationes. Adnotauit vbi supra Cuiacius, & Duarenus *ad titulū de officio Procuratoris Cæsaris*, Otoscius *in rubr. ex num. 4. ff. de offic. procurat. Cæsar.* & nos inferius tangemus disput. 7. num. 38. & desumitur ex Cassiodoro *lib. 6. variarum, capit. seu epistol. 6. 7. & 8.* meminit Caluinus *tractatione de Magistratibus Romanis ad finem lexici, verb. Prætor fiscalis, & verb. Procurator Cæsaris; & verb. Quæstores ærarij*, Alciatus *lib. de Magistratib. ciuilibusque, & militaribus officijs, num. 17.* Nam patrimonium publicum, & fiscale administrabant primum Quæstores ærarij, aut Rationales, seu Prætor fiscalis, post Imperatorum tempore, Procurator fisci, aut Procurator Cæsaris, qui inter fiscum, & Priuatos ius dicebat, *l. 1. & seqq. C. vbi causæ fiscales, l. 2. & 3. C. si aduersus fiscum, l. si manifestè, 7.* vbi notat Menesius *num. 4. C. de seruit. & aqua*, Cynus *in d. rubr. num. 1. ff. de offic. Procurat.* Duarenus *vbi supra, & ad titul. de iudicijs, sub §. de foro competenti, pag. 2.* Chassenæus *in consuetudines Burgundiæ, rubr. 2. de confiscationi, ex num. 1. & in catalogo gloriæ mundi, 7. par. consider. 15.* Afflictis *in constitution. lib. 1. rubr. 58. de offic. Magistri Camerarij*, Carauita *ritu 17. ex num. 5.* Regens Carolus Tapia *lib. 2. Iuris Neapolit. rubr. 6. ex numer. 1.* Fenestella *de Magistratibus Romanorum, cap. 16.* & Pomponius Letus *de Magistratibus Romanorum, cap. de Procuratore Cæsaris*, Cuiacius *obseruationum lib. 19. cap. 13.* & ferè omnes alij à nobis relati supra numero 698. Patrimonium autem priuatum administrabatur à Comite rerum priuatarum, & Comite sacri patrimonij. Hodie igitur omnia ad vscales Iudices pertinent indistinctè, siue de patrimonio publico, & fiscali Principis, siue de priuato agatur: nam omnes causæ, quę quomodolibet tangunt patrimonium vtrumque, fiscales sunt, & in eis practicatur prædicta noua conclusio; vt in specie notauit Alfarus *de offic. Fiscal. gl. 9. n. 3. & 4. & gloss. 20. n. 5. & 6.* Dicuntur autem causę fiscales ad effectum gaudendi huius fori priuilegio, non cùm quæritur de crimine, sed de bonis fisco applicandis, vel ex causa criminis commissi sententia lata iam super crimine, & in iudicatum transacta, vel alia quauis ratione: nam de crimine ad pœnam irrogandam Præses cognoscit, *l. 1. & 2. C. vbi causæ fiscal. l. 2. C. si aduersus fiscū, l. non valet, 4. C. ad l. Flauiam de plagiar.* adnotauit ex professo, & optimè Iaso *conf. 100. volum. 1.* & Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. dicto tit. 1. num. 2.* Cuiacius *obseruat. lib. 19. cap. 13.*

702 Amplia secundò, vt fiscus non possit prorogare iurisdictionem Iudicum extraneorum, neque consentire, vt causa ipsum tangentes definiant. Ita sentit Baldus *in l. cùm eorum, 5. num. 7. C. de sentent. & interloqut. omn. iud.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. dicto tit. 1. num. 6.* Farinacius *in fragment. crimin. liter. F. nu. 181. in fin.* Nouarius *in praxi, sect. 2. q. 15. num. 3.* quod ex eo prouenit, quòd habet Iudices speciales cum iurisdictione abdicatiua, seu priuatiua, vt dicebamus supra n. 649. & 676.

703 Amplia tertiò, vt non solùm cùm fiscus est actor, & reus, sed etiam cùm vertitur eius interesse certum, & liti assistit tanquam auctor laudatus, vel aliàs, causam vertentem inter quosuis, etiam cæptam, & eius processum trahat ad suos Iudices, & auocet ab ordinarijs Iudicibus sæcularibus. Probat hanc ampliationem textus *in l. si minori, 3.* vbi Io. de Platea *num. 4.* Iacob. Rebuffus *nu. 1. in fin. C. de iure fisci, lib. 10.* Socinus *conf. 46. nu. 1. vol. 4.* Paulus de Castro *in l. venditor, 49. num. 3.* Cagnolus *nu.* ... *Thomæ Carleualij de Iudicijs.*

16. & plures relati à Barbosa ibi, *num. 140.* quam videtur approbasse *num. 149. ff. de iudicijs*, Duarenus *ad titul. de iudicijs, §. de foro competenti, in fin.* Capycius *decis. 197. num. 4. & 5.* Caualcanus *decis. 8. lib. 1.* inclinat Franchis *decis. 117. n. 2.* sentit Euerardus *in locis legalibus loco 61. à fisco ad Ecclesiam, n. 3. & 10.* Ancharanus *in cap. ea quæ, 26. nu. 2. q. 17. vers. item pro hoc, de reg. iur. in sexto*, Decius *conf. 700. numer. 8.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. dicto tit. 1. nu. 9.* Farinacius *in fragment. criminal. liter. F. num. 183.* Io. Vincentius de Anna *allegat. 121. lib. 2.* Cancer *variarum resolutionum par. 2. cap. 16. num. 44.* Alfaro *de offic. Fiscal. gloss. 16. num. 23.* & non dissentit Couarruuia *in practic. cap. 8. num. 3.* tametsi censeatur contrarius; non enim firmat contrariam sententiam, sed resoluit regulariter seruari contrarium, & in fisco hoc procedere ex speciali priuilegio, relato in eandem rem Socino, & Burgensi. Et quidquid sit attento iure communi, de quo diximus superius sectione præcedenti nū. 670. & 671. in Regno Neapolitano, ampliatio ista est expresè stabilita *in dicta pragmat. 62. c. 7. & in pragmat. 13. & 14. & in dicta pragmat. 63. cap. 3.* vbi notat Ronitus *numer. 1. de offic. Procurator. Cæsar.* Et in Regno Castellæ est praxi receptum, vt omnes lites, in quibus interuenire debet Fiscalis regij patrimonij, remittatur ad regij patrimonij Iudices & ab eis aduocentur à cæteris quibusq; tribunalibus; & memini sæpissimè dum essem delegatus in Curia regia consilij regij patrimonij in causis decoctorum fisci debitorum, & ali s eiuscemodi, quoties interesse quodcunque fisci vertebatur, expedisse me mandata inhibitoria quibuscunque tabellionibus, & hortatorias directas ad quosuis Iudices, à quibus petebam, vt causas ad me remitterent, qui semper obsequebantur; & si quandoq; contentio orta fit, de lata re ad supremos Iudices competentiarum, semper obtinui, vt causæ ad me remitterētur, & cùm ex regia delegatione commissa fuisset mihi anno 1611. & duobus sequentibus, venditio bonorum confiscatorum villæ vocatæ, *Hornachos*, quæ quondam fuerant Moriscorum ab ea expulsorum, vendidi totum villæ territorium, cum omnibus ferè prædijs, tàm rusticis, quàm vrbanis, & in omnibus venditionum instrumentis obligabam regium patrimonium ob euictionem cuiuslibet prædij venditi, cùm expressa clausula, quod quoties immineret, aut timeretur euictio, Fiscalis regij patrimonij causam esset suscepturus, & expensis fisci apud fiscales Iudices defensurus, donec possessor securus maneret, & omni cōtrouersia liberatus. Tametsi verò Thesaurus *dec. 213.* contrarium asserat decisum, loquitur attētis legibus, & consuetudine Pedemontium, vbi prius nullum erat speciale tribunal causarum fiscalium, post tamen testatur esse erectum, statutamq; illi certam formam procedendi, & iudicandi.

704 Subamplia prędictam tertiam ampliationem de iure eiusdem Regni Neapolitani, vt non solùm cùm Fiscus assistit causæ ob interesse præteritum vel præsens, sed etiam cùm assistit ob interesse futurum, & quod ipsi possit aduenire præcisè, & infallibiliter, possit causam trahere ad suos Iudices, & ad eos sit remittenda, vt statuitur *in d. pragmat. 13. §. item cùm de iure, et in pragm. 14. & in pragmat. 63. cap. 3. de offic. Procur. Cæsar.* Quod etiam ex eadem ratione crederem seruandum iuxta ius commune.

705 Limita tamen subampliationem ex vsu eiusdem Regni Neapolitani, vt cùm Fiscus in causa nō habet interesse formatum præsens, de quo claré, & in promptu constet, sed dubitatur, vtrum ex lite inter partes possit

oriri aliquod commodum, vel damnum fisci futurum, tunc causa non sit remittenda ad Iudices fiscales, seù Regiam Cameram; sed manere debet apud Sacrum Consilium, iuxta dict. in pragmat. 62. c. 10. & 13. de offic. Procurat. Cæsar. data tamen facultatem Aduocato regij patrimonij assistendi causæ in eodem Sacro Consilio, vt docet Franchis decis. 117. & decisum ab eodem Sacro Consilio in causa Monasterij sanctorum Petri, & Sebastiani, cum Marchione Laini Actuario Sarro, se patrocinante, & confirmatum in collaterali, testatur Rouitus in pragmat. 13. num. 2. de offic. Procurator. Cæsar. similiterque decisum in collaterali Consilio, in quadam causa inter hæredes Victoriæ Pudericæ, cum Dominico Spinola, & Regio fisco illius creditore, referente nunc Regente meritissimo Didaco Lopez Suarez die 22. Ianuarij anni 1605. refert idem Scipio Rouitus in pragmat. 63. numero 2. de offic. Procurat. Cæsar. & ex ipso Nouarius in dicta sua praxi, sect. 2. q. 15. n. 3. & ad pragmat. Regn. Neapolit. collect. 165. n. 2. & coll. 167. n. 1. Idemq; ex eadē æquitate, & ne daretur occasio fraudādi, & remittēdi plurimas causas ad Iudices fiscales, censerem vbique seruandum iuxta leg. 2. 3. & 4. Cod. ne fiscus, vel respublica, & tradita a Peregrino de iure fisci lib. 4. tit. 6. num. 43. & seqq. vsque ad 47. Quæ praxis confirmatur ex textu in l. defensionis facultas, 7. iuncta Glossa ibi verbo, cognitio C. de iure fisci, lib. 10. & doctrina Angeli per textum ibi. in auth. nunc si hæres, C. de litigiosis, vbi docet posse liti assistere eum, cuius interest ne inter litigantes colludatur.

706 Amplia quartò, vt fiscus trahat ad suos Iudices causas eorum, contra quos ex suo priuilegio, vel alia ratione potest dirigere actiones suas, veluti cum agit aduersus debitores debitorum suorum, l. si debitum, l. non prius, in quibus tamen limitatur etiam hæc ampliatio, Cod. quando fiscus, vel priuatus, l. 1. C. de condiction. ex lege, l. quoniam Augerio, 3. C. de conuenendis fisci debitor. lib. 10. Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 7. n. 28. & lib. 7. tit. 1. n. 10. Farinacius in fragm. criminal. lit. F. nu. 184. reiecta sententia Glossa in l. 2. C. de primipilo, lib. 12.

707 Amplia quintò, vt Iudices fiscales etiam inter priuatos cognoscant, cùm priuatus cōuenit priuatū ex causa, quæ à fisco dependet, l. cum vendente, C. vbi caus. fiscal. l. si minori, C. de iure fisci, lib. 10. l. in fraudem, 45. §. qui pro alio, ff. de iure fisci, Bartolus in l. cum eorum, 5. num. 1. Angelus n. 2. Salycetus num. 3. Paulus num. 3. Fulgosius nu. 1. Matthesilanus nu. 9. Cod. de sentent. & interloquut. omn. iudic. & communiter Doctores in d. l. cum vendente, Capycius dec. 197. num. 2. cum seqq. Rodericus Suarez in l. 2. titul. de los emplazamientos, §. sed pone quæstionem, num. 23. Martin. Laudens. de Fisco, q. 222. Franc. Lucan. de Fisco, 1. par. nu. 24. Bossius tit. de Fisco, & priuileg. eius, num. 43. Farinac. in fragm. crim. lit. F. num. 183. in fin. Caualcan. decis. 8. num. 8. & 18. lib. 1. Peregrin. de iure fisci, lib. 7. tit. 1. num. 3. Alfaro de offic. Fiscalis, gloss. 16. priuileg. 1. nu. 26. & gloss. 34. §. 1. num. 69. Barbosa in l. venditor, 49. ex num. 184. ff. de iudic. qui alios allegat, Patianus de probationibus, lib. 1. c. 26. ex nu. 45. cum seqq. & statuitur in l. 2. cap. 26. & 27. tit. 2. lib. 9. recopilat. Cuius limitationis eam rationem reddunt Patianus, & Barbosa vbi supra, quòd connexorum idem sit iudicium, & competens Iudex in vna causa principali est competens in connexis, & dependentibus ab ea, vt nos aduertimus supra nu. 176. & 204. & probat textus in l. si quis ex argentarijs, §. rationem, vbi notat Baldus ff. de edendo, & textus in clement. dispendiosam, de iudicijs, Afflictis decis. 285. ex numer. 20. Socinus cons. 244. num. 4. volum. 2. Paulus Castrensis in d. l. venditor, num. 4. Cagnolus nu. 22. ff. de iud. Verum est, ideò hanc rationem satis firmam nō esse, quoniam omnes Doctores præsupponunt hoc esse Fisci peculiare priuilegium, quo secluso aliud foret dicēdum, tamen hæc ratio fortasse fuit, cur Fisco hoc priuilegium fuerit concessum.

708 Amplia sexto, (quæ ampliatio superioribus colligitur) vt habens causam à Fisco conueniat, & conueniatur apud Iudices fiscales, veluti emptor, qui à Fisco emit, & eum ob euictionem obligauit; fideiussor, qui fisco soluit, & ex consequenti cessionem ab eo contra principalem debitorem obtinuit, vel sine cessione actiones fiscales consequutus est, & vniuersim omnis Fisci cessionarius ex necessitate, in quem etiam transit forum Fisci priuilegiatum. Ita sentiunt Baldus in d. l. cum eorum, 5. num. 7. Matthesilanus num. 8. C. de sentent. & interloquut. omn. iud. idem Baldus, Salycetus, Paulus, & Fulgosius in d. l. cum vendente, C. vbi causæ fiscales, Caualcanus decis. 8. ex num. 2. Socinus cons. 46. num. 1. vol. 4. Martinus Laudensis de Fisco, q. 192. & q. 223. Franciscus Lucanus de Fisco, 1. par. num. 31. Tiraquellus de retract. lignag. §. 26. gl. 3. num. 28. Gratianus disceptat. forens. tom. 1. c. 56. num. 12. & 13. & cap. 154. ex num. 21. Peregrinus de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. num. 41. & lib. 7. tit. 1. num. 4. & 5. & 8. tit. 3. nu. 34. Farinacius in fragmen. crimin. liter. F. num. 182. & 186. Alfaro de offic. Fiscal. glos. 16. priuileg. 36. num. 147. & 148. & glos. 18. nu. 8. & glos. 34. num. 69. Scipio Rouitus in pragmat. 63. num. 3. & 5. de offic. Procurator. Cæsar. Barbosa in l. post dotem, 41. num. 56. & 59. ff. solut. matrimon. & in d. l. venditor, 49. num. 183. ff. de iud. Nouarius in praxi, sect. 2. q. 15. num. 4. & 5. Probatur ex textu in l. vltima, Cod. de priuil. Fisci, vbi Bartolus, & Doctores, & ex textu in d. l. cum vendente. C. vbi causæ fiscales, & in l. si minori, 3. C. de iure Fisci, lib. 10. & in l. vltima, C. si aduersus Fiscum, vbi notat Paulus Castrensis num. 4. & textu in l. in fraudem, 45. §. qui pro alio, ff. de iure Fisci.

709 Limita primò prædictam sextam ampliationem, vt procedat, cum cessio fit à Fisco ex causa necessaria; tunc enim cessionarius consequitur priuilegium fori; secus si cessio fieret ex causa voluntaria. Ita docuit Baldus in d. l. cum eorum, 5. dicto, num. 7. Salycetus num. 4. C. de sentent. & interloquut. omn. iudic. Peregrinus de iure Fisci, lib. 7. tit. 1. num. 8. Villar in sylua responsorum responso 16. cap. 3. num. 40. Ratio esse potest, quia non debet esse in voluntate libera ministrorum fiscalium communicare, cui voluerint, forum fisci, & auocare causas à Iudicibus ordinarijs, iuxta l. 2. cum sequentibus, & totum titulum, C. ne Fiscus, vel Republica; quare cum cedunt voluntariè, & necessitate seclusa non transit forum Fisci in cessionatium.

710 Limita secundò, vt emptor, & cessionarius Fisci, & vniuersim ab eo causam habentes, participent forum Fisci priuilegiatum ex voluntate, nō ex necessitate; idest, vt possint quidem volentes declinare ordinariam iurisdictionem, & petere se remitti ad Iudices fiscales: verum si velint, possint etiam agere, aut pati, conueniri se coram ordinarijs; vt probat textus in d. l. cum vendente, 4. ibi, si eius audientiam elegeris, notat Socinus cons. 46. num. 1. vol. 4. Peregrinus de iure fisci, lib. 7. d. tit. 1. num. 4. Farinacius in fragm. crim. lit. F. num. 182. in fin.

711 Amplia septimò, vt ratione Fisci, quædam etiam personæ participent forum priuilegiatum eiusdem, veluti officiales Fisci, & in Regn. Neapol. officiales Regiæ Cameræ Summariæ. Probat textus in l. nullum, & in l. cùm aliquid, C. vbi causæ fiscales, cum quibus conuenit de iure Neapolitano c. 54. ex capitulis Regis catholici expeditis Segouiæ anno 1505. fol. 46. & ex expeditis Neapoli anno

anno 1507. ab eodem Rege catholico *cap. 11. fol. 63.* tametsi ibi denegetur illis priuilegium trahendi reos cũ aduersus ipsos iudicio contendunt ad forũ fiscale, cuius meminit Franchis *decis.* 407. *nu.* 5. Adnectus quod priuilegiũ officialium non potuit Ciuitas per suas supplicationes obtinere, vt notaui supra nu. 590. Hoc antem tantisper videtur immutatum *per prag.* 14. *de offic. Procur. Cæsar.* Officialibus autem Regiæ Cameræ competere Fisci priuilegium in Regno, docuit Afflictis *in constit. Castellanorum, nu.* 1. *de offic. Castellanor.* & Regens Carollus Tapia *lib.* 2. *Iur. Neapol. rubr.* 6. *nu.* 11. *de offic. Procur. Cæsar.* & vidi in Sac. Consil. me interueniente causam officialis cuiusdam Regiæ Cameræ remissam esse ad ipsam Regiam Cameram, ex ordine facto ab Excellentissimo Prorege. Item Coloni, & conductores fiscales conueniuntur apud fiscales Iudices, *l. si quis,* 6. *l. dominicis,* 7. *d. l. cum aliquid,* 8. *l. vltima, C. vbi causæ fiscales.* & istis locis notant Doctores, Peregrinus *de iure fisci, libr.* 7. *titul.* 1. *num.* 13.

712 Amplia octauò, vt Fiscus succedens in bonis; non teneatur stare instantiæ cæptæ cora Iudicibus extraneis, sed de nouo litem instauret coram suis. Tradunt Doctores per textum ibi, *in l. si constante,* 25. *§. fin. ff. solut. matrimon.* quos retuli supra quæst. 5. numer. 314. Baldus *in l.* 1. *num.* 19. *Cod. de heredit. vel action. vend.* Angelus *in leg. cùm quedam puella,* 19. *in princip. num.* 3. *vers. vltimò concl*u*de. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Salycetus *in l.* 1. *num.* 2. *C. si pendente appellation. mors interuen. & in l. si in te,* 7. *num.* 14. Paulus ibi *num.* 4. *versic. duodecimò, C. de priuileg. Fisci.* Bossius *tit. de Fisco, & priuilegijs eius, num.* 44. Peregrinus *de iure Fisci, lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 11. Martin. Laudensis *tract. de Fisco, q.* 91. Francisc. Lucanus *de Fisco,* 1. *par. n.* 40. *&* 70. Alfaro *de offic. Fiscalis, gloss.* 16. *nu.* 21. *&* 23. *&* 24. Ceuallos *in specul. practic. q.* 37. Rationem huius ampliationis reddidimus d. q. 5. nu. 316. & seqq.

713 Limita primò hanc ampliationem, vt non procedat in Fisco hærede instituto, nam in eum transit instantia cæpta contra defunctum, vt latius deduximus dicto num. 316. Tradit Ioannes Platea *in l. scire debet,* 1. *ante numer.* 1. *Cod. de bonis vacantibus, libr.* 10. Surdus *consil.* 222. *numer.* 18. *lib.* 2. qui multos refert, Scaccia *de appellation. q.* 7. *num.* 133. & indicauit Bossius *titul. de Fisco, num.* 46. vbi testatur de practica, & ad eum locũ Quintilianus Mandosius, Peregrinus *de iure fisci, lib.* 7. *dicto tit.* 1. *nu.* 11. Nouarius *in praxi electionis fori, sect.* 2. *q.* 15. *ex num.* 6. transcribens verba Peregrini, tametsi Bossius, Peregrinus, & Nouarius, tandem ab hac limitatione recedant, licèt immeritò, vt constat ex traditis à me d. n. 316. cum seqq.

714 Limita secundò prædictam octauam ampliationem, vt procedat cùm Fiscus succedit priuato durante prima instantia: nam si succedat post latam sententiam, tunc in instantiam appellationis prosequi debet coram eodẽ Iudice. Ita sentit Salycetus *in l.* 1. *num.* 2. *C. si pendete appellat. mors interuenerit,* quem sequuntur Franciscus Lucanus *de Fisco,* 1. *par. nu.* 70. Peregrino *de iure fisci lib.* 7. *dicto tit.* 1. *nu.* 12. & Nouarius *d. q.* 15. *num.* 7. Rationẽ disparitatis reddit Salycetus, quoniam perempta instantia in causa ante latam sententiam, potest denuò instaurari; si verò instantia pereat post latam sentetiam in causa appellationis perit causa, & ius partis, & amplius de ea tractari nõ potest. Ergo ne Fiscus hoc damnum incurrat tenebitur litem prosequi coram primo Iudice. Certe si discrimen illud ex quo colligit limitationem Salycetus, verum esset, non esset de illa dubitandum, & Salyceti doctrinã refert, & approbare videtur Franchis *decis.* 473. *nu.* 2. sed non probat ille verum esse discrimen, & in causa ciuili non video cur perempta instantia in gradu appellationis perimatur causa, curque hoc magis in secunda instantia contingat, quam in prima. Nisi dicamus sententiam latã confirmari, & emologari per empta instantia appellationis, quod videtur probare *l.* 24. *tit.* 23. *par.* 3. ob transcursum fatalium: quæ tamen in Fisco, qui restitutionis beneficio gaudet, locum non haberent; & quo argumento hoc in isto casu probetur non video, ac per consequens valdè dubito; imò eam falsam existimo. Nam quod Salycetus addit, nullam se legem reperire, quæ procuratorem Cęsaris faciat Iudicem competentem in gradu appellationis, leue fundamentum est, cum eædem rationes, & leges, quæ probant Procuratorẽ Cęsarijs esse Iudicem competentem in prima instantia, conuincant etiam esse Iudicem in gradu appellationis, vel saltem, quod eòdem recidit, Fiscum in gradu appellationis habitorum quoque proprios Iudices. quod planè comprobat vsus hodiernus tribunalium in omnibus Christiani, seu politici orbis Prouincijs.

715 Prædictam tamen nonnimeconclusionem principalem limitabis, vt in loco, in quo adest Procurator Cæsaris, & tribunalia parrimonijs Principum, quæ in eius locum successerunt, & subrogata sunt, debeat cognoscere de causis fiscalibus; verùm in illis locis, à quibus abest Procurator Cesaris, & prædicta tribunalia, de causis fiscalibus possit etiam cognoscere Præses Prouinciæ, seu Iudex ordinarius; donec fuerit inhibitus à Iudicibus fiscalibus superiorum tribunalium. Probat textus *in l.* 1. *C. de collatione fundorum fiscalium, lib.* 11. & ita sentit Glossa *in l. defensionis,* 7. *verb. cognitio, C. de iure fisci, libr.* 10. & Bartolus illam sequutus *in l. si vacantia,* 5. *numer.* 1. *C. de bonis vacantibus, eodem libro,* Decius *in cap. caterum, nu.* 57. *de iudicijs,* Orosciùs *in rubrica, num.* 3. *ff. de offic. Procurator. Cæsar.* Peregrinus *de iure fisci lib.* 7. *titul.* 1. *num.* 2. *versic. item intellige.* De iure Regni Castellæ probatur *in l.* 1. *§.* 6. *titul.* 2. *lib.* 9. *recopilation. & in l.* 2. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 11. *&* 12. *titul.* 7. *eodem lib.* 9. Tametsi melius facturum ordinarium si abstineat ab huiusmodi fiscalium causarum cognitione moneat Vlpianus *in leg. nec quicquam,* 9. *in fine principijs, ff. de offic. Proconsul. & Legat.* Hæc dicta sint de foro priuilegiato quæ non potuimus breuius colligere; Neapoli decimo sextò die Septembris anni 1627.

SVMMA QVÆSTIONIS
septimæ.

SVMMA SECTIONIS.
Prima.

716 *IN loco delicti sortitur forum delinquens, & ibi potest agi ex delicto aduersus ipsum criminaliter ad punitionem, & ciuiliter ad interesse, partis offensæ.*

Ius naturale postulat, ne delicta maneant impunita.

717 *Exemptus punitur in loco delicti, non obstante priuilegio exemptionis.*

Facilius tollitur, quod competit iure speciali, quàm quod competit iure communi.

Exemptus sortitur forum in loco rei sitæ, & in loco contractus non obstante priuilegio.

718 *Reus sortitur forum in loco quasi delicti.*

719 *Iudex locis delicti potest procedere aduersus reum, non solum via accusationis, & denunciationis, sed etiam via inquisitionis.*

720 *Reus sortitur forum, etiam vbi delictum continuatur.*

Fur

Fur punitur in quocunque loco, in quo apprehenditur cum re furtiua.

Furtum est contrectatio rei alienæ inuito Domino.

Fur qui fugit cum re furtiua, de vno loco ad alium, est vagabundus.

721 *Contrariam sententiam, qui sint amplexi.*

Ad constituendum sit ne fur manifestus, necne inspicitur tempus delicti.

722 *Ex assidua contrectatione rei furtiuæ, non nascitur noua actio furti.*

723 *Doctor non potest testificari de consuetudine, extra locum in quo degit.*

Aliud est agere de qualitate furti aliud de iurisdictione Iudicis competentis ad puniendum furem.

724 *Vna actio potest proponi coram diuersis Iudicibus.*

725 *Iudex loci transitus furis, non procedit via inquisitionis contra furem absentem, sed contra eum cum furtum apprehensum.*

726 *Diuersum est Iudicem esse competentem ad puniendum delictum, & debere, vel non debere remittere delinquentem.*

Furem etiam cum furto apprehensum, requisitus à Iudice loci, vbi factum est primo furtum, debet ad eum remittere.

727 *Delinquens sortitur forum apud diuersos Iudices, cum delictum committitur in diuersis locis.*

728 *Distinguuntur duo casus.*

729 *Cum delictum in vno loco inchoatur, in alio perficitur, Iudex vtriusque territorij est competens ad illud puniendũ.*

730 *Homicidio commisso ictu sagittæ ex vno territorio in aliud Iudex vtriusque territorij est competens ad illud puniendum.*

Delictum tangens plura loca, vnicuique attribuitur insolidum.

731 *Delinquens in confinio duorum Regnorum aut ciuitatum, potest puniri à Iudice vtriusque loci, ita tamen vt sit locus præuentioni.*

732 *Iudex competens ad puniendum mandatum, est Iudex loci, in quo delictum est consumatum.*

Ex mandato quis non tenetur, nisi ratione facti ex mandato sequuti.

733 *Contraria sententia verior Iudicem competentem ad puniendum mandatum esse Iudicem loci, tàm vbi factum est mandatum, quàm vbi sequutum est delictum.*

734 *Explicatur doctrina Bartoli in l. non solùm, §. si mandato, ff. de iniurijs.*

735 *Iudex domicilij, & originis, rei criminosi, potest cognoscere de delicto commisso extra suum territorium.*

Ex contractibus ad delicta rectè deducitur argumentum quòad effectum sortiendi forum.

736 *Iudex domicilij, & originis, est competens ad procedendum via accusationis contra reum, non via inquisitionis.*

737 *Via inquisitionis pertinet ad vindictam publicam, & oritur ex iniuria reipublicæ facta.*

738 *Iudex non tenetur inquisitionem facere de delictis extra suum territorium commissis à subditis.*

Regulariter in Iudice potestas cum necessitate coniuncta est.

739 *Contrariam sententiam, Iudicem originis, & domicilij, posse procedere aduersus subditum via inquisitionis, multi Doctores tuentur, & quibus fundamentis.*

740 *Resolutio huius difficultatis est maximè controuersa.*

741 *Conciliatio insignis viri doctoris Francisci Caldera in hoc articulo.*

Oppida, & Ciuitates vnius Regni, vel Reipublicæ, vnum corpus efficiunt.

Offensa facta in qualibet parte corporis, toti corpori facta censetur.

742 *Prædicta conciliatio non videtur tollere difficultatem huius articuli.*

743 *Resolutio ex noua Authoris consideratione, & num. 744.*

745 *Cum in loco originis, aut domicilij viget statutum, vt possit procedi via inquisitionis aduersus ciues, ob delicta patrata extra territorium, Iudex loci, domicilij, & originis, procedit via inquisitionis.*

Barones in Regno Neapolitano frequenter habent priuilegia cognoscendi de delictis subditorum extra territorium commissis, & sic procedunt aduersus vassallos via inquisitionis.

746 *Vagabundus ex delicto punitur, & accusatur, vbicunque reperitur.*

Qui fugit à patria ob delictum patratum, non amittit domicilium, neque censetur vagabundus.

747 *In loco delicti proceditur aduersus delinquentem præsentem, & absentem, & num. 748.*

749 *Aduersus reos præsentes vnus est ferè modus procedendi, tam de iure communi, quàm Regio Castellæ, & Neapolitano, & quis sit.*

750 *An reus sit relaxandus sub fideiussoribus, & traduntur in hac re duæ regulæ, vna affirmatiua, alia negatiua.*

751 *Damnatus pœna pecuniaria, aut alia non corporali, qui appellauit, potest relaxari sub fideiussoribus à Iudice a quo.*

Temporalis relegatio, seù exilium, quod Hispani vocant, non est pęna corporalis.

752 *Quomodo procedatur aduersus reos fugitiuos, & contumaces, de iure communi, & veteri iure Castellæ partitarum.*

753 *Quomodo procedatur aduersus absentes contumaces, de iure nouiori Regni Castellæ.*

754 *Quomodo procedatur aduersus contumaces, de iure, & praxi Regni Neapolitani.*

755 *De iure Saxonum, quomodo procedatur aduersus contumaces, remissiuè.*

756 *Iudex quantum in se est, procurare debet, vt delinquens conijciatur in vincula.*

757 *Iudex aduersus absentem à suo territorio commorantem in alieno, vtitur literis requisitorijs, hortatorijs, seù subsidiarij, missis ad Iudices vbi reus moratur.*

758 *Vsus literarum requisitoriarum admittitur inter Iudices, ad diuersos effectus.*

759 *An Iudex requisitus teneatur fidem adhibere quibuslibet literis requisitorijs ad eum missis, sine vlteriori causæ cognitione.*

760 *Iudicem debere obsequi requisitorijs, illisque fide habere, sine vlla causæ cognitione, sententia quorundam.*

Iudex requisitus habet vicem exequutoris.

761 *Non debere Iudicem requisitum exequutioni mandare decreta requirentis sine præuia aliquali causæ cognitione, sententia aliorum magis communis, & vsu recepta.*

762 *Distinguuntur multi casus.*

763 *Quenam sint crimina merè Ecclesiastica, difficilis questio; & sententia eorum, qui existimant, crimen merè Ecclesiasticum esse, quod capit prohiberi sola lege diuina supernaturali, aut est vetitum sola lege Pontificia, & reicitur.*

764 *Crimen mere Ecclesiasticum esse, vel ratione personæ vel rei in qua, vel loci in quo committitur, aut ratione, pęnæ, sententia aliorum, quæ tamen non est ad rem.*

765 *Crimina merè ecclesiastica esse, quæ solo iure canonico prohibentur, & improbantur.*

766 *Delicta merè ecclesiastica esse, quæ vel solo iure canonico prohibentur, vel de quibus laici Iudices cognoscere non possunt, sententia, quæ difficultatem non explicat.*

Crimen

767 Crimen merè ecclesiasticum esse, quod principaliter respicit potentiam, vel reuerentiam Dei, sententia aliorum, & improbatur.

768 Certum est, esse delictum mere ecclesiasticum, quod prohibetur sola lege canonica, & non ciuili.

769 Delictum merè ecclesiasticum est etiam illud, quod etiam si lege ciuili sit prohibitum, statutum est iure canonico esse crimen ecclesiasticum, vt crimen hæresis.

In causa hæresis non separatur quæstio facti, à questione iuris, & de quæstione facti in illa non cognoscit sæcularis.

Ratio ex Alphonso de Castro cur Iudex sæcularis non cognoscat, neque puniat de hæresi.

770 Illa esse crimina merè ecclesiastica, in quorum examine, & diffinitione innoluitur discernenda materia causarum merè ecclesiasticarum.

771 Cætera crimina, si dumtaxat prohibeantur iure ciuili, sunt merè sæcularia, & eorum punitio non pertinet ad Ecclesiasticos, nisi ratione personæ: si verò prohibeantur vtroque iure, sunt mixti fori, & ambo Iudices Ecclesiasticus, & secularis cognoscunt contra laicos, seruata præuentionis prærogatiua.

Quæ sint crimina mixti fori, remissiuè.

772 Iudex secularis requisitus pro exequutione sententiæ Ecclesiastici in causa merè ecclesiastica ciuili, vel criminali, debet impartiri brachium sine vlteriori causæ cognitione.

773 Cum Iudex Ecclesiasticus implorat brachium pro exequutione sententiæ contra Clericum degradatum, non potest sæcularis formare nouum processum.

Sæcularis fundat iurisdictionem in Clericum degradatum, per qualitatem degradationis.

774 Degradato clerico non se intromittit sæcularis in processu degradationis, secus in impositione pænæ.

775 Iudex sæcularis requisitus ab Ecclesiastico pro exequutione sententiæ latæ in crimine mixti fori, impartitur brachium eisdem diligentijs adhibitis, quibus vtitur ad impartiendum auxilium alteri sæculari.

776 Si Iudex sæcularis iustè requisitus deneget auxilium, poterit excommunicari.

777 Iudex sæcularis ab alio sæculari requisitus, non tenetur fidem adhibere literis hortatorijs asserentibus, quem esse delinquentem.

Sollemnitas requisita in literis hortatorijs in criminalibus,

In earum exequutione quid debeat Iudex animaduertere.

778 Iudex requisitus etiam si censeatur exequutor, habet cognitionem circa exequutionem, ex qua resultat infamia, vel iniuria alterius.

779 Practica exequendi literas hortatorias.

780 Quænam exceptiones proponi possint coram requisito, remissiuè.

781 Quibus remedijs vtendum sit circa expeditionem, & exequutionem literarum hortatorialium remissiuè.

782 Forus loci delicti in criminalibus est præstantior, & maioris efficaciæ cæteris foris.

783 Iudex loci delicti quòad punitionem eius, formationemque processus, præfertur cæteris omnibus Iudicibus competentibus, & eo petente remissionem rei, ad eum ex quocunque loco, & foro debet remitti.

784 In foro conscientiæ non attenditur locus delicti ad sortiendum forum, & quæ sit ratio.

785 Delinquens in Terra Baronis contra ipsum Baronem, non sortitur forum in loco delicti, neque potest puniri à Barone, sed solùm carcerari, & remitti ad superiorem.

786 In sua causa nemo potest esse iudex.

Ab hac regula non receditur, nisi in supremis Principibus, Papa, aut Regibus, qui possunt esse Iudices in proprijs causis, ciuilibus, & criminalibus.

Honestius, & decentius est, vt supremi Principes suas causas alijs dijudicandas committant.

787 De iniuria Baroni facta non potest cognoscere officialis Baronis siuè delegatus, siuè ordinarius, sed solùm potest reum carcerare, & ad superiorem remittere.

Quisque prohibetur esse Iudex in causa suorum.

788 Quod quis per se facere non potest, non potest per alium.

Idem censetur tribunal Baronis, & officialis, quemadmodum Episcopi, & Vicarij.

789 Baro non habet iurisdictionem circa suas causas, & ita eam alij non dat.

790 Ex contractu facto cum Barone, aut Domino loci in eius territorio, non sortitur forum contrahens in loco contractus.

791 Barones in Regno Neapolitano sunt officiales Regij.

De delictis Officialium actiuè, & passiuè, sola Magn. Cur. cognoscit.

792 Contraria sententia, officialem ordinarium Baronis posse cognoscere de delicto patrato in offensam Baronis, habet non leuia fundamenta.

Patri, Domino, & Patrono interdicitur officium iurisdicendi in causa criminali filij, serui, aut liberti, aut familiaris, non in ciuili, & ratio discriminis.

Iniuriæ nostrorum nobis fiunt.

Causa iusta suspitionis contra Iudicem est consanguinitas litigantium.

Suspitio non reddit Iudicem incompetentem.

793 Officialis Baronis est officialis Regius, & exercet iurisdictionem nomine Regis, non nomine Baronis, & non dependet à Barone post factam nominationem, neque est ad nutum amouibilis.

In Regno ferè omnes Barones habent primas, & secundas causas.

794 Confessio iurisdictionis regulariter censetur fieri cumulatiuè.

Cùm dàtur annexa feudo est priuatiua, & non cumulatiua.

Dominus directus nō potest se intromittere in primis causis occurrentibus in terris vasallorum.

Officialis Baronis potest recusari vt suspectus in causis Baronis, ex quo arguitur esse Iudicem competentem in eius causis.

Aduersarius nihil opponendo contra Iudicis personam iurisdictionem eius confirmat.

Pater potest esse Iudex in causa filij, si non recusetur.

795 Contractus factus cum aliquo tanquam cum statim recessuro forum non tribuit; sed delictum semper tribuit forum.

796 Commune Neapolitanorum axioma de delictis Officialium solam Magnam Curiam cognoscere, verius est, non esse accipiendum de delictis passiuè.

797 Officialis Baronis si nihil opponitur contra eius personam potest esse Iudex de causa Baronis, verum recusatus, etiam non solemniter est remouendus.

Actus etiam nullus in iudicialibus sustinetur parte non opponente.

Statuto annullante actum, etiam ipso iure debet intelligi, si petatur.

Item clausula irritans contrafactum.

798 Iniuriam notoriam sibi illatam in officio officiando (quod dicitur) potest punire Baro, & officialis eius.

Non deferens Iudici honorem, quem debet, potest puniri verbis asperis, & reprehensione dura.

799 Item in dicta multa, aut pœna grauiori quod declara. vt ibi.

Non

Non solum formato processu, sed de facto, & ex abrupto potest punire Iudex iniuriosos in ipsum pro tribunali sedentem.

QVÆSTIO SEPTIMA. de foro delicti.

SECTIO PRIMA.

Quibus modis delinquens ex delicto, & apud quos Iudices forum sortiatur.

716 Conclusio, & regula prima generalis statuitur, in loco delicti sortiri forum delinquentem, vt ibidem possit ciuiliter, & criminaliter agi aduersus ipsum, & possit accusari, seu denunciari de delicto ibidem commisso, aut ratione eius ob interesse partis offensæ conueniri: Iudex eius loci fit competens, & legitimus ad procedendum ciuiliter, & criminaliter aduersus ipsum, eumque carcerandum, condemnandum, & puniendum, Eam probat textus *in l. si cui*, 7. *§. idem Imperator*, *& in l. vltima*, *ff. de accusation. & in l. 1. & Authent. qua in Prouincia*, *Cod. vbi de criminib. agi oport. & in authent. vt nulli Iudicum liceat*, *cap. 5. seu §. si verò quis comprahensorum*, *collat*, 9. *tit.* 17. Tradunt Glossa *in d. l. 1. verb. commissa*, *& in d. Authent. qua in Prouincia*, *verb. deliquit*, Azo *in summa*, *C. vbi de criminib. agi oport. num.* 1. Cynus in *d. l.* 1. Bartolus *ante num.* 1. Albericus *num.* 1. Baldus *nu.* 1. *&* 2. Angelus *nu.* 1 Salycetus *num.* 1. Paulus *num.* 1. Fulgosius *nu.* 1. & omnes *in d. Authent. qua in Prouincia*, *nu.* 1. De iure canonico probatur ex textu *in cap. de illis*, *vltimo*, 6. *q.* 3. *in cap. licet ratione*, *vltimo*, *de for. compet.* & ibi notat Glossa, & omnes Canonistæ, *& in cap.* 1. *de raptoribus*, *& in cap.* 1. *de priuilegijs in sexto*, Marianus Socinus *in cap. postulasti*, *num.* 4. *de for. compet.* vbi per numeros sequentes latissimè, & optimè tractat materiam, *& in cap.* 1. *nu.* 12. *de raptoribus*, De iure Regio Castellæ, probatur *ex l.* 32. *tit.* 2. *par.* 3. vbi Glossa decima quinta, *& in l.* 15. *tit.* 1. *par.* 7. vbi Glossa prima copiosè exponit, *& in l.* 1. *&* 3. *tit.* 6. *libr.* 8. *recopilat.* vbi Azeuedus. De iure Regni Neapolitani probatur *ex pragmat.* 1. *vbi de delicto, quis deb. conu.* vbi Rouitus *ex num.* 1. notant Bossius *tract. diuersorum*, *tit. de foro comp. nu.* 46. Iulius Clarus *lib.* 5. *sentent. §. fin. q.* 38. *nu.* 1. *& q.* 39. *nu.* 1. 2. *&* 3. *& q.* 85. *num.* 1. & ad hæc loca Baiardus, & alij addentes, Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 1. *& seqq.* Farinacius *in praxi crimin. q.* 7. *ex num.* 1. Couarruuias *in practicis*, *cap.* 11. *num.* 3. Thessaurus *lib.* 4. *quæstion. forens. q.* 55. *in principio*, *& num.* 1. Cardin. Tuscus *liter. F. conclus.* 440. Ceuallos *tom.* 2. *communium*, *q.* 678. *num.* 1. Barbosa *in l. hæres absens*, 19. *§. proinde*, *in articulo*, *de foro delicti*, *ex num.* 1. *ff. de iudicijs* Tepatus *in compendio variarum*, *tit.* 134. Dueñas *regul.* 377. *forum*, Medices *regul.* 2. *numer.* 48. Auendanus *respons.* 40. *num.* 1. Molinus *de brachio sæculari*, *cap.* 40. *ex nu.* 1. Boetius *decis.* 270. *num.* 2. Francisc. Marcus *decis.* 179. *nu.* 1. *& decis.* 713. *nu.* 1. 2. *par.* Franchis *decis.* 37. *nu.* 1. Riccius *collectan.* 854. Syntagma comun. opinion. *lib.* 3. *tit.* 13. *n.* 1. *& per totum.* Ratio autem huius conclusionis ea est, quoniam ius naturale postulat ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus*, *ff. ad l. Aquil.* imò vt committentes delicta condignis afficiantur pœnis, *l. si areo*, 71. *§. id*, *quod vulgo*, *ff. de fideiussorib.* Impunè autem peccaret quisque nisi posset Iudex loci, in quo delinquit illum coercere; sed expectandus esset Iudex domicilij, aut originis, qui illi pœnam imponeret: nam facilè pœnam effugeret, aufugiens ex loco delicti, & respublica frequenti iniuriarum, & delictorum copia male vexata periclitaretur. Alias adde ex Couarruuia *dicto cap.* 11. *numer.* 3. Peguera *decis.* 66. Molino *dicto cap.* 40. *numer.* 1. quas inferius adducemus sectione sequenti num. 802.

717 Amplia primò prædictam primam conclusionem, & regulam, vt etiam exemptus Principis priuilegio possit conueniri in loco delicti, & apud Iudicem eius ordinarium, non obstante priuilegio exemptionis. Probatur ex textu *in l.* 1. *C. vbi Senatores*, *vel clarissimi*, *& in Authent. qua in Prouincia*, *C. vbi de crimin. agi oport.* vbi notant Gl. & omnes supra relati, *& ex cap.* 1. *in princip. de priuilegijs in sexto*, vbi notant Ioannes Andreas, Dominicus Geminianus, Philippus Franchis, & Petrus Ancharanus, Bartolus *singul.* 151. Panormitanus *in cap. licet*, *vltimo*, *nu.* 12. *de foro compet.* Iaso *in l. beneficium*, *vltima*, *nu.* 52. *ff. de constit. Princip.* Couarruuias *in practicis*, *d. cap.* 11. *nu.* 5. Franciscus Marcus *decis.* 713. *nu.* 2. 2. *part.* Tepatus *in compend. variar. titul.* 134. *capit.* 1. *versic. in loco delicti*, Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 17. *numer.* 30. Baiardus *ad Clarum*, *lib.* 5. *sentent. § fin. q.* 38. *num.* 3. Angelus *malefici*, *verb. in scbalis S. Petronij*, *n.* 4. & ibi Augustinus Ariminensis in additione, Follerius *in constit. Capitaneorum*, *ex nu.* 22. Quam ampliationem quinque modis limitat Iaso videndus *dicto nu.* 52. Rationem autem eius optimam reddit Baldus *in d. Authent. qua in Prouincia*, *num.* 2. ex Ioanne Andrea *in cap.* 1. *in princip. verb. nunquid ergo*, *& in commentario*, *num.* 2. *&* 6. *in fin. de priuilegijs in sexto*; cuius doctrinam sequuti sunt ibi Dominicus *in §. nunquid*, *nu.* 8. & Philippus Franchus *in princip. nu.* 4. *&* 5. Ancharanus *num.* 2. quoniam non potest plus operari, aut eximere priuilegium, quam ius commune operaretur, aut eximeret; cùm imò faciliùs tollatur, quod competit iure speciali, quàm quod competit iure communi, *l. eus militis*, 34. *§. militia missus*, *ff. de milit. testam.* qui autem exemptionem habet de iure communi à Iudice alicuius territorij (videlicèt extranei ab eo territorio, & qui nullo modo sunt subditi verbi gratia Anglicanus à Iudice Bononiensi, vt vtatur exemplo Ioannis Andreæ, Baldi, & cæterorum,) nihilominùs si delinquant, sortiuntur forum in territorio Iudicis, in quo delinquerunt non obstante exemptione, qua gaudent de iure communi. Ergo simili modo exemptus per priuilegium, si delinquat in aliquo territorio, nihilominùs ratione delicti sortietur forum apud Iudicem eius territorij, exemptionis priuilegio non obstante; ob quam eàdem rationem exemptus sortitur forum in loco rei sitæ, suo priuilegio non obstante, vt dixi supra quæstion. 3. num. 144. atque item in loco contractus, vt dixi quæst 6. num. 597. De interpretatione autem textus *in dicto capit.* 1. vide Couarruuiam *vbi supra*.

718 Amplia secundò, vt quemadmodum reus sortitur forum ratione delicti in loco delicti commissi, sortiatur item forum ratione quasi delicti, vbi commissum est quasi delictum. Probatur *ex l.* 1. *C. vbi de crimin. agi opor.* iuncta *l. omnem*, 20. *ff. de iudicijs*, docet Cynus *in Authent. qua in Prouincia*, *num.* 7. *C. vbi de crim. agi opor.* notat Barbosa *in d. l. hæres absens*, *§.* 1. *num.* 5. *ff. de iudicijs*.

719 Amplia tertiò, vt Iudex loci delicti possit procedere contra delinquentem, non solum interueniente instantia, & petitione offensi, seu via accusationis, vel denunciationis, *iuxta l. vltimam*, *ff. de accusationibus*; sed etiam ex officio formans processum contra delinquentem, nullo

lo existente accusatores, quæ vocatur via inquisitionis: probatur ex regula generali textus *in l.congruit, ff.de offic. Præsid.* tradit Angelus *de maleficijs*, *verb. hac est quædam inquisitio, ex nu.* 12. & ad eum locum Augustinus Ariminensis, Gandinus *de maleficijs, rubr. quomodo de maleficijs cognoscatur per inquisitionem, num.* 1. *&* 2. Decianus *tract. crimin.lib.* 4.*cap.* 17.*nu.* 3. Iulius Clarus *lib.* 5. *sentent.* §.*fin. q.* 3.*nu.*6. Farinacius *in praxi crim.q.* 1.*nu.* 10. Antonius Gomez *tom.* 3. *Variarum, cap.* 1. *nu.* 49. Ioannes Vela *de modo procedendi in causis criminalibus, cap.* 2.*ex num.* 1. Ceuallos *lib.* 1. *commun. q.* 430. Fachineus *libr.* 2. *controuersiar. cap.* 34. Caballus *resolut.crimin.casu* 114.*ex nu.* 10. Rationem huius ampliationis habes apud Angelum *de maleficijs, verb.ctiam vestem celestem, num.* 6.

720 Amplia quartò, vt non solùm vbi delinquitur sortiatur forũ delinquens ratione delicti, vt possit ab eius loci Iudice puniri; sed etiam vbi delictum continuatur: exemplum. Fur non solùm vbi rem furatus est, sed in quocunque loco, in quo appræhenditur cum re furtiua, puniri potest. Ita sentiunt Baldus *cons.* 471. *præsupponitur, quod quidam, vol.* 3. Angelus *de maleficijs, verb. & vestem cælestem, numer.* 15. Marianus Socinus *in d. cap. postulasti, nu.*8. *de for.compet.& in cap.* 1.*num.* 15. *&* 16. *de raptorib.* Auendanus *respons.*40.*nu.* 10.*vers.decima quarta conclusio*, qui allegat *l.*4. *tit.* 14. *par.*7. Duenas *regul.*378.*forum,limit.*5. Follerius *in pract.crim.* 1. *part.* 2. *part. verb. audiantur excusatores, nu.*64.*&* 1. *par.* 3.*part.rubric. & si confitebuntur, num.* 121. Baiardus *ad Iul. Clar.lib.* 5. *sent.* §. *fin. q.* 38.*ex nu.* 39.*ad* 45. Bouadilla *libr.* 2. *politic. cap.* 13. *num.* 72.73.*&* 74. Caballus *resolut.crimin.to.* 1. *casu* 163. Boerius *decis.*218. Franciscus Marcus *decis.* 176. 2. *p.* Capyccius *decis.*104. Franchis *decis.* 684. Capiblanchus *in prag.* 8.*par.*2.*nu.*134.*& seqq.de Baronibus* Peguera *decis.*28. & fuit originalis sententia Bartoli *in l.si dominium,* 48.*nu.*2. *ff.de furt.* vbi additio Alexandri notat, quam praxi vbiq; receptam prædicti testantur. Eamq; apud nos Hispanos planè probat *l.* 32. *tit.*2. *part.*3. quam nullus ex nostris, quem viderim, quoad hunc articulum expendit, cui coniunge, quæ à me dicta sunt supra quæstion.3.num.148. Est autem, vt ego existimo, maximè conformis iuri cõmuni: nam cum furtum sit contrectatio rei alienæ inuito domino, *l.* 1. §. *vltimo, ff.de furt.*& furtum delictum sit, *principio instit. de obligat. quæ ex delicto nascunt.* qui continuat hanc contrectationem per multa loca, per multa loca continuat delictum, argumento de tempore ad locum *ex l.infiielando*, 67.§.*infans, ff. de furt.* quare tanquã continuans delictum in loco suæ iurisdictionis poterit puniri fur à Iudice eius loci, in quo cum re furtiua inuentus est. Accedit, quòd fur, qui cum re furtiua ex vno loco fugit ad alium, est vagabundus verè vel præsumptiuè, quia suspitio maxima, & spes est ipsum in locum originis, vel domicilij sui non migraturum intra breue tempus. Quo fit, vt possit puniri à quocunque Iudice loci, vbi moram fecerit, aut per cuius territorium transierit viator, vt adnotauit Couarruuias *in practic.dicto cap.* 11. *num.*10. *versic. attamen est animaduertendum*. quo eodem argumento vtitur ad eandem conclusionem comprobandam Baldus *in l.si abducta*, 10. *numer.* 4. *in fine*, *C.de furtis*. Idem confirmat egregia doctrina quam tradunt Lucas de Penna *in l.si coloni*, 14. *num.* 12. *in fin.C.de agricol.& censit.lib.*11. Cataldinus *de syndicatu*, *num.* 97. & Follerius *in practica criminali*, 4.*par.principali, rubrica, pænis debitis feriantur*, *num.*44.*in fine*, videlicet eum, qui aufugit a patria sua propter crimen, ex ea fuga censendum vagabundum, ita vt vbique possit puniri; allegant in eius comprobationem *l.*1.*C. vbi quis de Curiali, vel cohortali*.

721 Verùm contrariam sententiam huic ampliationi, imò non posse furem puniri, vbi inuentus est cum re furtiua, sed solùm in loco, in quo rem furatus est, sequuntur multi, inter quos Hyppolytus de Marsilijs *in l.g.extra territorium*, *numer.* 208. *ff.de iurisdiction. omn. iudic.* Nelus *in tract. bannitorum*, 2.*part.primi tempori*, *num.* 5. *tomo* 11. *tract.*1.*par.* Iulius Clarus *lib.*5. *sentent.* §.*fin.q.*38.*num.*16. Decianus *tract.crimin.lib.*4.*cap.* 17. *nu.* 15. Couarr. *libr.*2. *variar. c.*20.*n.*15.*vers.vigesimo octauo, in practicis, cap.* 11.*nu.*9. Farinacius *in praxi crimin.q.*7.*ex nu.*7. Fachineus *libr.*9.*controuers.cap.*19. Barbosa *in l.heres absens*, 19. §. *proinde, in articulo de foro delicti, nu.*149. Ceuallos *in specul.pract.li.*1.*q.*318. qui dicit, opinionẽ contra Bartolum seruari in Hispania, & testatur de praxi. Probatur primò, quoniam inspici debet tempus commissi furti, & initium delicti, ad constituendum, an sit fur manifestus, nec ne, *l. quamuis*, 6. *ff. de furt.* Ergo simili modo ad puniendum delictum, nam pœna pendet à qualitate delicti.

722 Secundò, quia ex assidua rei furtiuæ contrectatione, non nascitur noua actio furti, *l.ei qui* 9.*ff.de fur.* Ergo nec noua accusatio, ac per consequens non poterit fur accusari apud Iudicem loci, vbi cum re furtiua fuit inuentus.

723 Verùm non est recedendum à prædicta quarta ampliatione, & obstant in contrarium adducta. In primis, quod Ceuallos asserit praxi Hispaniæ seruatam esse contrariam opinionem, mouere non debet quoniam ille Toletum non egressus non potest testificari de praxi totius Hispaniæ. Toleti autem sæpè fuerũt Iudices minus sapientes, quam Salomon, ex quorum praxi mala argumenta possent desumi. Ad primum igitur *ex d.l.quamuis*, dicendum est, non tolli, etiam si omnia in argumento contenta vera sint, quin fur cum furto appræhensus, per multa etiam loca vagus, puniri possit, vbi fuerit inuentus tametsi tunc iudicandus sit fur nõ manifestus, vtpotè qui appræhensus non fuerit cum furto, priùs quàm rem pertulerit, quò destinauerat, iuxta *l.fur.*3.*cum duabus sequentibus, ff. de furtis*: nam etiam si pœna pendeat à qualitate delicti, non pendet ab ea iurisdictio Iudicis delictum punientis.

724 Ad secundum dicendum est, quamuis ex furto quantumuis continuato noua actio non nascatur, vna tamen actio potest coram diuersis Iudicibus proponi & sub diuersis Iudicibus agitari, tàm ciuiliter, quàm criminaliter.

725 Duo tamen hac in re sunt animaduertenda, quæ fortassis deseruient ad conciliationem prædictam sententiarum. Primum est, non consensu defendendam esse primam sententiam, vt existimetur, sic manere competentem Iudicem loci transitus furis; vt possit etiam absente fure, & postquam in alterum migrauit locum inquisitionẽ de furto facere. Nam cùm ob solam continuationem delicti, eiusq; fragrantiam, & furis cum furto appræhẽsionem fiat Iudex competens, cessante in eo loco continuatione, credendum est cessare etiã iurisdictionem, quã dat præsentia furis, & eius cum furto appræhensio, vt quoad hoc constituamus discrimen inter Iudicem loci vbi furtum initium accepit, primoq; factum est, qui semper manet Iudex legitimus, & competens ad inquirendũ de furto, etiam si furem non apprehenderit, & Iudicem loci vbi furtum continuatum est. Quod videtur voluisse Nelus ante relatus, & non abhorret Baldus *vbi supra*.

726 Secundum est, longè diuersam esse quæstionẽ an possit Iudex loci, vbi fur est inuentus cum re furtiua, cognoscere de furto, & furẽ punire, ab ea, an debeat, vel non debeat

debeat furem remittere ad locum, vbi furtum primo factum est si ab eius loci Iudice requiratur. Nam quamuis quoad primam censeamus, Iudicem loci, vbi fur transiens cum furto est apprahensus, esse competétem ad cognoscendum de furto, non ideò quoad secundam negare oportet, furem etiam cum furto apprahensum esse remittédum ad Iudicem loci, vbi furtum initio factum, est quasi ad eum ad quem primo loco, & principaliter tanquam ad potiorem, & præferendum pertinet punitio furti. Quod solùm videtur significasse Conarru. *vbi supra*, & inclinat Anna *singular*. 438. & Bouadilla *lib. 2. politicæ, cap. 13. nu. 73.* Didacus Perez *in l. 2. titul. 18. libr. 8. ordinamenti, gloss. 1. pag. 339. col. 1. versic. quæri etiam potest*, tametsi contrarium, videlicet furem cum furto apprehensum non esse remittendum ad Iudicem, in cuius loco furtum primo factum est bis decisum esse in Sacr. Consil. referat Follerius *in practic. crimin. rubr. audiantur excusatores, nu. 64.* Capycius *decis.* 104. Franchis *decision.* 681. & Regens Tapia *in pragm. 1. num. 17. vbi de delicto quis debet conueniri, sub lib. 3. Iuris Neapolitani, rubr. 6.* Verùm planè sentiendum est, quod ex inferius dicendis dilucidiùs apparebit, hæc duo esse inuicem compatibilia, & quem esse Iudicem competentem alicuius causæ, & nihilominùs requisitum ab alio competente, potiore eam ad illum non solùm ex vrbanitate, sed etiam ex necessitate remittere debere.

727 Amplia quintò, vt delinquens sortiatur forum, ratione delicti, etiam apud diuersos Iudices, cum delictum committitur in diuersis locis, quod multis modis contingere potest, vt mox explicabimus. Tradunt Marianus Socinus *in cap. postulasti*, qui latissimè prosequitur materiam huius ampliationis *num. 5. & 6. de foro compet. & in cap. 1. ex num. 14. vers. sed quæro, de raptoribus*. Felynus *in cap. vltimo, ex nu. 13. de foro compet.* Hippolyt. de Marsil. *in l. extra territorium, ex num. 204. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in repet. l. vnica, ex num. 296. C. de rapt. virgin.* Decianus *tractat. crim. lib. 4. cap. 17. ex nu. 6.* Farinacius *in praxi, q. 7. ex num. 44.* Bossius *tit. de for. compet. num. 59. & 60.* Iulius Clarus *libr. 5. sentent. §. fin. q. 38. num. 9.* Baiardus *ad eum locum n. 16. & seq.* verùm quoniam hæc definitio nimis generalis est, oportet eam ad singulos casus accomodare.

728 Et Farinacius *dicto num. 44.* distinguit post Felynum tres casus, ego tamen credo duos solum posse distingui. Primus est, cum delictum in vno loco inchoatur, in alio perficitur, tàm respectu agentis, quàm respectu patientis, idest illius, qui delinquit, & illius in quem delinquitur. Exemplum est, si quis in vno territorio vulneret, & fugientem insequatur, & in alio territorio occidat; vel in vno territorio capiat, & liget, ligatumq; ducat in aliud territorium, & ibi spoliet; vel in vno territorio capiat puellam, in alio violenter cognoscat; vel in vno loco iuret in alio falsum deponat. Secundus casus est, cum delicto in vno territorio inchoatur, in alio perficitur, non respectu vtriusque simul, sed respectu agentis tantū, vel patientis tantum. Exemplum est primò, in eo, qui existens in vno territorio emissa sagitta, seù sclopo occidit aliquem in alio territorio existentem, vel in vno territorio conuicium dicat, & verba iniuriosa iactet in existentem in alio territorio. Secundò, in eo, qui in vno loco mandat, seù tractat, vt delictum fiat in alio loco, vel ratificat delictum in alio loco factum. In quorū vtroque casu persona agentis, & patientis delictum non concurrunt simul in eodem loco. Verùm differunt inter se, quoniam in casu primi exempli delictum est indiuiduū: nam emissio sagittæ, aut pilæ plumbeæ displosio, si per se, & seorsim considerentur, delicta non sunt, nisi fiant fine occidendi, & percutiendi, vel percutiant, aut occidant, (seclusis statutis aliter disponentibus, vt notat Decianus *dicto lib. 4. cap. 17. nu. 9.*) sed solùm sunt inchoationes, seù viæ, & media ad delictum perpetrandum: at in casu secundi exempli mandatum, seù tractatus, aut ratificatio delicti sunt delictum consumatum, etiam seorsim, & per se considerata, tametsi delictum mandati, vel tractatus minus leue censeatur non sequuto effectu; effectu verò sequuto planè duo delicta reputantur, mandatum, & mandati exequutio, vt notat Baldus *in l. non ideò minùs, 5. nu. 33. C. de accusationib.*

729 Igitur in primo casu dicendum est, delicto posse puniri à Iudice vtriusque territorij, qui competens erit, ita tamen, vt locus sit præuentioni. Tametsi enim vnicum delictum reputetur ob continuationem eiusdem actus successiui, & vtroque tamen loco videtur commissum, & vtriusque Iudicis Reipublicæ censetur facta iniuria, & ideò vterque Iudex erit competens punitioni huius delicti. Quod videtur à simili probare textus *in l. eum qui nocentem, 18. §. si nupta, ff. de iniurijs*, docuit Baldus *in l. si quis non dicam, 5. nu. 10. & 11. C. de Episcop. & cleric.* Marsil. *in repet. l. vnica, num. 296. C. de rapt. virgin. & in repet. l. extra territorium, num. 205. & 206. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Marianus *in d. cap. postulasti, nu. 4. & seqq. de foro compet. & in cap. 1. nu. 14. de raptor.* Felynus *in cap. licet ratione, vltimo, nu. 13. de foro competent.* Bossius *tit. de foro compet. nu. 59. & 60.* Euerardus *in locis legalibus loco 42. à contractibus ad delicta, numer. 7.* Molinus *de brachio seculari, lib. 3. cap. 49. ex numer. 5.* Decianus *tract. crim. lib. 4. d. cap. 17. ex numer. 6.* Iulius Clarus *§. fin. q. 38. numer. 9.* & Farinacius *d. q. 7. nu. 45.* Franciscus Marcus *decis. 178. num. 4. 2. par.*

730 Quod verò attinet ad secundum casum circa primum exemplum dicendum est, vtrumque Iudicem, tàm loci, ex quo emissa est sagitta, quàm loci in quem est missa, & in quo homicidium, vel vulnus perfectum est esse competentem ad cognoscendum de delicto, & illud puniendum, seruata præuentionis prerogatiua. Ratio est, quoniam quemadmodum publicè interest, ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus, 51. ff. ad l. Aquil.* notat Azeuedus *in l. 1. nu. 63. tit. 1. lib. 8. recopilat.* Tuscus *lit. D. conclus. 159.* ita interest, vt facilius etiam, & promptius puniantur; hoc autem melius fit, si delictum, quod ex se indiuiduum est (vt paulò ante diximus) insolidum cuilibet territorio attribuatur, & vtriusque territorij vterque Iudex sit huius delicti legitimus punitor; nam si æquitas illa facit, vt delictum plures personas tangens vnicuique insolidum attribuatur *in d. l. vulneratus, in fin. l. vulgaris, 21. §. si duo, ff. de furtis*, non est alienum, à ratione, vt delictum tangens plura loca, vnicuique insolidum attribuatur, quod significat, *l. 1. C. vbi de crim. agi oport.* Ita sentiunt Io. Andr. *in regula in obscuris, 30. ex num. 3. & ibi nu. 6.* Philippus Franchus *num. 2. de regul. iur. in 6.* Panormitanus *in cap. licet ratione, vltimo, num. 25. de for. compet.* Marianus Socinus *in d. cap. postulasti, num. 5. eod. tit. & in cap. 1. num. 14. de raptoribus*, Baldus *in d. l. si quis non dicam, 5. num. 11. C. de Episcop. & cleric.* Hippolyt. de Marsil. *in repet. l. extra territorium, num. 206. & 207. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Bossius *tit. de for. compet. num. 59. & 60.* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. d. q. 38. nu. 9.* & ibi Baiardus *ex num. 16.* Decianus *tract. crim. lib. 4. d. cap. 17. num. 9. & 10.* Farinacius *d. q. 7. nu. 46.* Molinus *de brachio seculari, libr. 3. cap. 49. ex nu. 16.*

731 Ob eandem prorsus rationem concludunt Doctores, si quis

si quis in cofinio duorum Regnorum, aut Ciuitatum delinquat, Iudicem vtriusque loci esse competentem ad puniendum delictum, vt tamen sit locus præuentioni; vt docent vbi supra Panormitanus *nu.* 16. Franchus *d.numer.* 2. Marianus *in d.cap.postulasti, nu.* 7. Bossius *num.* 60. Iulius Clarus *nu.* 10. Decianus *nuu.* 16. Farinacius *nu.* 51. Syntagma commun. opinion. *lib.* 3 *tit.* 13. *num.* 59. Franciscus Marcus *decis.* 354.2.*part.* Fuluius Constantius *in l. vnica, nu.* 20. *C. de classicis, libr.* 11. Barbosa *in l.si quis postea quàm,* 7.*n.* 104.*ff.de iudicijs*, qui credit, vtrumque posse procedere ad punitionem, etiam præuentione non obstante, & probat quibusdam argumentis, quæ tamen cautè sunt accipienda, ne demus ex vno delicto posse quem bis puniri.

732 Circa secundum verò exemplum de mandante, & mandatario, & ratificante delictum alibi factum, maior est difficultas. Nam quidam existimat Iudicē competentem ad puniendum mandatum, vel ratificationem delicti esse eum, qui præsit loco, in quo delictum est consumatum, cum ex ratificatione, vel mandato non teneatur quis, nisi ratione facti ex mandato sequuti vel ratificationem antecedentis; vt docuit Bartolus *in l. non solùm,* 11.§. *si mandato, n.* 9. *& in l. sed si vnius,* 17.§. *seruus meus, nu.* 5. *& 6. ff. de iniurijs*, & Glossa in *l.* 1.§. *sed vtrum, verb. furtum, ff. de seru. corrupt.* & probatur ex textu *in l. qui seruo,* 36. *in princ. & in* §. *item placuit, & in l.si quis vxori,* 52.§. *neque verbo, ff.de furt.* Atque ita cum vterque ex vno facto teneatur, tàm mandator, quàm mandatarius, habeantq; inter se connexitatem delictum mandatoris, & mandatarij facientis, & ratum habentis debent apud eundem Iudicem tractari, *l.* 1.*ff.de quib.reb.ad eundem Iudic.eat.l.nulli, C.de iudicijs, cum similibus*. Ita sentit Bartolus *in l.si vt proponitur,* 62. *ex numer.* 1.*ff.de fideiussoribus*, quem sequitur Alexander ibi in additione, & Abbas Panormitanus *in capit.licet ratione, vltimo, numer.* 27. dicens communem sententiam, *de foro compet.* & Marianus Socinus *in d.cap.postulasti, numer.* 5. *vers.circa secundam quæstionem, eod.titul.* Angelus *de maleficijs, verb. & Sempronium Redulphi, nu.* 20. Iulius Clarus *lib.* 5. *sent.* §. *fin.q.* 38. *numer.* 6. Follerius *in practic.crim.* 1.*par.* 2.*part.rubric. audiantur excusatores, nu.* 130. Stracha *de decoctoribus, vltima, parte, quomodo in causis mercatorum sit procedendum,* 2. *partic.nu.* 28. Barbosa *in l.hæres absens,* §. *apud labeonem, nu.* 21.*ff. de iudicijs,* Duenas *regul.* 738, *forum, ampliation.* 3. Medices *regul.* 2.*num.* 48. Guido Papę *decis.* 104. Franciscus Marcus *decis.* 178.*nu.* 3. 2.*par.* Hieronymus de Laurentijs *decis.* 114.*numer.* 5. Fachineus *libr.* 9. *controuersiar cap.* 25.

733 Contrariam tamen sententiam, imò vtrumque Iudicem esse competentem ad puniendum delictum mandati, cum mandatum est punibile seorsim, tàm inquam Iudicem loci, vbi mandatum factum est, quàm loci, vbi delictum ex mandato consumatum est, vt tamen sit præuentioni locus, amplexi sunt multi alij. Dixi, *ad puniendum delictum mandati, cum est punibile seorsim*, quoniam ad puniendum delictum consumatum ex mandato ortum solus Iudex loci, vbi delictum est consumatum, erit competens; cùm Iudex loci, vbi mandatum est delictum, non possit punire eum, qui in loco suę iurisdictioni supposito non delinquit videlicèt mandatarium; quippè cùm Reipublicæ, cui præest, nulla sit facta ab illo iniuria, neque ab ipso mandatore, præterquam ex nudo mandato. Item dixi, *cum est punibile seorsim*, quia nonnunquam contingit nudum mandatum delicti non esse punibile. Hanc sententiam sequuti sunt Baldus *in l. non ideò minùs, num.* 33. *C.de accusationibus*, Imola *in l.si vt proponitur,* 62.*ff.de fideiussoribus*, Alexand. *in additione ad Bartol. verb. quam legem, in leg.* 1.*ff. de quibus rebus ad eundem Iudicem eatur.* Angelus *de maleficijs, verb.existens Florentiæ, nu.* 2. & ibi Augustinus Ariminensis, idem Augustinus *ad eundem Angelum, verb. & Sempronium Rodulphi, nu.* 21. Albertus de Gandino *de maleficijs, rubrica vbi puniatur delinquens, nu.* 4. qui pro ea refert Dynum Muxelanum, Bossius *tit.de foro compet.ex nu.* 109. *ad* 115. Decianus *tract. crimin.lib.* 4.*cap.* 17.*nu.* 7. qui multos allegat, Farinacius *d.q.* 7.*nu.* 48. *vers.verùm his non obstantibus*, Plaza *in epitome delictorum, cap.* 15.*nu.*16. *&* 17. Baiardus *ad Clarum in d.*§.*fin.q.* 38.*num.* 11. Franchis *decis.* 37.*nu.* 5. Molinus *de brachio sæculari, ex nu.* 32. & insignis vir Franciscus Caldera Lusitanus Regius Consiliarius, Præceptor meus, *in l.d Dino Pio,*§. *sententiam Romæ, nu.* 35.*ff.de re iudic.in manuscripto.* Imo idem doctissimus vir existimat Iudicem loci, vbi factum est mandatum delicti, non teneri remittere mandatorem ad Iudicem loci, vbi delictum est consumatum, etiam si ab eo requiratur; & posse eidem imponere pœnam ordinariam delicti in alio loco perpetrati. Ratio huius sententiæ est, quoniam cum mandatum etiam seorsim consideratum est punibile, qui in aliquo loco mandat delictum fieri, re vera delinquit, & offendit Rempublicam illam, apud quam degit. Ergo ibidem debet sortiri forum, in quo imponetur illi pœna condigna mandato; minor quidem effectu non sequuto, maior verò sequuto effectu.

734 Qua sententia retenta, non obstant, quæ pro priori adducta sunt: nam in primis doctrinam illam Bartoli *in d.leg.non solùm,* §. *si mandato,* dicendum est, procedere affirmatiuè, vt in loco delicti commissi puniatur is, qui mandauit: non verò procedere negatiuè, vt extra locum commissi delicti puniri non possit. Idque patet ex eo, nam licet delinquens in loco commissi delicti forum sortiatur, non tamen ideò minùs aduersus illum poterit procedere Iudex sui domicilij, vt iam dicemus. Neque item obstat, quod mandans, & mandatarius ex vno facto teneantur, & causę videantur connexæ, quoniam ex eo similiter colligitur affirmatiuè, vt in loco consumati delicti possit vterque conueniri, non verò negatiuè vt non possit alibi conueniri: imò verò ex eo fieri videtur, vt vbi mandatum est delictum, si ibidem reperiretur mandatarius, posset vnuque puniri; sed non est tanta causæ connexitas, vt non possit sine mandatario puniri mandans. Quod ex eo constat euidenter, quòd si fugiat mandatarius: constet autem de mandatore nihilominùs poterit puniri, & aduersus eum agi suspensa causa mandatarij. Ita similiter fiet, si Iudex loci mandati non esset legitimus, & competens comparatione mandatarij.

735 Amplia sextò propositam primam conclusionem, & regulam, vt possit etiam Iudex domicilij, & originis cuiuscunque rei criminosi cognoscere de delicto ab ipso cōmisso extra suum territorium, & illum ob eius culpam condignis pœnis afficere. Ita sentiunt Accursius *in l.relegatorum,* 7. §. *intercedere, verb. ad re scripti*, per textum ibi, *ff.de interdict. & relegat.* Bartolus *in l.si cui,* 7.§. *cum sacrilegium, nu.* 6.*ff. de accusationibus*, Panormitanus *in cap. licet ratione, vltimo, nu.* 38. Marianus Socinus *num.* 45. *&* 56. *de foro compet.* Albert. de Gandino *de maleficijs in rubric.vbi puniatur delinquens, num.* 1. *& in rubr. vltima, ex num.* 1. Couarruuias *in practicis, cap.* 11 *num.* 6. *vers.sextò in hoc, & vers.his equidem*, Bossius *tit.de foro compet. nu.* 182. Follerius *in practic. crimin.* 1. *par.* 2. *part. rubric. audiantur*

diantur excusatores. ex num.127.ad.129.& 4.part.princip.in rubr. pœnis debitis feriantur, num. 44. & in constit. Capitaneorum, num.35.Bernardus Diaz in practic.crimin.canonic. cap.8.& 9. & 10. & ad ea capita, Salcedo in annotationibus, Iulius Clarus lib.5.sentent.§ fin.q.39. ex num. 1. Decianus tract.crimin.libr.4.cap.16.ex num. 1. Farinacius in praxi d.q.7.ex nu.19.Tepatus in compend.variar.tit.134. capit.3.vers.Iudex domicilij, Tuscus liter. F. concl. 436. & concl. 443.nu.5. Thesaurus lib.4. quæst.forens. q.55. Iosephus Ludouicus decis. Lucensi, 16.ex n.26.Gamma decis. 53.n.1,vbi Blasius Florez in aditione,Thesaurus decis.90. nu.2.3.& 4. Franciscus Marcus decis.331. num. 2. 2.part. Vincentius de Franchis decis.37.n.1.& decis.66. & decis. 88. num.5.Peguera decis.87. ex nu.1.ad 4.Caballus resol. crimin.casu 162. nu.1.Cancer variar. resolut.par. 2. cap. 2. nu. 66. Barbosa in l.hæres absens,§. proinde,in artic.de foro delicti.nu.9.cum seqq.& nu. 26. vsque ad 37.ff.de iudicijs, Syntagma commun.opinion. lib.3.tit.13.num.10.& 12. Et probatur apertè hæc ampliatio ex textu in cap.cum contingat, 13.de foro compet. Ratio autem eius est, quoniam Iudices domicilij, & originis sunt legitimi. & competentes, coram quibus possit conueniri quilibet de omnibus etiam gestis extra domicilium,aut originem,vt dixi quæst. 1.nu.3.& q.2.nu.56.Et ex eo probatur,quoniã, vt ex prædictis locis constat, reus ex contractibus alibi gestis potest conueniri in foro domicilij, aut originis, l.hæres absens, 19.§.illud sciendum, ff.de iudicijs,cap.dilecti, de foro compet.& dixi quæst.4.num.236. Ergo poterit ex delictis alibi patratis ibi conueniri, seu accusari. Probatur consequentia, quoniam ex contractibus ad delicta licèt argumentum ducere,etiam quòad hunc effectum in specie sortiendi forum, vt notat Baldus in l.cum quadam, in princip.nu.3.vers. extra quero, ff. de iurisdict. omn. iudic. Euerardus in locis legalibus, loco 42.à contractibus ad delicta, nu.4.Rolandus à Valle consil.19.n.25.vol.2.

736 Prædictam tamen sextam ampliationem limitandam existimant multi, vt Iudex domicilij, & originis sit legitimus, & competens ad procedendum via accusationis contra subditum,& illum puniendum ob delictum commissum extra suum territorium ad instantiam partis læsæ, idest si pars ipsa læsa, cui ius est accusandi, adeat Iudices prædictos domicilij, aut originis, & ibi velit accusationem, denunciationem, aut querellam proponere: secus ex officio, & via inquisitionis; non enim poterit Iudex domicilij,& originis ex officio inquisitionem formare contra subditum de delicto commisso extra suum territorium nullo accusatore existente. Hæc sententia videtur probari ex l.2. C.vbi de crim. agi oport. Ita sentiunt Cynus in l.1.C.eod.tit.si bene intelligatur, qui communiter refertur pro contraria sententia. Signorolus de Homodeis consil. 128. Baldus cons.393.num.3.vol. 1.& cons. 471.vol.3.& in l.cum quadam, 19. in princip.nu. 3. vers. extra quero, ff.de iurisdict.omn.iudic. Ioann. Andreas post Odoffredum in additione ad Speculator, lib.2.tit. de competent. iudic.adition.§.1.nu.4.verbo, & sequentibus, Hippolyt. de Marsil. in repet.l.extra territorium, ex num.138. & ibi, nu.140.ff.de iurisdict.omn.iudic.& singul. 576.Parisius cons.159.num.6.& 7.part.4. Menochius cons.2.num.130. lib.1. vbi ait, hanc esse crebriorem, & veriorem sententiam, & cons.911. lib.10.vbi latissimè disputat, & num. 10. refert pro ea quadraginta septem doctores, Auendanus respons.40.nu.6.vers.hoc intelligo, & vers. secus verò, Grammaticus decis.26. ex nu. 6. Thesaurus decis. 90. nu.5. Bernardus Diaz in practica criminali canonica,cap.9. Follerius in practic.crimin. 4.par.principal.rubr. pœnis debitis feriantur, nu.44. Decianus tractat.crimin.lib.4.cap.16. ex num.2. Farinacius in praxi, d.q. 7.num.22. in principio, Barbosa in l.hæres absens,§.proindè, in articulo,de foro delicti,ex nu.26.& ex nu.127.ff.de iudicijs, Michael Crassus apud Syntagma commun.opinion.lib.3.tit.13.nu.20. Bonacossa ibi, nu.21. & Viuius num.55. Ceuallos in specul.practic.q.678. ex nu.9.ad 18. Hæc sententia quòad primam partem, nempè posse Iudicem originis, aut domicilij procedere contra reum sibi subditum extra suum territorium delinquentem via accusationis, præterquã quòd eam possim communem fatentur vtriusque iuris interpretes.vt adnotauit Couarr.in practic.cap.11.nu.6. versic. his aquidem, & omnes asserunt eam esse indubitatam, vt animaduertit Peguera decis.87.num.6. probatur manifestè ex eo, quòd reus ratione delicti, sortitur forum,non solùm in loco delicti, sed etiam in loco originis,& domicilij, vt probauimus numero præcedenti. Cum autem reus sortitur iure cõmuni multos foros, electio ad actorem pertinet, vt dixi quæst. 3.num.152. Ergo accusator poterit eum forum eligere,quem maluerit, ac per consequens accusare in foro originis, aut domicilij, omisso foro delicti.

737 Quòad secundam verò partem, nempè non posse Iudicem originis aut domicilij ex officio procedere contra delinquentem extra territorium suum, probatur: quoniam tunc permittitur Iudici via inquisitionis, quæ ad publicam vindictam pertinet,(vt desumitur ex Angelo Perusino in l.si vacantia, C. de bonis vacantibus, lib.10. & Angelo Aretino de maleficijs, verb. hæc est quædam inquisitio, nu. 29.& 30.) cum Respublica cui præest affecta est aliqua iniuria à delinquente, turbatque malo exemplo, & non scandalo oborto ex patrato crimine, vt eleganter notat Baldus in dicto vers. extra quaro. Sed ex delicto commisso extra territorium, nulla fit iniuria Reipublicæ. Ergo non potest Iudex via in inquisitionis ob illud aduersus suum ciuem reum procedere.

738 Secundò,quoniam Iudex non tenetur inquisitionem facere de delictis extra suum territorium, commissis à suis subditis, vt docet Baldus in cap. 1.§.si Iudex, num. 4. de pace tenenda, & eius violatoribus, & eum sequutus Afflictis decis.265.num.6.Chassenæus in consuetud.Burgund. rubric. 12.§.vnico, num.3. Follerius in constitut. Capitaneorum,num.34.Ergo non potest. Nam si posset teneretur Reipublicæ hac in re officium suũ impartiri quemadmodum ob eandem rationem tenetur inquire de delictis intra territorium factis, & Prouinciam suam malis hominibus purgare, leg.congruit, ff. de offic. Præsid. & omissio tàm grauis curæ dolo malo videretur facta, Iudicemque oneraret, eique imputaretur, iuxta l. non quidquid, 40. §.Iudex,ff.de iudicijs. Præsertim, quia in Iudice regulariter potestas cum necessitate coniuncta est, vt notat Decius in leg.1.num.12.13.& 14.ff.de iurisdict.omn.iudic.hoc autem onus esset grauissimum, & intollerabile.

739 Sed contrariam sententiam,quinimò Iudicem originis, & domicilij posse procedere ex officio, & via etiam inquisitionis, nullo existente accusatore aduersus reos sibi subditos, ob delicta extra territorium commissa, sequuti etiam sunt plurimi. Menochius dicto cons. 911. num. 17. refert pro ea quadraginta quatuor Doctores. Eam Amplectuntur Baldus in l.1.num.98.C.de summa Trinitate, & fide catholica,qui ait hanc esse tutiorẽ opinionẽ, Angelus in l.extra territorium, vltima, num.7.ff. de iurisdiction.omn.iudic.& in quæstione Bononiensis suæ ciuitatis banniens, num.5. Salycetus in d.l. 1.num. 8. vers. ex quo infero, C. de summa Trinitate, Panormitanus in capit. cum contingat.

gat, 13. nu. 6. de for. comp. Marianus Socinus, qui latissimè prosequitur in cap. qualiter, & quando, 24. ex num. 21. de accusationib. Cagnolus in l. vltima, num. 43. ff. de iurisdict. omn. iudic. Angelus Aretinus de maleficijs, verb. hæc est quædam inquisitio, nu. 85. & ad eum locum Augustinus Ariminensis, Bossius tit. de foro compet. num. 182. Gamma decis. 53. nu. 1. & ad eum Florez, Fachineus lib. 6. controuers. c. 20. Follerius in practic. crim. 1. part. 2. part. rubr. audiantur excusatores, num. 129. & in constitut. Capitaneorum, numer. 36. Regens Tapia lib. 2. Iur. Neapol. rubr. 12. in constit. Capitaneorum, nu. 6. in fin. Couarruuias in practic. cap. 11. nu. 6. vers. his equidem, Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. q. 39. num. 4. & Baiardus ad eum locum nu. 12. & 13. Ceuallos d. q. 678. nu. 19. recedens à seipso, Laurentius Siluanus cons. 103. num. 1. qui ait hanc sententiam esse veriorem, & crebriorem, Franchis decis. 66. qui ait hanc opinionem habitã fuisse in Sac. Cõs. pro vera, Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 16. ex nu. 26. Magonius decis. Lucens. 36. ex nu. 1. & decis. 70. Peguera decis. 87. nu. 6. Cancer variar. resolut. 2. par. cap. 2. num. 68. Bouadilla lib. 2. politic. cap. 13. nu. 71. Farinacius in prax. crim. d. q. 7. nu. 22. in fin. vbi in aditione retractauit priorem sententiam, quam in principio dicti numeri in prioribus impressionibus sequutus fuerat Syntagma commun. opinion. lib. 3. tit. 13. n. 22. & 41. Caballus resolut. crimin. casu 162. num. 7. vbi in fine ait, se vidisse infinitis vicibus hanc partem affirmatiuam practicatam in varijs Italiæ partibus, & se eam practicasse. Quæ procuIdubio maiori cum ratione locum habebit in hoc Regno Neapolitano ex pragmatica quinta Caroli Quinti Imperatoris, vbi de delicto quis debet conueniri. Fundamentum est. Primò, quoniam ad officium Iudicis pertinet inquirere contra sibi subditos facinorosos, & Prouinciam suã purgare malis hominibus, d. l. congruit, 13. in principio, ff. de offic. Præsid. Ergo poterit inquirere contra malefactores, etiam si extra territorium delinquerint; præsertim, cum publicè intersit, ne delicta maneant impunita. Secundò, probari videtur eadem sententia ex l. 1. C. vbi de criminibus agi oportet. Vbi dicitur, quæstiones de maleficijs posse institui, apud Iudicem loci, vbi ipsa commissa sunt, aut loci, vbi reus adest. Iudex igitur domicilij poterit inquirere contra extra delinquentem. Tertiò, quoniam si Iudex domicilij, & originis inquisitionem facere non posset ex officio contra sibi subditos, facilè quæreretur impunitas maximorum delictorum. Nam subditi ex suo territorio in aliena se conferrent ad grauia delicta perpetranda, euaderentque facilè periculum accusationis, si misserrimis facerent iniuriam, & perpetrarent cædes pauperrimorum hominum, peregrinorum, aduenarum, & mercatorum ex longinquis locis, & distantissimis Prouincijs aduenientibus, qui cùm vel nullos habeant hæredes, vel eos habeant in locis remotissimis, ad quæ delictorum nulla, vel tardissima peruenit notitia, nedum delinquentium, eos accusare non possent, atque ita maxima sceleratis hominibus, latronibus, grassatoribus, homicidis, & assassinis daretur occasio, tùm peccandi, tùm impunitatis. Igitur magis consultum erit Rebuspublicis, & earum tranquillitati, si tribuamus Iudicibus facultatem inquirendi contra subditos facinorosos delinquentes extra territorium, quò sic facilius homines saltem metu pœnæ in officio contineantur, & à delicti obstineant.

740 Est res ista proculdubio maximè controuersa pugnãtibus hinc inde rationibus, & Auctoribus maximi nominis pari auctoritate aduersus se inuicem contendentibus. Habet enim vtraque sententia Doctores auctoritatis maximæ, habet rationes magni ponderis, testesq; vsus, & praxi multorum, & grauissimorum tribunalium omni exceptione maiores. Quo fit, vt nihil certum resolui possit, & iudicium ad æquilibrium ferè reducatur: certè post multa pro vtraque parte expensa vix adduci possum, vt vni potius, quam alteri subscribam, sed sto inter vtramque, anceps ferè, & ambiguus.

741 Inuenio quidem insignem illum virum Preceptorem, & Dominum meum superius à me commemoratũ Franciscum Calderam in manuscripto à me excerto ex eius lectura in l. a diuo Pio, §. sententiam Romæ, num. 33. ff. de re iudicat. conciliare duas istas sententias, distinctione facta, cuius verba subijciam. Mihi in hoc articulo ita distinguendum videtur, vt si delictum committatur in eo loco, qui subijcitur eidem Principi, cui etiam subijcitur locus domicilij, tunc etiam per viam inquisitionis possit Iudex domicilij, procedere contra subditum, qui in alieno territorio delictum commisit. Si verò locus delicti non existat sub iurisdictione, vel imperio eiusdem Principis, seu Reipublicæ, tunc Iudex domicilij non possit contra delinquentem per inquisitionem procedere. Ratio differentiæ est, quia oppida, & ciuitates alicuius Regni, vel Reipublicæ vnum corpus efficiunt, & constituunt, & idò quando locus delicti, & domicilij eidem Principi subijciuntur, vel ad vnius Reipublicæ corpus reducuntur, quilibet locus eiusdem Regni, etiam remotissimus, & offenditur ex delicto alibi commisso, & ratione huius offensæ poterit etiam Iudex domicilij etiam per viã inquisitionis procedere contra delinquentem. Quemadmodum enim quælibet offensa facta in qualibet parte corporis humani toti corpori facta intelligitur; ita etiam quoties plura oppida, vel ciuitates vnum corpus Reipublicæ, Regni, vel Principatus constituunt, delictum in quolibet loco eiusdem Regni commissum singulas partes huius corporis offendit, & propterea Iudex domicilij poterit aduersus delinquentem per viam inquisitionis procedere, quamuis per hunc modum principaliter agatur ad publicam, & non ad priuatam vindictam. At verò quando delictum extra Regnum commissum fuit tunc locus domicilij nullo modo offenditur, & ita Iudex non poterit procedere contra delinquentem per viam inquisitionis, quamuis reus etiam pro delicto extra Regnum commisso possit in loco sui domicilij accusari, & puniri, non ad effectum, vt imponatur pœna ordinaria pro delicto, sed vt extra ordinem iudicantis arbitrio puniatur. Ex quibus emendanda sunt, quæ tradit. Gamma dicta decisione 53. Hùc vsque Caldera.

742 Ex qua doctissima conciliatione colligitur vrgentissima ratio ad comprobandam posteriorem ex relatis à nobis sententijs. Verùm planè reducenda est ad ipsam posteriorem sententiam, quoniam Doctores de hac difficultate tractantes solùm agunt de casu quo locus delicti, & locus domicilij delinquentis sunt intra vnum Regnum, & Prouinciam, sub eodem Rege, vel Principatu: nam quando ista loca pertinent ad diuersos Principatus res est minùs controuersa, & inferius tractabitur à nobis sectione secunda, vbi de remissionibus sermo erit, ex nu. 827.

743 Ergo certè si casus occurreret, sub quauis meliori consideratione, cui libentiùs acquiescam, credere, vtramque sententiam ad vsum, & praxim prudenter reducendam, adhibito quodam temperamento, & diligenter attentis circumstantijs locorum, personarum, & delictorum. Etenim in omni casu ante omnia præsupposita fama criminis publica, quæ viam aperit inquisitioni, & in-

locum accusatoris subrogatur, vt probatur ex textu *in cap. qualiter, & quando, 24. de accusationibus*, traditq; multis relatis Fachineus *controuers. iuris, lib. 1. cap. 34. & lib. 9. capu. 15.* & Ioannes de Arnono *singular. 58.* si Iudex videat ciuem modestum, & bene moratum intra territorium, siue aliorum offensa viuentem, vt viuere solent optimè instituti, quem fama denunciet extra territorium, præsertim si in locis remotis, & à propria ciuitate valdè distantibus, deliquisse casu potius, quàm præmeditato animo, aut prouocatum potiùs, quàm sponte, eo criminis genere, quod in homines etiam honestissimos cadere solet, crudeliter faceret iudicio meo, si aduersus eum inquisitionem institueret. Præsertim cum in hoc statu Rerum publicarum omnium, quæ in orbe christiano, sunt non soleat amor publici boni, zelusq; exempli, & emendationis inquisitiones promouere, sed sitibunda potius iniquorum Iudicum cupiditas, aut etiam maleuolorū inuidia, & occultæ vindictæ auiditas praua ingerens se per dissimulatos delatores, & instigatores earum. Tamet si enim denegandum non sit interesse Reipublicæ vt malis hominibus purgetur, & ne impunitate obtenta in maiora indies delicta prolabatur: id tamen maximè locum habet quòad eos qui intra Prouincia, & territorium delinquunt: nam si intra territorium quietè, & honestè viuant, quòad eam Rempublicam, in qua degunt, mali cēseri non possunt, nullaq; ratio est, ob quam debeant interturbari, etiam si extra territorium in crimina inciderint. Imò verò potius sunt laudandi, quod in Prouincia, in qua degunt à criminibus abstinent, cùm in alia delicta perpetrauerint, vt notat Baldus *in l. 2. §. deinde ex his, nu. 5. & 6.* Cagnolus *nu. 72. & 73. ff. de origin. iur.* Rolandus *cons. 19. nu. 23. & 24. vol. 2.* Et colligitur ex textu *in d. l. 2. §. postea ne diutiùs, 4.* vbi refertur Hermodorum Ephesium exulem in Italia authorem fuisse Romanis ferendarum legum duodecim tabularum, & quod consequens est apud eos in honore habitum: ob quam causam et erectam esse statuam in Comitio (qui summus honos magnis viris exhibebatur) testatur Plinius *lib. 34. naturalis historiæ, c. 5.* & ex eo Cagnolus *vbi supra*.

744 Si verò videret Iudex, laborare infamia multorum delictorum extra territorium admissorum, aut alicuius grauissimi, ciuem improbum, corruptis moribus insignem, qui ea vtetur cautela ad impunitatem criminum, in quibus assiduè versatur consequendam, vt admittat extra territorium flagitia, præsertim apud vicinas ciuitates, & aduersus personas exteras, & miserabiles, quæ non facile possunt apud domicilia delinquentium accusationes instituere, & iniuriarum suarum satisfactionem quærere, profectò in eiusmodi casu non erit alienum à ratione, Iudicem zelo boni publici, & vindictæ peccatis debitæ per motum inquisitionis via ex officio de eiusmodi criminibus aduersus eum quærere. Etenim tametsi Respublica ipsa non esset affecta iniuria ex crimine extra territorium commisso, negari non potest, quin perturbetur scandalo, & malo exemplo ex patiētia, & impunitate publicorum criminum permissorum, præsertim cum vigeat illa naturalis ratio, *quod tibi non vis, alteri ne feceris*. quemadmodum enim Respublica nollet offendi, & perturbari à ciue Reipublicæ extranæ, ita non debet permittere à ciue suo extraneam offendi. Tùm vel maximè cum verissima sit ratio a nobis superius expensa num. 741. eas omnes Respublicas, quæ membra sunt vnius, & eiusdem Principatus simul compati, & offendi suo modo, cùm quælibet ex illis offenditur. Hactenus æquissimum est, omnes Respublicas ad vnum Principatum expectantes censeri fœderatas vt quemadmodum cū quis delinquit in vna ciuitate, potest in alia confœderata puniri, si ad eam confugiat, in qua sententia fuit Decianus *tract. crim. lib. 4. cap. 16. nu. 32. & cap. 29. nu. 12.* Hippolit de Marsil. *cons. 121. num. 6. & 10.* Cataldinus *de syndicatu, nu. 74.* Farinacius *in praxi, d. q. 7. num. 6.* Molinus *de brachio sæculari, capit. 21.* ita similiter in hoc casu possit cum ad suum domicilium ex alibi patrato delictum confugit: quo conferunt notata à Iosepho Ludouico *decis. Lucensi, 16. ex nu. 28.* item quia quemadmodum auxilio legum non iuuatur, qui in leges committit, *l. auxilium, 37. § in delictis, in fin. ff. de minorib. Authen. vt liceat matri, & auiæ, capit. 15. §. quià verò ita, vers. non enim debent*, & ibi Glossa, *verb. despexerunt, collat. 8.* & immunitatē Ecclesiæ amittunt, qui ea abutentes in Ecclesia ipsa maleficia committunt, sub ea spe, quod ab Ecclesia sunt defendendi *cap. immunitatem, vltimo, de immmunit. eccles.* & ibi Doctores notant, Remigius de Goni *de immunit. eccles. fallent. 3. & seqq. vsque ad 11.* Ambrosinus *de immunit. capit. 5. ex nu. 1.* Gambacurta *de immunit. lib. 5. tota parte, 3. ex c. 16. vbi ex num. 6.* latè prosequitur: & quotiescunque priuilegiatus priuilegio abutitur, illud meretur amittere, *cap. licet quibusdam, de regularibus*, cum concordantibus, quæ congessit idem Ambrosinus *de immunit. cap. 18. num. 17.* & Castillo *de vsufructu, cap. 3. num. 14. & 104.* ita sit equissimum, vt illam quasi immunitatem iure cōmuni indultam, quam quis habet, vt contra eum non possit apud domicilium, vel originem suam inquiri, cum intra territorium non delinquit, ammittat, cum huius ipsius immunitatis occasione abusus ad aliena se conferat territoria, vt in ea delicta committat, quasi sub spe huius immunitatis impunitatem suorum criminum consequuturus, quod permitti non debet.

745 Prædictam tamen sextam ampliationem sic explicatam subamplia maiori cum ratione, vt procedat cum in loco originis, aut domicilij viget statutum, vt possit via inquisitionis procedi aduersus ciues ob delicta patrata extra territorium. In quo casu loquitur Bartolus huic sententiæ acquiescens, *in l. cunctos populos 1. num. 47. C. de summa Trinitate, & fide catholica*, qui refertur communiter pro sententia à me relata supra nu. 739. cùm tamen videatur restringere se ad huius subampliationis casum. & ob eandem rationem Barones in hoc Regno Neapolitano, qui frequentissimè habent priuilegium cognoscendi de delictis subditorum, etiā extra territorium cōmissis, possunt via inquisitionis procedere aduersus vassallos propter delicta extra territorium commissa, quod videtur præsupponere Franchis *decis. 66.* & sentire Follerius *in practic. crimin. 1. par. 2. par. rubr. audiantur excusatores, ex num. 64. & 65. & ex num. 127. ad 129. et numer. 160.* Petra *ad Grammaticum decis. 26. nu. 19.* Rouitus *in pragmat. 1. num. 6. et seqq. late vbi de delicto, quis deb. conuenir.* Capiblancus *in pragmat. 8. part. 2. num. 135. de Baronibus*.

746 Amplia septimò, vt vagabundus ratione delicti vbicunque perpetrati, etiam extra territorium illius Iudicis, apud quem reperitur, & accusatur sortiatur forum in quocunque loco, in quo fuerit inuentus, & possit eius loci Iudex procedere aduersus ipsum, tàm via inquisitionis quàm accusationis, ipsumq; punire. Ita sentiunt ij, quos retuli hac eadem disceptatione quæst. 1. nu. 47 vbi probaui multis Doctoribus in hanc rem adductis, & in eum sensum accipitur à Glossa, & Doctoribus, *textus, in d. l. 1. C. vbi de criminib. agi oport.* vt constat ex scholio vltimo, ibidem, & traditis ad eum locum. Quibus addo Bossiu in

titul.

titul. de foro compet. num. 69. *&* 70. Guidonem Papæ *decis.* 202. *num.* 1. *&* 2. Duenas *regul.* 378. *limitat.* 4. Iulium Clarum *lib.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 39. *n.* 7. & ad eum Baiardum *nu.* 16. Auendanum *de exequ. mandat.* 2. *par. cap.* 7. *nu.* 7. *& respons.* 40. *numer.* 8. *vers. non's conclusio*, Molinum *de brachio sæculari, lib.* 3. *cap.* 40. *num.* 24. Follerium *in pract. crim.* 4. *par. principali*, *num.* 44. vbi addit censeri vagabundum eum, qui propter crimen à patria sua fugit, vt notaui supra hac eadem quæstione nu. 720. in fine, tametsi doctrina in genere proposita sit valdè dubia; qui enim à patria fugit ob crimen patratum domicilium non amittit, vt probat textus *in l. si mulierı*, 22. vbi notat Bartol. *ff. quibus modis vsusfruct. amitt.* idem Bartol. *in l.* 1. §. *permittitur, nu.* 7. *ff. de liber. agnoscend.* & qui domicilium proprium habet vagabundus non est, vt notat Barbosa *in l. heres absens*, §. *proindè in articulo, de foro delicti, ex nu.* 19. *ff. de iudicijs*, quis autem censendus sit vagabundus, explicaui, dicta quæst. 1. num. 46.

747 Amplia octauò, vt tam in loco delicti, quàm in foro domicilij, & originis delinquentis possit procedi, non solùm contra reum præsentem, sed etiam contra absentem. Probatur ex textu *in d. l.* 1. *& in Authent. qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport.* iure Castellæ *in l.* 1. *&* 3. *tit.* 16. *lib.* 8. *recopilat.* iure Neapolitano *pragmat.* 1. *vbi de delict. quis deb. conuen.*

748 Eget tamen ampliatio ista vlteriore declaratione, nam hoc loco explicandum occurrit, quomodo sit procedendum contra delinquentes præsentes; quo verò modo contra absentes fugitiuos, & contumaces, tàm de iure communi, quàm de iure Hispano, & Neapolitano; quod quia ad practicos pertinet ex professo tractare, breuiter percurremus.

749 Certè, quod ad reos præsentes attinet, vnus ferè modus est procedendi aduersus ipsos, tàm de iure communi quam vtroque Regio, tametsi in quibusdam leuibus diuersus. Nam cùm crimen commissum esse, peruenit ad Iudicis notitiam; seu ex querella partis offensæ siuè deferente fama, Iudex summarium capit informationem delicti, constitoq; tàm de delicti corpore, quod dicitur, quàm de delinquente, procedit ad capturam, eius, seu citationem realem, vel eum citat ad informandum; captum; captum autem examinat, seu recipit confessionẽ. Si autem procedit ex officio, edit reo copiam capitum inquisitionis, aut eã facit intimari, vt se defendat: eo discrimine, quod apud Castellanos datur statim, etiam ante ratificationem testium inquisitionis, seu accusatoris, copia summariæ informationis reo: iuxta praxim verò Neapolitanam non datur reo copia processus informationis, seu repertorum, nisi habitis testibus pro reperitis, qui eo iure haberi possunt pro repetitis, etiam in causis grauissimis, & capitalibus; quod iure Regio Castellæ non permittitur in illis causis, in quibus imponi potest pœna corporalis; eo quod quis non est Dominus membrorum suorum, neque reus potest renunciare in eiusmodi causis suis defensionibus. Habitis verò testibus pro repetitis in hoc Regno Neapolitano dari potest, & datur copia repertorum, seu summariæ informationis, & lis contestatur. Si verò procedatur via accusationis, facto examine rei, accusatio proponitur, cuius data copia reus litem contestatur, & suas proponit exceptiones; super quarum disceptatione datur terminus quo peracto fit publicatio causæq; concluditur, & deuenitur ad sententiã diffinitiuam, si probationes sint concludentes condemnando; si nullæ absoluendo. Si verò non sint concludentes, sed duntaxat reus vrgeatur grauibus, & legiti-mis indicijs negati criminis, subijcitur torturæ; de quibus modis procedendi Castellani videant Suarez de Paz *in praxi*, 1. *tom.* 5. *part. capit.* 1. 2. *&* 3. vbi optimè docet Tyrones modum procedendi, & formandi processum contra reos præsentes nihil omisso, & Ioannem Vela *de modo procedendi in causis criminalibus ex cap.* 2. Neapolitani verò Follerium *in practic. crimin.* 1. *par.* 2. *part. vsque ad rubricam fiat relatio Nuntij, &* 2. *par.* 2. *part. &* 4. *&* 3. *par. principalibus*, vbi latissimè, & optimè, & Nuntium Tartaglia *in praxi Magn. Cur. Vicar. causarum criminalium*, *ex cap.* 1. & aliqua apud Marantam *in praxi*, 4. *par. distinction.* 1.

750 Solet autem statim post examen rei carcerati incidere quæstio frequentissimè, an sit, vel non sit relaxandus sub fideiussoribus; qua in re duæ regulæ sunt constituendæ. Prima affirmatiua, vt tunc reus sub fideiussoribus sit relaxandus, quando ex processu non venit illi imponenda pœna corporalis. Secunda negatiua, vt vbi venit imponenda pœna corporalis ex processu reus non sit sub fideiussoribus relaxandus. Vtraque traditur *in l.* 1. *& in l. diuus*, 3. *ff. de custod. & exhibit. reor.* de quibus videantur Rodericus Suarez *de fideiussore in causa criminali, ex num.* 1. Gregorius Lopez *in l.* 16. *tit.* 1. *par.* 7. *glos.* 5. *per textum ibi, & in l.* 10. *titul.* 29. *eadem par.* 7. *gloss.* 1. *& seqq.* & textus ibi, Couarruuias *lib.* 2. *variarum, cap.* 8. *num.* 8. Antonius Gomez *tomo* 3. *variarum, cap.* 9. *num.* 7. *&* 8. Matienzus *in l.* 10. *tit.* 16. *libr.* 5. *recopilat. gloss.* 1. *ex num.* 14. Paz *in praxi*, 1. *tom.* 5. *par. cap.* 3. §. 6. *nu.* 90. Salcedo *ad practic. Bernardi, ad cap.* 124. *lit. A. vers. vltimo*, Ioannes Vela *de modo procedendi in criminalibus, cap.* 6. *nu.* 36. Parladorius *lib.* 1. *rerum quotidianarum cap.* 17. *num.* 47. Bossius *tract. crimin. titul. de carcerato fideiussoribus committendo, per totum*, Iulus Clarus *lib.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 46. *ex nu.* 6. Farinacius *in praxi crim. q.* 33. *ex nu.* 1. Tuscus *liter. F. conclus.* 330. *& lit. C. conclus.* 87. Henrigius *de fideiussoribus, cap.* 10. *ex nu.* 359. *&* 380. latissimè Pyrrus Maurus *de fideiussoribus*, 1. *par. sect.* 2. *cap.* 3. *ex nu.* 2. *&* 2. *par. sect.* 4. *cap.* 21. *num.* 2. *&* 3. Magonius *decis. Lucensi.* 42.

751 Aduertendum est autem regulam affirmatiuam esse ampliandam, vt locum habeat etiam si reus damnatus fuerit pœna pecuniaria, aut alia non corporali, & appellauerit: nam nihilominus potest à Iudice à quo, relaxari, vt notat Gregorius Lopez *in l.* 26. *tit.* 23. *p.* 3. *gloss.* 5. & Farinacius *in praxi, d. q.* 33. *ex num.* 20. *ad* 23. & statuitur apud Castellanos *in l.* 6. *titul.* 8. *libr.* 4. *recopilat.* quæ tametsi loquatur in causa ciuili idem est dicendum in criminali, dummodò non possit imponi pœna corporalis, ob eandem rationem. Tametsi contrarium sentiat Franciscus Marcus *decis.* 909. *ex num.* 1. *par.* 1. iuxta cuius sententiam videtur edita pragmatica quædam vocata duodecima; de appellationibus, in Regno Neapolitano, in nouissima compilatione edita post hæc scripta. Item aduertendum erit, pœnam temporalis relegationis (exilium vocamus indifferenter Hispani, non distinguentes exulem à relegato, vt distinguebantur apud Romanos) non esse corporalem vt probatur *in l.* 2. *in princ. tit.* 19. *lib.* 8. *recopilat.* & notat ibi Azeuedus *nu.* 1. *& in l.* 8. *num.* 1. *in fin. cum seqq. tit.* 18. *lib.* 4. *recopilat.* Auendanus *de exequen. mandat.* 2. *part. capit.* 16. *num.* 17. *&* 18. Antonius Gomez *tom.* 3. *variarum. cap.* 1. *num.* 13. *in fin.* Bouadilla *lib.* 5. *politic. cap.* 1. *num.* 128. Boerius *decis.* 254. *num.* 4. Cornazanus *decis.* 197. Iulius Clarus *lib.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 32. *num.* 5. Farinacius *in praxi crimin. q.* 33. *nu.* 55. *vol.* 1. Caballus *resolut. crimin. casu* 146. *nu.* 13. *& seqq.*

752 Cæterum, quod attinet ad reos criminis absentes, fugitiuosq;, & contumaces, de iure communi, & veteri

Thomæ Carleualij de Iudicijs. O 3 iure

iure Castellæ partitarum, Iudex loci delicti non potest proferre contra absentem sententiam diffinitiuam capitalem, siuè via inquisitionis, siue accusationis procedatur, quia neminem inaudita causa damnari æquitatis, ratio patitur, quam consuetudinẽ apud Romanos receptã dicitur, *Actorum 25. num. 16.* meminis Ioannes Stephanus, Menochius *institutionis politicæ, lib. 2. cap. 12. num. 3.* probat textus *in clement. pastoralis, §. quod si puníto, de re iudic. & in l. absentem, 5. ff. de pœnis, in l. 1. in princip. & §. 1. ff. de requirend. reis, & l. 1. Cod. eod. tit.* & docuit Glossa *in Authent. vt nulli Iudicum, capit. 5. seù §. si verò quis compræhensorum, verbo; compræhendere, collat. 9. & in l. 7. tit. 8. par. 3.* & ibi Glossa sexta, notant Olanus *in concordia, liter. A. ex n. 1.* & Barbosa *in l. hæres absens, 19. §. proindè, in articulo, de foro delicti, nu. 5. 6. & 7. & ex num. 92. ff. de iudicijs;* sed dumtaxat potest, & debet reum adnotare, idest decernere, vt requiratur relato eius nomine in publica acta, vt placeat Duaræno *lib. 1. disputat. anniuersaria, cap. 8.* & Vbesembecio *in paratitla, nu. 2. ff. de requiren. reis*, & ibidem Cuiacio, & Olano *in concordia, liter. A. nu. 19. & seqq.* & ædictis eum adesse iubere, vt potestas sit sui purgandi, *d. l. 1. C. de requirend. reis.* interea autem absentia bona describuntur, vt in tuto sint, *l. vltima, ff. eod. tit.* Quod si annotatus, & requisitus absens intra annum, ex quo ea annotatio facta est, Iudicem adierit, & se purgauerit, vel mortuus fuerit, bona viuius recuperat, mortuus ad suos hæredes transmittit, *l. 1. §. sed & Papinianus, l. 2. 4. & 5. ff. de requir. reis, l. 1. C. eod. tit.* Sin verò anno elapso nõ redierit, sed contumax fuerit, & perseuerauerit, bona fisco irreuocabiliter vindicantur, *d. §. sed & Papinianus, l. anni, l. annus, l. mandatis, ff. de requir. reis, l. 2. C. eod. tit. d. leg. 7. tit. 8. par. 3.* & ibi Gregorius, per omnes Glossas: consonat *constit. grandis vtilitas, lib. 2. constit. Regn. Neapolit.* Adeò, vt etiam si post annum venerit ad iudicium, quasi moram purgaturus, & innocentiam suam ostenderit, nihilominus bona apud fiscum perseuerent, & recuperari non possint; notant Doctores ad predictas leges, Vbesembecius *in paratitla, ff. de requiren. reis;* quare potest cõtumax, & absens pœna pecuniaria danari, *d. l. absentem, §. aduersus contumaces*, vbi dicitur absentem posse damnari pœna infamiæ, & vsque ad relegationem, non vltra: consonat Glossa ibi, *verbo existimationem, cum tribus sequentibus*, & Glossa *in verb. capitaliter, in d. constitut. Regni, grandis vtilitas, lib. 2. tit. 1.* & Andreas de Iserna *ibidem in principio*.

753 De iure nouiori Regni Castellæ modus procedendi contra absentes contumaces traditur *in l. 3. tit. 10. lib. 4. recopilat.* videlicèt, cùm quis crimen incurrerit eius conditionis, vt sit locus bonorum sequestro, bona statim ab initio, capta summaria delicti informatione sequestrantur, post reus absens citatur ter per præconia de nouennio in nouennium, quæ citationes intimantur domi, si eam habuerit in loco delicti; in ijsdem dilationibus, & terminis affiguntur edicta in locis publicis ciuitatis, quibus citatur, & vocatur, vt exhibeat se, se purgaturus innocentiam suam à culpa delicti in spetie expressi, quod illi imputatur. Quod si se iudicio non sistat, & in carceribus præsentet, facta fide de perseuerantia in contumacia per Scribam causæ in fine cuiusque termini ex prædictis, incusatur eius contumacia, & in ea persistens damnatur quibusdam pœnis pecuniarijs contumaciarũ, & expensis, quæ Hispanè vocantur, *despreces, y omezilo*, antiquis vocibus. Quod si post tertiam dilationem non venerit responsurus, si proceditur ex officio proponuntur illi capita inquisitionis, ac si esset presens, vt se defendat, Hispanè dicimus, *se le hace cargo:* quod si procedatur via accusationis, proponitur accusatio in forma, Iudex quæ decernit edi accusato: copiam non secus, ac si esset præsens, quod decretum intimatur in adiutorio, admittiturq; accusator ad probationem intimatis in auditorio actis, Hispanè dicimus, *se notifican los autos en los estrados de la Audiencia;* repetunturq; testes fisci, vel accusatoris, & Iudex ex officio procedit ad veritatem indagandam, & comprobandam absentis innocentia, fitq; testium publicatio, & tandem conclusio. Quod si reus interea se iudicio sistat, aut in carceribus præsentet, (quod vulgo dicitur) refectis expensis, & solutis prædictis pęnis auditur de nouo; verùm testes fisci, & accusatoris iterum non repetuntur, sed censetur plenaria, & perfecta probatio in damnum contumacis, solùm fit locus defensionibus rei. Si verò reus contumax perseuerat proceditur ad sententiam diffinitiuam, in qua si probationes accusatoris videantur Iudici insufficientes reum absoluit; *vt in d. l. 3.* dicitur, & tradit Anton. Gomez *in l. 76. Tauri, num. 14.* si verò sint concludentes, & probent delictum, vel saltem adsint in processu indicia, ex quibus reus præsens torqueretur, damnatur pœna ordinaria delicti, tàm corporali, quàm pecuniaria in commodum fisci, & accusatoris, & in expensis litis. Quæ sententia quòad pœnas pecuniaria, si reus perseueret per annum contumax, tàm quòad illas, quæ cedunt in commodum fisci, quàm in vtilitatem accusatoris, transit in iudicatum, &, illas reus non recuperat, exemplo amissionis bonorum rei contumacis iure communi constitutæ, de qua numero præcedenti. Verùm quod ad pœnas corporales attinet, sententia lata reo absente, & contumace, non est mandanda exequutioni, sed reus circa illas semper auditur, semperq; patet aditus eius defensionibus, ne inaudita causa cõtra æquitatis rationem iustis defensionibus pręclusa via, damnetur. Quare sententiam illam à Iudice in contumacem latam censendã esse interloquutoriam, quæ contrario imperio tolli possit, iuxta textum *in l. quod iussit, ff. de re iudic.* censuit Ioannes Garcia *de nobilitate, glos. 6. §. 1. num. 25.* & reo se iudicio sistentes vires amittit, & infirma manet, vt notant Auendanus *respons. 15. num. 7.* Azeuedus *in d. l. 3. num. 127. & 130. tit. 10. lib. 4. recopilat.* Tuscus *liter. C. conclus. 1021. & liter. D. conclus. 138.* Farinacius *decis. crimin. 191. vol. 2.* de cuius legis tertiæ praxi videndi sunt Azeuedus ad eam Paz *in praxi, 1. tomo 5. par. c. 4.* Monterosus *in pract. tra. 4. ti. de processo en rebeldia*, Olanus *in concordia, lit. A. ex nu. 1.* Auendanus *respons. 15.* Ioannes Garcia *dicta gloss. 6. §. 1. ex nu. 21.* Heuia Volauo *in curia philippica, 3. par. §. 18.* Villadiego *in sua politica, cap. 3. ex. num. 375.* Barbosa *in d. l. hares absens, 19. proinde, in articulo, de foro delicti, ex nu. 95. & 96. ff. de iudicijs*.

754 De iure, & praxi Regni Neapolitani capta summaria informatione delicti reus carceratur, vel citatur ad informandum, idest ad se purgandum à culpa imputata, vel quærela personaliter comparendo, quæ citatio per nuncium fit domi. Quod si facta relatione nuncij se citasse reum, reus non compareat, accusantur duæ contumaciæ, assignatis diuersis terminis, & dilationibus ad comparendum reo absenti extra ciuitatem, & extra Prouinciam, & vltimam contumacia accusatur curia pro tribunali sedente. Vocatur autem reus in ipso Prètoreo, seù banca iuris, quam vocant voce præconis. Quòd si non cõpareat, nec aliquis pro eo, qui iustam absentiæ excusationem proponat, condemnatur pœna contenta in mandato ad informandum, quæ est arbitraria, & ipsi mandato solet inferi, & decernitur aduersus ipsum altera citatio

tio ad recipiendum formam capitulorum specialis inquisitionis. Si verò compareat aliquis ad ipsum excusandum, cur in iudicium non veniat, debet alteram ex tribus excusationibus proponere, absentiæ, infirmitatis, carcerationis. Si autem, vel excusator Iudicem non adeat, vel excusationem propositam non comprobat accurata côtumacia, vt dictum est, Iudex procedit ad annotationem bonorum rei, & inuentarium conficiendum, ne occultentur, quoniam reus contracta contumacia amittit tertiam partem mobilium bonorum, quæ fisco irreuocabiliter adquiritur. Quòd si in contumacia perseueret, proceditur ad bannum, quod in vltimo decreto contumaciæ comminatum esse debet. Bannire autem non est aliud quàm reum ponere extra ciuitatis protectionem, & correspondet excommunicationi canonicæ, aut antiquæ interdictioni aquæ, & ignis, & exinde à nullo potest impunè receptari, & à quocunque capi potest. In quo banno si quis per annum perseueret contumax, si ob delictum pro quo bannitus est possit imponi pœna mortis naturalis, aut abscisionis membri, aut mortis ciuilis, aut carceris perpetui, (quæ in foris ciuilibus Neapolitanis, quandoque admittitur, vt eam vidimus nunquam impositam) profertur contra reum sententia foriudicationis, quæ eum habet effectum, vt possit foriudicatur impunè à quocunque priuato occidi. Imò solet nonnunquam proponi præmium occidenti foriudicatum, vel indulgentia suorum delictorum, vel aliud pecuniarium. Si autem prolata sententia foriudicationis contra aliquem ille capiatur, recognosci debet, & recipitur ad hunc effectum eius confessio. Quod si neget esse se illum, qui foriudicatus est, adhibentur testes de recognitione. Recognitione verò facta datur illis breuis terminus ad dicêdum, quare sententia foriudicationis exequutioni mandari nô debeat, daturque illi Aduocatus, & Procurator, & copia processus foriudicationis, & sententiæ: aduersus quam solent allegari nullitates, quæ si militent audiuntur, & proceditur contra eum, tanquam contra præsentem purgata contumacia. Si verò nullitates locum non habeant intra breuem terminum sutea suspenditur, Hunc modum procedendi docet Follerius *in pract. crim. tota 1. par. 2. partis*, & Tartaglia *in practica criminali Magnæ Curiæ Vicariæ, c. 6. præsertim ex num. 8.* apud quem videbis formam sententiæ foriudicationis. Adde *const. grandis vtilitas, lib. 1. tit. 1. & const. pœnam eorum, eodem libro, tit. 3.* Tametsi verò in hoc Regno tàm acerbus sit modus procedendi contra delinquentes, nusquam vidi, aut atrociora delicta, aut frequentiora, aut inuerecundius commissa, quàm in eo perpetrantur. Scit Deus, cui sit imputandum.

755 De iure verò Saxonum quis sit procedendi modus contra absentes, & contumaces delinquentes, habes apud Vbesembecium *in paratitla, ff. de requirend. reis, ex nu. 6.* & Hartmanum Pistoris *lib. 1. quæstion. iuris, q. 3.* & Vlricum in additione ad eam; qui tamen multum conuenit cum processu Neapolitano, seu Italico.

756 Quoniam verò ad Iudicem pertinet, quantum in se est curare, vt omninò satisfiat parti læsæ, atq; item Reipublicæ, cui præest ex malo criminis exemplo offensæ, & scandalo affectæ, facta publica vindicta, vt publico supplicio delinquentibus illato, cæteri à delinquendo absterreantur, & à maleficijs abstineant, non existimabit, officio se satisfecisse suo formato processu, quibus modis diximus contra contumacem, nisi simul procuret modis omnibus reum vndecunq; quæsitum capere, & in vincula conijcere, vt possit illum afficere condignis pœnis. Qua re inquirere debebit, in quem locum se contulerit reus, & vbi moretur; quod si locus ille, in quo latitat, & vbi moratur, sit intra suum territorium, illûc se conferre debebit, vel suos Ministros mittere, quo reum capiant, & in carcerem adducant. Si vero locus sit extra territorium, vt plerunque contingit, cùm captura sit actus contentiosæ iurisdictionis, & ea non possit extra territorium exerceri, *l. extra territorium, vltima, ff. de iurisdictione omnium Iudicum*; non poterit ipse per se, aut suam familiam in alieno territorio capere delinquentem, quod adnotaui supra quæstione prima num. 25. & notarunt Bossius *titulo de captura, num. 34.* & Ioannes Vela *de modo procedendi in causis criminalibus, cap. 6. numer. 9.* Quod adeò verum est, vt procedat, etiam si familia Iudicis loci delicti cæperit insequi in suo territorio delinquentem fugientem ab eo, vsque ad extraneum: nam in extraneo capere non poterit. Tradunt Bossius *dicto nu. 34.* Iulius Clarus *libr. 5. sentent. §. fin. quæst. 29. numer. 10.* Antonius Gomez *tom. 3. variarum, cap. 9. num. 5.* & ibi additio *liter. B.* Angelus *de maleficijs, verbo, quod fama publica, num. 62.* Bouadilla *lib. 2. politic. cap. 13. ex nu. 66.* Farinacius *in praxi criminali, quæst. 7. numer. 41.* Caballus *resolution. criminal. casu 291. numer. 1. cum sequentibus*, Molinus de *brachio sæculari, libr. 2. cap. 23. ex num. 11.*

757 Vtendum ergo erit Iudici in eo casu, frequentissimo remedio literarum, quas vocant hortatorias, seu requisitorias, aut subsidiales, quibus petat à quibuscunque Iudicibus, apud quos reus manet, vt eum capi faciant per suam familiam, & ad requirentem remittant puniendû, quemadmodum idem efficere solet in causis ciuilibus, vt dixi dicta quæst. 1. nu. 15. cum seqq. docent Greg. Lopez *in l. 18. tit. 1. par. 7. glos. 5.* per textum ibi, Couarruuias *in practic. cap. 11. ex nu. 3.* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. q. 38. nu. 19.* Auendanus *de exeq. mand. 2. p. cap. 7. ex num. 6.* Io. Vela *vbi supra, d. c. 6. num. 10.* Bouadilla *lib. 2. polit. c. 13. ex n. 65.* Barbosa *in l. hæres absens, 19. §. proindè, in art. de foro delicti, ex num. 69. ff. de iudicijs*, Auiles *in cap. 27. Prætorum, verb. entreguen, num. 8. & 9.* Molinus *de brachio sæculari, lib. 2. cap. 22. per totum*, & desumitur ex *l. 20. in principio, & §. 2. tit. 21. lib. 4. recopilat. & ex l. 3. & 5. tit. 16. lib. 8. recopilat.* Quod ius originem sumpsit, ex *l. 1. §. Præsides, ff. de requiren. reis, l. soleat, ff. de custod. reorum*, & ex textu *in Authent. vt nulli Iudicum, §. si verò quis comprehensorum, collat. 9. & authent. si verò criminis, C. ad l. Iul. de adulter.* De iure Castellæ veteri, *l. 1. titul. 29. par. 7.* vbi Gregorius *glossa secunda*, & in dicta quæst. 1. num. 26. dixi, qui forma sint expediendæ literæ requisitoriæ in ciuilibus, egi quæ breuiter de criminalibus, remittens ad hunc locum latiorem tractatum. Circa quarum literarum formam, vsum, & exequutionem solent occurrere quædam difficultates hoc loco explicandæ, vt scire possit Iudex requisitus, quando illis obsequi debeat quando non item.

758 In primis sciendum est, vsum literarum requisitoriarum inter Iudices admissum esse ad diuersos effectus. Aut enim mittuntur solùm ad citandum aliquem ciuiliter; aut ad citandum realiter, seu capiendum, & remittendum; aut ad sequestranda bona alicuius existentia intra territorium Iudicis requisiti; aut ad immittendum aliquem in eorum possessionem; aut ad exequêdum decretum, aut sententiam à Iudice requirente latam, *vt in l. à Diuo Pio, 15. §. sententiam Romæ, ff. de re iudicata*; aut exequendam sententiam criminalem, quemadmodum solent Ecclesiastici remittere sæcularibus exequutionem

tionem sententiarum sanguinis in delictis grauissimis, quod vocant relaxare reos brachio sæculari, iuxta animaduersionem Bartoli in leg. Magistratibus, 12. num. 4. & 5. ff. de iurisdict. omn. iudic.

759 Quo supposito prior dubitatio occurit examinanda, an Iudex requisitus teneatur fidem adhibere quibuslibet literis requisitorijs ad eū missis, easque exequutioni mandare, nulla alia adhib ita causæ cognitione: an verò teneatur id efficere præmissa causæ cognitione.

760 Prima sententia ait, Iudicem teneri præstare obsequium requisitorijs literis, nulla alia adhibita causæ cognitione, illisque simpliciter asserentibus, aliquem esse reum, fidem habere, pro quarum exequutione statim capi, & remitti oportere à Iudice requisito, sine vllo alio examine, an verum, sit, quod continent literæ requisitoriæ an iustum, quod rogant. Ita sentit Cynus in leg. properandum. §. sin autem reus. numer. 10. C. de iudiciis, & in Authentic. qua in Prouincia C. vbi de criminib. agi opor. Bartolus in leg. interdum, vltima §. idemque, ff. de publican. & vectigal. Fulgosius in lege Magistratibus, num. 5. in fine, Paulus num. 2. Romanus num. 4. in fine, Iasò in principio ante num. 1. ff. de iurisdiction. omn. iudic. Iulio Clarus lib. 5. sentent. §. final. quæst. 38. num. 19. in fine, Rebuffus tom. 2. in constitut. reg. titulo de literis requisitorijs, in præfatione, numer. 15. vbi testatur de generali vsu, Follerius in practic. criminal. 1. part. 2. part. rubrica notatos capiat de persona, num. 22. & in constitut. Capitaneorum, nu. 86. Franciscus Marcus decision. 119. num. 6. & decision. 332. num. 7. 2. part. Antonius Gomez tom. 3. variarum cap. 1. numer. 87. in fine, Barbosa in d. l. hæres absens, 19. §. proinde, in articulo, de foro delicti, num. 72. 73. 77. & 78. vbi ait, sic esse statutum in Regno Portugaliæ. Et probatur, quoniam Iudex requisitus habet vicem exequutoris, vt notant Bartolus, Paulus, & Iaso, vbi supra: exequutor autem non potest cognoscere de veritate causæ, cuius ei committitur exequutio, leg. si vt proponis, C. de exequut. rei iudicat. cap. pastoralis, § quia verò, de offic. deleg.

761 Secunda sententia est, non debere, nec posse iustè Iudicem requisitum exequutioni mandare decreta Iudicis requirentis, credendo soli simplici eius relationi, sine præuia aliquali cognitione causæ; veritatisque, & iustitiæ earum literarum, quibus requiritur, vt auxilium requirenti præstet, brachiumque impartiatur. Ita sentiunt Glossa in clement. pastoralis, §. quod si punitio, verbo de more, circa finem de re iudicata, Bartolus in leg. Magistratibus, 12. num. 4. Albericus num. 6. & 7. Baldus num. 3. Angelus num. 6. Paulus seipsum explicans num. 4. Alexand. numer. 8. & seqq. ff. de iurisdiction. omn. indic. idem Albericus optimè declarans in Authentic. qua in Prouincia, numer. 11. & 12. C. vbi de criminib. agi aport. idem Paulus in leg. 1. numer. 6. C. eodem titulo, Ordradus consil. 124. numer. 4. Marianus Socinus in cap. postulasti, num. 15. de foro competent. Panormitanus in cap. vltimo, num. 18. Felinus num. 10. eodem titulo, Bartholomeus Socinus regul. 415. aliàs liter. R. regul. 4. fallent. 5. Couarruias in practic. cap. 11. nu. 8. Guido Papæ decis. 202. num. 1. Auendanus de exequ. mandat. 2. par. cap. 7. nu. 6. & tractat. de exceptionibus, nu. 18. & respons. 40. num. 3. & 4. & num. 9. vers. decima conclusio, & vers. vndecima conclusio, Didacus Perez in l. 2. tit. 17. lib. 8. ordinamenti, gloss. 1. pag. 339. colum. 2. Bouadilla in politica, lib. 2. cap. 13. num. 69. Ioannes Vela de modo procedendi in criminalibus, cap. 6. num. 11. Bossius tit. de foro competenti, nu. 50. 87. & sequentibus, vsque ad 91. Molinus de brachio seculari, lib. 2. cap. 38. ex numer. 2. & cap. 40. ex num. 38. Farinacius in praxi, q. 7. ex num. 34. Franciscus Marcus decis. 179. num. 7. 2. par. Salcedo ad practicam Bernardi, cap. 151. Cancer variarum resolutionum, part. 2. cap. 15. ex nu. 9. Quæ proculdubio est magis communis sententia, & vsu recepta, non solùm in Regno Castellæ, vbi eam sæpius practicaui, & practicari vidi, sed etiam in Regno Neapolitano, in cuius Sac. Cons. me interueniēte nonnūquam practicata est. Et probatur ex textu in leg. Diuus, 3. ff. de custod. reor. & in Authentic. de sanctissimis Episcopis, c. 21. §. si verò crimen, collat. 9. Et ex eo probat prædicta Glossa in dict. clementina pastoralis, quoniam alioqui per capturam quis iniustè, & calumniosè, & absque vlla iusta causa afficeretur iniuria.

762 Verùm, vt hac in re possit statui certa, & determinata doctrina in casibus occurrentibus, concordarique prima sententia cum secunda, oportet distinguere diuersos casus, in quibus occurunt diuersæ considerationes. Et primo distinguendum est, an per literas requisitorias inuocetur brachium, seu auxilium Iudicis sæcularis a Iudice Ecclesiastico: an vero inuocetur brachium, seù auxilium Iudicis sęcularis ab alio Iudice sęculari ad executionem decreti, seù sententię latę à Iudice requirēte. Sub primo autem casu adhuc includuntur plures diuersi. Primus est, cum inuocatur brachium seù auxilium sæculare à Iudice Ecclesiastico super executione alicuius decreti, aut sententiæ, in causis merè ecclesiasticis, vt in causa matrimoniali, aut circa creationem Sacerdotum, & Episcoporum, distributionem Diœcesum, & eiusmodi alijs, quarum definitio de iure diuino pertinet priuatiuè ad tribunalia Ecclesiastica, & circa quas eodem iure Clerici exempti sunt à sęculari, & laica iurisdictione, vt diximus quæstione pręcedenti nu. 397. & adnotauit Belluga in speculo, rubr. 11. §. sunt, & aliæ, ex n. 1. dummodo in illis agatur de iure, non de facto, iuxta distinctionem traditam communiter à Doctoribus in l. Titia, 35. vbi videndus est Barbosa, ex num. 21. ff. solut. matrim. Eodem pertinet, cum inuocatur brachium, seu auxilium sæculare ad executionem decreti, aut sentētiæ latę in causis criminalibus, in quibus tractatur de crimine merę ecclesiastico, cuius cognitio, & punitio priuatiuè pertinet ad tribunalia ecclesiastica, vt docet textus in Authent. vt Clerici, apud proprios Episcopos cap. 1. seù §. si verò Ecclesiasticum, collat. 6. nouell. 83.

763 Non est verò facile discernere, quæ nam sint crimina merè ecclesiastica: nam Doctores varia dicunt, & difficulter se ab hac difficultate extricant. Quidam existimant crimen mere ecclesiasticum esse illud, quod cæpit prohiberi sola lege diuina supernaturali, vel est vetitum sola lege Pontificia. Ita definit Nauarrus in relect. cap. nouit, notab. 6. corollar. 11. num. 39. de iud. quem sequuntur Ioannes Lupus, Geminianus de vsuris comment. 4. §. 4. num. 8. vers. vnde tertia, aliàs num. 66. Simancas de catholicis instit. tit. 36. nu. 1. dùm ait crimen merè ecclesiasticum esse illud, quod Christiana religio ostendit esse crimen, cùm tamen antea per ius ciuile crimen esse ignoraretur; quod eodem ferè recidit, & Couarruuias lib. 3. variarum, c. 3. nu. 1. §. ego, vt liberè, vers. tertiò ratione, Gaspar Rodericus de annuis redditibus lib. 3. q. 4. nu. 125. Anastius Germonius de sacrorum immunitatibus, lib. 3. c. 12. num. 51. in fine, Barbosa in l. Titia, 35. num. 50. ff. solut. matrim. Sed hæc sententia non placet, quoniam blasphemia, quæ aduersatur confessioni fidei sola lege supernaturali cæpit prohiberi, & tamen est mixti fori. Item desperatio aduersatur spei supernaturali, ac per consequēs sola lege supernaturali cæpit prohiberi, & tamen punitur etiam in foro sæculari, præsertim apud Hispanos, vt con-

constat ex l. 8. tit. 23. libr. 8. recop. & tradit attento iure communi Hieronymus à Laurentijs dec. 123.

764 Alij ad hanc rem explicandam distinctione vtuntur, dicuntque crimen merè ecclesiasticum esse aliquod, vel ratione personæ, vt crimina Clericorum gaudentium fori immunitate; vel ratione rei in qua, vt quod principaliter committitur in sacris, vel sacerdotibus, vel priuilegijs eorum: aut ratione loci, vt quia in Ecclesia delinquitur: aut ratione pœnæ, vt illud pro quo fertur sententia excommunicationis, suspensionis, depositionis. Ita explicat Baldus in Auth. Clericus quoque, num. 6. & 7. C. de Episcop. & cleric. quem sequuntur Belluga in speculo, rubr. 11. §. videamus, num. 1. & 2. & Franciscus Marcus decis. 535. num. 15. 1. p. discernens ex genere pœnæ crimina ecclesiastica à sæcularib. Quæ consideratio proculdubio vera est, sed minus conueniens præsenti articulo, in quo tractamus de ratione, qua crimen ita redditur ecclesiasticum, vt de illo laicus Iudex cognoscere non possit, etiam si à laicis committatur.

765 Alij dicunt, crimina merè ecclesiastica esse illa, quæ solo iure canonico sunt prohibita: quæ verò vtroq; iure prohibentur, esse mixti fori. Ita definit Goffredus in c. cum sit generale, & Cardinal. Zabarella ibi num. 4. de foro compet. Archidiaconus in cap. 1. num. 4. 11. q. 1. assentiuntur Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. q. 37. num. 4. Cardin. Tuscus liter. C, conclus. 566. num. 5. tom. 2. Duarenus lib. 1. de Ecclesia, cap. 2. Sed eos impugnat Abbas Panormitanus in d. c. cum sit generale, nu. 31. & Marianus Socinus n. 26. ex eo, quòd iuxta hanc doctrinam crimen hæresis, quod vtroque iure prohibetur, non esset merè ecclesiasticum.

766 Alij dicunt, delicta merè ecclesiastica esse, quæ vel solo iure canonico prohibentur, vel de quibus laici Iudices cognoscere nõ possunt. Ita declarat Abbas Panormitanus in d. c. cum sit generale, nu. 31. Marianus nu. 26. de foro comp. Geminianus in c. vltimo, nu. 12. eod. tit. in 6. Sed est obscura admodum, & confusa definitio, & videtur definiri idem per idem.

767 Alij dicunt, crimen merè ecclesiasticum esse, quod principaliter respicit potentiam, vel reuerentiam Dei. Ita definit Bartol. Socin. consil. 119. num. 11. vol. 4. quem sequitur Decianus tract. crimin. lib. 4. cap. 25. num. 95. Verùm multa crimina sunt admissa contra reuerentiam Dei, quæ mixti fori sunt, vt blasphemia, teste Iulio Claro lib. 5. blasphemia, num. 4. & ibi Baiardo num. 15. & sacrilegium, mixti quoque fori, teste eodem Claro d. lib. 5. §. fin. q. 37. num. 6. & Franciscus Marcus decis. 595. num. 3. & decis. 608. 2. part.

768 Iam vt accedamus ad resolutionem tàm controuersæ definitionis, primò certum est, delictum merè ecclesiasticum esse proculdubio illud, quod sola lege canonica prohibetur, non ciuili: nam quod fuerit eius conditionis pertinet priuatiuè quoad punitionem ad solum ecclesiasticum Iudicem: quippe cùm Iudex sæcularis punire non possit, nisi eum, in quem pœna à lege ciuili statuta est, argumento lege & si quis, 14. §. diuus autem 14. ff. de religios. & sumptib. funder. & ex leg. 3. ff. de concubin. & traditis ad eam ab, Anastasio Germonio animaduersionum lib. 1. cap. 11.

769 Secundò certum est, crimen merè ecclesiasticum esse illud, quod tametsi lege ciuili sit prohibitum, & in illud statuta pœna, tamen iure canonico statutum est, esse crimen merè ecclesiasticum. Huiusmodi est crimen hæresis quod iure, canonico declaratum est, esse merè ecclesiasticum, vt docet textus in cap. vt inquisitionis, 18. §. prohibemus, & ibi Doctores de hæreticis in sexto: cùm tamen iure ciuili sit, etiam prohibitum, vt constat ex l. 1. 2. 3. & seqq. C. de summa Trinit. & fide catholic. & toto titulo C. de hæreticis, & Manichæis, apud Hispanos ex toto titulo, 26. par. 7. & ex l. 1. tit. 3. lib. 8 recopilat. apud Neapolitanos ex constit. inconsutilem, de Hæreticis, & Patarenis, & ex constitut. Patarenorum, de patarenor. receptatorib. Docent Gregorius in leg. 2. dicto tit. 26. part. 7. gloss. 2. Alciatus in cap. 1. num. 73. de offic. ordinar. Bossius tit. de hæreticis ex n. 10. Iulio Clarus lib. 5. sentent. §. hæresis ex num. 4. Afflictis in verb. bona contrahentium, nu. 12. quæ sint regalia, Simancas de catholicis instit. titulo 36. ex numer. 1. Bouadilla lib. 2. polit. cap. 17. num. 70. Paz in praxi 2. tom. prælud. 2. ex num. 28. Decianus tract. crimin. lib. 4. cap. 26. num. 4. Farinacius in praxi, q. 8. num. 127. & q. 186. §. 9. num. 153. Villar in sylua responsorum, respons. 12. num. 18. Carrerius tractat. de hæreticis, §. 3. circa itaque tertium, ex num. 1. Castro de iusta hæreticorum punit. libr. 1. cap. 23. Directorium inquisitorum 2. par. q. 46. num. 11. & ad ipsum Pegna commentar. 158. §. nunc quid, Scaccia de iudicijs, lib. 1. cap. 15. n. 2. Molinus de brachio sæcular. c. 8. Barbosa in l. Titia, 35. num. 37. & 38. ff. solut. matrimon. vbi egregiè notat, & probat, in causa hæresis non separari quæstionem facti à quæstione iuris, ac proinde in causa hæresis, neque de quæstione facti posse cognoscere sæcularem. Quam eandem doctrinam prosequitur, & declarat ibidem num. 54. ex vers. his ita explicatis: imò verò & Couaruuias libr. 3. variarum, cap. 3. numer. 1. §. ego, vt liberè, vers. quod si hoc crimen, significare videtur, illa sola crimina esse merè ecclesiastica, quæ tractare laicis Iudicibus ius canonicum prohibuit: dum ex eo probat, crimen vsurarum non esse merè ecclesiasticum, quod in eo prædicta regula locum non habeat. Quo eodem argumento vsus est Gaspar Roderi. cus de annuis redditibus, lib. 3. q. 4. num. 124. vers. probatur primò. Ratio autem huius assertionis est qua vtitur Alphonsus de Castro de iusta hæretic. punit. libr. 1. d. cap. 23. Quoniam Iudex sæcularis non potest hæresi inquirere, nec de illa iudicare; videlicèt non potest iudicare, an hæc aut illa assertio sit hæretica, an catholica. Ergo nõ potest propter illud crimen aliquem punire. Consequentia ex eo constat, quia iniustum est, vt quis possit iudicare circa crimen, de quo non potest cognoscere & punire eum, cuius actum non potest, an sit, & in quo genere, quantumque criminosus discernere, decernere, & definire. Quòd autem non possit sæcularis potestas definire de rebus fidei multis probat idem Alphonsus de Castro dicto libr. 1. cap. 5. & libr. 1. aduersus hæreses, cap. 8. de ea re videndus & Farinacius in prax. q. 186. ex n. 1. & sect. 9. ibidem ex n. 152. Bellarminus tom. 1. volum. 2. controuers. 5. lib. 3. cap. 17. vbi se ad alia loca refert.

770 Tertiò ex prædictis infertur ob eandem rationem, illa crimina esse merè ecclesiastica, in quorum examine, & definitione inuoluitur, principaliter discernenda, & discutienda materia illarum causarum merè ecclesiasticarum, quas connumerauimus quæstione præcedenti num. 397. & paulò ante commemorauimus num. 762. dùm tamen tractetur quæstio de iure, non de facto, vt crimen apostasiæ, in quo vertitur quæstio de fide quemadmodum in causa hæresis Crimen schismatis, in quo vertitur quæstio de electione Põtificis; crimẽ simoniæ, in quo vertitur quæstio de beneficijs, & iurib. spiritualib. vt Doctobus numero præcedenti relati animaduertunt, & colligitur ex traditis à Fachineo lib. 1. controuersiar. c. 44. Marata

ta *in speculo, 4.par.distin.11.nu.8.* & *67.* Anastasio Germonio *de sacrorum immunitatibus, libr.3.cap. 11. ex num. 113.*& Barbosa *in d.l.Titia 35.ex num.21* latissimè,& *ex num.54.ff.solut.matrimon.*Tusco *lit.I.concl. 446.*

771 Cætera verò crimina si dumtaxat prohibeantur ciuili iure, sunt merè sæcularia, & in eorum cognitione, & punitione Ecclesiastici Iudices nūquam manus mittent, nisi ratione personæ delinquentis, quæ sit ecclesiastica. Si verò ab vtroq; iure, tàm ciuili, quàm canonico prohibentur, sunt mixti fori,& ambo Iudices, tàm Ecclesiasticus, quàm sæcularis, cognoscunt contra laicos seruata præuentionis prærogatiua, vt de blasphemia, de crimine sacrilegij, de vsura, de periurio, de concubinatu; præterquam in Regno Neapolitano, in quo seruandam esse, *pragmaticam tertiam, de iurisdictionibus inuicem non turbandis*, dicam infra nu.775.in fine, & in specie magisq; adamussim, quæ nam sint crimina mixti fori, vide apud Iuliū Clarum *lib.5.§.fin.q.37.* Decianum *tract.crim.lib.4.c.26.* Scacciam *de iudicijs, lib.1.c.12.ex num. 15.* Farinacium *in praxi, q.8.ex nu.129.* Franciscum Marcum *dec. 595.2.p.* Anastasium Germonium *de sacrorum immunitatibus, lib. 3.c.12.ex num.51.*& Petrum Barbosa *in d.l.Titia, 35. ex nu.49.circa finem, ff.sol.matr.* Rutgerum Rulandum *de inuocatione brachij sæcularis, c.9.* Tuscum *lit.M.conclus.293.* Parladorium *in sesquicenturia, diff.9.§.2.* Pereiram *de manu regia, 2.p.c.56.* Martam *de iurisd.2.p.per totam*, Binsfeldium *de confessionibus maleficorum, t.4.prælud.*

772 Igitur, vt redeamus eo, vnde digressi fuimus, in hoc primo casu, cum Iudex Ecclesiasticus in causa ciuili, vel criminali merè Ecclesiastica inuocat auxilium brachij sæcularis ad exequutionem decreti, seù sententiæ factæ fide sæculari Iudici publica,& authentica de decreto, seù sententia latis ab ipso in prædicta causa merè ecclesiastica, cum primum sæculari constiterit decretum, seù sententiam in prædicta causa latam (de quo omninò sæculari constare debet, vt rectè tradit Cancerius *variarum resolutionum, p.3.c.19.ex num.3.in fin.* & *num.4.* ne alioqui detur occasio Ecclesiasticis sub hoc prætextu quoties libuerit vsurpandi iurisdictionem in laicos, quod aliquando vidimus contingere hoc quæsito, & confictò colore spreta prohibitione textus *in clement.1. §. verùm, de hæreticis*) sine vlla maiori, & vlteriori causæ cognitione, debet sæculare auxilium, seù brachium impartiri sine detractione, nulloque adhibito impedimento, aut allata excusatione. Ita sentiunt de causa hæresis loquentes, Angelus *in d.l.Magistratibus, 12.num.6.* Fulgolius *n.5.in fine*, Romanus tametsi subobscurè *num. 4. in fine*, Alexander *num.8.* Socinus *num. 13.* Iaso *num. 10.* Decius *numer. 10.* melius omnibus, *ff. de iurisdict. omn. iud.* Qui subiungit idem esse iudicandum, quoties inuocatur auxilium sæculare in quouis crimine merè ecclesiastico, Panormitanus *in cap.1.num.11.* & *12.* Alciatus *ex num.100.* qui limitat *de offic.ordinar.* Bossius *tit.de foro compet.num. 87.* & *90.* Simancas *de catholic.institut.tit.36.ex num.4.* Salcedo *ad practicam Bernardi, c.15 t.num.11.vers.vera item est*, Auiles, *in c.20.Prætorum, verb.vsurpan, num.20.* Paz *in praxi 2.tom.prælud.2.nu.30.* Bouadilla *lib.2.politic.c.17.numer. 171.* & *174.* Afflictis *in const. post mundi machinam, seù in proemio constitut.1.par.num.56.* Molinus *de brachio sæculari, cap.8.num.1.* & *seqq.* & *cap.9.* Marta *de iurisdictione, par.1.cap.51.ex num.1.* Farinacius *in praxi, q.97.ex num. 101.* & *103.* & *q.186.§.9.num.165.* & *seqq.* Pereira *de manu regia, 2.p.c.52.nu. 20.* Volano *in curia philippica, 2. p.§.3.num.19.*& est communis opinio Canonistarum,& ferè omnium, quos retuli supra nu.769. Ratio est, quoniam in simili crimine Iudex sæcularis non potest vlterius procedere ad dignoscendum, an sententia sit iusta, vel iniusta, an vim habeat, vel sit nulla, cùm nullam habeat facultatem cognoscendi de crimine, vt superius dixi numero eodem, paulò ante relato; atque ita decretum est constitutionibus Pontificijs extrauagantibus, vt *in constitutione, dilectus filius*, edita ab Innocentio VIII.anno 1486. *quæ est 10. inter bullas Innocentij VIII. tomo 1. Bullarij noui*, & *in const. Honestis petentium votis*, edita à Leone X.anno 1521.*quæ est inter bullas Leonis X.43.eodē 1.to. Bullarij*; relatis inter literas apostolicas pro officio sanctissimæ inquisitionis, in fine Directorij.

773 Eadem prorsus resolutio amplectenda est, quoties Iudex Ecclesiasticus implorat brachium sæculare ad exequendam sententiam contra Clericum degredatum ab ipsomet Ecclesiastico, & Curiam sæcularem remissum, seù relaxatum. Nam tunc non potest cognoscere de viribus sententiæ, neque nouum formare processum; sed solùm imponere pœnam condignam, quam Ecclesia pro misericordia imponere recusauit, tanquam in notorie confessum, & conuictum, non audito reo super exceptionibus aduersus processum factum ab Ecclesiastico, & sententiam degradationis. Ita sentit Marta *de iurisdictione, par.1.cap.51.ex num.16.* & *p.4.casu 131.* & *132.* Rationem reddit, quia sæcularis fundat suam iurisdictionem in Clericum degradatum per qualitatem degradationis, *c.nouimus, 27.in principio*, vbi Panormitanus *num. 2.de verbor.signif.cap.degradatio, 2.de pœnis, lib.6.* Decius *in cap.cum non ab homine, num.68.* & *69.de iudicijs.* Ergo nisi præsupponatur prædicta qualitas iustæ degradationis, nulla competit sæculari iurisdictio in Clericum, *l.2. §.sed si dubitetur, ff.de iudicijs, l.1.§.ait prætor, ff. ne quid in flum.publ.l.Prætor, §.docere, ff.de vi bonor.rapt.* docet Bartolus *in l.multum, 21.num.2.ff.de cond.* & *demonst.* & *in l.si finita, 15.§.Iulianus, n.18.ff.de damn.infect.* Bartholomeus Socinus *cons.39.nu.49.* & *56.vol.4.* Vantius *de nullitate, tit.de nullit.ex defect.iurisd.n.53.* & *167.*

774 Verùm hanc doctrinam crederem limitandam, vt procedat,& intelligatur dumtaxat quoad processum degradationis, de quo non potest sæcularis cognoscere, aut eius sententiam in dubium reuocare; secus esset quoad impositionem pœnæ, quæ nondum est imposita ab Ecclesiastico; quoad quam sæcularis manet Iudex competens, cum post degradationem Clericus pertineat ad suū forum. Ita sentit Alciatus *in d.cum non ab homine, 10.num. 122.ff.de iud.* Auiles *in c.20.Prætorum, verb.vsurpan, nu. 20.* Bouadilla *lib.2.polit.c.17.num.175.* Heuia Volano *in curia philippica, 3.p.§.3.n.18.* Decianus omninò videndus qui hunc articulum tractat exactissime *tract. crim. lib.4. c.9.ex nu.121.* Bortellus *de Regis catholici præstantia, cap. 71.ex num.65.*

775 Secundus casus est, cum Iudex Ecclesiasticus implorat brachium sæculare ad exequutionem decreti, aut sētentiæ latæ pro crimine mixti fori aduersus laicum. In quo dicendum est, Iudicem sæcularem requisitum debere impartiri brachium,& auxilium suum, eisdem adhibitis diligentijs, quibus vtitur ad impartiendum brachium, & auxilium suum altero Iudice sæculari petente. Quoniam circa istas causas potest ex natura ipsarum cognitionem habere; atque ita obsequi tenetur literis requisitorijs Ecclesiastici auxilium petentis, si debito adhibito examen iustum putauerit suum auxilium impartiri, quemadmodum cum requiritur pro eodem auxilio à Iudice altero

altero sæculari,vt iam dicemus,vt doctè notat,& probat Salcedo *ad practicam Bernardi,dicto cap.* 151 *.ex num.* 11. Afflictis *in proœmio constitut.* 1 *.p.ex num.* 59 *.& decis.* 220. *num.*9.& ad eam Vesillus *num.*9.Auiles *in cap.* 20 *.Pretorum,verb.vsurpan.num.* 20.Azeuedus *in l.* 15 *.num.* 9. *cum seqq.tit.* 1 *.lib.* 4 *.recopilat.*Cancer *variarum resolutionum,* 3. *par.c.*19 *.num.*3 *.& seqq.* Farinacius *dicta q.*97 *.num.* 100. & 102.Bouadilla *lib.*2 *.politic.c.*17 *.num.*175.Molinus *de brachio sæculari,lib.*1 *.c.*10.Natta *cons.*529 *.tom.* 3. Menochius *cons.*1104 *.ex n.*1 *.lib.*12. Et desumitur ex textu intelligendo in hoc sensu,& in causis mixti fori,*in Auth. de sanctissimis Episcopis,cap.*21 *.in* §*.si vero crimen,collat.*9. iuxta interpretationem Alexandri, Decij, & Iasonis, *in d.l.Magistratibus,ff.de iurisdict. omn. iudic.* à nobis supra relatis.Quid verò in Regno Neapolitano seruandum sit, & an in eo possit Iudex Ecclesiasticus in criminib. mixti fori procedere aduersus laicos,vide *prag.*3. *de iurisdictionibus inuicem non turbandis*, quæ negat, & ibi Regentem Rouitum,Baiardum *ad Iulium Clarum lib.*5 *.sentent.*§ *.fin. q.*37 *.n.*2.

776 Quòd si Iudex sæcularis debitè, & instè requisitus auxilium denegat, poterit excommunicationi, & alijs pœnis subijci,vt dixi quæst.1.num.40.& pluribus prosequitur Salcedo *dicto c.*151 *.num.*20. & Menochius *de arbitrarijs,casu* 452 *.nu.*3.Cancerius *variarum resolutionum, p.*2 *.cap.*15 *.n.*4.Pereira *de manu regia,* 2 *.p.c.*51 *.ex n.*32.

777 Quod verò attinet ad secundum casum principalem, cùm imploratur auxilium,seù brachium sæculare, vnius Iudicis ab altero sæculari per literas hortatorias,seù requisitorias ad exequutionem decreti,seù sententiæ,si illa sententia, seù decretum sit in causa ciuili, quid agendum sit dixi dicta quæst.1.num. 26. Si verò requisitoriæ literæ expediantur in causa criminali; non tenetur Iudex requisitus eis simpliciter asserentibus, aliquem esse reū criminis,fidem habere,vt probat textus *in l.diuus,*6 *.ff.de custod. reorum.* ac per consequens illis obsequi, easque exequutioni mandare non debet.Ideò Iudex requirens, qui aduersus delinquentem procedit,transmittere debet ad requisitum insertam in literis hortatorias summariam delicti probationem,qua constet delictum esse cōmissum ab illo, qui capiendus, & remittendus petitur; itemq; esse legitimum,& competentem eius delicti Iudicem ipsum eundem,qui literas deprecatorias mittit.Cognitionem autem istam delicti Iudex remissurus delinquentem adhibere non debet, cùm vicem habeat exequutoris, sed à requirente præmissam, & transmissam examinare,an sit sufficiens ad exercendum actum illum, ad quem eius auxilium imploratur, si propria auctoritate,& in causa ad ipsum pertinente,illum esset effecturus, habens illi fidem sine nouo processu, aut alia à se adhibita de delicti cognitione; & hoc examine præmisso auxilium suum impartiri debebit ad capturam rei,& remissionem in illis casibus, quibus iuxta inferius dicenda remissio locum habet.Quod si viderit illam summariam informationem præmissam sufficientem non esse ad rei capturam,vel ex ea non constet esse Iudicem legitimum qui requirit, ad remissionem petendam, vel remissioni locus non fuerit, iuxta iuris principia, paulò post tradenda, ab exequutione depræcatoriarum debebit abstinere, illamque denegare; quod videtur probare textus *in l.Diuus,*3 *.ff.de custodia reorum.* Atque hanc sententiam veluti concordiam duarum extremarum, quas supra retuli,ex numer. 760. amplectuntur Albericus *in Authent.qua in Prouincia, num.*12. *Cod. vbi de criminibus agi oport.*Socinus *regul.*415 *.aliàs litera R.regula* 4 *.fallentia* 5. Guido Papæ *decision.*202 *.numer.* 1. Chassæneus *in consuetudin. Burgundiæ, rubr.* 12. §*. vnico, num.*4 *.&* 5. Couarruuias *in practic.cap.* 11. *numer.* 8. Auendañus *de exequ.mandat.*2 *.par.cap.*7 *.num.*6 *.& in tractat.de exceptionibus,num.*18 *.& responso* 40 *.num.*3 *.in fine versic. item illa lex,*Auiles *in cap.* 27. *Pretorum verbo entreguen,numer,*8. Didacus Perez *in lege* 2 *.titul.*17 *.libr.*8 *.ordinament.pagin.* 339 *.cum sequent.ex versicul.quæri potest,*Azeuedus *in l.*1 *., numer.*39 *.&* 40 *.ex versic. quarto limitatur, & ex numer.* 58 *.titulo* 16 *.libr.*8 *. recopilation.* Bouadilla *libr.* 2 *.politic. cap.* 13 *.num.*69.Villadiego *in politica,cap.*5 *.*§*.*27 *.num.*5. Gamma omninò videndus *decis.* 363 *.ex num.*3. Peguera *decis.*2 *.nu.*5 *.& decis.*66 *.num.*18.Thesaurus *decision.* 90. *num.*7.Riccius *collect.n.*224.Bossius *titul.de foro competenti, ex numer.*87.Decianus *tract.criminal.libr.*4 *.cap.*19. *num.*15.Follerius sibi contrarius *in constit.Capitaneorum, num.* 63. Camillus Barrellus *ad Bellugam in speculo Principum, rubr.*11 *.*§*.ex quo prædiximus, in additione, limitation.*16.Dominus Regens Carolus Tapia *lib.*3 *.Iuris Neapolit.rub.*6 *.in pragmat,*1 *.vbi de delicto quis debet conueniri, numer.*4 *.&* 28. Atque ita fuit interpretandi Doctores, quos retuli supra, n. 761. pro secunda sententia.

778 Neq; tunc obstabit, quòd Iudex requisitus sit exequutor, & per consequens non possit cognoscere de iustitia, vel veritate causæ exequendæ,quia id limitatur,vt non procedat, si agatur de exequutione, ex qua resultat infamia, vel iniuria, cuiusmodi esset captura,& remissio personæ.Nam tunc in exequutione supersedere debebit, donec ei constet saltem summariè de veritate delicti; argumento textus elegantis *in l.si Prætor,* 75 *.ff. de iudic.* & hanc sententiam praxis admisit in Regnis Castellæ,& Neapolis.

779 Practica autem esse solet, vt præsentatis requisitorijs,seù hortatorijs literis,si nulla circa earū exequutionem difficultas se offerebat, exequutioni mandari iubeautur. Si vero aliquid appareat difficile, verùm periculum sit in mora,veluti si timeatur fuga rei,aut latitatio, mandantur quidem exequutioni, sed tamen reus opponere volens exceptiones, cur in earum exequutione supersederi debeat, auditur. Si autem periculum non sit in mora,citatur reus ad dicendam causam, quare exequutioni mandari non debeant.

780 Quænam verò exceptiones proponi possint coram requisito,& quas admittere possit, aut reijcere debeat, vide Bartolum *in l.à Diuo Pio,*15 *.in principio,ex num.*7.& ibi Doctores,*ff.de re iudicata,*Barbosam *in l.maritum,*13. *ex num.*47 *.vers.amplia quartò,ff.sol. matr.* Menochium *de arbitrarijs,lib.*1 *.q.*38.Cancer *variarum resolutionum, p.*2. *c.*15 *.ex n.*14.Ignatium Villar *in sylua responsorum,lib.*2. *respons.*16 *.c.*4 *.n.*20.

781 Quibus autem remedijs vtendum sit, si Iudex, qui requirere debet,nollit mittere literas hortatorias, aut si Iudex requisitus nolit eas exequutioni mandare, dixi latè d.q.1.ex n.38.

782 Amplia nonò prædictam regulam, & conclusionem principalem,vt forus loci delicti in criminalibus sit præstantior, potior,magis priuilegiatus,& maioris efficaciæ cæteris foris. Hanc tradunt Ioannes Andreas *in cap. vt animarum,* 2 *.num.* 7. *constitution. in sextò*, Baldus *in l. de quibus,* 31 *.num.*74 *.ff.de legibus, & in l.edicto,* 3 *.num.*54. *in fine, C.de edicto D.Adrian. tollend. & in l.exequutorem,* 8 *.num.*30. *C.de exequut. rei iudicat.* Paulus *in leg.* 1 *.num.* 2 *.C.vbi de crim.agi oport.*Marianus Socinus *in c.postulasti, n.* 4 *.de foro comp.*Alciatus *cons.*13 *.rogatus in præsenti casu, n.*2 *.&* 3 *.lib.*7.Franciscus Marcus *dec.*179 *.n.*1 *.*2 *.p.*Thesaurus

saurus *decision.90.nu.7.* Franchis *decision.37.nu.* 1. Iulius Clarus *libr.5.§.fin. quæst.38.num.*19. Thessaurus filius *lib.4. quæstion. forens. quæst.55. numer.* 1. Azeuedus *in lege* 1. *numer.*13. *&* 26. *titulo* 16. *lib.* 8. *recopilat.* Barbosa *in l.hæres absens,19.§.proinde,in articulo,de foro delicti,num.*109. *&* 110. *ff.de iudicijs,* D. Regens Tapia *libr.3. Iuris Neapolitan. rubr.6. in pragmatic.* 1. *ex num.7. vbi de delicto quis deb. conuen.* D. Rouitus *in eadem pragmat.* 1. *ex num.*46. Molinus *de brachio sæculari,cap.42.nu.5. & 6.* Caballus *resolut.crimin.casu* 162. *nu.*10. Capiblancus *in pragmat.8. par.2. nu.*206. *de Baronibus.*

783 Hæc autem præstantia loci delicti, & eius supra alios foros excellentia, & prærogatiua potissimùm spectatur, & elucet in eo effectu, vt præferatur Iudex loci delicti quòad eius coercitionem, & cognitionem, formationemque processus de eo, cæteris omnibus Iudicibus, qui de delicto cognoscunt, & eo petente remissionem rei, debeat reus ex quocunque loco, & foro ad eum remitti. Quoniam verò iste est potissimus effectus, & ad hunc locum pertinet de remissione tractare, vt explicetur, quid possit, & debeat Iudex efficere, cùm ab eo remissio petitur ex quocunque foro, & cui alteri Iudici cedere debeat, cui non item, ex quo plenùs exponetur paulò ante tacta tractatio de requisitorijs literis, quæ plurimùm ad eum effectum expediuntur, oportebit nonnulla de illa remissione subijcere; quæ tamen reseruamus tradenda, postquàm attullerimus quasdam limitationes prædictæ primæ regulæ, & conclusionibus principalis.

784 Prædictam igitur primam regulam, & conclusionem sic ampliatam, & explicatam, limita primò, vt procedat in foro exteriori, non verò in foro interiori conscientiæ, quo attento non sortitur quis forum in loco vbi delinquit, ac proinde debet peccatum confiteri proprio Parrocho, & non coram Parrocho loci delicti. Docuit Glossa *in cap. placuit, el primo, verbo, sepeliat,* 16. *quæst.*1. Imola *in cap. P. & G. numer.45. de officio, & potestate Iudic.delegat.* Ancharanus *in cap.postulasti,num.*15. *de foro competenti,* Romanus *singulari* 459. Nauarrus *in cap.placuit, numer.*83. *&* 84. *de pœnitent. distinct.6.* Couarruuias *in practicis, cap.*11. *num.*4. Dueñas *regul.*378. *forum, limitat.*1. Iulius Clarus *libr.5. sentent.§.final. quæst.38. numer.*5. Follerius *in practic. criminal. rubr. audiantur excusatores, num.*127. Barbosa *in d. l.hæres, absens, §.proinde, in articulo de foro delicti num.56. ff.de iudicijs.* Franciscus Suarez *in tertiam partem, D. Thomæ, tom.4. disp.25. sect.1 numer.* 18. vbi reddit optimam rationem specialitatis, quòd foro interno non potest vnum delictum puniri, aut remitti sine alio, sed simul omnia remittuntur, & puniuntur. Idem igitur debet esse Iudex omnium culparum, & non potest diuidi forus, & iurisdictio, vt contingit in delictis quòad forum exterius; & ideò *in c.omnis vtriusque sexus, de pœn. & remiss.* dicitur vniuersim, & sine distinctione, omnia peccata esse proprio Sacerdoti confitenda.

785 Limita secundò, vt delinquens in terra Baronis, contra ipsum Baronem, idest ita vt Baro ipse offendatur, non sortiatur forum in loco delicti, neque possit eo casu à Barone procedi contra delinquentem, vt de delicto cognoscat, & delinquentem puniat, veluti si Baronis res furto subtrahat quis, aut occidat filium, famulum, aut seruum eius, eumuè corrumpat, aut audacior Baronem ipsum afficiat contumelia, aut iactans in eum probrosa verba, aut cum eius vxore adulteriũ committens, aut cũ filia stuprum, eundemuè ipsum insultet, aut percutiat; sed solùm possit reum in hisce casibus carcerare, & ad superiorem, & nempè feudi Dominum, qui legitimus est, & competens Iudex, puniendum remittere. Ita sentiunt Bartolus *in l.qui iurisdictioni,* 11. *in secunda lectura,num.2. & 6. ff.de iurisd.omn. iud.* & in additione ad eum locum Mangrella, & Bottis, Decius *ibidem num.3. & cap. cæterùm, num.91. & in cap.cum venissent,* 12. *num.45. de iudicijs,* Oldradus *consil.234.num.5.* vbi ait, neque in causa ciuili inter Baronem, & vassallum posse iudicare Baronem: idem docet Signorollus de Homodeis *consil.108.num.1. &* 2. Siluanus *consil. 63. ex numer.* 22. Tiraquellus *tract. de iure primogeniorum, quæst.69. num.*10. Menochius *de arb.lib.2.casu* 181. *num.5.* Rolandus *consil.16.ex num.1 & num.23.volum.2.* Surdus *consil.*193. *nu.6.lib.2.* Amanellus *singul.*189. Bouadilla *libr.2. politic.cap.16.num.140. &* 164. Capycius *decis.* 124. & ibi Petra, Caballus *resolution. criminal. casu* 128. *ex num.*3. Cancer *variarum resolutionum,par.3.cap.13.num.*197. *&* 200. Mastrillus *dec.234.ex n.*1. & Tassonus post hæc scripta editus *in prag. de antefato, vers.3. obser.4.n.*37. Capiblancus *in pragm.16.ex num.76.de Baronibus,* Boerius *decis.*55.

786 Hæc limitatio, quæ indubitata est, probatur primò ex textu *in Auth.de defensoribus ciuitatum, cap.5. seù §. & à defẽsoribus, vers.si verò egerint, collat.*3. vbi de iniuria facta defensoribus ipsi non cognoscunt, sed Præsides Prouinciarum. Secundò, *ex leg. qui iurisdictioni,* 10. *ff. de iurisdict.omn. iudic. & ex rubrica, & lege vnica, C. ne quis in sua causa iudicet, l.10. titul.4. par.* 3. & ibi Gregorio, & communi omnium Doctorum sententia in prædictis locis, iuxta quam certissimum est, neminem posse in propria causa Iudicem esse, idem præterea notarunt Authores regularum *tom.1. liter. I. verb. Iudex in causa propria,* Socinus *liter.I.regul.21.aliàs regul.*243. Synragma communium opinionum *lib.3.titul.3.* Afflictis *in cap.1. num.*11. *de pace iuramento firmanda,* Natta *consil.487.nu.43. tom.3.* Petra *de potestat.Princip.cap.8.num.5.* Petrus Gregorius *de Republica, libr.4. cap. 5. num.* 49. Triuisanus *decision.10.ex num.34.libr.* 2. Farinacius *in praxi, quæst.17.num.*44. Auiles *in cap.3. Prætorum, verb. Abogados, ex num.9.* Viuius *decision.223.ex num.*1. Alphanus *collect.*203. Tertiò, quoniam vt indubitatum præsupponunt Doctores, à communi regula prædicta dumtaxat esse recedendum in supremis Principibus, vt Papa, & Imperatore, & Regibus, qui possunt esse Iudices in proprijs causis, tàm ciuilibus, quàm criminalibus: vt notant in dictis legibus, *& in l.est receptum,* 14. *ff.de iurisdiction. omn.iudic.* Innocentius *in cap.ex parte,* 22. *ex num.* 1. *de verbor. significat.* Panormitanus *in cap.cum venissent,* 12. *ex num.6.* Decius *ex num.*29. Felynus *ex num.4. de iudic.* Oldradus *cons.124.num.* 3. Gregorius Lopez *in l.5.titul.24.par.4.gloss.8.* Belluga *in speculo, rubr.44. §. quia multitudo, num.*2. & ibi Borrellus, Martinus Laudensis *tractat. de Principibus, quæst.108.tom.16. tractat.* Ioannes Lupus *in repetit.cap.per vestras, notab.2.§.1.num.49. de donation. inter,* Auiles *in cap. 3. Prætorum, verbo, Abogados, ex num.9.* Maranta *in praxi, 6.par.tit.de appellation. ex num.*33. Bossius *tit.de foro competent.ex num.*170. Trentacinquius *variar.resolut.lib.2.tit.de iudicijs, resol.5. ex num.*1. D. Regens Tapia *Senatus supremi Italiæ, decis.24.num.*7. Tuscus *liter.I.conclus.403.tom.4.* Cabedo *decis.76.2.par.* Petra *de potestat.Princip.cap.6.par.2.num.51. & cap.15. nu.*75. Conradus *in templo omnium iudicum, lib.1. cap.1. §.4.tit.iudicant in causa propria, ex nu.* 1. Bouadilla *libr.2. politic.c.16. num.* 140. *&* 164. Grassis *de exceptionibus, except.24.ex nu.*96. Imò verò illis etiam honestius, & decen-

cen-

centius esse iudicant Doctores omnes, si suam ipsorum causam alijs diiudicandam committant, & delegent, vt notat idem Bouadilla *lib. 3. politic. cap. 1. num. 38.* Chassenæus *in catologo gloriæ mundi*, 5. *par. consider at. 5. versic. tertiò quoniam*, & Gregorius *in d. l. 5. tit. 24. par. 3.* post textum ibi, necessarium existimat, vt fiat hæc delegatio; tametsi prædictus textus agat de causa feudali, in qua ex speciali feudorum iure, ad pares Curiæ recurritur: cæterùm in alijs inferioribus superiorem recognoscentibus, standum esse regulæ, vt in specie Decius *in d. l. qui iurisdictioni, ex num. 10. et in d. cap. cùm venissent, e x num. 44.* post Panormitanum animaduertit, & alij relati, & in specie Trentacinqu. *dicta resolut. 5. nu. 25.*

787 Amplia limitatione ii, vt non solùm Baro non possit de iniuria sua cognoscere; sed neque etiam possit officialis Baronis de ea cognoscere, siue delegatus à Barone ad eam causam, siue officialis ordinarius ab ipso Barone nominatus, antequam causa offensæ accidisset; sed duntaxat possit delinquentem carcerare, & ad Dominum directum feudi puniendum remittere. Ita sentiunt Bartolus *in d. l. qui iurisdictioni, 10. num. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic.* & ad eum locum Mangrella, & Bottis, referentes in hoc articulo duas decisiones Sac. Cons. Signorolus *d. consil. 108. num. 1.* Siluahus *cons. 63. ex num. 22.* Rolandus *cons. 16. nu. 6. et seq. et nu. 23. volum. 2.* Surdus *cons. 47. nu. 2. lib. 1.* Caballus *resolut. crim. casu 128. ex nu. 5.* Flauius Amendola *ad Franchis decision. 274. muner. 1.* Bouadilla *lib. 2. politic. cap. 16. nu. 140. et 164.* Vrsillus *ad Afflict. decis. 265. num. 33. 34. et 35.* Probatur primò, hęc ampliatio ex *l. lex Cornelia, 6. in principio, ff. de iniurijs*, vbi quis prohibetur esse Iudex in causa suorum: ergo è contrario, in causa Domini non poterunt eius homines esse Iudices. Et augetur difficultas, quoniam non potest in causa qualibet dari ille Iudex, quem litigans sibi assignari petit, *l. obseruandum, 47. ff. de iudicijs*, ergo nec poterit esse Iudex, quem pars ipsa litigans dat, ac per consequens non poterit iudicare causam Baronis, Iudex ab ipso constitutus. Et cum hic articulus incidisset in Sacr. Consil. in quadam causa, expendebatur à quodam ex Dominis pro hac parte *decis. 24.* Capyci, qui tametsi videatur decidere, Baronem non posse procedere aduersus eum, qui in eius offensam patrauit delictum; eo tamen tempore, quo dicta decisio prolata est, iam Barones vtebantur officialibus nominatis, & per se non exercebant iurisdictionem, sed per Capitaneos nominatos, vt hodie exercent; imò & exercere coguntur, vt tradit Franchis *decis. 511. nu. 1. & 4.* Freccia *de subfeudis, libr. 2. auctorit. 13. num. 7.* Amendola ad prædictam *decis. 511. nu. 6. & 8.* Muscatellus *in praxi, lib. 1. part. 2. gloss. competentes, num. 60. et 61. &* Dominus Rouitus *in pragmat. 2. et 3. num. 14. de suspitionibus officialium*, Capiblancus *in pragmat. 3. ex nu. 122. de Baronibus*. D. Regens Tapia *in constit. ea quæ ad speciale, nu. 54. et seqq. libr. 2. Iuris Neapol. rubr. 1.* ac per consequens, idem fuit decidere, non posse Baronem iudicare causam vassalli, quod non posse officialem Baronis de ea cognoscere.

788 Secundò, quoniam id quod quis per se ipsum facere non potest non, potest facere per alium, *cap. quod alicui, 67. cap. cum quid, 84. de regul. iur. in sexto*; qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur *cap. qui facit, 72. de regul. iur. in se xto.* Sed Baro non potest cognoscere per se ipsum de sua offensa, aut delicto facto in eius iniuriam. Ergo neque per suum officialem, qui cum sit ab ipso depedens, & eius nomine iurisdictionem exerceat, ipsumque repræsentet, vt dicit Franchis *dicta decis. 511. nu. 1.*

Thoma Carleualij de Iudicijs.

quod facit officialis, Baro ipse efficere videtur, cum i de iu censendum sit tribunal Baronis, & Officialis, quem admodum Episcopi Vicarij eius, *c. 2. de consuetudin. libr. 6.* notarunt Caballus *d. casu 128. num. 5.* Signorollus *d. co nsil. 108. num. 1.* Rolandus *d. cons. 16. num. 7. vol. 2.* Scaccia *de appell. q. 8. nu. 53. cum seqq.* ex quo prouenit, vt à Vicario ad Episcopum non appelletur, neq; ab officiali Baronis ad Baronem, vt prosequitur Scaccia *d. q. 8. n. 103. ex vers. contraria opinio.*

789 Tertiò, quoniam Baro ipse non habet iurisdictionem quòad suas causas quatum Iudex esse non potest, vt superius in secunda limitatione principali nu. 785. & 786. Ergo non potest eam dare officiali: nemo enim dat, quod non habet, neque plus iuris in alium transferre potest quam ipse habeat, *l. traditio, 20. in principio, ff. de adquir. rer. domin. l. nemo plus iuris, 55. l. nemo plus commodi 43. ff. de reg. iur.* vbi Decius, & Cagnolus, *c. quod autem, de iurepatronatus, cap. nemo potest, 79.* vbi Dynus *de regul. iur. in 6.* Surdus *consil. 193. num. 17. lib. 2.* Tuscus *liter. D. concl. 17.*

790 Quartò, quoniam ex contractu facto cùm Barone, aut Domini loci in eius territorio non sortitur quis forum contractus, vt possit Baro ciuiliter cognoscere contra contrahentem, *l. vnica, C. de nundinis*, & ex ea notat Baldus *in d. l. qui iurisdictioni, 10. de iurisd. omn. iud.* Ergo ex delicto in offensam Baronis perpetrato non sortitur delinquens forum in territorio Baronis, seù loco delicti. Probatur consequentia, quoniam ex contractu ad delictum argui potest quòad articulum fori, vt superius, nu. 735. in fine animaduertimus.

791 Quintò, quoniam, quod ad Regnum Neapolitanum attinet certissimum est Barones esse Regios officiales, vt notat Afflictis *in const. Capitaneorum, num. 15. & in consiit. pœnam eorum, num. 37. & in tit. quæ sint regalia, verb. potestas, nu. 1.* Freccia *de subfeudis, lib. 2. auctor. 45. nu. 4.* Franchis *dec. 211. num. 7. & dec. 274. num. 3.* Carauita *ritu 49. num. 7.* Mastrillus *ad indultum generale, c. 36. num. 18.* Succedit igitur decisio textus *in d. ritu 49. & ritu 51. & ritu 61.* ex quibus in Regno defenitur communiter proloquium, de delictis Officialium solam Magnam Curiam cognoscere. Quos ritus non solùm actiuè, sed etiam passiuè accipi debere, idest non solùm cognoscere Magnam Curiam cum Officiales delinquunt, sed etiam cum in ipsos delinquitur decisum est à Sac. Cons. vt testatur Franchis *d. dec. 274. num. 4. & dec. 407. nu. 7. & 8. & dec. 525. num. 22.* vbi ait se vidisse sic semper practicarum, Gizzarelus *dec. 24.* Regens Tapia *in pragm. 1. num. 41. vbi de delicto quis deb. conuent. lib. 3. Iuris Neap. rubr. 6.* Regens Rouitus *in rubr. num. 6. 7. & 8. de Officialibus*, Baiardus *ad Clarum lib. 5. sentent. §. fin. q. 16. nu. 10* Capiblancus *in pragmat. 5. nu. 70. & seqq. de Baronibus*, Gallupus *in praxi, par. 2. c. 6. num. 98. vers. & pro coronide*, Nouarius *de election. fori, q. 35. nu. 7. sect. 4. in vltima impressione*, Caballus *resol. crim. casu 148. num. 9.* Igitur de offensa Baronis, & delicto contra ipsum commisso sola Magna Curia cognoscit, & non officialis ipsius Baronis. Et cum hæc quæstio me interueniente in Sacr. Cons. incidisset, vt paulò ante dixi, expensum est pro hac parte duntaxat primum, & secundum fundamentum, & non est decisa, quoniam fuimus in pari voto.

792 Sed subsistendum est, quoniam contrariam sententiam huic ampliationi, imò officialem ordinarium Baronis posse cognoscere de delicto patrato in offensam Baronis persuadent non leuiora, aut minus efficacia argumenta. Primò, quoniam patri, Domino, aut patrono

P in-

interdicitur officium iuris dicendi in causa filij, serui, aut liberti, aut alterius familiaris, *in d.l.qui iurisdictioni*, 10. *ff.de iurisd.omn. iudic.* si causa sit criminalis, vt explicat Glossa ibi, *verb. vel liberis*, Albericus *num.*1. Angelus *nu.* 3. Fulgosius *num.* 1. Paulus *nu.*3. Alexander *nu.*3. Socinus *num.*6. Romanus *num.*3. Iaso *nu.*6. Duarenus *lib.* 1. *disputat.cap.*51. sentitq; Glossa *in cap.infames*, 2. *§.filius. verb. Iudicem*, 3. *q.* 7. quam sequitur ibi Archidiaconus, & Geminianus *num.* 17. idem Archidiaconus *in cap. consanguinei, nu.* 2. Geminianus *nu.* 3. *eadem causa*, 3. *q.* 5. Antonius de Butrio *in capitulo contingat*, 13. *num.*22. *de foro compet.* de qua causa criminali loquitur planè textus concors *in l.lex Cornelia*, 5. *in princip.ff. de iniurijs*, secus si causa sit ciuilis, vt constat *ex textu in l.quin etiam*, 6 *ff.de recept. arbitr.& in l.in priuatis*, 77. *ff.de iniurijs*, in quibus dicitur, & patrem in causa filij, & filium in causa patris Iudicem esse posse mero iure, nisi recusetur, videlicet ab aduersario, vt inferius nu. 794. prosequemur, & notat Duarenus *in titulum de iurisdictione, cap.*6. *vers. quintò videndum, & in tit.de iudicijs, sub rubrica de ijs, qui Iudices dari possunt, colum.* 2. Ratio autem discriminis est manifesta, quoniam offensa, & iniuria filio facta, ex qua proceditur criminaliter, aut infamia regulariter resultans ex iudicio criminali passiuo communicatur patri, illumq; tangit, & è contraria iniuria, aut infamia patris tangit filium, illiq; propria censenda est; vniuersim enim iniuriæ nostris factæ, nostræ censendæ sunt, suntq; re vera, *l.*1.2.3. *& 4. ff. de liberali causa, §.patitur, §.seruis, §.si commune, §.sed si libero, inst.de iniurijs*, & rectè Ioannes Andreas *in cap.postremò*, 36. *num.*8. quem ibi sequitur Imola *num.* 3. *de appellationib.* animaduertit in Tuscia iniurias, & offensas consanguineorum vindicari solere, etiam vltra septimum gradum, quasi etiam vltra eum gradum afficere censeantur; ac per consequens si pater in causa iniuriæ, vel offensæ filio, vel à filio factæ iudicaret, aut e contra, filius de iniuria patris, in propria ca usa iudicare censetur, quod prohibetur *in rubrica, & in l.vnica, C.ne quis in sua causa*, & neutiquam permittendum est, vt superius nu. 786. probauimus. Secus est cum agitur de commodo pecuniario, quippe cùm commodum pecuniarium consanguinei nò pertineat ad consanguineum, neq; possit iudicari consanguineo proprium: quamuis enim in causa consanguinei pecuniaria, præsumatur affectio ad consanguineum, quæ est causa iustæ suspitionis, ob quam à iudicando repelli debeat, si aduersus ipsum proponatur, *d.cap.postremò* 36. *de appellationib.* Hæc tamen affectio, & suspitio non parit impotentiam iudicandi in Iudice, & incapacitatem iurisdictionis, quamobrem *in d.l.qui iurisdictioni*, non dici quem non posse, sed non debere iudicare, credidit Paulus ibi *num.* 2. quem alij sequuntur, & notat Cuiacius *in d.l.in priuatis*, 77. *ff.de iud.* At in casu, de quo agimus, causa tangens Baronem, aut iniuria, & offensa facta Baroni, non ita pertinet ad eius officialem, aut est ei propria, vt cùm de ea officialis iudicaret, censeretur in causa propria iudicasse. Quo enim consanguinitatis, aut altero vinculo coniunguntur Baro, & officialis eius, vt iniuria vni facta propria alterius sit censenda? Neque in eo item casu procedit argumentum, quo vtitur Bartolus *in d.l.qui iurisdictioni, num.*2. *ex l.obseruandum*, 47. *ff. de iudicijs*, quòd quemadmodum non potest dari Iudex quem pars petit, ita neque possit esse Iudex quem pars damnam illud argumentum planè probaret non posse Baronem causam offensæ suæ iam illatæ committere, & delegare alicui Iudici, quasi eligens sibi Iudicem in sua causa; non verò probat non posse cognoscere de causa Baronis Iudicem, sed Capitaneum ordinarium electum, & nominatum à Barone antequam posset diuinare, fore vt ipse offenderetur, & cognitio ipsius iniuriæ ad Capitaneum ab ipso nominatum, & electum deueniret, cum tempore electionis, non poterit Baroni in mentem venire futurus euentus suæ offensæ, de qua ille, quem nominabat Capitaneus esset iudicaturus. Quod verò attinet *ad decisionē* 124. Capycij, certum est illam non fuisse prolatam in ciuitate Neapolitana, sed in Panormitana Siciliæ vltra farum ante diem 15. Augusti anni 1517. quo die reuersum se à Panormo Neapolim fatetur idem Capycius *dec.* 127. in ipsius tituli initio. Eo autem tempore an in Regno Siciliæ vltra farum esset cō- suetudine receptum, vt Barones exercerent iurisdictionē per Capitaneos, non verò per se ipsos non video expeditum. Imò verò hodie in Regno Neapolitano tametsi, vt paulò ante dicebamus num. 787. sit vsitatum, vt Barones exerceant iurisdictionem per Capitaneos, non crederem processum factum à Barone ipso, aut sententiam ab eo latam nullitatis vitio laborare ex ea sola causa, quod esset lata à Barone ipso, non à Capitaneo, dummodò proferretur, & processus fieret, ante præceptum S. Consil. aut inhibitionem Baroni factam, ne in causis vassalorum manus mitteret, sed sineret Capitaneos procedere, cum ipse mero iure iurisdictionem habeat, & prouisiones quas expediri solere in Sac.Consil. tradit Franchis *d.dec.* 511. & cæteri ibidem relati, ad hunc effectum, indicant, ideò inhiberi solere Baronibus, quia eos vti per se ipsos iurisdictione rectè gubernationi non expediat, conueniensque non sit, non quia non possint. Quod planè in Castella seruatur quoad Dominos vassallorum, quorum Iudices solent procedere in causis ciuilibus, & criminalibus ipsos tangentibus, donec à supremis tribunalibus inhibentur, vt tradit Bouadilla *lib.*2. *politicæ, cap.*16. *numer.*140. meminitque Mastrillus *de magistratibus, lib.*4. *cap.*16. *num.*282. *&* 283. Quidquid tamen sit, planè in casu prædictæ *dec.* 124. Capycij Comes processum formauerat de causa illa suę offensæ, vt constat *ex n.* 12. ibidem, vbi dicitur suspensus processus per Comitem factus, neq; verò illi denegata est iurisdictio ad procedendum in ea causa, imò proculdubio habitus est pro cōpetente, tametsi pro suspecto; siquidem decretum est, Comitem debere eligere vnum Iudicem, vt procederet in ea causa, qui associaretur cum alio à Prorege nominando. Ex quibus colligitur primum argumentum pro prædicta ampliatione adductum, nullam vim habere ad eam comprobandam.

793 Secundò, quoniam officialis Baronis est officialis Regius, & exercet iurisdictionem nomine Regio, & non nomine Baronis, vt multis tradit Mastrillus *ad indultum generale, cap.*36. *ex num.* 13. *& decis.*147. *num.* 27. & plures ex Doctoribus à me relatis supra num. 791. neque dependet à Barone post factam nominationem. Non est enim ad nutum amouibilis, imò debet adeptum semel officium per annum integrum exercere, vt cæteris Regij officiales, vt statuitur *in pragmat.*5. *de Baronibus*, & ante amoueri non potest, vt notat Vincentius de Franchis *decision.*409. & Rouitus *in d.pragmatic.*5 *num.*1. ac per consequens, quod officialis facit, Baro facere non videtur. Neque obstat, quod dicebatur, idem esse tribunal Baronis, & officialis, & ab officiali ad Baronem non appellari, quemadmodum à Vicario ad Episcopum, ob id, quia vnum est, & idem esset tribunal Episcopi, & Vicarij, *c.* 2. *de consuet.in sexto*, & notat Baldus *in Authent.clericus quoque num.* 5. *C.de Episcop. & cleric.* Non inquam obstat,

man

nam quantumuis vera esset similitudo, ex ea nihil colligeretur, quod ad rem, de qua agimus, faceret; imò verò minor esset dependentia causæ tractatæ ab officiali Baronis, si neque per viam appellationis ad Baronem ipsum deuolueretur, & liberius posset officialis in ea iudicare, cum iudicij sui, non Baroni, sed superioribus solum esset rationem redditurus; sed tamen, neque veritas similitudinis est plana, & expedita: nam imò tribunal Baronis, & officialis non esse vnum, & idem, & regulariter in Regno posse appellari ab officiali ad Baronem, præsertim cum ferè omnes Regni Barones habeant primas, & secundas causas, docuit Andreas de Isernia *in constitut. officiorum*, Afflictis *ibidem num. 11. & 12.* Freccia *de subfeudis, libr. 2. auctoritat. 16. numer. 1. & 2.* Scaccia *de appellationib. q. 8. ex num. 103.* Iaso *cons. 161. ex num. 1. volum. 2.* Couarruuias *in practic. cap. 4. nu. 6. in fine*, loquens de Dominis vassallorum Regnorum Hispaniarum, Rolandus *consil. 75. num. 10. & seqq. volum. 3.* loquens de casu quo inuestitura tribuit secundas causas, ex quo satisfit secundo argumento.

794 Tertiò, quoniam Dominus directus tribuens Baroni inuestituram feudi, videtur illi concessisse omnimodam iurisdictionem, nihil sibi reseruãdo, ita vt quamuis regulariter concessio iurisdictionis facta a Principe, censenda sit tribuere iurisdictionem cumulatiuè, & non priuatiuè, vt probat textus *in capit. dudum, 14. vers. nisi igitur, de præbend. in sexto*, ibi: *pœnes nos tamen nihilominus remansit maior*, notat Afflictis *in cap. 1. verb. potestas, num. 1. quæ sint regalia*, facit doctrina Bartoli per textum ibi *in leg. 1. C. de offic. Præfecti Vrbi*, textus *in l. vltima, C. de iurisdict. omn. iudic.* & quæ cumulauit Romanus *cons. 393. ex num. 1. ad 10.* probat latè Rolandus *cons. 80. vol. 2.* tamen cum iurisdictio conceditur tanquam annexa feudo, & per inuestituram feudalem intelligitur concessa priuatiuè, & non cumulatiuè; tradunt Felynus *in cap. pastoralis, 11. num. 3. de offic. ordinar.* Ioseph Ludouicus *commun. opinion. de iurisdictione, conclus. vnica fallent. 8.* Tuscus *liter. I. conclu. 556. ex num. 1.* Grammaticus *decis. 30. num. 9.* & ad eum locum addentes Petra, & Didacus de Mari, Sittinus *de regalibus, lib. 1. cap. 5. num. 56.* Rosental. *de feudis, cap. 5. conclus. 5. ex num. 2.* Hartmanus Pistor *quæst. iur. lib. 2. q. 45. nu. 15.* Menochius *de præsumptionibus, lib. 2. præsumpt. 18. ex num. 5. et cons. 604. ex num. 23. lib. 7.* Crauetta *cons. 411. ex nu. 36. et per totum, volum. 3.* Decianus *cons. 35. ex nu. 60. volum. 2.* Freccia *de subfeudis, lib. 2. auctorit. 9.* Rolandus à Valle *cõs. 16. n. 14. et cõs. 48. ex nu. 23. et cons. 78. ex n. 2. vol. 2. et consil. 21. nu. 10. & seqq. volum. 4.* Mastrillus *de Magistratibus, libr. 3. capit. 2. numer. 46. & lib. 4. cap. 16. num. 214.* Barbosa *in leg. 1. artic. 4. nu. 112. ff. de iudicijs*, qui multos refert, & ibidem *nu. 51.* Quo fit, vt Dominus directus non possit se intromittere in primis causis occurrentib. in terris vassallorum, vt notauit Baldus *in leg. 1. nu. 35. ff. de rer. diuis.* Regens Fuluius Constantius *in l. 1. num. 90. cum seqq. C. pœnis fiscal. credit. præferri, libr. 10.* & plurimis cumulatis, Rolandus *in d. consil. 6. nu. 13.* dicit claram Doctorum sententiam Petra *de potestate Principis, cap. 8. ex numer. 55.* Capycius *in inuestitura feudali, sub tit. feudorum clasula, verb. cognitione primarum, & secundarum causarum, pagina mihi 127. cum cæteris clausulis sequentibus*, Mastrillus *vbi supra*, & alij Peregrinus *cons. 25. nu. 4. vol. 5.* Cancer *ius variarum resolutionum, part. 3. cap. 13. numer. 155. cum seqq. & num. 280. 281. & 282.* Giurba, qui eleganter loquitur, & multa in hanc rem congessit *cons. 66. num. 18. & sequent.* Quare censetur concessisse Baroni iurisdictionem, circa causas etiam suas quam apud se habet, & eam in illum cum tota vniuersitate transtulisse. Cumque eam Baro habeat, & solum sit impeditus, & suspensus ab exercitatione, & vsu eius, repugnante illo iuris axiomate, quod nemo potest sibi ipsi ius dicere, potest etiam eam suo officiali conferre, in quem non transit prohibitio illa cessante eius ratione, quod planè sensit Boiscius *tit. de foro competenti, numer. 38.* Bene verum est, posse quandoque recusari officialem Baronis, vti suspectum, in causa tangente Baronem, quemadmodum Vicarius Episcopi suspecti, & recusati, potest recusari, vt notat Anastasius Germonius *libr. 2. animaduersionem, cap. 21.* Surdus *consil. 47. num. 2. libr. 1.* Item, & delegatus à suspecto, & recusato, potest recusari, tametsi ex eo solo, quod delegetur à recusato, recusari non possit, ex textu *in lege Prætor, 17. ff. de iurisdictione omnium Iudicum*, notat Paulus Castrensis *in d. leg. qui iurisdictioni, numer. 2.* Decius *numer. 6. eodem titulo*, & ex textu expresso *in capit. si quis contra Clericum, 4. de foro competenti*, & ibi Glossa, *verb. exequutor*, notat Baldus *in Authentic. Clericus quoque, numer. 5. C. de Episcopis, & clericis*, loquens de Episcopo, qui causam suorum, quoniam in ea erat suspectus, delegauerat Verùm recusationi locus erit, ex traditis à Doctoribus *in c. postremo, 36. de appellationibus*, & alijs, qui tractant de recusationibus, quos consulto omitto, & in specie notat Capiblancus *in pragmatica tertia, ex num. 165. & in pragmatic. 8. par. 1. nu. 184. & in pragmatic. 16. num. 77. & 80. de Baronibus*, D. Regens Rouitus *in pragmatic. 1. num. 8. de suspitionibus officialium*, Cancer *variarum resolutionum, par. 3. cap. 13. num. 187. cum sequentibus*, & Crauetta *consil. 6. num. 30. in fine, & num. 31. 32. & 33. volum. 1.* & iuxta hanc doctrinam procedit, quod decisum refert Mastrillus *decis. 234. ex nu. 22.* Hoc tamen ipsum arguit officialem Baronis esse Iudicem competentem causarum ad ipsum Baronem spectantium, nisi per recusationem remoueatur: nam vt remoueatur incompetens, & qui iurisdictionem non habet recusatio, non est necessaria, quod præsensit Decius eo argumento vsus *in c. cæterum, nu. 51. de iudicijs*, & Crauetta *cons. 232. nu. 2. vol. 2.* Quod ex eo item comprobatur, quoniam Iudex ipso iure iurisdictionem habet, & iudicare potest in causis suorum aduersario consentiente, seu eum non recusante, vt sentit Paulus Castrensis *in d. l. qui iurisdictioni, 10. num. 2. & 3.* Alexander *nu. 2. et 3.* Socinus *nu. 2. et 3.* Iaso *nu. 6.* Decius *nu. 4. 5. 11. et 16. ff. de iurisdict. omn. iudic.* idem Decius *in cap. cum venissent, num. 59. et 60. de iudicijs*, idem Socinus *regul. 250. fallent. 6. 7. et 8.* quoniam in re propria quilibet est moderator, & arbiter, *in l. in re mandata, C. mandat.* & tacito consensu suo aduersarius nihil opponendo contra Iudicis personam iurisdictionem confirmat, vt docet Bartolus *in d. l. qui iurisdictioni, num. 4.* Decius *dicto num. 26.* & quod magis est Ioannes Andreas *in dicto cap. postremo, 36. num. 4.* ait patrem posse esse Iudicem in causa filij, si non recusetur, idem docet Philippus Franchus ibi, *num. 1. in fine*, eamque sententiam Pauli, & cæterorum, optimè comprobat eam sequutus Aymo Crauetta *cons. 801. ex numer. 3. volum. 5.* eandemque sequutus est Capycius *decision. 137.* vbi cum ageretur de causa, in qua vertebatur interesse Archiepiscopi Mõtis regalis, coram eius Vicario, ad eum remouendum fuit necessaria recusatio, & ita decisum. Probatur autem ex textu sic explicato a Paulo, & cæteris *in dicta l. in priuatis, 77. ff. de iudicijs*, Ex quo constat solutio ad tertium argumentum.

795 Quartò, quoniam ratio cur ex contractu in loco nun-

dinarum, non sortiatur forum mercator contrahens cum Domino loci. est, quoniam contractus factus cum aliquo tanquam cum statim recessuro forum non tribuit, vt dixi superius quæst. 4. num. 237. cum seqq. Contractus autem factus à Domino loci in loco nundinarum cū mercatore aduena agitur tanquam cum statim recessuro: at delictum semper tribuit forum, siuè cōmittatur ab stabiliter permanente, siuè ab statim recessuro, vt rectè notat Albericus *in l. heres absens, 19. §. si quis tutelam. n. 8. ff. de iudicijs*; ex quo soluitur quartum argumentum ex contrarijs.

796 Quinto. quoniam *decisio illa* Vincentij de Franchis 274. *nu.* 4. videlicè: *ritum* 49. quo dicitur de delictis officialium cognoscere Magnam Curiam, intelligendum esse etiam passiuè, est maximè dubitabilis, & controuersa, cum sæpius contrarium fuerit decisum in eodem Sacro Consilio optimis rationibus, vt testatur idem Franchis *decis.* 407. *nu.* 8. & Follerius *in practic. crimin.* 1. *par.* 2. *part. verb. audiantur excusatores, num.* 137. qui contra senti, & Fabius de Anna *cons.* 107. *nu.* 22. *volum.* 2. & certè verba ritus non adaptantur ad hunc casum. Delictum enim officialis non dicitur, quod in offensam officialis fit, sed quod ab officialis committitur; vt cōsiderat idem Follerius. Ex quo responderi potest ad quintum argumentum oppositæ sententiæ, quæ euertatur necesse est euersis eius fundamentis.

797 Ego certe si quid valet meum de ac re iudicium, in contingenti casu non dubitaré si opponeretur aduersus officialem Baronis, dùm procedit in causa ad ius Baronis attinente, non posse, illum procedere in eiusmodi causa quoniam sit officialis illius, & quasi homo suus, etiam si recusatio, aut suspitionis causæ non interponerentur solemniter, & solita forma, debere illum deinceps supersedere, & abstinere se à iudicio, causamque ad superiores remittere. Verùm si aduersarius Baronis tacito consensu nihil opponens processum approbaret crederem debere sustineri, & non ex eo defectu corruere, quod causa ad Baronem pertineat, quasi ex eo solo sit incompetens officialis Baronis. Tùm vel maximè cum sit receptissima sententia, & conclusio, apud omnes indubitata, actum etiam nullum in iudicialibus sustineri, parte non opponente, vt docent Rebuffus *tom.* 2. *in constitution. regi. titulo de rescriptis, in præfationibus, nu.* 97. Menochius *de præsumptionibus, lib.* 2. *præsumpt.* 46. *nu.* 20. Alexander. *in leg. vinum,* 22. *num.* 19. *versic. item fallit,* Decius *ibi n.* 20. *&* 22. *ff. si cert. petat.* Crauetta *consil.* 150. *num.* 2. Antonius Gabriel *libr.* 2. *communium, tit. de iudicij. conclus.* 1. *num.* 20. Imò vero etiam in extraiudicialibus, quoties lex, vel statutum annullat actū, etiam ipso iure, debet explicari, & intelligi, si petatur ab eo, cuius fauore nullitas introducta est, Glossa vltima *in lege vniuersa*, 4. *C. de precib. Imperat. offerend.* Cacheranus *decision.* 94. *num.* 24. Azeuedus *in leg.* 10. *num.* 94. *&* 95. *titulo* 17. *lib.* 4. *recopilation. & in l.* 1. *nu.* 19. *&* 20. *tit.* 2. *lib.* 5. *recopilation.* clausulaque irritans contra factum non operatur, si ille velit, & taceat, in cuius fauorem est adiecta, Azeuedus *dicto numer.* 19. Baeza *de non meliorand. ratione dot. filiab. cap.* 10. *nu.* 67. & quoties lex, vel statutum, quid fieri, vel non fieri mandat, vel intelligi, etiam ipso iure, vt id loco, & effectum habeat, requiritur petitio. & videtur sub ea conditione à lege statutum, si petatur, Surdus *decis.* 57. *ex num.* 2. Gurba *decis.* 13. *nu.* 8. *& decis.* 21. *num.* 8. 9. *&* 10. *& decis.* 103. *num.* 13.

798 Sublimita modo prędictam secundam limitationem principalem, & ampliationem eius, vt non procedat in delictis notorijs: iniuriam enim notoriam sibi illatam in officio officiando, (quod dicitur non solum Baro, sed etiā eius officialis, & quocunque officialis vniuersim punire, potest; idque non solum verbis duris, & asperis reprehendēs eum, qui immodestè coram eo se gessit nō deferens quem debet honorem iuxta notata à Gratiano *disceptat. forens. tom.* 2. *cap.* 284. quod etiam facere potest, iuxta textum *in l. nam salutem,* 3. §. 1. *ff. de offic. Præfecti vigil. l. interloquutio, C. de ijs, qui notat. infam.* & egregiam sententiam textus *in cap. quando necessitas,* 86. *distinct. & in l.* 49. *titulo* 5. *par.* 1. *l.* 4. *titulo* 4. *par.* 2. vbi notat Gregorius *gloss.* 7. *l.* 16. *titulum* 9. *part.* 7. *& ibi gloss.* 4. & desumitur ex Diuo Gregorio *pastoralis, part.* 2. *cap.* 10. *circa finem,* tradit Paris de Puteo *de syndicatu, verb. Iudices, cap.* 6. *ex num.* 7. & Emmanuel Rodericus *quæstion. regular. tom.* 2. *quæst.* 41. *artic.* 3. Segura *in directorium Iudicum Ecclesiasticorum,* 2. *part. cap.* 6. *numer.* 2. *&* 3. tametsi, quod ad hoc attinet modus prudenter seruari debeat, vt animaduertit Petrus Gregorius *lib.* 2. *de republica, cap.* 6. *num.* 20. *versic. verùm hactenus,* & Emanuel Rodericus *dicta quæstion.* 41. *artic.* 2. sed etiam re ipsa puniēdo indicta mulcta, aut alia pœna, etiam grauiori, dummodo offensa respiciat officium, & dignitatem, non personam, quod contingere solet, cum committitur in Iudicem pro tribunali sedentem, & in officio officiando, quod vocant: item dummodò pro iniuria, seu delicto, sit expressa à iure pœna ordinaria: tunc enim Iudex potius est iuris exequutor, quam Iudex secus si pœna sit arbitraria, quia arbitrando posset iracundiæ, & perturbationis calore excedere modum. Quam tamen limitationem, & cōsiderationem existimo admittendam quoad pœnas corporales, quarum actus est irretractabilis; non tamen quoad pęnam pecuniariam, quæ quandocunque excessiua visa fuerit superioribus, poterit restitui; atque ita in pœnis pecuniarijs nunquam eam vidi praxi receptam. Prædictam sublimitationem tradiderunt Doctores *in d. leg. qui iurisdictioni,* 10. *ff. de iurisdictione omnium iudicum, & in d. lege vnica, C. ne quis in sua causa ius dic,* iureque Castellano desumitur *ex lege* 12. *titulo* 18. *lib.* 4. *recopilation.* & extra ea loca Panormitanus *in capit. cum venissent,* 12. *num.* 8. *&* 9. Decius *num.* 48. Felynus *num.* 4. *de iudicijs* Gregorius Lopez *in l.* 13. *tit.* 1. *part.* 2. *gloss.* 5. *& in l.* 8. *tit.* 17. *part.* 3. *glos.* 4. *& in l.* 26. *tit.* 23. *eadem part.* 3. *glos.* 1. *& in leg.* 5. *titulo* 24. *par.* 4. *glos.* 8. Auendaños *de exequ. mandat.* 1. *par. cap.* 5. *nu.* 8. *&* 2. *par. cap.* 23. *ex num.* 1. Auiles *in cap.* 3. *Prætorum, verb. Abogados, num.* 12. *& verb. iurisdiction, num.* 24. Azeuedus *in l.* 10. *&* 11. *num.* 7. *&* 8. *tit.* 5. *libr.* 3. *recopilat,* Petrus Gregorius *de Republica, lib.* 4. *c.* 6. *nu.* 24. Rolandus *cons.* 48. *ex num.* 1. *vol.* 2. Gail *practicarum, lib.* 1. *obseruat.* 39. Tulcus *liter.* I. *conclus.* 402. *tom.* 4. Oldradus *cons.* 7. *nu.* 1. Capycius *decis.* 124. *num.* 4. 9. *&* 10. *& decis.* 137. *nu.* 5. *&* 8. Caballus *resolut. crimin. casu* 128. *num.* 1. Cancer *variarum resolutionum, par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 233. *cum seqq.* Trentacinquius *variarum resolutionum, lib.* 2. *de iudicijs, resolut.* 5. *nu.* 6. Riccius *collectan.* 138. Bouadilla *lib.* 2. *politic. cap.* 21. *n.* 83. *& lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 33. *&* 36. Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 42. Farinacius *in praxi, q.* 17. *num.* 45. *&* 46.

799 Imò verò extendenda est hęc sublimitatio, vt in casu, de quo loquimur, Iudex non solùm formato processu, & sententia in scriptis prolata: verùm etiam sine processu, informatione, aut sententia in scriptis, cum solo decreto oretenus lato, possit de facto & ex abrupto punire iniuriosos in ipsum pro tribunali sedentem, tanquam ob delictum notorium. Tradunt in primis tametsi subobscurè Diuus Bernardus *libr.* 4. *de consideratione, cap.* 6.

circa

circa finem, versic. si insolentior, apertius Bartolus in l. 1. in principio, num. 13. Romanus num. 8. Ialo numer. 28. ff. si quis ius dicend non obtemper. Angelus in lectus fustium, num. 2. & 4. ff. de iis qui notat. infam. & in l. illud, 8. num. 1. & ibidem, Imola, & Angelus Aretinus num. 1. ff. de appellationibus. Speculator lib. 3. titul. de notoriis criminibus in principio, & in §. 1. nu. 1. & in §. ium. num. 12. Lucas de Penna in l. quoties, 17. num. 21. Col. de dignitatibus, libr. 12. Andreas de Isernia in cap. 1. §. sancimus, el secundo, num. 2. & 3. Afflictis ibidem, num. 8. quo tempore miles, idem Afflictis in constitut. eos tantum, numer. 2. & 3. libr. 3. rubr. 32. Puteus de syndicatu, verb. notorium Iudici, cap. 1. per totum, & verb. potestas, cap. 2. num. 3. & verb. praeceptum, c. 2. num. 14. circa finem. Gandinus de maleficiis, tit. de poenis reorum, nu. 26. Gregorius Lopez in l. 26. tit. 23. par. 3. gloss. 1. & in l. 4. tit. 2. par. 7. gloss. 3. in fine, & in l. 5. nu. 6. eadem p. 7. gl. 12. Antonius Gomez tom. 3. variarum, cap. 1. ex num. 4. late, & in ibidem nu. 48. Rolandus d. cons. 48. num. 48. vol. 1. Bernardus ad Iulium Clarum lib. 5. §. fin. q. 8. n. 7. e. 9. Segura in Directorio Iudicum Ecclesiasticorum 2. p. c. 6. ex num. 4. Salcedo ad practicam Bernardi, cap. 93. vers. nec illud, Farinacius in praxi, q. 17. num. 45. & q. 21. ex num. 158. & quæst. 105. ex nu. 192. Et hanc sententiam sæpius vidi practicari in tribunalibus supremis Hispaniarum.

SVMMA SECTIONIS. *Secunda.*

800 Remissio est causa, vel personæ, ex vno ad alium Iudicem translatio, & ex quibus causis peti soleat.
801 In delictis est locus remissioni ad locum delicti.
802 Rationes huius conclusionis.
803 Explicatur æquiuocatio Doctorum de hac re.
Diuersum est Iudicem debere remittere, et esse incompetentem, & vnum ex alio non infertur.
804 Reus ad Iudicem loci delicti remittendus est à Iudice originis, aut domicilij requisitis, non solùm ex vrbanitate, sed etiam ex necessitate.
805 Iudicem loci originis, vel domicilij, præuenientem, non teneri remittere reum ad Iudicem loci delicti, qui senserint.
806 Iudices originis, aut domicilij, aut præuenientes vias accusationis, non teneri remittere, aliorum sententia.
807 Iudicem originis, aut domicilij, præuenientem, siuè per inquisitionem, siuè per accusationem verius est teneri remittere.
808 Litigans non potest à iudicio capto recedere post litem contestatam, sed ex capto iudicio non fit præiudicium Iudici potiori.
Vassalli Baronum præiudicant sibi renuncia ites declinatoria, non Baronibus, qui in quacunque parte litis postulant, & obtinent remissionem.
809 Iudices domicilij, & originis, sunt competentes, sed debent cedere Iudici potiori loci delicti.
810 Noua distinctio Authoris pro concordia contrariarum opinionum in hac re, & distinctio delictorum priuatorum à publicis.
811 Remissio petita post sententiam, ad effectum eam exequendi fieri debet.
Remissio petita ad tribunal Ecclesiasticum à Clerico, qui renunciauit declinatoriæ, & passus est se condemnari, probato post clericatu debet fieri.
Exceptio incompetentiæ Iudicis, cuius iurisdictio est improrogabilis, potest opponi post tres sententias conformes.
Thoma Carleualij de Iudicijs.
812 Contraria quorundam sententia improbatur.
813 Cum vterque Iudex habet iurisdictionem æquè priuilegiatam, reus remittendus est ad locum delicti.
Quid expendendum in priuilegijs Baronum ad expediendum articulum remissionis.
814 In Baronum priuilegijs attendenda sunt verba, & tempora concessionum.
Per priuilegium posterius non est derogatum iuri quæsito à tertio, cui Princeps nunquam censetur velle præiudicare.
Priuilegium accipi debet, vt inferat præiudicium iurisdictioni Regiæ, non iurisdictioni Baronum antea concessæ.
815 Reus remittendus est ad locum delicti, etiam si fecerit nouum delictum in loco à quo petitur remissio, & quomodo practicandum.
816 Vagabundus est remittendus ad Iudicem loci delicti.
817 Qui fuerint in contraria sententia.
818 Fieri potest, vt Iudex competens teneatur remittere delinquentem, ad alium competentem potiorem.
819 Iudex requisitus tenetur remittere delinquentem, etiam si in eum nullam iurisdictionem habeat.
820 Contrariam sententiam, qui tueantur, & quibus fundamentis.
821 Refertur tertia media sententia de hac re.
822 Reijciuntur, & satisfit earum fundamentis, & refertur explicatio Fachinei ad textum in cap. 1. de priuileg. in sexto.
823 Refertur secunda explicatio Barbosæ.
824 Refertur tertia solutio Conarruuiæ.
825 Quarta explicatio Authoris, & noua consideratio.
826 Remissio fieri non debet, si non petatur.
Iudex si velit, etiam non requisitus, ex vrbanitate potest remittere.
827 Remissio fit cùm petitur à Iudice constituto sub eodem Principe, cui subijcitur requisitus, non subijciatur diuerso Principi, & quæ sit ratio.
828 In foro Ecclesiastico ex quacunque Prouincia Christiani orbis locum habet remissio.
829 Ex vno Principatu ad alterum non fit remissio, etiam si subsint vni Principi.
Regna vnita æquè principaliter, & non accessoriè, considerantur ac si essent omninò separata.
Regna Regis catholici Hispaniarum vnita sunt æquè principaliter.
830 Ex diuersis Regnis non fit remissio, etiam si sint confœderata.
831 Ex necessitate non fit remissio ex vno Regno ad alterum, secus ex vrbanitate.
832 Ex vno Regno ad alterum fit remissio Regnis fœderatis, cum id contineatur in legibus fœderis.
833 Consuetudo non remittendi ex vno Regno ad alterum, quando locum habeat.
834 Vagabundus non est remittendus ex vno Regno ad alterum.
835 Reus originarius, vel domiciliarius vnius Regni delinquens in altero, non est remittendus ad locum delicti.
836 Reus extraneus à Regno, in quo degit qui delinquit in alio, est remittendus ad locum delicti.
837 Vagabundus domiciliarius, & originarius puniri, et accusari possunt de delicto commisso in Regno extraneo.
838 Delicta non debent manere impunita.
Debitor pecuniæ fugitiuus potest pro debito coram quocunque Iudice conueniri.
Iudex ex officio tenetur vnicuique petentis ius suum reddere.
Profugus ad Regnum extraneum censeri debet vagabundus.

839 *Verius est pro delicto commisso in vno Regno non posse quem puniri in alio Regno.*

840 *Domiciliarius, vel originarius vnius Regni, in illo delinquens, & fugiens ad aliud, non potest puniri in Regno ad quod confugit.*

841 *Delinquens in Regno extraneo, & confugiens ad Regnum sui domicilij, aut originis, non potest in eo inquiri, aut accusari de delicto extra Regnum commisso.*
Actio differt ab accusatione, quod illa pertinet ad vtilitatem priuatam, hæc ad publicam.

842 *Nulla est iurisdictio, aut potestas communis, duobus diuersis Regnis.*

843 *Vindicta delictorum tunc pertinet ad Iudicem, cum Respublica, cui præest in toto, vel in parte est offensa.*

844 *Cum locus domicilij, aut originis, et locus delicti, sunt membra vnius Regni, potest reus accusari de delicto in loco domicilij, aut originis, non si locus delicti pertineat ad diuersum Regnum.*

845 *Crimina merè ecclesiastica vbicunq; commissa possunt puniri à Iudice Ecclesiastico, loci domicilij, aut originis.*
De crimine hæresis vbicumque commisso, puniri potest hæreticus in loco domicilij.

846 *Remissio ex vno Regno ad alterum, habebat locum, eo tempore quo omnes Prouinciæ erant subditæ Imperio Romano.*

847 *Vagabundus existens in vno Regno, non potest ibi puniri de delictis patratis in alio.*

848 *Non colligitur ex ijs delicta manere impunita.*
Multa delicta futuro iudicio reseruantur, & in hoc sæculo non puniuntur.
Hebreorum legibus designabantur sex Ciuitates effugij, in quibus rei gaudebant immunitate delictorum.
Inter christianos non datur maleficijs impunitas, ex eo, quod locis sacris concessum fuerit immunitatis priuilegium.

849 *Qui confugit ad Regna extranea factus exul ob delicta non manet impunitus.*
Exilium voluntarium non est parua pœna.

850 *Ex maleficijs non fit quis debitor pœnæ, quemadmodum ex contractu.*

851 *Accusatori non est ius accusandi reum profugum, aut domiciliarium, ob delicta extra Principatum.*

852 *Profugus non est vagabundus.*

853 *Remissio non fit ex necessitate ob leuia delicta, sed solum ob grauia.*
In grauibus non est locus remissioni, si agatur ciuiliter.

854 *De iure Castellæ, & Neapolitano, locus est remissioni, in delictis etiam leuibus.*

855 *Remissio non est facienda, cum eam petit Iudex inferior à Iudice superiori.*

856 *Id tamen procedit, cum superior Iudex potest auocare causas Iudicis inferioribus, secus si non possit, & quid seruetur in Regno Castellæ, & Neapolis.*

857 *Quando, & ex quibus causis, habeat loco auocatio causarum, remissiuè.*

858 *Remissio facienda est de iure Regni Neapolitani, cum eam petit Baro à tribunalibus regijs superioribus.*

859 *Declaratur Capycius in dec. 122.*

860 *Dominus non potest intromittere se in prima instantia, in causis occurrentibus in territorio vassallorum.*

861 *In multis casibus denegatur remissio Baronibus eam petentibus, & designantur nonnulli.*

862 *Remissio facienda non est, cum timetur de Iudice requirente non esse administraturum iustitiam in ea causa, seu per omissionem, seu per commissionem, & vsus Sacri Consilij in hoc articulo.*

863 *Remissio locum non habet, cum petitur ad locum valde distantem.*
Refertur decisio contraria supremi Consilij Indiarum.

864 *De iure Neapolitano non fit remissio, cum reus est latro, & publicarum viarum grassator.*

865 *Remissio cuius expensis sit facienda.*

866 *Quid obseruandum in remissione, quæ petitur, allegata exceptione fori declinatoria.*

SECTIO SECVNDA,

De remissionibus reorum.

800 REmissio non aliud est, quam causæ, vel personæ ex vno Iudice ad alium translatio, vt nunc accipitur à nobis; alia enim est remissio, de qua agit, & quã definit speculator *lib. 2. tit. de remissionibus §. 1.* cùm videlicèt commissarius ad committẽtem causam remittit; alio modo accipitur *in titulo, Cod. de remissione pignoris*, & alias eius significationes inuenies *in lexico Caluini, verb. remissio*. Remissio verò illa, de qua sermo est, duabus de causis fit, aut petitur a Iudice remittente. Prima, propter incompetentiam remittentis, & competentiam illius, ad quem causa, vel persona remittitur, quam ob rem orta inter eos contentione, & controuersia de cognitione causæ, vel subiectione personæ, incompetens remittere debet ad competentem. Hæc autẽ remissio duobus modis peti, & fieri potest. Primò, proposita à reo ipso exceptione fori declinatoria. Secundò, proposita per literas requisitorias à Iudice remissionem petente incompetentia Iudicis, à quo petitur remissio, aut ex officio causam, vel personam sibi subditam ad se remitti postulante, aut ob ipsius subditi instantiam coram Iudice requirente factam. Primo casu remissio postulari debet ante litem contestatam, dummodo iurisdictio prorogabilis sit, & renunciabilis, alioqui renunciatum censebitur exceptioni fori declinatoriæ, & vlterius illi locus non erit, neq; remissioni ex ea præcedenti. Quid si iurisdictio sit improrogabilis, & renunciari non possit declinatoriæ, præsertim in præiudicium Iudicis competentis; quocunque tempore remissio opportunè peti poterit, & impetrari, præsertim si non à reo ipso postuletur, sed à Iudice ipso, cui ex rei omissione præiudicium inferri non potuit, iuxta tradita à Carauita *ad ritum 205. nu. 4. ex vers. tertio quæro*, & dicenda à nobis inferius num. 1059. Secunda, remissionis causa est iuris prærogatiua, quæ circa cognitionem alicuius causæ ex duobus Iudicibus competentib. reddit vnum alio potiorem, facitq; vt alteri præferatur. Cùm verò oritur inter Iudices controuersia ex hac secunda causa, & non ex declinatoria, non potest à reo proponi, qui iurisdictionem Iudicis competentis procedentis aduersus ipsum subterfugere non potest eo prætextu, quod alter Iudex in causæ cognitione præferri debeat; cum de iure tertij, scilicèt Iudicis non possit allegare, aut illud in iudicium deducere; sed vel proponitur a Iudice ipso ex officio, vel instante actore, vel ab ipso actore petitur coram Iudice remissuro. Quod ita procedit si potioritas, & prælatio Iudicis oriatur ex ipsa iurisdictionis natura. Sciendum enim est ex duplici capite oriri inter Iudices hanc prælationem. Primò, ex ipsa iurisdictionis natura, quia ius ipsum vnius iurisdictionem prætulit alteri non spectatis ipsorum personis, neque industria. Secundò, non ex natura iurisdictionis, quæ in vtroque spectata æqualis est,

sed

sed ex accidenti ob maiorem industriam vnius, veluti si is, qui alteri æquatis est, magis industrius, & diligens causam præoccupauerit, & prius cognoscēdo præuenerit. Igitur si remissi petatur ob potioritatem iurisdictionis ex sua natura non potest à reo peti, sed à Iudice ipso, vt diximus. Si verò petatur ob potioritatem accidentalem præuētionis, poterit quidem peti a reo proposita exceptione, ne continentia causæ diuidatur, aut ne sæpius de eodem delicto quæratur. In hac autem sectione agendum est de remissione petita ratione potioritatis, & prælationis iurisdictionis Iudicis remissionem postulantis ex natura sua, nam de remissione petita ob prælationem accidentalem, ratione præuentionis agemus sectione sequenti. Adnotare tamen oportet præterea, hanc prælationem naturalem iurisdictionis ex duobus capitibus oriri posse, aut ex iure communi, de qua agitur, cum contenditur inter Iudices Regios, aut ex priuilegio, de qua tractatur, cum contenditur inter Iudices Baronales inter se, aut inter Baronales, & Regios; & de his omnibus contentionibus hoc loco sermo erit.

801 Statuamus iam igitur in hac quæstione secundam principalem conclusionem, & regulam, in delictis locum esse remissioni ad locum delicti. Probatur ex textu *in leg. non est dubium*, 11. §. *illud, ff. de custod. reor. & in Authent. qua in prouincia, C. vbi de criminib. agi oport. & in §. si verò quis comprehensorum, seu capit. 5. in Authent. vt nulli Iudicum, collat. 9.* à qua desumpta est *Authent. si verò, C. ad l. Iul. de adulter.* De iure Castellæ *in l. 18. tit. 1. & l. 1. tit. 29. par. 7.* vbi Glossa secunda adducit concordantes *in leg. 20. tit. 6. lib. 3. recopilat. l. 1. & 2. tit. 16. libr. 8. recopilation*, de iure Neapolitano *in pragmat. 1. 3. 4. 5. & 6. vbi de delict. quis deb. conuen.* Eam tradunt communi consensu Doctores in diuersis locis, & præter ordinarios *in d. Authent. qua in Prouincia*; & Canonistas *in capit. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in sexto*, Hippolyt. de Marsil. *in repet. l. vnica, ex num. 143. C. de rapt virgin.* Bartolomeus Socinus *regul. 415. aliàs liter. R. regul. 4.* Marianus Socinus *in cap. postulasti, num. 14. de foro compet.* Chassenæus *in consuetud. Burgundiæ, rubr. 1. 2. §. vnico, ex nu. 1.* Guido Papæ *decis. 202. ex nu. 1.* Boerius *decis. 29. ex nu. 1.* Grammaticus *decis. 26. ex num. 1.* Peguera *decis. 66. ex. num. 1.* Couarruuias *in practic. cap. 11. nu. 4. vers. secundò illud*, Molinus *de brachio sæculari, cap. 40. num. 37.* Bossius *tit. de foro compet. nu. 47. & 48. cum seq.* Follerius *in constitut. Capitaneorum*, ex num. 20. Borrellus *ad Bellugam in specul. Princip. rubric. 11. §. ex quo prædiximus, addition. 1.* vbi congessit, 31. limitationes huius regulæ, Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. q. 38. nu. 19. & 21.* Villadiego *in politica, cap. 5. §. 27. ex nu. 1.* D. Rouitus *in pragmat. 1. ex num. 1. vbi de delict. quis deb. conuen.* Auendanus *respons. 40. num. 2.* D. Regens Tapia *in d. pragmat. 1. ex numer. 7. libr. 3. Iuris Neapolit. rubr. 6.* vbi statuit octo ampliationes, & vigintitres limitationes eiusdem regulæ. Azeuedus *in leg. 1. ex principio, & ex nu. 13. tit. 16. li. 8. recopilat.* Decianus *tract. crimin. libr. 4. capit. 19. ex numer. 1.* Riccius *collectan. 48. & 214.* nos referemus ea dumtaxat, quæ celebriora sunt, & quæ frequentius occurrere consueuerunt, & in quibus occurrunt explanandæ aliquæ difficultates.

802 Rationem autem huius regulæ reddunt multi ex prædictis Doctoribus. Primò, quoniā maximè expedit Reipublicæ scelera publicè puniri in eo loco, in quo fuit admissa propter exemplum, vt qui non delinquerunt delictorum punitione territi à criminibus abstineant, *l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis, cap. qua propter, 2. q. 7. cap. ad deliberandum. 17. de Iudeis, cap. cum dilectus, de calumnia. torib. clement. 1. de offic. ordinar.* notat D. Thomas *7. 2. q. 87. art. 3. ad 2.* Secundò, quoniam illa Republica, in cuius territorio delictum est perpetratum speciali iniuria afficitur, tùm ob scandalum ortum inter ciues ex malo criminis exemplo, tùm ob contemptum Magistratum, ad quos specta: Prouinciam purgare malis hominibus, ne ab illis quieta hominum vita in demandata sibi Republica perturbetur; atque ideò per est, vt ad eos pertineat eorum criminum punitio, vt publica fiat vindicta, & æqua satisfactio Reipublicæ malo exemplo læsæ, vtque tutior esse possit inter improbos innocentia, *l. 3. l. congruit, ff. de offic. Præsid. cap. facta sunt leges, 4. distinct.* Tertiò, quia quemadmodum postular rectus ordo diuinæ prouidentiæ, vt per quæ quis peccauit per hæc, & torqueatur, Sapientiæ, 11. num. 17. ita rectè gubernationi expediens est, vt vbi quis delinquit ibi puniatur, *l. si cui. §. idem Imperator penultimo, l. vltima, ff. de accusationib l. 3. in princip. ff. de re militar. Authent. qua in Prouincia, C. vbi de crimin. agi. opor.* Quartò, quia in loco, in quo quis delinquit facilius inuenitur delicti anthor, testesq; comprobationis, quod est potissimum adiumentum ad criminis punitionem, cuius examen si alibi fieret delicta quotidie manerent impunita, occultatis authoribus, cum experientia doceat, quam difficulter veritas in eiusmodi causis eruatur, in lucemque prodeat. Quod planè significat Iustinianus *in Authent. vt omnes obediant. Iudicib. cap. 1. seu §. hæc considerantes*, ex quo desumpta est *d. Athent. quia in Prouincia*. Quintò, quod desumitur ex eodem textu, quoniam iniuriam passi, si in alieno territorio publicam vindictam, iusque suum prosequi congerentur, præsertim apud eius loci Iudicem, cuius incolæ sunt offensores, & apud quem habeot amicos, propinquos, atque cognatos præter maximas expensas, quas facerent, maximo essent expositi periculo, incertiq; de iustitiæ administratione, quapropter deserturi potius essent causas, & iura sua quibus in commodis locus dari non debet. Sextò tandem, quoniam pœna ipsa in loco delicti inflicta solatium est damnum passis cognatis, & affinibus eorum, quibus eo modo satisfit. *l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis.* His rationibus nititur prædicta regula, quas tradunt Couarruuias *in practicis, dicto cap. 11. numer. 3.* Tyberius Decianus *tractat. crimin. lib. 4. cap. 19. num. 8.* Peguera *decis. 66. ex nu. 2. ad 5.* Molinus *de brachio sæculari, lib3. cap. 49. num. 11.*

803 Ante verò quàm hinc discedamus, operæpretium erit animaduertere, plurimos Doctores magnam, quod ad hoc attinet, passos æquiuocationem, dum ex eo solent arguere, Iudicem non posse de delicto cognoscere, & esse incompetentem, quoniam delinquentem ad alium Iudicem teneatur remittere. Cùm tamen apud multos alios, contrarium potius verisimiliter esset colligendum, competentem, inquam, esse eum, qui remittere potest, & debet siquidem multi credunt, omninò incompetentem remittere non posse, vt inferius adnotabimus. Planè verissimum est, valde diuersa esse. Iudicem debere remittere, & esse incompetentem, & vnum ex alio non infertur, *l. Papinianus, 20. ff. de minoribus*; quippè cùm ius illud remissionis postulandæ, arguat quidem Iudicis prærogatiuam, & prælationem, non solùm comparatione Iudicum incompetentium, qui de delicto cognoscere non possunt, sed etiam eorum, qui legitimi, & competentes sunt, & possent iure optimo de delicto cognoscere seclusa requisitione illius Iudicis, qui iuris prærogatiua circa cognitionem delicti præferri debet. Quod superius etiam num. 726. & initio huius sectionis numer. 800.

8on. notaui; & videtur significassePeguera decision.87. num. 6. in fine, versic. ex quibus, & Farinacius in praxi, quæstion.7.num.21. in fine, versic. ego tamen.

804 Amplia primò prædictam secundam regulam,& conclusionem, vt ad Iudicem loci delicti sit remittendus reus, etiam à Iudice originis aut domicilij requisitis, non solùm ex vrbanitate, (quod etiam sine requisitione fieri potest, vt remissus est à Pilato ad Herodem Iesus Christus Dominus noster, Lucæ 23. numer.7.) sed etiam ex necessitate, Ita sentiunt Iulius Clarus lib. 5. sentent.§.final. quæstion.38. num. 19. Antonius Gomez tom. 3.variarum, cap.1.num.87.Couarruuias in practic.cap.11. num.6.in fine, versic. contr. sententia, Marianus Socinus in cap.postulasti, num. 14. de foro competenti, Decianus tract. criminal.libr.4.cap.19.ex num.7.Farinacius in praxi, quæstion.7. num.25. & 29. Antonius de Matheis de prorogatione iurisdiction.numer.37. versic. redeundo, tom.3.tractat. 1.part. Auendanus tractat. de exceptionibus, numer.17. Azeuedus in l.1.num.24.tit.16.lib.8.recopilation.Caballus resolution. criminal.casu 162.num.10. Peguera decision.2. & 66. Thessaurus decision. 90. num.6.& 7. Grammaticus decision. 26.& ad eum Petra numer.19. & Didacus de Mari ex num. 13. Franchis decision. 37.num.5.& ad eum Riceius, D.Regens Carolus Tapia in pragmat.1.numer.7. & 8. vbi de delict.quis debet conuen.lib.3 Iuris Neapolitan. rubric. 6. D. Regens Scipio Rouitus in dicta pragmatic.1. ex num.45. & nouissimè consil. 22.num.1.lib.2. Follerius in constitut. Capitaneorum, num. 53. & 54. Molinus de brachio sæculari, cap.42. ex numer.5. & 6. Nouarius ad pragmatic. Regni Neapolitani, collectan.222.num. 6. Hæc ampliatio probatur apertè ex generalitate textus in Authentic. vt nulli Iudicum, §.si verò quis comprahensorum, collation.9.& in Authent.qua in Prouincia, C. vbi de criminib. agi oport.& in Auth.si verò, C.ad l. Iul. de adulter. De iure Castellæ in l.1. & 3. titul. 16.libr. 8. recopilation. De iure Neapolitano in pragmat. 5. vbi de delict. quis debet conueniri.

805 Eam tamen limitandam varijs modis existimant multi, qui tamen nimis confusè, & lubricè hac in re loquuntur. Primò quidam, si Iudex loci originis, vel domicilij præuenerit in inquirendo, vel cognoscendo de maleficio: nam tunc opinantur, etiam requisitum non teneri ad remittendum reum ad Iudicem loci delicti. Ita sentiunt Ancharanus in cap.postulasti,num.14.Marianus Socinus numer.14.de foro competenti Hippolytus de Marsil. in practica,§.opportunè, num. 34. Henrichus Bonerius singulari.62. Angelus de maleficijs, verbo, Iudex commisit, num. 15. Antonius de Matheis de prorogatione iurisdiction.num. 73.versic,tertiò fallit, Franciscus Marcus decision. 331.numer.4. 2.part. Guido Papæ decision.2n2.num.3.Vincentius de Franchis decision.37.num.3. decision. 88.num. 5. & decision.505.ex num.9. Couarruuias in practic.cap. 11. num. 6.versic.quamobrem, Decianus tractat.criminal.libr.4.cap. 19.num.14.Farinacius in praxi, quæst.7. num. 23. Regens Carolus Tapia in pragmatic. 1.numer.9. vbi de delicto quis debet conueniri, libr. 3. Iuris Neapolitan. rubric. 6. Ioannes Maria Nouarius in pragmatica Regni Neapol. collect.222. num. 8.licèt agnoscat contrarium etiam decisum in Sac. Consil.

8n6 Secundo alij, si præuenerit Iudex originis aut domicilij, non quidem via inquisitionis, nam hæc aiunt non tollit, quin requisitus à Iudice loci delicti reum remmittere teneatur; sed via occusationis. Etenim credunt si in loco domicilij, aut originis, quis fuerit à suo aduersario accusatus apud eius loci Iudicem, etiam si post iste Iudex à Iudice loci delicti requiratur, vt reum remittat ibi puniendum remittere non teneri. Probant primò ex regula textus in l.si quis postea quàm, & in l.vbi cæptum, ff. de iudicijs. Secundò, quoniam proculdubio Iudex domicilij aut originis,est competens, apud quem possit de delicto reus accusari,vt dixi supra numer.735.& sequentibus ergo procedens hac via aduersus reum suo iure vtitur, ac per consequens requisitus desistere non tenebitur; cùm de delicto eiusdem hominis sæpius quæri non debeat, l.licet, §.final.ff.nautæ caupon. & stabul.l.sepulchri, 6.ff. de sepulchr. violat.l.12.titul.1.part.7.& ibi Glossa prima, neque ad Iudicem requirentem remittere.Hanc sententiam amplectuntur Albericus in l.hæres absens,19. §.si quis tutelam, numer.7.in fine, ff. de iudicijs, Gregorio Lopez in l.2.titul.29. part.7.gloss. 2. Couarruuias in practic. dicto cap.11.num.6.versic. contraria sententia, Azeuedus in l.1.num.24.30. & 31.titul.16.lib.8.recopilation. Didacus Perez in l.2.titul.17.libr.8. ordinamenti; gloss.1.pagina 340. colum. 2. in fine Follerius in constitution. Capitaneorum, num, 55. Barbosa in d.l.hæres absens, §.proinde, in articulo de foro delicti, ex num. 107. & ibi numer. 115. & in l. si quis postea, 7. ex numer. 83. de iuditijs, Capiblancus in pragmat. 8. par.1.numer. 118. & 119. de Baronibus.

807 Verius existimò prædictam ampliationem primam subampliandam fore. Primò, vt procedat etiam si Iudex originis, aut domicilij præuenerit Iudicem loci delicti quocunque modo, siuè per inquisitionem prius cæptam, seù per citationem verbalem, aut capturam, siuè per accusationem, aut denunciationem, coram eo institutam, & in quocunque horum casuum requisitum à Iudice loci delicti, teneri ex necessitate remittere reum ibi puniendum. Hanc subampliationem amplectuntur Baldus in leg.Præses Prouinciæ, 3. in secunda lectura, num. 4.ff.de offic.Præsidis, & in l.exequutorem, 8. numer.30. tametsi subobscurè, C. de exequut. rei iudic. Fulgosius in l.1. num.1.C. vbi de criminib. agi oport. clariùs Alexander in l. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ, num.4.Iaso num.2.ff. de re iudicat. Antonius Gomez tom.3.variarum, cap.1.num.87. Thessaurus decis.90. numer. 6. Molinus de brachio sæculari, lib.3.cap.42.ex num.5. Follerius in practic.crimin.verb. audiantur excusatores, num.158.& 160. Rouitus in pragmat.1. ex nu. 60. vbi de delict. quis deb.conuen. tametsi ibi agat in genere de præuentione, non in spetiæ de præuentione per accusationem.Et probatur tum ex textibus legum iuris communis, & regijs, pro confirmatione regulæ, & conclusionis secundæ principalis adductis numer. 801.qui generaliter loquuntur, & sine vlla exceptione, tùm etiam ex rationibus adductis supra numer. 802.quæ non minus militant in hisce casibus; tùm denique ex ijs, quæ dicta sunt nu.783. de præstantia loci delicti.

808 Neque obstant, quæ pro contraria sententia expendebantur: nam ad primum argumentum ex l.si quis postea quàm, & leg. vbi cæptum,ff. de iuditijs, respondendum est prædictarum legum regulas, procedere respectu ipsorum litigantium, qui non possunt à iudicio cæpto coram aliquo Iudice desistere post litem contestatam; non tamen procedunt respectu Iudicis, cuius iurisdictioni non potest præiudicium inferri. Quare licèt accusator proponat accusationem in forò domicilij, aut originis, cum ad Iudicem loci delicti pertineat satisfacere Reipublicæ suæ læsæ, & offensæ ob patratum delictum huic iuri non potest facto accusatoris derogari. Ita limitat, dictam l. vbi cæptum, Felinus post Ioannem Monachum,Ioannem Andream, Dominicum, Baldum, & Ananiam in cap. ex

tenore,

tenore, 16. *nu.* 18. *versic. fallit quartò, de rescriptis*. Ex quo procedit, vt vassallus Baronis renunciata exceptione declinatoria quocunque modo, siuè tacitè, siuè expressè; sibi quidem præiudicet ne possit remissionem ad alium Iudicem petere: non verò Baroni ne possit petere; remissionem ad se causæ vassalli sui: ea enim renunciatione nõ obstante Baro poterit in quacunque parte litis postulare ad se remitti causam sui vassalli, eamq; obtinere debebit; vt notat Capycius *decis.* 9. & ibi Petra, Carauita *ritu* 205. *nu.* 6. *& ritu* 231. *nu.* 1. *&* 2. Anna *singular.* 55. *&* 120. Muscatellus *in praxi, lib.* 1. *par.* 2. *gloss. competentes*, *ex num.* 48. idem Petra *ad Grammaticum decis.* 26. *nu.* 8. Mastrillus *de magistratibus, lib.* 4. *cap.* 16. *ex num.* 61. Regens Tapia *in pragmat.* 1. *nu.* 43. *vbi de delict. quis deb. conuen. libr.* 3. *Iuris Neapolit. rubr.* 6. Federicus Martini *de iure censuum, cap.* 6. *ex num.* 326. Ponte *de potestate Proregis tit.* 3. §. 1. *nu.* 22. Capiblancus *in pragmatic.* 8. *par.* 1. *ex numer.* 119. *& nu.* 123. *de Baronibus*, Rouitus *in pragmat.* 2. *num.* 7. *vbi de delict. quis debet conueniri*, Franchis *decision.* 417. *num.* 1. *& decision.* 529. adstipulaturque Gail *de pace publica, libr.* 1. *cap.* 12. *num.* 15.

809 Ad secundum dicendum est Iudicem domicilij, & originis, esse competentes, & legitimos ad cognoscendum de delictis subditorum, tàm via inquisitionis, quàm accusationis, vt superius latè diximus; verum si requirantur à Iudice loci delicti ei debere cedere, remittereq; delinquentem, quoniam ille potior est: inter legitimos verò, & competentes potest quis esse cæteris præferendus, quemadmodum inter creditores tametsi omnes sint veri, fieri potest, vt aliquis sit potior, cui cæteri cedere debeant.

810 Nihilominùs ergo pro concordia tantorum virorum nouiter limitarem prædictam primam subampliationẽ, vt procedat quidem in delictis publicis, secus in priuatis. Ratio est quoniam in publicis principalis offensa fit Reipublicæ, ratione cuius quilibet de populo potest accusare, §. *publica, instit. de public. iudic.* Vbesembecius *in paratitla, ff. de public. iudic. num.* 1. & Cuiacius *ad tit. ff. eodem*, Duarenus *lib.* 1. *disputat. capit.* 37. minus verò principalis fit parti, seù priuatæ personæ offensæ: at in priuatis contra principalis offensa fit parti, seù priuatæ personæ, accessoriè verò, & secundariò fit Reipublicæ; vt colligitur ex traditis ab Vbesembecio *in paratitla, ff. de priuat. delict. ex num.* 3. Cuiacio *eodem titulo*, & Duareno *dicto cap.* 37. *post medium*, probatq; elegans text. *in l. locatio*, 9. §. *quod illicitè, ff. de publican. & vectigal.* Quod fit, vt eorum exercitatio soli offenso, non cæteris permittatur, ex quo colligitur, vt volente offenso in delictis publicis non possit præiudicari iuri Reipublicæ offensæ primario, & principaliter. *l. iurisgentium*, 7. §. *si paciscar. ff. de pactis*; neque proposita accusatione rei apud eius domicilium, vel originem offensa illa absorberi, & sopiri. Verùm in priuatis delictis qualia sunt furta, iniuriæ, & alia eiusmodi, cum ipse accusator sit principalis offensus volente ipso accusare apud Iudicem domicilij, vel originis, reus ad locum delicti remitti non debet; quasi principalis offensa secum trahat accessoriam, & minus Principalem Reipublicæ; ita fit, vt in illis non obstante accusatione in domicilio proposita sit locus remissioni ad locum delicti; in istis autem non sit, cogitabis tamen ad hæc concordia sit ad rem.

811 Subamplia secundò prædictam primam ampliationem principalem, vt sit locus remissioni delinquentis ad locum delicti, etiam si sententia condemnationis sit prolata à Iudice requisito, si tunc petatur remissio ad effectum exequendi sententiam. Hæc subampliatio probatur ex eadem generalitate prædictarum legum decernentium, sine vlla limitatione remissionem delinquentium ad locum delicti; & quoniam in hoc etiam casu vigent superius adductæ rationes, & textus *in d. l. capitalium*, 28. §. *famosos, ff. de pœnis*, Ita sentiunt Imola *in leg. accusatore*; 13. *nu.* 3. *ff. de public. iudic.* Fulgosius *in l.* 1. *nu.* 1. *C. vbi de crimin. agi opor.* Alexand. *in l. à Diuo Pio*, 15. §. *sententiam Romæ, num.* 3. *&* 4. *ff. de re iudicat.* Additio ad Baldum *in Authent. si quis litigantium, ad numer.* 2. *verb. criminali, C. de Episcop. audient.* Alciatus *respons.* 13. *nu.* 2. *lib.* 7. Bossius *titul. de foro compet. nu.* 48. Auendanus *tit. de exceptionibus, nu.* 17. Regens Tapia *lib.* 3. *Iuris Neapol. rubr.* 6. *in pragmat.* 1. *nu.* 49. *vbi de delict. quis debet conuen.* vbi refert pro ea decisionẽ Sac. Cons. & Rouitus *in pragmat.* 2. *num.* 6. *eodem titulo*, *vbi de delict. quis debet conuen.* vbi refert alteram decisionem eiusdem Sac. Cons. & Couarruuias *in pract. dicto cap.* 11. *num.* 6. *vers. contraria sententia*, restringens se ad eum casum, quo Iudex præuenit via inquisitionis, & ita ex officio tulit sententiam, verum si sententia lata esset instante accusatore, negans remissionem fieri debere; cui eidem sententiæ acquiescit Azeuedus *in l.* 1. *nu.* 25. *&* 26. *&* 27. *tit.* 16. *lib.* 8. *recopilat.* quæ fuit sententia Gregorij *in l.* 2. *tit.* 29. *par.* 7. *gloss.* 2. *circa finem.* Et quidem si remissio petatur ad tribunal Ecclesiasticum à Iudice Ecclesiastico, vel à Clerico, qui non opposita declinatoria passus est se condemnari à laico Iudice, & post eius sententiam etiam confirmatam per alias duas conformes, ostendit se Clericum per probationem clericatus cum debitis circumstantijs, remissio proculdubio debet fieri; non quidem, vt sententiæ à laicis latæ, quæ planè nullitatis vitio laborant exequutioni mandentur, sed vt iterum ex integro de causa cognoscantur. Quoniam exceptio incompetentiæ Iudicis cum iurisdictio est improrogabilis, potest opponi etiam post tres sententias conformes, vt tradit Grammaticus *decis.* 61. *ex nu.* 58. *& consi.* 1. *post suas decisiones, nu.* 47. *&* 48. Carauita *ritu* 65. *per totum*, Anastasius Germonius *de sacrorum immunitate, lib.* 3. *cap.* 25. *ex nu.* 50. Camillus de la Lazata *cons.* 61. *nu.* 13. Couarruuias *in practic. cap.* 33. *num.* 2. Cancer *variar. resolut. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 138. Cabedus *decis.* 22. *nu.* 10.

812 Contrariã tamen sententiam huic subampliationi, quin imò remissiones petita post sententiam à Iudice originis, vel domicilij fieri non debere ad Iudicem loci delicti, sed ab eodem à quo lata est esse exequutioni mãdandam, amplexi sunt Baldus *in l. exequutorem. num.* 28. *C. de exequut. rei iudic.* Salxcetus *in leg.* 1. *vbi de criminib. agi oport.* Felynus *in cap. vltimo, nu.* 11. *de foro compet.* Socinus *liter. R. regul.* 4. *remissio, aliàs, regul.* 332. *fallent.* 1. Antonius de Mathesis *de prorogation, iurisdict. numer.* 73. *vers. quintò fallit, tom.* 2. *tractat.* 1. *par.* Auendanus *respons.* 40. *n.* 6. *vers. quinta conclusio*, Auiles *in capit.* 27. *Prætorum, verb. entreguen, ex num.* 7. Couarruuias *in practic. dicto cap.* 11. *nu.* 6. *vers. sexto hoc*, Franciscus Marcus *decis.* 31. *num.* 2. *par.* 2. Mastrillus *decis.* 147. *num.* 12. Chatlenæus *in consuetud. Burgundiæ, rubr.* 12. §. *vnico, nu.* 19. Pachmeus *libr.* 9. *controuersiarum, cap.* 21. Anna *singular.* 96. Grammaticus *decis.* 26. *num.* 5. & ibi Didacus de Mari *numer.* 15. Afflictis *in constitut. Capitaneorum, num.* 12. *rubr.* 45. *lib.* 1. Decianus *tractat. crimin. lib.* 4. *cap.* 19. *nu.* 12. Borellus *ad Belugam in speculo, rub.* 11. §. *ex quo prædiximus, addit.* 1. *limitat.* 12. Farinacius *in praxi crimin. q.* 7. *num.* 24. Barbosa *in d. l. hæres absens*, §. *proinde, in articulo de foro delicti, num.* 114. Molinus *de brachio sæculari, cap.* 42. *num.* 18. *&* 19. Capiblancus

blancus *in pragmat. 8. par. 3. num. 91. de Baronibus*. estq; proculdubio magis communis sententia. Fundamenta autem eius sunt illa eadem, quæ expendamus supra nu. 806. pro limitationibus ampliationis primæ à nobis traditæ; quibus tamen iam satisfecimus ex num. 808. Item textus *in l. relegatorum, 7. §. interdicere, ff. de interdict. & releg.* quo vtitur ad eam comprobandam Baldus relato Dyno. Fateor tarditatem meam ego non video, quomodo rectè expensus possit induci pro hac sententia: quod gaudeo animaduertisse ante me postea visos Alexand. *in l. à Diuo Pio, § sententiam Romæ, nu. ff. 4. de re iudic.* & Follerium *in constitut. Capitaneorum, nu. 54.* alij tamen respondent ibi non esse petitam remissionem: nos verò loqui cum remissio petitur à Iudice loci delicti; eo autem casu à Iudice originis, aut domicilij, etiam post sententiam fieri debet, vt notauit vbi supra Follerius.

813 Subamplia tertiò prædictam primam ampliationem, vt procedat etiam cum vterque Iudex, tàm is quàm is, qui petit, quàm is à quo petitur remissio habet iurisdictionem æquè priuilegiatam; veluti cum Baro loci delicti habent iurisdictionem ex priuilegio inuestituræ abdicatiuam, & priuatiuam, petit ad se remitti vassallum domiciliarium, aut originarium alterius Baronis habentis in suos vassallos iurisdictionem quoque abdicatiuam, & priuatiuam, cum priuilegio cognoscendi delictis eorum, etiam commissis extra territorium; nam in hoc casu cæteris paribus reus iste est remittendus ad locum delicti. Dixi *cæteris paribus*, quoniam expendenda sunt priuilegia, & dignoscendum, quod nam sit maius quod antiquius, quod nam alteri videatur præiudicare, & sententia pro potiori ferenda est. Cæterùm in dubio, aut inuentis priuilegijs paribus iudicandum est pro Barone loci delicti. Ratio est, quoniam priuilegiatus non vtitur priuilegio suo contra pariter priuilegiatum, & tunc conquassatis priuilegijs reditur ad ius commune, vt dicebam suprà num. 633. quo attento præualet forus delicti, & ad eum ex quocunque debet remitti reus: Hanc subampliationem pluribus probat Follerius *in practic. crimin. 1. par. 2. part. verb. audiantur excusatores, ex nu. 65.* Scipio Rouitus *in pragmat. 1. ex num. 6. & ex nu. 8. latè, vbi de delicto quis deb. conuen.* conducunt notata à Borrello *ad Bellugam in speculo, rubr. 11. §. ex quo prædiximus, in additione, sub limitat. 18. & 20.* Nouarius *in pragmat. Regn. Neapol. collect. 322. nu. 26.*

814 Illud tamen, quod ad hanc rem attinet est animaduersione dignum cum contenditur inter Barones circa priuilegia sibi concessa, attendenda esse eorum verba, & tempora concessionum, & semper censendum per priuilegium posterius, non esse derogatum iuri quæsito à tertio. Etenim Princeps nunquam censetur velle præiudicare illi *l. 2. §. merito, & §. si quid à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. quamuis, 8. de rescript. in sexto*; atque ita priuilegium posterius quantumuis amplum, interpretandum quidem est, vt inferat præiudicium iurisdictioni Regiorum officialium, & ministrorum, quæ pertinet ad ipsum Principem, qui priuilegium concedit & post nulli facta iniuria de suis iuribus auferre, & conferre in alium; non vero ita vt inferat præiudicium Baronibus, aut eorum ministris, quibus ante priuilegij expeditionem, circa similes causas iurisdictio competebat. Quod egregiè notat Follerius *vbi supra, num. 69. & seqq. & num. 160.* Barbosa *in l. 1. art. 4. num. 12. ff. de iudicijs*; D. Rouito *in dict. pragmat. 1. num. 16. & 17. vbi de delict. quis deb. conuen.* quo loco latè, & optimè prosequitur explicationem clausulæ posteriori, priuilegij concessi Baroni omnino vitandus, cum cumulatis à Capiblanco *in pragmat. 8. par. 2. ex nu. 64.* & magis in specie *nu. 219. de Baronibus*.

815 Amplia secundo principaliter prædictam secundam conclusionem, & regulam, vt procedat etiam si reus, cuius remissio petitur à Iudice loci delicti delinquerit in eo loco, à quo remittendus petitur; nihilominùs enim remittendus est postquam à Iudice loci vbi degit, & nouissime deliquit, fuerit punitus, si delictum de quo ibi quæritur non sit maius: nam eo casu, quoniam pœna grauior absorbet minorem remissioni locus non erit: secus verò si pœna sint compatibiles. Probatur ex text. *in l. si cui, 7. §. vltimo, ff. de accusationib.* tradit Guido Papæ *decis. 202. num. 2. vers. quintò, quòd non commiserit.* Chassæneus *in cõsuetudin. Burgundiæ, rubr. 12. §. vnico, nu. 15.* Bossius *tit. de foro compet. num. 58.* Iulius Clarus *§. fin. q. 38. num. 26.* Borrellus *ad Bellugam, rubr. 11. §. ex quo prædiximus, in additione, limitat. 6. & limitat. 26.* Molinus *de brachio seculari, cap. 48. ex nu. 1.* Azeuedus *in l. 1. nu. 14. cum seqq. tit. 16. lib. 8. recopilat.* Regens Tapia *in d. pragm. 1. nu. 10. vbi de delict. quis deb. conuen.* Farinacius *in praxi q. 7. nu. 42.* Barbosa *in l. Titia, 35. num. 55. in fine, ff. solut. matrimon.*

816 Amplia tertiò prædictam secundam regulam, & cõclusionem, vt procedat etiam in vagabundo qui remittendus est ad Iudicem loci delicti eo requirente; idque probant generales illæ rationes, quas expendebamus supra nu. 802. pro prædicta secunda conclusione. Istam ampliationem docent Innocentius *in cap. 1. de raptoribus* vbi Zabarella *num. 3.* Antonius de Butrio *in cap. licet, ratione vltimo, num. 10.* Panormitanus *num. 11. de foro comp.* Marianus Socinus *in cap. postulasti, num. 15. eodem titulo,* Couarruuias *in practic. d. cap. 11. num. 7. in princip.* Azeuedus *in l. 1. num. 33. tit. 16. lib. 8. recopilat.* Regens Tapia *in d. pragmat. 1. num. 18.* Auiles *in cap. 27. Prætorum, verb. entreguen, nu. 15.* Auendanus *respons. 40. num. 9.* Follerius *in constitut. Capitaneorum, ex num. 56.* Fachineus *lib. 9. controuersiarum, cap. 24.* Decianus *tractat. crimin. lib. 4. cap. 13. num. 7. & 8. & cap. 19. num. 12.* Menochius *de arbitrar. libr. 2. casu 531. numer. 3.* Salcedo *ad practic. Bernardi cap. 9. additione ad verbum, puniri, liter. D.* Didacus Perez *in l. 2. tit. 14. lib. 8. ordinament. gloss. 2. pagin. 274. col. 1. vers. quæro vlterius.* Barbosa tamesi limitet *in d. l. heres absens, 19. §. proinde, in articulo, de foro delicti, num. 12. & 13. ff. de iudicijs*; & est magis communis sententia: non est enim vlla ratio cur vagabundus à regula generali sit eximendus.

817 Contrariam tamen sententiam, quin imò vagabundum captum ad locum delicti remitti non debere à Iudice, apud quem inuenitur etiam requisito, sed puniri posse ab eo sequuntur Duenas *regul. 378. forum, limitat. 4.* Guido Papæ *decis. 202. nu. 1. versic. tertiò, quòd delatus,* Farinacius *in praxi, q. 7. n. 14.* Molinus *de brachio sæculari, cap. 45. numer. 10. & 11.* Chassenæus *in consuetud. Burgundiæ, rubr. 12. §. vnico, num. 12.* Borrellus *ad Bellugam in speculo, rubr. 11. §. ex quo prædiximus, in additione, limitat. 9.* Fundamentum est, quòd vagabundus vbique puniri potest, vbique conueniri, Iudexque quilibet cuiuscunque loci, in quo inuenitur, est legitimus, & competens, ad eum puniendum, vt plurimis relatis notat Farinacius *dicta q. 7. nu. 13.* & nos diximus supra quæst. 1. nu. 47. Ergo Iudex loci, vbi reperitur, non tenetur eum remittere.

818 Sed non est recedendum à prædicta tertia ampliatione, quæ est magis vera, & magis communis; rametsi Regens Tapia, vbi supra, dicat contrarium seruari. Fundamentum autem, quo contraria sententia nititur, facilè corruit, concesso antecedenti, negataque consequentia. Etenim fieri potest, vt quis sit Iudex competens delinquen-

quentis, & nihilominùs teneatur remittere ad alterum competentem potiorem, & iuris prærogatiua præferendum circa delicti cognitionem, vt rectè animaduertit Couarruuias *in practic. dicto cap. 11. num. 12. versic. nec sequitur*, & ego notaui iam supra num. 803. Talis autem est Iudex loci delicti, vt superius sæpè repetitum est, & probatum. Itaque (quod ex eo fit) vagabundus non poterit opposita fori declinatoria subterfugere iurisdictionem Iudicis, aduersus eum criminaliter procedentis, quoniam ille, quicunque sit, est competens, & legitimus, quod solùm volunt Doctores, dùm dicunt vagabundum vbique conueniri, & puniri posse. Sed non hoc tollit, quin si requiratur à Iudice loci delicti potiori, & excellentiori, vt ad eum vagabundum remittat, id absque vlla tergiuersatione efficere debeat.

819 Amplia quartò, vt reus sit remittendus ad Iudicem loci delicti à Iudice requisito, apud quem inuenitur, etiam si Iudex iste requisitus nullam iurisdictionem habeat in reum, neque sit illi subditus ratione originis, vel domicilij, vel delicti, vel vllo alio modo. Ita sentiunt Abbas Panormitanus *in cap. licet ratione, vltimo, nu. 16. & 17. de foro compet.* Marianus Socinus *in cap. postulasti, num. 14. eodem titulo*, Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. q. 38. nu. 22.* Couarruuias *in practic. cap. 11. num. 6.* Mandellus Albensis *cons. 208. num. 15. & 16.* Azeuedus *in l. 1. ex num. 20. tit. 16. lib. 8. recopilat.* Franchis *decis. 37. nu. 2.* Regens Tapia *in pragmat. 1. nu. 15. vbi de delict. quis debet conueniri libr. 3. Iuris Neapolit. rubr. 6.* Fachineus *libr. 9. controuers. cap. 22.* Molinus *de brachio sæculari, libr. 3. cap. 41. per totum*, Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in articulo de foro delicti, ex num. 81. ff. de iudicijs*. Probatur primò ex textu *in Authent. de defensorib. ciuitat. c. 8. seù §. audiens, collat. 3.* vbi Iudex, qui de maiori crimine cognoscere non potest, remittit reum maioris criminis ad Iudicem competentem. Secundò, quoniam facilè posset delinquens impunitatem delicti consequi, si securus etiam esset à Iudice loci delicti, extra loca originis, & domicilij sui. Tertiò, quoniam hanc sententiam planè probat de iure Castellæ, *l. 1. 2. & 3. tit. 16. lib. 8. recopilat.* & de iure Regni Neapolitani *pragm. 1. & 5. vbi de delicto quis deb. conuen.* quibus statuitur, reum criminis remittendum esse à Iudice cuiusuis loci requisito ad locum delicti ibi puniendum. Eamq; sententiam vbiq; praxi admisit, vt testatur Clarus.

820 Contrariam tamen sententiam huic ampliationi quinimò Iudicem requisitum si sit incompetens comparatione rei, & in illum nullam habeat iurisdictionem, non posse reum remittere ad Iudicem competentem, tuentur Antonius de Butrio *in d. cap. licet ratione, vltimo, num. 10.* Felynus *num. 8. de foro compet.* Camillus Borrellus *ad Bellugam in speculo, rubr. 11. dicto §. ex quo prædiximus, in additione, lit. 14.* Rebuffus *commentar. in constitut. reg. tomo 2. tit. de literis requisitorijs, in præfatione, nu. 32.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. cap. 19. nu. 2.* Peguera *decis. 2. num. 4. & 7. & decis. 66. nu. 19.* Gratianus *discept. forens. tom. 2. cap. 389. num. 50. & 51.* Probatur hæc sententia ex textu expresso *in cap. 1. in princip. vers. nunquid ergo de priuileg. in 6.* vbi Iudex ordinarius, quia caret iurisdictione in exemptum, potestatem non habet remittendi illum ad Iudicem loci delicti idque iure optimo, quia ad remissionem faciendam necessaria est aliqua causæ cognitio, vt superius dicebam nu. 777. & captura personæ, interdumque verbalis citatio, qui omnes actus sunt iurisdictionales, & in reum omninò extraneum exerceri non possunt.

821 Tertiam mediam sententiam alij amplectuntur conciliantes primam cum secunda, vt prima locum habeat, quoties Iudices, inter quos tractatur de remissione, subsunt vni Reipublicæ, aut Regni, & superiori: secunda verò cum subsunt diuersi Princip. aut Rebuspublicis. Ita sentit Bossius *tit. de foro compet num. 52. & 53.* Farinacius *in praxi crimin q. 7. num. 27, 28. & 29.* inclinat Rolandus *cons. 60. num. 23. vol. 2.* Verùm isti Doctores plane referendi sunt pro prima opinione contenta in dicta quarta ampliatione, quoniam omnes Doctores ibi relati loquũtur de hoc casu. Cæterùm, vbi Iudices, inter quos de remissione agitur, subsunt diuersis Imperijs, & Principibus remissionem esse denegandam omnes vniuersim asserũt, vt dicemus inferius nu. 827 cum seqq.

822 Igitur à prædicta ampliatione quarta, quæ re vera, vt est conuenientior publicæ vtilitati, & punitioni delictorum, terrorique delinquentium, ita est vsu magis recepta, discedendum non est, præsertim in Regnis Castellæ, & Neapolis. Neque obstat textus *in dicto c. 1. de priuilegijs, in sexto*; quoniam respondet primo Fachineus *controuers. lib. 9. dicto c. 22.* Iudicem, apud quem reus degit requisitum à Iudice loci delicti posse reum ad eum remittere, omniaq; efficere, quæ ad eam remissionem sunt necessaria, quoniam id postulat iuris ratio. Hactenus Fachineus. Certè id iura volunt, vt omnes Iudices sub vno Principe constituti se inuicem coadiuuet ad punitionem delictorum, Reipublicæq; communem securitatem prouenientem ex malorum hominum terrore, & persequutione, ne se alicubi tutos existiment. Cui animaduersioni conuenit lamentatio Molini *de brachio sæculari, dicto cap. 41. num. 8. in fine, & num. 9.* Quo nam enim alio modo poterunt exequutioni mandari decisiones textus *in dicta Authent. vt nulli Iudicum, §. si verò quis comprahensorum, collat. 9.* & cæterorum concordantium?

823 Secundò respondet Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in articulo, de foro delicti, num. 84. ff. de iudicijs*, cui eidem responsioni videtur acquiescere Molinus *dicto cap. 41. numer. 5.* prædictum textum procedere in exemptis, quorum comparatione ordinarius non solùm est incompetens, sed etiam incapax. Iudex autem requisitus, vt reum remittat, tametsi sit incompetens, non est incapax; redditur autem competens quòad hunc effectum à lege, quæ iubet eum remittere delinquentes ad locum delicti. Quæ quidem responsio non videtur vniuersim vera, siquidem permittitur non solùm in competenti, sed etiam incapaci remittere in multis causibus. Laico enim Iudici, qui comparatione Clericorum est incapax, permittitur in fragranti crimine Clericorum capere, vt eum remittat ad Ecclesiasticum, *cap. vt famæ, de sentent. excommunicat.* dixiq; supra quæst. 3. num. 158. & vbi est suspitio, aut periculum fugæ possunt exempti capi ab ordinario, vt notant Zabarella *in clement. 1. nu. 16. de offic. ordinar.* Panormitanus *in cap. cum non ab homine, 10. num. 10. 11. & 12.* Felynus *num. 3. de iudicijs*, idem Panormitanus *in cap. licèt, vltimo, num. 11. vers. puto tamen*, Felynus *num. 7. de foro competent.* Minsingerius *singularum obseruationum, centur. 2. obseruat. 65.* Cothier *de iurisdictione, tom. 1. part. 2. quæst. 45. num. 10. & par. 4. quæst. 52. ex num. 1.* confirmans vtrobique alijs exemplis. Accedit quod cùm Iudex loci delicti requirit alterum eiusdem Regni, vel Prouinciæ, apud quem reus degit, vt eum ad se remittat inuocat eius brachium, & auxilium: vt verò auxilium præstet Iudex requisitus Iudici eius brachium imploranti nõ est necessarium, vt requisitus iurisdictionem habeat circa personam, aut causam, in qua brachium inuocatur; quippè cùm soleat, etiam Iudex Ecclesiasticus in causis merè spiritualibus, aut circa personas omninò exemptas, vt

Cleri-

Clericos, aut Monachos inuocare auxilium sæcularis, qui circa eiusmodi causas, aut personas, nullam iurisdictionem habet, & nihilominùs non solùm impartiri solet brachium, verùm si id renuat ad impartiendum compelli, vt animaduertimus supra quæst. 1. num. 40. & hac eadem num. 776. Quare textus *in dicto cap. 1. in princip. de priuileg. in sexto*, est accipiendus, vt loquatur in casu quo nullum sit fugæ periculum; & in quo sit copia Iudicis competentis exemptorum, qui pro eorum remissione facilè possit adiri: tunc enim recurrendùm est ad Iudicem competentem ad petendam exemptorum remissionem, alioqui poterit etiam peti, & concedi ab ordinario.

824 Tertiò respondet Couarruuias *in practic. dicto capit. 11. num. 6.* loqui Pontificem *in dicto cap. 1.* de remissione voluntaria, & spontanea, quam vocant ex vrbanitate, quã non potest facere, qui iurisdictionem non habet in reum, secus contingit in remissione necessaria, quæ fit à Iudice requisito: nam hæc fieri potest à Iudice nullam habente iurisdictionem in reum. Etenim ad hanc exequutioni mandandam non inspicitur iurisdictio Iudicis requisiti, sed requirentis. Subiunge ex Mandello *dicto consil. 208. num. 16.* quod Iudex requisitus, & ad quem mittuntur literæ hortatoriæ seu subsidiales, efficacit in earum exequutionem, censeri efficere, velut delegatum à requirente, & mittentes literas. Addo ego, vel saltem tanquã Iudicem minorem mandato Iudicis maioris: nam requisitus censetur minor, & requirens maior, vt docet Bartol. *in l. cum quædam, 19. in principio, numer. 3. ff. de iurisdiction. omn. iudic. in l. interdum, 16. §. idem autem, in fine, ff. de publican. & vectig.* & Ias. *in l. à Diuo, Pio 15. §. sententiam Romæ, ante num. 1.* post Paulum Castrensim *ibidem num. 5. in fine, ff. de re iudicat.* quod confirmat textus, idem, iuxta lectutam pandectarum Florentinarum, quæ habet, *si hoc iussi fuerint*, significans literas hortatoriales, missas ad alios Iudices à Iudice sententiam proferente esse, veluti præcepta, & iussiones, tribuensque quòad hoc maiorem auctoritatem Iudici requirenti, quàm requisito ergo notaui supra hac eadem disputatione num. 30. Ex quo fit, vt magis videatur hoc efficere Iudex requirens, qui in reum habet iurisdictionem.

825 Quartò, ego nouissimè considero vtilitatem publicam, quæ in puniendis maleficijs versatur, & malis hominibus exterminandis, quò illis purgetur Respublica effecisse, vt ex iurisdictione Iudicis requisiti, & requirentis & coalescat, & componatur vna plena iurisdictio, sufficiens ad efficiendum, quidquid requiritur ad remissionem per agendam: Iudex requirens est legitimus circa personam, & causam sed incompetens circa territorium extra quod non potest iurisdistionem suam exercere, *l. extra territorium, Vltima, ff. de iurisdict. omn. iudic.* iudex autem requisitus tametsi sit incompetens circa personam, & causam, est legitimus, & competens circa territoriũ; ex cuius iurisdictione supplendus est defectus iurisdictionis supplendus est defectus iurisdictionis Iudicis requirentis; ac per consequens vterque tàm requirens quàm requisitus simul concurrentes ad exequendam remissionem habent legitimam, & competentem, plenamq; iurisdictionem ad peragendam ea omnia, quæ ad remissionem requiruntur. Quò fit, vt Iudex requisitus adiuuans iurisdictionem requirentis, eamq; supplens, & complens ex instituto legum id præcipientium possit adhibere causæ cognitionem ad remissionem necessariam, & capere personam, cæteraq; omnia explere, quæ ipse solus, si seorsim de causa cognosceret sine excitatione Iudicis requirentis, planè efficere non posset.

826 Iam autem prædictã secundam regulam, & conclusionem sic ampliatam limita primò, vt procedeat si à Iudice legitimo, & competenti petatur remissio; secus erit si non petatur: nam eo casu remissio locum non habebit. Ratio est, quoniam Iudex remissurus, aut est incompetens, & neque potest, neque tenetur remissionem facere ex officio, cum de causa tangente reum cognoscere non possit, aut est legitimus, & tunc post de causa cognoscere, & eam definire, & sententiam exequutioni mandare, nullo obstante impedimento illato a Iudice potiori; ac per consequens non tenetur reum remittere ex officio. Bene verùm est posse ipsum, si velit ex vrbanitate remittere, vt superius tetigimus, dùm de remissione Domini à Pilato ad Herodẽ meminimus, Caueat verò Iudex ex vrbanitate remittens, ne id faciat ex zelo simili zelo Pilati: non est enim eradicatum è mundo semen similium Pilato Iudicum. Hanc limitationem tradiderunt Paulus Castrensis *in l. 1. nu. 6. C. vbi de crimin. agi oport.* Guido Papæ *decis. 202. num. 2. versic. sextò*, Boerius *decis. 29. num. 4.* Thessaurus *decis. 90. num. 7.* Peguera *decis. 66. num. 17.* Couarruuias *in practicis, cap. 11. nu. 5. vers. quartò erit animaduertendum*; Antonius Gomez *tom. 3. variarum, capit. 1. num. 87. vers. sed breuiter in hoc articulo*, Auendanus *respons. 40. num. 5.* Fachineus *lib. 9. controuersiarum, cap. 20.* Borrellus *ad Bellugam in speculo, rubr. 11. §. ex quo prædiximus, in additione, limit. 10.* Decianus *tractat. crimin. libr. 4. cap. 19. num. 1.* Farinacius *in praxi, q. 7. num. 98.* Azeuedus *in l. 1. num. 35. & 36. tit. 16. lib. 8. recopil.* Ceuallos *in specul. practicar. q. 678. nu. 18. & 19.* Molinus *de brachio sæculari, cap. 45. num. 2.* Regens Tapia *in pragmat. 1. num. 24. & 25.* Regens Rouitus *ibi, num. 65. de vbi de delict. quis debet conuen.* Follerius *in constit. Capitaneorum, num. 31.* qui ibidem *ex num. 32.* latius tractar, an & quomodo procedat de iure, & praxi Regni Neapolitani. Sublimitat que Azeuedus vbi supra, vt non procedat cum aliter fuerit lege expressum, vt re vera expressum est iure Castellæ *in l. 13. tit. 3. libr. 8. recopilat.* remissionem in casu illius esse faciendam, etiam si non petatur; quare sublimitanda est iure Castellæ in casu *d. l. 13.* prædicta limitatio.

827 Limita secundò, vt remissio fieri debeat cum petitur A Iudice constituto sub vno, & eodem Prencipe, & Republica, cui subijcitur Iudex requisitus, non verò debeat fieri à Iudice requisito, cũ petitur a Iudice subdito alteri Principi, aut Reipub. apud quem est commissum delictũ Probat hanc limitationem apud nos Hispanos, *l. 18. tit. 1. par. 7.* vbi notat Gregorius *glos. 4.* arq; ita sentiunt Baldus *in l. Præses, 3. num. 4. ff. de offic. Præsid. & in l. 2. num. 2. C. de seruis fugitiuis*, Paulus *in l. 1. nu. 6. C. vbi de crimin. agi opor.* Fulgosius *consil. 149. num. 2.* Boerius *decis. 29. num. 5.* Aufrerius ad Cappellam Tholosanam *decis. 320. num. 1. & 2.* Tepatus *in compend. variarum, tit. 134. cap. 3. vers. remissio delinquentis*, Fachineus *lib. 9. controuersiarum, cap. 23.* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. q. 38. nu. 21.* Decianus *tract. crimin. libr. 4. cap. 19. num. 10.* Farinacius *in praxi criminal. q. 7. num. 25. 29. & 31.* Couarruuias *in practic. cap. 11 num. 10.* Afflictis *in constitut. pœnam eorum, num. 88. lib. 2. rubric. 3.* Chassenæus *in consuetudin. Burgundiæ. rubric. 12. §. vnico, num. 14.* Peguera *decis. 66. num. 6. & 7.* Borellus *ad Bellugam in speculo, rubr. 11. §. ex quo prediximus, in additione, limitat. 3. vers. qua tamen*, Molinus *de brachio sæculari, lib. 3. cap. 43. ex num. 2.* Barbosa *in l. hæres absens, 19. §. proinde, in articulo, de foro delicti, ex nu. 131. ff. de iudicijs*. Quam sententiam est communi vsu, & praxi Christianis orbis

recep-

rece ptam dicit ex multorum auctoritate Couarruuias,& alij. Ratio autem huius limitationis est ea, quam superius commemorauimus, numer. 741. quoniam cum duæ ciuitates, aut oppida, pertinent ad vnum Regnum, & Principatum, sunt veluti duo membra vnius,& eiusdem corporis: cum verò vnum membrum offenditur, totum corpus læditur, læsioque vnius partis cedit in damnum totius. Ita fit, vt si quis in vna Regni parte,seu loco delinquat, videatur cæteris omnibus, & toti Regno damnum inferre scandalo oborto ex maleficio: inde fit, vt se coadiuuent Iudices vnius Principatus ad capiendum, & puniendum delinquentem, quasi tunc tua res agatur,paries cum proximus ardet. At cum ciuitates, vel oppida ad diuersos Principatus pertinet, non censentur efficere vnum corpus, & cessat prædicta ratio. In quem eundem sensum accipiendos, & interpretandos esse Cynum, Bartolum, Baldum, Panormitanum, & plurimos alios Doctores,quos *in dicta q.38.numer.20.*refert Iulius Clarus, dum dicunt, consuetudine introductum esse vt remissiones non fiant ex vna ciuitate Italiæ ad aliam, quarum separatæ sunt iurisdictiones,& territoria, existimat idem Clarus *ibidem num.21.* & Farinacius *dicta q.7.numer. 29. vers.secunda,& vers.tertia,* Cardin.Tuscus *liter.R. conclus. 152.num.19.cum seqq.*& Molinus *de brachio sæculari. libr. cap.43.ex num.1.*

828 Ex quo infertur in foro Ecclesiastico remissionem ex quibusuis Prouincijs Christiani orbis locum habere. Ratio est, quoniam omnes Iudices Ecclesiastici subsunt vni capiti, scilicet summo Pontifici Romano, & omnes Christianorum Prouinciæ efficiunt vnum corpus Ecclesiæ, suntque eius membra sub vno capite, *cap.cuncta per mundum, 9.q. 3.* notat Felinus *in cap. licet ratione, vltimo, num.11.de foro compet.*Belluga *in speculo Principum, rubr.11.§.iam supra nu,2.* Barbosa *vbi supra, nu,133.& 134.*Baiardus *ad Clarum §.fin.q.38.num.*80.

829 Amplia primò prædictam secundam limitationem principalem,vt idem quod dictū est de multis,& diuersis Principatibus, vt ex vno ad alterum non fit facienda delinquentium remissio, procedat etiam si diuersi Principatus sint sub vno Principe, vt cōtingit in Regnis Castellæ, Aragoniæ, Lusitaniæ, Flandriæ, Neapolis, & Siciliæ vltra farum,subditis eidem Domino nostro Regni Philippo IV.quem Deus Optimus Maximus diu seruet incolumem: nam ex vno istorum Regnorum ad alterum remissio fieri non debet Ratio est, quoniam cum Regna non vniuntur accessoriè, ita vt vnum alteri accedat, & fiat vnum cum illo, regaturq; legibus illius; cui accedit; quomodo videntur vnita esse Regno Castellæ, Regna Indiarum occidentalium, & Regno Lusitaniæ, Regna Indiarū orientalium; sed coniunguntur æquè principaliter,ita vt vnumquodque regatur suis legibus, quemadmodum regebatur ante vnionem; considerari debent, ac si essent omninò separata, vt notat Belluga vbi supra; & persona Regis, quamuis vna, subit vicem duorum Regnum; discreta enim sunt iura, quamuis in vnam, & eadem personam concurrant, *l.tutorem, 22.ff. de ijs, quib. vt indignis:* & in omnibus, & per omnia de illis iudicatur,quasi essēt subdita diuersis Regibus, iuxta celebrem Bartoli doctrinam *in leg.si conuenerit,18.§.si nuda,num.1.2.& 3.ff.de pignorat. act.* quam sequutur Gregorius Lopez *in l.27. tit. 7.par.1.gloss.3.in l.4.* per textum ibi *tit. 12.eadem par.1. gloss.1.& seqq.& in l.7.titul.20.par.3.gloss.3.*Rolandus à Valle *tractat.de lucro dotis, quæst.85.ex num.1.*Azeuedus *in rubric.tit.2.num.215.lib.6.recopilat.* Guttierrez *libr. 3. practicar.q.17.& 18. ex num. 25.*Gonzalez *in regul. 8.*

Cancellar.gloss.5.§.7.ex nu.26.& num.119.cum seqq. Matienzus *in l.1.tit.1.lib.5.recopilat.gloss.6.*Fuluius Constantius *in l.vnica,num.159.C.de classicis, lib. 11.* Menochius *cons. 165.ex num.7.lib.2.* Barbosa *vbi supra,num.142.cum seqq.* Scipio Rouitus *cons.102.nu.16.lib.2.* qui alios allegat. Prædicta autem Regna Regis catholici Domini nostri vnita sunt æquè principaliter: quodlibet enim regitur suis proprijs legibus, quibus regebatur ante vnionem cum alijs, vt notat Gonzalez vbi supra num.132. ac per consequens quasi essent Regna sub diuersis Principibus constituta non est facienda remissio delinquentium ab vno ad alterum. Ita sentiunt Belluga vbi supra, Auendanus *respons.40.nu.7.*Peguera *decis.66.nu.7.in fine, & nu.8. 9.10.& 11.*Molinus *de brachio sæculari, libr.3.cap.43.ex num.4.*Barbosa *in d.l.hæres absens, & proinde,in articulo,de foro delicti, nu.142.ff.de iudicijs.*

830 Amplia secundò prædictam secundam limitationem, vt ex diuersis Regnis, & Principatibus non sit facienda remissio, etiam si Regna,& Principatus sint confœderata. Ita sentit Bartolus *in leg. non dubito, 7.num.3.ff. de captiu. & in postlim. reuers.*Baldus *in l.exequutorem, num.33. C. de exequut.rei iudic.*Fulgosius *cons.149.nu.1.*Decius *in l.vltima, nu.15.ff.de re iurisdict.omn.iudic.*Barbosa *vbi supra.nu. 135. cum seqq.*Farinacius *in praxi, q.7.nu.6.vers. sed hæc,* qui pro contraria sententia refert Bartol. & Bald. sed ego non video cur sibi persuaserit Bartolum esse in contraria sententia, cum solùm dicat ex statuto ciuitatis fieri posse, vt delinquentes in ciuitatibus fœderatis in illa puniantur, quod nullùs negabit, vt rectè admonet Menochius *de arbitrar.lib.1.q.100.numer.10.* ex quo tamen nihil infertur contra conclusionem præsentis ampliationis. Ratio autem eius est, quam reddit Baldus, vbi supra, quoniam videlicet confœderatio non operatur plus, vel minus, quam distent leges fœderis, & pacta confœderatorum, quod etiam notauit Angelus *in quæst. 8. renouata guerra, nu.6.in fine.* Ergo ex sola confœderatione non fit, vt debeat ex vno Regno ad alterum fieri remissio.

831 Limitanda tamen est primò ampliatio ista, vt dumtaxat locum habeat cum tractatur de remissione rei facienda ex necessitate, quæ ex diuersis Regnis fieri non debet; secus dicendum est de remissione ex vrbanitate, & spontanea; hæc enim fieri solet ex voluntate Principum volentium suis fœderatis gratum facere. Cuius remissionis exempla referunt Decianus *tract. crimin.lib.4.cap.17. nu.6.* & Iulius Clarus *lib.5.sentent. §.fin.q.38.num.21. circa fin.* tumetsi ibidem similes, gratias, & vrbanitatas reprehendat. Limitationem tradit Thessaurus *decis. 90. nu. 4.*Flaminius Cartarius *de exequut. sentent.capto bannito, cap.fin.num.264.& 265.* Farinacius *in praxi,dicta q.7.nu. 32.*& Molinus *de brachio sæculari, cap.43.num.33.*

832 Limita secundò eandem ampliationem, vt non procedat si in legibus fœderis aliter sit conuentum; nam tunc standum est conuentioni de remissione facienda ex diuersis Regnis. Ratio est, quia pacta sunt seruanda, *l.1.in principio, l.iurisgentium, 7.§.ait Prætor, ff.de pactis, c.1.cap.qualiter, de pactis,* Ita sentit Baldus *in d. l. exequutorem, num.33,*Thessaurus *decis.90.dicto num. 4.* Clarus vbi supra Farinacius *dicta q.7.num.6.vers.sed hæc,in fine,* Barbosa *in dicto articulo de foro delicti, ex nu.136.* & desumitur ex traditis à Menochio *de arbitrar.lib.1.q.100. ex nu. 15.*quemadmodum inter Regnum Castellæ,& Portugaliæ sunt leges, & confederationes de remittendis inuicem delinquentibus, videlicet *l.5.& 6.tit. 16.lib. 8.recopilat,* & inter Regnum Nauarræ, & Castellæ, *l.7. eodem titulo;* item inter Regnum Castellæ, & Aragoniæ, *leg.8. eodem*

titulo, in Codice additionum ad recopilatione, & inter Regna Castellæ, & Valentiæ pragmatica extrauagans Philippi IV. Domini nostri promulgata anno 1624. inter Regna Neapolis, & Siciliæ vltra farum *pragmatic.* 3. 4. & 6. *vbi de delict. quis debet conuenir*, inter statum Ecclesiasticum Pontificis, & Regnum Neapolitanum est pragmatica septima, & bulla Sixti V. anni 1585. in illa inserta, *de exulibus*, cuius meminit etiam Petra *ad Grammaticum decis.* 26. *nu.* 1. & Didacus de Mari *ad eandem n.* 2. est item bulla Pij V. inserta *in pragmat.* 3. *de persequendis malefactoribus*. De remissionibus inter Regna Castellæ, & Portugalliæ, meminit Gamma *decis.* 279. & *decis.* 363. Barbosa *vbi supra, num.* 144. *cum seqq.* de remissionibus inter statum Mediolani, & Mantuæ, Surdus *conf.* 270. *lib.* 2. de remissionibus inter statum Mediolani, & Venetos, Clarus *dict. q.* 38. *num.* 21. *in fine*, & Chasseneus *in consuetud. Burgund. rub.* 12. §. *vasco nu.* 14. *in fine*; & tametsi vterque quæratur de Veneris, quod fidem non seruent, & promissis circa has remissiones præstandas, & cætera omnia semper defuerit, & illis fidendum propterea non esse moneant, quasi ijs, qui sub prætextu boni semper aliquid latentis fraudis, & doli interius contioeant; verùm eos ab hac detractione, & nota, testatus semper fidem tueri, ac soluere, ac ideò illam illustrissimam Rempublicā tandiù inter tot hostes seruatam incolumem iustitia illam conseruante defendit, Baiardus *ad Clarum in d. quæst.* 38. *num.* 72.

833 Prædictam autem limitationem secundam principalem existunant nonnulli sublimitandam esse vt procedat, & valere possit prædicta consuetudo non remittendi reos criminis ad locum delicti ex loco alterius Principatus, & Regni, cum reus potest puniri ab eo Iudice, apud quem degit: alioqui si Iudex, apud quem reus inuenitur, non possit reum punire ob delictum alibi factum, credunt esse remittendum ad locum delicti ex necessitate, quantumuis remissio petatur ex Regno, & Principatu diuerso. Ita sentiunt Panormitanus *in c. licet ratione, vltimo, nu.* 13. *de foro compet.* & *in cons.* 24. *num.* 2. 1. *par.* Iaso *cons.* 121. *ex nu.* 4. *vol.* 1. Boerius *decis.* 29. *nu.* 6. Grammaticus *decis.* 26. *num.* 2. & 3. Aufrerius ad Cappellam Tholosanam *decis.* 320. *num.* 2. Couarr. *in practic. cap.* 11. *num.* 10. Baiardus *ad Clarum dicta q.* 38. *num.* 55. & 56. & desumitur ex doctrina Baldi *in l.* 1. *num.* 97. *vers. tertius casus, C. de summa Trinitate, & fide catholica.* Rationem vero huius sublimitationis reddunt quoniam planè delictum impunitum maneret contra publicam vtilitatem, aduersus quam nulla consuetudo valere potest, si reus neque remitteretur ad locum delicti, neq; puniri posset à Iudice, apud quem degit, facilèque eluderet legum pœnas reus aufugiens, impunitatemque delicti consequeretur. Quæ ratio Molinus mouit, vt crederet, competentem esse quemuis Iudicem ad puniendæ delicta; aduersus communem omnium sententiam, & aperta iuris documenta, quod ille asseruit *de brachio sæculari cap.* 40. *num.* 19.

834 Ex qua prætensa sublimitatione inferuntur subsequētes quatuor conclusiones. Prima, vagabundum non esse remittendum ex vno Regno ad alterum; quoniam vbique puniri potest, & quicunque Iudex apud quem inuenitur, est competens ad eum puniendum, iuxta superiùs dicta, num 746.

835 Secunda, reum qui est originarius, vel domiciliarius in vno Regno, & deliquit in altero, non esse remittendum ad locum delicti, quoniam potest puniri in eo Regno, vbi habet originem, vel domicilium; quemadmodū Neapolitanus in Hispania perpetrans homicidium, & aufugiens ad Regnum Neapolitanum, non erit remittendum ad Hispaniam, quoniam hic sortitur forum ex origine, vel domicilio.

836 Tertia, eum qui nec sit vagabundus, nec domiciliarius, aut originarius Regni, vel Principatus, in quem cōfugit cum in eo non sortiatur forum, aut ratione originis, aut domicilij, aut delicti in quibus delinquens dumtaxat puniri potest, est regula *l.* 1. *C. vbi de crim. agi oport.* esse remittendum ad locum delicti, etiam ad diuersum Regnum, seu Principatum pertinentem, iure communi attento, & seclusis legibus fœderis inter ea Regna, & Principatus.

837 Quarta, manifestè tametsi tacitè ex ijs omnibus infertur, & illis certo præsupponitur, vagabundum, domiciliarium, & originarium puniri posse, & accusari in eo Regno, vbi degit, vbi domicilium, aut originem habet, de delicto comisso in alio extraneo Regno. Quam quartam conclusionem expressiùs cæteris asserit Couarruuias *in practic. dicto cap.* 11. *nu.* 10. Molinus *de brachio sæculari, lib.* 3. *cap.* 43. *ex numer.* 15. Gamma *decis.* 53. Castillo *decis.* 158. *libr.* 2. & insignis Præceptor meus Franciscus Caldera *in l. d Diuo Pio*, §. *sententiam Romæ, num.* 33. *ff. de re iudic. in manu scripto*; quæ confirmatur sequentibus argumentis.

838 Primò superius adducto, quod aliter dicentibus delicta manerent impunita. Secundò, quoniam dum offensus postulat iniuriæ suæ, & læsionis incursæ satisfactionem, ratione & lege naturali lædens, & offendens tenetur eam præstare; est enim illius debitor, non secus, ac debitor esse ex contractu inito, vel alia causa ciuili; sed debitor pecuniæ fugitiuos potest pro debito coram quocumque Iudice conueniri, *l. ait Prætor*, 10. §. *si debitorem, ff. quæ in fraudem creditor.* ergo simili modo poterit coram quocunque Iudice offensus agere pro iniuria sua, & damno illato, etiam criminaliter. Tertiò, quoniam Iudex ex officio tenetur vnicuique potenti ius suum reddere; hoc est enim iustitiæ munus à iure naturali ortum, & vbicunque suam vim retinet; ergo etiam in Regno extraneo instantè accusatore poterit reus puniri. Quartò, quoniam ad extraneum Regnum profugus censeri debet vagabundus, iuxta superius dicta, num. 720. in fine; sed vagabundus vbicunque puniri potest, vt etiam dictum est superius, num 746. ergo & iste profugus.

839 Sed subsistendum est, contrariam enim sententiam huic quartę conclusionis, quæ in prædictis omnibus videtur præsupponi, earumque fundamentum esse, imò pro delicto commisso in vno Regno, & Principatu, non posse quem puniri in alio Regno, sed securum esse, & liberum ab omni accusatione, & molestia, dum ibi degit, siue sit originatius, siue domiciliarius, siue vagabundus, vel profugus veriorem existimo, quemadmodum visus magis receptam, Eamq; docet Baldus *in leg. cum quædam*, 19. *in princip. in prima lectura, num.* 3. *vers. extra quæro, ff. de iurisdict. omn. iudic.* Fulgusius *cons.* 149. *num.* 1. & 2. qui dicit, ita consuetudinem quotidie obseruare, Cagnolus *in l.* 2. *nu.* 76. *ff. de origin. iur.* Thesaurus *decis.* 90. *num.* 4. Boetius *decis.* 29. *num.* 6. Barbosa *in d. l. hæres absens*, 19. §. *proinde, in articulo de foro delicti, ex num.* 49. & *ex num.* 150. *ff. de iudicijs*, Confirmat eandem doctrinam Baldi *in l.* 1. *nu.* 53. *C. de summa Trinitate, & fide catholica*, vbi ait territorium Florentinum esse liberum, & securum bannito Aretino, & ibi non posse, offendi. Item traditio Hyppol. de Marsil. *cons.* 99. *num.* 27, dicentis, bannitum à ciuitate Venetiarum posse securè morari in ciuitate Paduæ, & si est bannitus à ciuitate Paduæ, posse morari Vincentiæ, vel

Vero-

Veronæ, vel in alijs ciuitatibus, quarum dominia sunt distincta.

840 Quæ sententia, vt funditus, & à radice explicetur, distinguendi sunt tres casus. Primus est, cum quis delinquit in vno Regno, qui in eodem habet domicilium. aut originem, & fugit ad aliud, ibiq; manet. In quo dicendum est, istum non posse puniri in Regno ad quod confugit. Ratio est, quoniam communis est, & concors omnium sententia desumpta *ex leg. 1. C. vbi de crimin. agi oport. & ex cap. vltimo, de foro competenti*, tribus locis criminis reum sortiri forum legitimum, & competentem, videlicèt, aut in loco delicti, aut in loco originis, aut domicilij, vt superius latè deduximus, & probauimus. Profugus autem in Regno extraneo, vbi degit, neque delictum commisit, vt præsupponimus, neque habet domicilium, aut originem. Ergo ibidem forum non sortitur, ac per consequens puniri non potest: nemo enim potest puniri nisi à Iudice competente, & legitimo, habenteq; iurisdictionem in ipsum.

841 Secundus casus est, cùm quis delinquit in vno Regno, & in alio habet originem, aut domicilium, ac post patratum crimen confugit ad Regnum, in quo domicilium, aut originem habet; qui casus tractatur à Gamma *decis. 53.* in qua refertur quidam Lusitanus deliquisse in Gallescia contra alterum Lusitanum, ac post confugisse in Lusitaniam, ibiq; accusatum ab altero regnicola offenso. De cuius decisionis declaratione, & limitatione, videndus est Barbosa, qui doctè dubitat de ea, & eam declarat *in l. hæres absens, §. proinde, in articulo, de foro delicti, ex n. 55. ff. de iudicijs* & est planè casus difficilior, præsertim præsupposita doctrina superius à nobis approbata, ex num. 735. posse quem inquiri, & accusari in loco domicilij, aut originis, de delicto patrato extra suum domicilium aut originem. Sed dicendum est, non posse hoc casu reum inquiri, aut accusari de delicto extra Regnum commisso, in eo Regno, in quo domicilium, aut originem habet. Ratio est, quia accusatio criminalis, & inquisitio, quæ in eius locum subrogatur, respiciunt vindictam publicam, & publicum interesse Reipublicæ, non priuatam vtilitatem, nisi minus principaliter, & secundario, quo differunt ab actionibus inuentis à iure ciuili ad priuatam vtilitatem, & ius priuatum in iudicio prosequendum. Notarunt Azo *in summa, nu. 1. C. de accusationibus*, additio ad Gloss. primam, *instit. de public. iudic.* & Angelus Aretinus *in rubrica, numer. 1. eodem titulo, & in tractat. de maleficijs, verb. etiam vestem cælestem; num. 6.* Bartolus *in extrauaganti, ad reprimendum, num. 25.* Diuus Thomas 2. *2. q. 33. art. 1. in corpore, & q. 68. art. 1. in corpore, & art. 3. in corpore.* Angelus Clauasius *in summa, verb. accusatio, in principio.* Siluester *in summa, eodem verbo, accusatio, num. 1.* Caluinus *in lexico, verb. accusatio*, Duarenus *libr. 1. disputat. anniuersariar. cap. 37.* Vbelembecius *in paratitla, ff. de public. iudic. nu. 3. & 5.* desumiturque ex traditis ab eodem Bartolo *in l. Agraria, nu. 3. ff. de termin. mot.* vbi ait actionem pertinere ad vtilitatem priuatam, accusationem verò ad vtilitatem fisci, & publicam; consentit Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus, libr. 3. cap. 12. nu. 3. & cap. 15. nu. 69. & lib. 1. animaduersionum, cap. 19.* Farinacius *in praxi crimin. q. 4. nu. 32. vol. 1.* Sed Reipublicæ Regni, in quo degit, qui crimen in alio Regno commisit nullum interesse vertitur in punitione delinquentis, quoniam ipsa, neque in toto, nec in parte est offensa; siquidem postquam iure gentium introductæ sunt Regnorum diuisiones, & discreta sunt Imperia, distinctaque dominia, *l. ex hoc iure, 5. ff. de iustit. & iur.* vbi notant Doctores; non efficitur vnum corpus Reipublicæ ex diuersis Prouincijs diuersis Principibus superiorem non recognoscentibus subiectis, sed sunt velut plura corpora. Hoc verò differt vnū corpus à pluribus, quod in vno corpore læsio vnius membri nocet toti corpori, & cætera membra afficit dolore, & compassione; qua similitudine vsus Cicero *Philippica 8. nu. 15.* ait: *Si quid in corpore eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri, secarique patimur, vt membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: sic in Reipublicæ corpore, vt totum saluum sit, quidquid est pestiferum amputetur*: id verò cum diuersa sunt corpora neutiquam contingit: nam læsio membri vnius corporis diuersum corpus non afficit; ac per consequens cùm rerum publicarum corpora diuersa sunt, læsio vnius membri, aut etiam totius Reipublicæ alteram non attingit, neque ex damno, aut iniuria, vnius altera læditur, quare nullū eius interesse verti potest in supplicio delicti extra illius districtum patrati, ex quo nulla eius offensa resultat; quo fit, vt accusatio locum habere non possit: quod si accusatio non habet locum, neque inquisitio maiori cum ratione. Quo conferunt tradita à Baldo *in leg. cum quedam, in principio, in prima lectura, nu. 3. vers. extra quæro, ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi ait, maleficium considerari, non solùm respectu partium, sed etiam respectu Reipublicæ, & ideò non posse accusari quem, vbi non offendit; pro qua doctrina refert Speculatorem, eique subscribit Cagnolus *in l. 1. num. 76. ff. de origin. iur.*

842 Confirmatur, quoniam cùm nulla sit iurisdictio, aut potestas communis duobus diuersis Regnis, aut Principatibus, ac per consequens nulla communis lex, sed vnumquodque suis legibus viuat, cumque Iudex vnius non subiaceat legibus alterius, & in nullo Regno sit lex, quæ iubeat punire delinquentes Regni exteri, sed solùm delinquentes in illo eodem, vbi viget, & seruatur, & eos, qui intra territorium crimina patrarunt, cum extra territorium iura, & leges se non extendant, *l. vltima, ff. de iurisdiction. omn. iudic. quoniam de ijs, qui foris sunt nihil ad nos pertinet iudicare, 1. Corinth. 5. num. 12.* fit, vt nullus Iudex obligetur ad punitionem eorum, qui in Regno extero delinquerunt, cum Regni exteri tutela, & cura ad ipsum non pertineat.

843 Nec dicas, ideo posse puniri delinquentes in loco domicilij, aut originis, etiam cum in diuerso Regno delinquerunt, quoniam cuiusuis Reipublicæ interest Prouinciam suam malis hominibus purgari; quoniam tunc pertinet ad Iudicem animaduertere in facinorosos cum Respublica, cui præest, aut altera, quæ sit compars, & membrum eiusdem corporis ex patrato crimine, est offensa, vt desumitur ex Baldo *in l. 1. nu. 98. C. de summa Trinitate, & fide catholica*; secus cum Respublicā offensa non pertinet ad idem corpus, tùm quia, quod ad hunc Iudicem attinet, non est censendus malus, qui sub eius potestate inculpatè vixit, quantumuis multa facinora in Regno extero patrarit; tùm etiam, quia alioqui dicendum esset, spectare ad Iudicem animaduersionem eorum, qui inter Tartaros, Turcas, aut Sinas, maleficia, furta, & homicidia cōmisissent, quod à nostris moribus, & totius orbis Christiani consuetudine alienum est, & prorsus inauditum.

844 Ex quibus infertur. Primò doctrinam à nobis superius traditam ex nu. 735. posse quem accusari in loco domicilij de delicto extra illum commisso limitandam esse, & accipiendam. cum locus domicilij, aut originis, & locus delicti sunt membra vnius, & eiusdem Regni, & Principatus, efficiuntque vnam vniuersalem Rempublicam

Thomæ Carleualij de Iudicijs.

Rempublicam sub vnamet potestate, & iurisdictione cōmuni: secus cum locus domicilij est constitutus sub diuerso Principatu, vel Regno, diuersaque iurisdictione à loco delicti: tunc enim locum non habet ob rationes disparitatis superius notatas.

845 Secundò infertur, quod attinet ad crimina merè Ecclesiastica, dicendum esse, in quacunque Prouincia Christiani orbis commissa sint, posse à Iudice Ecclesiastico loci domicilij, aut originis delinquentis puniri Ratio est, quia tota Ecclesia orbis vna est, constitura sub vno Romano Pontifice, & quod consequens est, omnes Ecclesiæ particulares sunt membra vnius, & eiusdem corporis sub vno capite; quare cum vnum membrum offenditur redundat in totius corporis, & membrorum eius læsionem, damnum, & offensionem, in cuius læsionis satisfactionem, & vindictam potest ab Ecclesiastico Iudice procedi via inquisitionis, & accusationis contra criminosum. Quemadmodum ob eandem rationem superius numer. 828. diximus, remissionem ad locum delicti ex quauis Christiana Prouincia locum habere inter Iudices Ecclesiasticos, aut etiam sæculares, si remissio ab Ecclesiastico petatur implorato seculari brachio. Inde fit, vt de crimine hæresis vbicunque commisso, quis in loco domicilij puniri possit, tametsi in eo loco nihil impium fecerit, vt notat post plurimos Iacobus Septimacensis *in catholic. institut. tit. 2. num. 15. & 16.* vbi huius rationis, & discriminis meminit Guido Papæ *decis. 202. num. 2.* Chasseneus *in consuetud. Burgund. rubr. 12. §. vnico, num. 17.* Couarruuias *in practic. d. cap. 11. num. 12.* vbi bene declarat, Borrellus *ad Bellugam rubric. 11. §. ex quo prædiximus, in additione, limit. 24.* Duenas *regul. 378. forum, limit. 7.* Molinus *de brachio sæculari, cap. 44. ex num. 7.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. capit. 19. num. 23.* Farinacius *in praxi, quæst. 7. nu. 17.* qui etiam dicunt, hæreticum quemadmodum, & vagabundum, vbique puniri posse, iuxta *l. Arriani, 5. C. de Hæreticis, & Manichæis*.

846 Tertiò infertur, tempore eo, quo omnes orbis cognitæ Prouinciæ erant sub Imperio Romano, & sub vno Principe Imperatore, membraque vnius, & eiusdem Principatus, tunc remissiones ex quacumque ciuitate ad locum delicti, indistinctè locum habuisse, & difinitionem textus *in § si verò quis comprahensorum, in Authent. vt nulli Iudicum, collation. 9. cum similibus*. Atque item tunc temporis in loco domicilij, aut originis potuisse, quemque puniri de crimine extra suam Prouinciam patrato, iuxta dicta à nobis superius ex prædicto num. 735. tunc enim multo dispar ratio vigebat, ac hodie, cum videmus Prouincias orbis sub diuersis Regibus viuere, & in diuersos Principatus diuisas esse, quod adnotauit rectè Tuscus *liter. R. d. conclus. 152. nu. 26. tom. 6.*

847 Tertius tandem casus est, cum vagabundus in vno Regno delictum committit, ad aliud Regnum confugit: videbatur autem iste posse puniri in eo Regno vbi inuenitur, & quo profugit cum vagabundum, vbique puniri posse superius diximus numer. 746. Verùm dicendum est, neque vagabūdum in extero Regno delinquentem, qui post patratum delictum ad aliud Regnum confugit, & ibi accusari posse, aut puniri, sed securum esse, & tutum ab omni molestia, & accusatione, ob eandē prorsus rationē, quam in superiori casu expendebamus. Etenim iurisdictio, & leges Principis offensi, & Reipublicæ ex hoc delicto læsæ, non extenditur vires, & potestatem suam ad locum, vbi vagabundus in extro Regno degit, ac per consequens ibi non potest procedi ad publicam vindictam, cum non sit offensa, in quam cadere possit. Etenim quemadmodum non potest priuatus vindictam quærere, etiam in iudicio, de iniuria alij priuato sibi non cognato facta, cum non possit ius alterius in iudicium deducere, *leg. loci corpus, 4. §. competit, ff. si seruit. vindicet. l. res alienas, vltima, C. de rei vindication.* tractat latè Barbosa *in l. si alienam, 12. ex num. 5. circa medium, ff. solut. matrimon.* & Tiraquellus *in l. si vnquam, verbo, reuertatur, ex num. 356. C. de reuocand. donation.* ita non potest quoque vna Respublica neque eius nomine Iudex illi Præpositus, de iniuria, & offensa, alteri Reipublicæ facta ad se nullo modo pertinente vindictam sumere, & satisfactionem quærere. Ideò cum diximus, vagabundum vbique posse puniri, intelligendum est, si locus punitionis, & delicti sint sub eodem Principatu, non sub diuersis. Etenim Regna, & Principatus extranea, & sub diuerso Principe constituta, censenda sunt, velut asyla tribuentia securitatem, & saluum conductum ad ea confugientibus, non secus, ac Ecclesia, & loca sacra, immunitatem, & securitatem concedunt à pœna sanguinis ad se confugientibus, eosque tuentur, & defendunt, ne illi imponatur similis pœna, *l. præsenti, C. de ijs, qui ad Eccles. confug. caput. inter alia, de immunitat. ecclesiæ*, esse enim similes inter se supradictos casus docet Angelus *in quæstion. 8. renouata guerra, numer. 6.* Socinus *in leg. 1. in principio, num. 13.* Crottus *num. 5.* Alciatus *num. 13.* Socinus Iunior *num. 70. & 71. ff. de adquir. possession.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in articulo de foro delicti. num. 156. ff. de iudicijs*. Imò, verò, & in Regno Castellæ olim fuisse multas ciuitates, & castra, quibus simile priuilegium, aut concessum fuerit à Regibus antiquioribus, aut ab antiquo tempore obseruatum, vt delictis obnoxios ad se confugientes tuerentur, & ab omni molestia, & vexatione aduersariorum illesos defenderent, colligitur planè ex *l. 1. titul. 16. lib. 8. recopilation.* vbi dicta priuilegia reuocantur, meminit Auendanus *titulo, seù tractatu de exceptionibus, nu. 19.* atque item in Regno Neapolitano similia priuilegia quibusdam locis esse concessa, & in ipsis obseruata, apertè præsupponit eodem argumento *pragmat. 1. vbi de delicto quis debet conueniri*, & notauit generaliter, loquens Decianus *tractat. crimin. lib. 4. cap. 19. num. 25.*

848 Neque obstant, quæ superius nu. 838. pro contraria sententia adducta sunt; nam ad primum argumentum dicendum, est, non colligi ex hac sententia delicta manere impunita, quod publicæ vtilitati foret aduersum. Duobus enim modis potest contingere delicta manere impunita. Primò, quoniam à Legislatore illis pœna non sit imposita, aut non sint ab illo prohibita, sed permissa; aut quia incuria Iudicis, & conniuentia dissimulentur omissis necessarijs medijs ad illorum punitionem. Hoc autem esset maximum vitium, tum legum, tum Magistratus, Reipublicæq; maxima pernicies. Secundò, quoniam per accidens, & casu delicta non possint puniri, quia criminum reus aufugiat, vel lateat, aut tam occultè peccet, vt delictum probari non possit, hoc autem nullum est incommodum; diuina enim prouidentia disponente, sine vllo Legislatoris, aut Magistratus, vitio qui omnem curam, & diligentiam, quam potest, adhibeat in purganda malis hominibus Republica, persæpè contingit, ne omnia peccata nunc suis plectantur pœnis: multa enim futuro iudicio reseruantur, sic docente Diuo Augustino, *lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 8.* & D. Gregorio *lib. 3. moralium, cap. 15. & lib. 26. cap. 17.* Quemadmodum enim non ideò minus erant perfectæ Hebreorum leges, à Deo ipso institutæ, & dictatæ, q; per illas statuebantur ciuitates illę sex

effu-

effugij; quo confugiebat rei homicidij, vt pœnam euaderent, in quibus securi degebant, & ab omni molestia liberi, Deuteronomij 4. *nu.* 41. *& cap.* 19. *nu.* 8. Iosue 20. *ex nu.* 2. Numerorum 35. *ex num.* 11. & hoc non erat relinquere maleficia impunita. Neque item iuxta iura, quæ hodie inter Christianos vigent, iudicatur dari maleficijs impunitas, quòd locis sacris fuerit concessum immunitatis priuilegium, *ex d. l. præsenti, C. de ijs, qui ad Eccles. confug. & d. cap. inter alia, de immunitat. ecclesia.* quò possint malefactores confugere, & delictorum suorum pœnas euadere; ita similiter non est incommodum, eum qui post delictum confugiens ad extraneum Regnum, seu Principatum, quasi ad asillum se contulit, euadere pœnam delictorum suorum: ille enim per accidens, & casu consequitur impunitatem, eo quòd peruenerit ad locum, ad quem neque potestas legum, neque iurisdictio Regis, & iudicis loci delicti se extendit, in quo eum, tametsi velit, punire non potest; neque item Iudex Præpositus eidem loco, quoniam nullam causam habet eum puniendi, cùm non sit officij sui crimina vbicunque commissa punire. Quæ rationes consuetudine etiam receptissima, & omnium gentium moribus confirmatæ sunt, & approbatæ.

849 Secundò respondendum est, criminis reum, qui ad Regna extranea, exterosque Principatus profugus confugit, ac per ea loca peregrinatur, non manere impunitũ, eo quòd pœnam sanguinis effugiat; nam spectato iure communi, absens, si contumax perseuerat mulctatur amissione omnium bonorum, vt dixi superius num. 752. Iure verò Castellæ non solum pœna pecuniaria, sed capitali etiam damnari potest, vt dixi n. 753. Iure verò Neapolitano præter pœnam confiscationis tertiæ partis bonorum mobilium, quam ob contumaciam incurrit, banniri solet, & foriudicari, quæ sunt grauissimæ pœnæ, vt dixi num. 754. Quid quod? non parua pœna est exilium illud voluntarium, quod profugus sibi ipsi imponit (si voluntarium dici potest); amissa patria, procul ab amicis, & consanguineis, interdum absens à liberis, & vxore, carissimi pignoribus, aduena, & peregrinus per extranea loca, expositus ignotorum iniurijs, improprijsque peregrinationis, iuxta sententiam Sapientis, Prouerbiorum 29. *nu.* 30. Hæc iudicetur impunitas? imò verè pœna nō exigua, *vt in Laut facta, §. euentus, ff. de pœnis.* Iustum facinorosi supplicium existimauit hoc Demosthenes in oratione aduersus Aristocratem, dùm ait: *Facinorosi sat est, vt eorum, quos leserunt, patria cedant, in aliorum ditionem, quibus nullam fecerunt iniuriam tutò commigrantes.* Neque enim futura erat aliena ab omni misericordia, & expers omni mansuetudinis, pœna ab ipso malefactore voluntariè suscepta, sed admixta debuit esse aliarum pœnarum effugio, vt ait Cicero in oratione duodecima pro Aulo Cecina, *num.* 100. *Cùm homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt, quasi ad aram in exilium.* Cùm igitur exilium sit acerbissima pœna, fugaq; ipsa exilium sit, imò, & Græcis fugæ nomen exilium significet, vt adnotauit Budeus *ad d. §. euentus*, sit, vt impunitus censeri non possit, qui fugam arripuit, & si exilij suffugio sanguinis pœnam euaserit.

850 Ad secundum argumentum dicendum est, ex maleficio non esse quem debitorem pœnæ, quemadmodum ex contractu; nam ex contractus die ipso fit debitor, qui contraxit: at pœnam non debet delinquens, nisi ex die condemnationis, *l. si qua pœna, 244. ff. de verbor. significat.* Quo fit, vt fiscus nullum habeat ius in bonis rei ante condemnationem, vt docent Bartolus *in leg. post contractum*, 15. *num.* 16. Paulus de Montepico *num.* 13. *&* 87. *ff. de donationibus*, Alexander *in l. rescriptum*, 11. *ex num.* 8. *ff. de pactis.* Baldus *in l.* 1. *num.* 14. *C. de iure fisci, lib.* 10. *& in l. si quis post hæc, nu.* 4. *C. de bonis proscriptorum.* Io: Faber *in §. item si quis in fraudem, nu.* 7. *circa finem, versic. ad leg. aufertur, institut. de actionibus.* Thessaurus *quæstion. forens. lib.* 1. *q.* 85. Iulius Clarus *libr.* 5. *sentent. §. final q.* 78. *num.* 32. Caballus *resolution. criminal. casu.* 295. *nu.* 46. Bossius *diuers. tractat. tit. de bonorum publicatione, num.* 81. Tuscus *lit. F. conclus.* 385. Negusantius *de pignor.* 2. *par. membr.* 4. *num.* 115. *&* 116. Peregrinus *de iure fisci, libr.* 5. *tit.* 1. *nu.* 182. *& lib.* 6. *tit.* 6. *ex nu.* 12. Alfarus *de offic. fiscal. gloss.* 34. *num.* 133. *l.* 9. *tit.* 3. *par.* 5. *& ibi gloss.* 9. Ob quam rationem in delictis pœna ante condemnationem ad hæredes non transit, *l. ex iudiciorum*, 20. *ff. de accusat. l. si pœna*, 20. *ff. de pœnis.* Ergo cum ante condemnationem pœna non debeatur, etiam parti læsæ, nihil ipsa à reo petere poterit, & sic similitudo ex qua ducitur argumentũ eneruatur.

851 Ad tertium dicendum est, ad officium Iudicis spectare, vt ius reddat omnibus petentibus, verùm non esse ius accusatori accusandi reum profugum, aut etiam domiciliarium subditum ipsimet Iudici ob delicta facta extra Principatum, quia cum accusatio respiciat publicam vindictam, & hæc non possit sumi nisi de iniuria facta Reipublicæ propriæ, non extraneæ non poterit institui accusatio apud Rempublicam, cui iniuria facta non est, ad cuius Iudicem non pertinet vindicta Reipublicæ extraneæ, aut eius ciuium.

852 Ad quartum dicendum est, neque profugum esse vagabundum, cùm propter fugam non amittat domicilium, quod antè habebat, vt dixi supra num. 746. neque quantumuis vagabundus esset censendus, posse puniri ob delicta in alio Principatu patrata, vt probaui num. 487.

853 Limita tertiò principaliter prædictam secundam conclusionem, & regulam, vt non procedat, neque remissio facienda sit ex necessitate ob leuia delicta, sed solùm ob grauia. Ita sentiunt Cynus *in Authent. qua in prouincia, num.* 9. *in fine, C. vbi de criminib. agi oport.* Panormitanus *in cap. vltimo, num.* 15. *de foro competenti*, Iacobus de Belluiso *in repetit. §. contrahentes, nu.* 79. *in cap. Romana, eodem titulo, in sexto*, Capella Tholosana *decis.* 320. & ad eam Aufrerius *num.* 1. Couarruuias *in practic. d. cap.* 11. *num.* 7. *vers. octauò*, Iulius Clarus *lib.* 5. *sentent. §. fin. q.* 38. *num.* 23. Duenas *regul.* 378. *forum, limitat.* 3. Auendanus *tractat. de exceptionibus, numer.* 17. *vers. quod sublimita*, Follerius *in constitut. Capitaneorum, num.* 52. 60. 61. *&* 62. Tuscus *liter. R. conclus.* 152. *num.* 11. Chassenæus *in consuetud. Burgundiæ, rubr.* 12. *§. vnico, ex num.* 7. Peguera *decis.* 66. *num.* 16. Decianus *tractat. crimin. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 5. Farinacius *in praxi, d. q.* 7. *num.* 36. Borrelus *ad Bellugam in speculo, rubric.* 11. *§. ex quo prædiximus, in additione, limitat.* 4. Barbosa *in dicto articulo de foro delicti, num.* 104. *&* 105. Addunt isti Doctores neque in grauibus, & atrocibus delictis esse locum remissioni, si agatur ciuiliter: quoniam cessat remissionis ratio, nempè publicum exemplũ, solatiumq; iniuria affectorum; ideoque in delictis leuibus remissionem denegandam credunt, quia causæ similium delictorum ciuilibus æquiparantur. Item quia expensæ remissionis superarent iustam leuis criminis pœnam.

854 Contrariam sententiam iure Castellæ locum habere, & sequendam esse, quinimò in delictis etiam leuibus locum esse remissioni ad locum delicti probat *l.* 1. *titul.* 29. *par.* 7. & ex ea notauit Auendanus *respons.* 40. *num.* 3. *versic. item aliud*, Azeuedus *in l.* 1. *per textum ibi, nu.* 4. *tit.* 6. *lib.*

16. *lib. 8. recopilat.* Didacus Perez *in l. 2. tit. 17. libr. 8. ordinamenti, glos. 1. pagin. 337.* Molinus, qui id cènsuit æquius, attento etiam iure communi, & rem optimè tractat, *de brachio sæculari, cap. 46. per totum*, idemque seruandum esse, attento iure Neapolitano censuit Tapia *in pragm. 1. num. 5. & 6. vbi de delict. quis deb. conuen.* & non dissensit Rouitus *ibidem, num. 41. in fine.*

855 Limita quartò, vt remissio locum non habeat, neque facienda sit, cùm Iudex minor, & inferior, eam petit à Iudice maiori, & superiori: nam tribunal superius non remittit ad inferius. Ita sentiunt Oldradus *cons. 124. nu. 4. vers. tertiò remissio*, Additio ad Guidonem Papæ *dec. 203. num. 2. verb. sextò*, Chassæneus *in consuetud. Burgund. rubr. 12. §. vnico, num. 16.* Auendanus *respons. 40. nu. 6.* Couarruuias *in practic. cap. 11. nu. 9. vers. vndecimò, erit, & num. 10. vers. decimo tertiò*, Azeuedus *in l. 1. num. 50. tit. 16. lib. 8. recopilat.* Bouadilla *libr. 2. politic. cap. 13. nu. 69. in fine*, Barbosa *in l. hæres absens, 19. §. proinde, in articulo de foro delicti, nu. 106. ff. de iudicijs*, Molinus *de brachio sæculari, cap. 43. num. 25.* Farinacius *in praxi, q. 7. num. 33.* Regens Tapia *in d. pragmat. 1. num. 34. vbi de delict. quis debet. conuen. lib. 3. Iuris Neapolit. rubr. 6.* Nouarius *ad pragmat. Regn. Neapolit. collect. 222. num. 18. & 21.* Probat suam sententiam Oldradus ex textu *in l. ad cognitionem, ff. quib. ex caus. in poss. eat. & in l. ad Principem, ff. de appellat. & in Authent. de appellat. & intra, quæ tempor cap. 3. seu §. illud etiã*, quos tamen textus Decianus *tractat. crimin. libr. 4. cap. 19. num. 9.* ab hac limitatione recedens relato in eandem sententiam Baldo *in l. & in priuatorum, vltima, num. 12. Cod. si à non compet. iudic.* ait agere de appellationibus, non de remissionibus, in quibus multum diuersa ratio viget.

856 Sublimita tamen primò prædictam quartam limitationem principalem, vt procedat quoties tribunal superius, seù superior Iudex potest aduocare causas tribunalis, seù Iudicis inferioris, & quoties causæ ad idẽ superius tribunal per appellationem deuoluuntur; tunc enim poterit causam retinere apud se cuiuscunque appellationis, & grauaminis occasione, & reum non remittere; secus erit, si causam aduocare non possit; nam tunc debebit remittere reum, etiam ad tribunal inferius. Ita sentiunt Couarruuias, Azeuedus, Bouadilla, & Farinacius, relati numero præcedenti. Qua sublimitatione præsupposita, possunt conciliari Baldus, & Decianus, cum Oldrado, & cæteris. Inde fit, vt cum supremum Regium Castellæ Cõsilium, non soleat aduocare causas tribunalium inferiorum, quorum appellationem regulariter deuoluũtur, non ad ipsum Regium Consilium, sed ad Regias Cancellarias etiam à Iudicibus delegatis ab ipsomet Consilio, iuxta *l. 20. 21. & 24. tit. 4. & l. 11. & 12. tit. 5. lib. 1. recopilation.* soleat remittere reos carceratos ad Iudices inferiores ab ipsomet Consilio delegatos, vt vidi aliquando decisum, & practicatum; Atq. ex eadem ratione existimò processisse decisionem supremi Indiarum Consilij me referente, iubentis remitti quendam reum captum in Regia Curia ad Iudicem delegatum ab ipsomet supremo Consilio, excitati per literas supplicatorias à prædicto Iudice missas, qui remissus est ad ciuitatem Regnum Prouinciæ Peruanæ. Quoniam appellationes Iudicum illarum Prouinciarum in causis tàm ciuilibus, quã criminalibus, non deuoluuntur ad prædictum supremum Consilium, sed ad Regias Cancellarias in prædictis Prouincijs residentes. Idemq; in Regno Neapolitano seruandũ esse regulariter, postquam in eo non possunt aduocari causæ ex tribunalibus inferioribus à Iudicibus superioribus, *ex pragmat. 2. & 5. vbi de delicto quis debet conuenire, & pragmat. 3. §. nos autem, de offic. Sac. Regij Consil.* notarunt Petra *ad Grammatic. decis. 26. num. 1. & 2.* & Didacus de Mari *num. 3. & seqq.* quibus planè consonat Afflictis *decis. 155. num. 5. & 6.*

857 Quando verò, & ex quibus causis habeat locum aduocatio causarum à tribunalibus, & Iudicibus inferioribus ad superiores Iudices, vide Rebuffum *commentar. in constitut. Reg. tom. 1. titul. de euocationibus, in præfationibus, ex num. 11. & per totum*, Couarruuiam *in practic. cap. 9.* Andreas Gail *obseruation. practicar. libr. 1. obseruat. 41.* Auendañum *de exequend. mandat. 1. par. cap. 19. num. 2. & seqq.* Sesse *decis. 117. 2. par.* Viuium *decis. 208. & num. 5.* Capiblancum *in pragmat. 3. ex num. 142. de Baronibus*, doctissimum Regentem Carolum Tapia *decis. 1. supremi Italiæ Senatus, præsertim ex nu. 31.*

858 Sublimita secundo de iure, & praxi Regni Neapolitani, (quæ sublimitatio colligitur ex præcedenti) vt quarta prædicta limitatio principalis non habeat locum, cùm Baro petit remissionem à tribunalibus Regijs superioribus, vt à Magna Curia Vicariæ, seù Sacro Consilio: nam tunc facienda est, & fieri solet regulariter. Ita sentiunt Grammaticus *decis. 30.* & ibi Didacus de Mari *num. 3.* Franchis *decis. 66. & decis. 426. & decis. 458. & decis. 529.* & ad eas Additionatores, Flauius Amendola, Riccius, & Visconte; & ita sæpè practicatum se vidisse dicit Vrsillus ad Afflictis *decis. 155. nu. 6. in fine*, sentit Mastrillus *de Magistratibus, lib. 4. cap. 16. ex num. 35.* & in specie *numer. 41. & 42.* Regens Tapia *in pragmat. 1. num. 34.* Regens Rouitus *ex nu. 4. & ex nu. 41. vbi de delict. quis debet conueniri*, Anna *singular. 120.* Carauita *ritu 205. ex num. 3. & ritu 331. num. 1. & 2.* Baiardus *ad Clarum libr. 5. sentent. §. fin. q. 38. num. 60. & 61. & num. 91.* Giurba *cons. 66. ex num. 16.* Capiblancus *in pragmat. 3. num. 153. & in pragmat. 8. par. 2. ex num. 70.* latè, & ferè *vsque ad finem de Baronibus*. Eamq; sententiam ego sæpissimè vidi vsu receptam in Sac. Consil. quo me interueniente ferè semper remissi sunt ad Barones vassalli carcerati in carceribus Magnæ Curiæ petentibus ipsis Baronibus.

859 Neque credas huic vsui contrariam esse decisionem 122. Antonij Capycij, vt crediderunt Vrsillus *ad Afflictis decis. 155. in fine*, Tuscus *liter. R. conclus. 152. num. 15.* qui planè errauit, dùm dixit, Magnam Curiam Neapolitanam nunquam remittere reos ad inferiorem Iudicem: nam prædicta decisio Capycij loquitur de Magna Curia Panormitana, non Neapolitana; quod etiam rectè animaduertit Franchis *d. decis. 426. numer. 3.* iure reprehendens Vrsillum. Prædicta tamen decisio Capicij processit ex alia ratione longe diuersa: non quidem, quia tribunal petens remissionem erat inferius, sed quia illa Magna Curia habebat præeminentiam, ne continentia causæ diuideretur, & ideò in illo casu remissionem denegauit, quoniam ex remissione vnius ex multis delinquẽtibus, sequeretur diuisio continentiæ causæ, quod prædicti tribunalis præeminentiæ aduersabatur.

860 Ratio autem prædictæ limitationis est, quoniam Dominus directus non potest se intromittere in prima instantia in causis occurrentibus in territorio vassallorũ, quibus concessit iurisdictionem in feudum, vt superius dixi multis relatis num. 794. quoniam tunc videtur concessa iurisdictio, non cumulatiuè, sed priuatiuè, & abdicatiuè, cum conceditur ex inuestitura feudali, præsertim cum ex pragmaticis Regni Neapolitani præcedenti numero relatis non possint regulariter suprema tribunalia euocare causas ab inferioribus Iudicibus neque eas apud se retinere.

861 Decla-

861 Declara tamen, & restringe prædictam secundam sublimitationem, vt quamuis regulariter superiora tribunalia Neapolitana debeant remittere causas ciuiles, & criminales ad inferiora tribunalia, & reos vassallos ad Barones: sint tamen multi casus, in quibus est deneganda, & denegari solet remissio Baronibus eam petentibus, quantumuis ampla habeant priuilegia: vt latiùs prosequuntur Franchis *decis.* 470. Rouitus *in pragm.* 2. *ex n.* 12. *vbi de delicto quis debet conueniri*, Mastrillus *decis.* 147. *& de Magistratibus, lib.* 4. *cap.* 16. *ex numer.* 214. Capiblancus *in pragmat.* 8 *part.* 2. *ex numer.* 102. *de Baronibus*, Giurba *cons.* 66. *num.* 20. *cum seqq.* omninò videndus; veluti si petatur remissio causæ criminalis rei non carcerati; vt notant Follerius *in practica criminali, verb. audiantur excusatores, num.* 63. Carauita *ritu* 205. *num.* 4. *& ritu* 269. *num.* 14. *&* 15. Petra *ad Grammatic. decis.* 26. *num.* 9. *&* 10. Capiblancus *vbi supra, numer.* 84. Baiardus *ad Clarum d. q.* 38. *num.* 91. An verò debeat constare de delicto cũ petitur remissio à Barone rei carcerati, vide Rouitum *in pragmat.* 1. *numer.* 41. *vbi de delicto quis debet conueniri*, vbi refert antiquum vsum supremorum tribunalium huius Regni fuisse, vt non remitterent reum ad Baronem, nisi constaret de corpore delicti, quod dicitur, & de culpa rei: recentiori verò vsu receptum esse, vt vassallus remittatur ad Baronem, etiam cum de eius delicto non constat, imò etiam si esset absoluendus. In quam item sententia fuit Regens Tapia *in eadem pragmatic.* 1. *num.* 6. *lib.* 3. *Iuris Neapol. rubr.* 6. quos secutus est Capiblancus *vbi supra, nu.* 99. *&* 100. Deinde non esse locum remissioni ad Baronem, si delictum commissum sit à vassallo in ciuitate Neapolitana, vel suburbijs, aut Casalibus eius, docet Franchis *dec.* 129. Mastrillus *de Magistratibus, lib.* 4. *dicto cap.* 16. *nu.* 254. Capiblancus *vbi supra, num.* 132. Nouarius *ad pragmat. Regni Neapol. collect.* 222. *numer.* 18. *& collectan.* 223. *numer.* 31. Tandem vassallum Baronis contumacem contrauenientem præceptis Magnæ Curiæ, vel Regiæ Audientiæ, violantemq; eorum tribunalium banna, receptantemq; aduersus ea bannitos à prædictis tribunalibus, non debere remitti ad Baronem, sed eius causam remanere apud Regia tribunalia offensa, docet Franchis *dicta decis.* 470. dicens id esse receptum consuetudine semper approbata apud Sac. Cons. quam sententiam videntur amplecti Chassenæus *in catalogo gloriæ mundi*, 5. *par. considerat.* 24. *numer.* 195. Surdus *cons.* 152. *lib.* 2. Menochius *consil.* 604. *lib.* 7. Natta *cons.* 580. *num.* 14. 17. *& seqq.* Amadeus à Ponte *de laudemijs, q.* 24. *ex num.* 27. Capiblancus *in dicta pragmat.* 8. *p.* 3. *ex num.* 213. *& num.* 216. *&* 2. *par. ex num.* 130. *de Baronibus*, tametsi in contrariam inclinet, Rouitus *in pragmat.* 1. *num.* 14. *de receptator. malefact. & in pragmat.* 2. *nu.* 13. *vbi de delict. quis debet conueniri.* Mastrillus *de Magistratibus, lib.* 4. *cap.* 16. *nu.* 221. Quamuis contrarium, imò remissionem hoc casu esse concedendam ad Baronem petentem, decisum esse videatur apud eundem Franchis *decis.* 434. quam decisionem sequitur Ponte *de potestate Proregis, tit.* 1. §. 3. *ex num.* 29. & iuxta eam contra prædictam decisionem 470. bis decisum referat Visconte addítione ad ipsam *ad num.* 1. Item Follerius *in practica criminali, verb. audiantur excusatores, ex num.* 132. *& ibi num.* 134. vbi in eodem articulo varias decisiones refert secus repugnantes; eandem sententiam sequitur Bossius *tit. de pœnis, num.* 25. Thesaurus *decis.* 132. & ibidem Thesaurus filius *in consilio inserto post dictam decisionem*; eandem doctrinam amplectitur Rouitus *in pragmat.* 5. *num.* 2. *&* 3. *de administrat. Vniuersitat. & in pragmat.* 9. *nu.* 1. *& seqq. de empt. & vend.* Natta *cons.* 560. *ex num.* 5. *tom.* 4. Peregrinus *cons.* 25. *ex num.* 3. *volum.* 5. Ponte *de laudemijs, dicta q.* 24. *ex n.* 30. limitans doctrinam generalem à se superiùs traditam. Quare in casu occurrenti altiùs cogitandum erit, expendendæque eius circumstantiæ, examinandæque adamussim Doctorum sententiæ, procurandumque vt concilientur, ne sibi ipsis sint aduersi, vt re vera plerique sui ipsorum immemores sibi videntur metipsis aduersari. Cæteros casus cumulauit Mastrillus *dicta decision.* 147. *& de Magistratibus, libr.* 4. *dicto cap.* 16. latissimè *ex numer.* 214. omninò videndus, & Capiblancus *in dicta pragm.* 8. *par.* 2. *ex nu.* 102. *de Baronibus, & vide ibi num.* 94.

862 Limita quintò principaliter prædictam secundam regulam, & conclusionem, vt remissio facienda non sit, quoties verisimiliter timetur de Iudice requirente, eum in ea causa iustitiam non administraturum; quod duobus modis potest contingere. Primò, cum creditur, Iudicem per omissionem non puniturum delictum ob amicitiam cum reo, aut eius cognatis; aut ob nimiam rei potentiam, aut eius cognatorum, aut affinium, aut ob alias causas, aut fines. Secundò, cum existimatur, Iudicem nimis acriter, & seuerè puniturum reum, aut verius sub prætextu iustæ punitionis acerbam de eo sumpturum vindictam; aut esse inimicum litigatoris, & vtroque casu debet denegari remissio Iudici eam petenti, etiam si alio qui competenti, & legitimo. Ita sentiunt loquentes de primo casu, Decianus *tractat. crimin. lib.* 4. *cap.* 19. *nu.* 24. *&* 27. Azeuedus *in leg.* 1. *nu.* 44. *&* 45. *tit.* 16. *lib.* 8. *recopilation.* Regens Tapia *in dicta pragmatic.* 1. *num.* 32. *vbi de delicto*, quo loco notat, quid seruetur de facto in tribunalibus Neapolitanis, vt videlicèt pro ea vice duntaxat sine præiudicio priuilegiorum Baronis, causa retineatur apud Regios Iudices. Quam praxim testatur vsu receptam Marcus Antonius Surgens *de Neapoli illustrata, cap.* 15. *num.* 2. Ponte *de potestate Proregis, tit.* 3. §. 1. *ex num.* 19. & idem Tapia *in constitut. statuimus, num.* 34. *de offic. Magistr. iustitiar.* de eodem casu Mastrillus *dicta decis.* 147. *nu.* 23. *& ex num.* 32. *& de Magistratibus, libr.* 4. *dicto cap.* 16. *ex nu.* 225. *& num.* 258. Castillo *decis.* 157. *nu.* 19. *lib.* 2. Capiblancus *vbi supra, dicto num.* 102. *&* 103. Nonnunquam etiam cum causa erat remittenda ad Baronem, & oritur contra ipsum suspitio, solet Sacrum Consilium decernere, vt Baro nominet Iudicem in ciuitate, qui causam definiat. De secundò verò casu agentes notant Oldradus *cons.* 124. *numer.* 2. *in fine* Chassenæus *in consuetud. Burgundiæ, rubr.* 12. §. *vnico, num.* 3. *vers. si verò non habet*, Peguera *decis.* 66. *num.* 20. Cardin. Tuscus *liter. R. conclus.* 152. *num.* 10. Borrellus *ad Bellugam rub.* 11. §. *ex quo prædiximus, in additione, limitat.* 9. Giurba *cons.* 66. *ex num.* 20. omninò videndus, Freccia *de subfeudis, lib.* 3. *tit. de differentijs inter feuda quaternata, & de tabula, ex nu.* 36. Capiblancus *in pragm.* 3. *ex nu.* 153. *& in pragm.* 8. *dicto nu.* 102. *de Baronibus*, consonat Baldus *in cap.* 1. §. *si Index, nu.* 3. *de pace tenenda, & eius violator.* & Mastrillus *de Magistratib., lib.* 4. *dicto cap.* 16. *num.* 282. *&* 283. Neque enim æquum est Iudicem requisitum esse instrumentum vindictæ requirentis, eiusque iniurijs, & violentijs cooperari, conniuereq; in satisfactionem sæuientis animi, cum cognoscit pœnæ non irrogatæ indignationem, non iustitiæ zelum, sed solam duritiam continere, idque probat elegans textus *in l. si pariter,* 9. *versic. quod si adhuc, ff. de liberali causa.*

863 Limita sextò, vt remissio locum non habeat, quoties reus remittendus petitur ad locum longè distantẽ: veluti

veluti si peteretur remissio ex Hispania, vel Italia ad Indiarum Prouincias sentit Angelus *in l. non est dubium, numer. 3. ff. de custod. & exhibit. reor.* Aueudaños *respons. 40. nu. 10.* Azeuedus *in l. 1. num. 57. tit. 16. libr. 8. recopilat.* Castillo *dicta decis. 157. numer. 20. lib. 2.* Regens Tapia *in pragm. tit. 1. num. 37. vbi de delicto quis debet conueniri, lib. 3. iuris Neapol. rubr. 6.* Ex quo ait inoleuisse practicam Sac. Consil. vt cum petitur à Barone remissio rei carcerati in carceribus Magnæ Curiæ ad loca longe distantia in Regno præcipiatur illi, vt eligat Iudicem in ciuitate; quod in alijs quoque casibus fieri dixi numero præceden. ti. Rationem reddunt isti Doctores, quoniam ab vna Prouincia ad alteram distantissimam, dura, periculosa, & grauis esset remissio, & expensæ magnæ fierent, ob quas euitandas multa in iure sunt statuta, *vt in leg. mediterraneæ, 9. C. de annonis, & tributis, lib. 10.* præsertim si plus habetet dispendij translatio, quam esset pœna præsenti reo infligenda; & in eo casu proculdubio ex ratione legis amplectenda esset hæc limitatio. Cæterùm contrarium vidi practicatum in supremo Indiarum Consilio, à quo ex supplicatione Iudicis delegati ab eodem Consilio, (vt paulò ante retuli) quidam adulterij reus carceratus in Regia Hispaniæ Curia remitti iussus est ad ciuitatem Regum Peruanæ Prouinciæ tribus leucarum millibus, aut plus, ab ea distantem, non obstante huius limitationis doctrina, quæ in specie allegata fuit. Ea autem decisio ea ratione niti potuit, ne esset in rei potestate eximere se à Iudice delegato, specialiter ad eius delictũ puniendum, & extrahere aduersarium in tam remotas Prouincias ad litigandum, qui ex prædicta ciuitate ad regiam Curiam venerat satisfactionem iniuriæ suæ postulaturus, maximis cum expensis, & instabat pro remissione cum in Hispania testes delicti non adessent, nec vlla eius probatio fieri posset. Hæ & similes rationes potuerunt mouere supremos illos Iudices ad decernendam remissionem; præsertim cum non tractaretur de inferenda pœna pecuniaria, sed capitali, aut alia mariti arbitrio, & potestati à lege data, probato adulterio, vt constat ex Castellæ, *l. 1. tit. 20. libr. 8. recopilat ion.* quæ fuerat antiqua lex fori, *in l. 1. titul. 7. libr. 4. fori*.

864 . Limita septimò attento iure Neapolitano, vt remissio locum non habeat cum reus est publicarum viarum grassator, latro, & disrobator, barbaro nomine, qui remissione denegata à quocunque Iudice puniri potest. Ita statuitur *in pragmaticæ quinta Caroli Quinti Imperatoris, vbi de delicto quis debet conueniri*, notat ad eam Regens Rouitus *ex num. 1.* qui ibi *num. 3.* sublimitat in Neapolitanis, Franchis *decis. 142.* Regens Tapia *in pragmatic. 1. num. 38. eodem titulo, lib. 3. Iuris Neapolit. rubr. 6.* Nouarius *ad pragm. Regn. Neapol collectan. 225. num. 1. & seqq.* qui sublimitat duobus modis. Et extende limitationem, vt procedat etiam in latronibus, qui more piratico in mari depredantur, iuxta egregiam animaduersionem Regentis Fuluij constantij *in l. vnic. num. 11. C. de classicis, libr. 11.* sequuti Vincentium de Franchis *dicta decis. 142.*

865 Tandem circa hæc oportet animaduertere remissionem cum petitur faciendam esse expensis accusatoris, si ille eam petierit, aut eo instante fuerit à Iudice loci delicti postulata; alioqui si ex officio petatur à Iudice requirente, ille, qui remissionem petit, ex publico ærario, eius expensas subministrabit. Ita sentiunt Baldus *in cap. nonnulli, 28. num. 19. de rescript. & in §. si Iudex, num. 1. de pace tenenda, & eius violator,* Iaso *in l. à Diuo Pio, 15. §. sententiam Romæ, num. 2. ff. de re indicat.* Afflictis *in const. Capitaneum, numer. 13. lib. 1. rubr. 41.* Follerius *in constitut. Capitaneorum, num. 72.* Couarruuias *in practic. d. cap. 11. num. 11.* Franchis *decis. 332. numer. 4.* Bocrius *decis. 303. num. 11.* Borrellus *ad Bellugam in speculo, rubric. 11. §. ex quo prædiximus, in additione, limitat. 29.* Vrsillus *ad Afflictis, decis. 71. num. 2.* Regens Tapia *in d. pragmat. 1. nu. 51. vbi de delicto.* Probatur ex generali doctrina, actum eius expensis esse expediendum, cuius causa geritur, seu expensis petentis eum actum fieri, *l. sed etsi hæreditas, §. 1.* vbi notat Baldus *num. 1. ff. ad exhibend. l. cum sæpè, 17. Cod. de erogat. militar. annon. libr. 12.* tradunt Menochius *de arbitrarijs, libr. 2. centur. 3. casu 228. num. 5.* Messia *in pragmatica taxæ panis, conclusione prima, num. 68.* Franchis *vbi supra, num. 3.* Parladorius *libr. 2. rerum quotidianarum, cap. final. 5. part. §. 10. num. 28.* Riccius *collect. 115.* Quod vero ex officio petens Iudex remissionem expensas ex fisci rationibus subministret, probatur ex textu *in l. mulier, in opus, 6. ff. de captiuis, & postlim. reuers.* At iure Regio Castellæ *ex l. 3. in fine, titul. 16. libr. 8. recopilat.* statutum est has expensas ministrandas esse ex bonis delinquentis, si bona habeat; alioqui ab accusatore pro remissione instante; quod si neuter habeat bona, præstandas esse ab ærario eius loci, vbi capitur reus criminis. Ad quam sententiam etiam iure communi attento accedit Carauita *ritu 235. ex numer. 13.* Molinus *de brachio seculari, cap. 47.* Farinacius *in praxi, dicta quæstion. 7. numer. 39.* Decianus *tractatu criminali, libr. 4. cap. 19. num. 19.*

866 Reliquum erat, vt hoc loco ageremus de remissionibus, quę petuntur allegata exceptione fori declinatoria: circa quas nihil hic dicendum occurrit, præterquam quòd cùm illi omnes qui gaudēt foro priuilegiato, quos retulimus quæstione præcedenti, capiuntur à Iudice incompetenti, vel ab eo proceditur criminaliter aduersus ipsos, ipsi solent allegare suum priuilegium, iuxta textum *in l. si quis ex aliena, 5.* & ibi tradita à Doctoribus, *ff. de iudicijs, et in l. ex quacunque, 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit*, & cùm de ipso constat remittuntur ad suum legitimum Iudicem: hoc generale. Cæterùm quoad remissionem Clericorum, præsertim ordinibus minoribus initiatorum, ad Ecclesiasticos Iudices, nihil noui dicam: decreui enim me non disceptatorem, & censorem, sed historicum, & relatorem dumtaxat gerere. Iuxta Castellæ praxim, cum agitur de remittendo Clerico, & quæstione clericatus ad effectũ remissionis, seruatur decisio textus *in cap. si Iudex laicus, 12. de sentent. excommunicat. in sexto*, cum traditis à Couarruuia *in practic. cap. 33. ex num. 1.* Paz *in praxi, tom. 2. prælud. 2. nu. 9.* Azeuedo *in l. 1. num. 53. & 54. titul. 16. libr. 8. recopilat.* Guttierrez *libr. 1. practi. quæst. 6. num. 2.* Bouadilla, qui cæteros allegat *lib. 2. politicæ, cap. 18. num. 106.* Cancer *variarum resolutionum, par. 2. cap. 2. num. 129.* quæstio enim clericatus, & immunitatis agitatur coram Ecclesiastico Iudice, qui cognoscit an sua sit iurisdictio. Qua in re manifestè lapsus est Augustinus Barbosa post hæc scripta æditus *in collectanea ad dict. cap. si Iudex laicus, num. 3.* dùm Hispaniæ tribuit vsum contrarium, & opinionem contrariam Couarruuiæ, qui loco citato apertè testatur Castella practicari textum prædictum canonicum. In Gallia tamen hoc non ita seruatur, imò quęstio de clericatu ad effectum remittendi Clericum, agitur coram sæculari Iudice, qui iudicat remittendum, vel non remittendum, vt tradit Guido Papæ *dec. 138.* & alij; idem seruari in Ducatu Mediolanensi refert Clarus *lib. 5. sentent. § final. q. 36.*

q.36.num.21. item in Regno Portugalliæ, iuxta ordinationes eius Regni, *lib.2.tit.1.§.15.* refert Barbosa *in leg. Titia, 35.num.31.ff.solut.matrimon.* idem similiter obseruatur in Regno Neapolitano, *ex ritu 235.* & ibi notatis à Carauita, *ex numer.4.* Tapia ibidem, *lib.1.Iuris Neapol. sub rubr.3.* Vincentio de Franchis *decis.189.ex numer.1. decis.329.ex numer.4.& decis.463.num.3.* & ibidem Addentibus, Viuio *decis.512.ex n.13.lib.3.* qui ritus me teste est in viridi obseruantia receptus quotidiana praxi à nemine ignorata. Huius autem praxis rationem elegantissimam reddit Barbosa *in d.l.Titia, ex numer.29. & dicto num.31.& seqq. ad 37.* eamque defendit esse conformem iuri canonico, & deriuatam ex decreto Tridentini Concilij, *sessione 23. decreto de reformatione, c.6.* & ex bullis Pontificum, indultis Regibus Portugalliæ, quarum similes concessas esse constat Regibus Castellæ, Galliæ, & Neapolis; de bullis Regum Castellæ meminit *l.1.& 6.titul.4.libr.1.recopilation.* Couarruuias *in practicis, cap.32.num.1.* Auendanus *de exequend.mandat.prima parte cap.22. ex num.11.* Guttierrez *lib.1.practicar.quæst.5.numer.8.*& Bouadilla *libr.2.politic.cap.18.numer.102.* Sunt autem duæ, prior Alexandri Quarti, quam commemorant Auendanus, & Couarruuias; posterior Pij IV. quam refert prædicta *l.1.tit.4.lib.1.recopilation.* De bulla concessa Regi Galliarum Francisco, à Leone X. meminit Boerius *decis.69.numer.13.* & Chassenæus, qui eam expressè, & integrè refert *in consuet. Burgundiæ, rubr.1.§.5.verb.sin la grace, num.51.* & Decianus *tractat. crim.libr.4.cap.9. num.88.* Bullam autem concessam Imperatori Carolo V. Regi Hispaniarum, & vtriusque Siciliæ, à Clemente VII. die 19. Ianuarij anni 1524. commemorat idem Decianus, ibidem, & eleganti commentario prosequutus est Ioannes Antonius de Nigris, post commentaria capitulorum Regni Neapolitani. De bullis Regum Portugalliæ, & alijs meminit Barbosa vbi supra num. 35. Ex quo decreto, & bullis in istis Regnis recessum esse credit ille num.36. à practica iuris canonici antiqui, & à decisione, *cap.si Iudex laicus, de sentent. & excommunicat.in sexto.* Etenim cum ad effectum remissionis obtinendæ à laico Clericorum in minoribus ordinibus constitutorum, iuxta prædictum Concilij Tridentini decretum, & summorum Pontificum recentes constitutiones, ac bullas, non tàm sit necessarius vetus titulus ordinum, de quibus cum dubitatur, an fint ritè, & rectè collati, articulus, qui iuris est, pertinet procul dubio priuatiuè ad Ecclesiasticum, estq; ad eum remittendus; imò verò, & quæstio de falsitate tituli, seù bullarum clericatus latenti ad eundem Ecclesiasticum debet remitti, vt tradit Regens Tapia *in dicto ritu 235.num. 2.*& Addentes Viuio *decis.512.* & Vincentio de Franchis *dicta decis.189. ex num.3.& decis.329.num.13.* sed potius necessaria sit quasi possessio Clericatus, consistens in gestatione habitus clericalis, & tonsuræ, & seruitio, exercitationeque ordinum, per certum, & determinatum tempus ante delictum, quæ in facto consistunt, de hoc facto poterit sæcularis cognoscere, & super eo pronunciare, quamuis quæstio iuris Clericatus, & veritatis tituli, seù Bullarum eius, propria sit tribunalis Ecclesiastici, tractat eleganter Matta *de successionibus, par.4.quæst.16. artic.1.ex num.49.ad 53.* Quibus accedit, quòd cùm per prædictas bullas Portugalliæ sit concessa iurisdictio sæcularibus Iudicibus in Clericos in minoribus non gestantea habitum, & tonsuram in consequentiam eisdem videtur concessa facultas cognoscendi, an sua sit iurisdictio hæc Barbosa *in d.l.Titia num.29.31.& 36.* omninò videndus. Cui eidem sententiæ consentire videtur Iulius Clarus *lib.5.sent. §.final.quæst.36.numer.14.in fine.* & Pereira *de manu regia, 2.p.c.44.ex nu.3.* ad textum autem *in d.c.si Iudex laicus,* optimè respondet Barbosa *in dict.l. Titia, ex num.27.*

SVMMA SECTIONIS Tertiæ.

867 *Referuntur Doctores tractantes de præuentione.*
868 *De ea proponuntur quatuor difficultates.*
869 *Traditur præuentionis diffinitio.*
870 *Præuentio est duplex, alia à Iudice, alia quæ fit à parte.*
871 *Præuentio Iudicis, aut est verbalis, aut realis.*
872 *Præuentio locum habet inter Iudices habentes parem iurisdictionem insolidum circa aliquam causam.*
873 *Præcedens regula ampliatur vndecim modis remissiuè.*
874 *Limitatur duodecim modis, remissiuè.*
875 *Præuentio potest considerari quòad diuersus effectus, & quò ad quem consideretur in præsenti.*
876 *Præuentio non inducitur ex sola productione libelli in actus.*
877 *Per mandatum Iudicis de scribenda inquisitionis, aut inquisitionem ipsam registratam non inducitur præuentio.*
878 *Per summariam delicti probationem, inducitur præuentio, ex multorum sententia, sed contrarium est verius.*
879 *Per citationem verbalem legitimam fit præuentio.*
Mandatum de in ius vocando, nisi sequatur citatio actualis, non inducit præuentionem quòad effectum præferendi Iudicem, sed solùm quòad effectum perpetuandi iurisdictionem, quod tamen limitatur ibidem, relata decisione Sacri Consilij.
Ex actu nullo, nullus sequitur effectus.
880 *Citationem, vt inducat præuentionem, non oportet esse trinam, aut peremptoriam, sed sat est esse vnicam.*
881 *Per citationem realem, seù capturam personæ, inducitur præuentio. Fortior est actus facti, quam verbi.*
Per citationem verbalem, dicitur præuenta causa, per realem, verò, persona.
882 *Captura facta propria auctoritate, etiam licitè non inducit præuentionem.*
883 *Citatio realis facta prius ab vno Iudice, quàm ab altero fiat verbalis, præfertur verbali.*
Cum eodem tempore fiunt à duobus Iudicibus citatio verbalis, & realis, præfertur realis.
Item cum sumus in dubio, quæ nam fuerit prior.
884 *Citatione verbali præcedenti realem, præfertur realis, secundum communiorem, & veriorem sententiam.*
885 *In contraria sententia, qui fuerint, imò præferendam verbalem reali.*
886 *Prior sententia Rebus publicis est vtilior, & in Regno Castella lege approbata.*
887 *Præuentio efficacior, etiam si posterior, vincit priorem præuentionem minus potentem.*
888 *Citatio realis facta in fraudem prioris citationis verbalis, non est præferenda verbali.*
Captura affectata non iuuat ad præuentionem.
Beneficia iuris affectata, prodesse non solent.
889 *Per confessionem in iudicio criminali factam fit præuentio.*
890 *Citatio personalis inducit præuentionem, comparatione citationis factæ domi, si vtraque fiat eodem tempore.*
891 *Iudex procedens per accusationem, præfertur Iudici prius procedenti per inquisitionem cæteris paribus.*

Ac-

Accusatio est remedium ordinarium, inquisitio extraordinarium.

Remedium extraordinarium cessat accedente ordinario.

Inter Iudices iurisdictione dispares, non operatur præuentio, inducens accidentalem prælationem.

Causa naturalis præualet accidentali.

892 *Præceptum Iudicis iubentis reum non recedere ab aliquo loco, quoniam vult venire ad eum visitandum, vel inquirendum inducit præuentionem.*

893 *Ex citatione prius facta inducitur præuentio, non ex sententia prius lata.*

894 *Præueniens causam circa mandatarium, vel vnum ex multis delinquentibus, censetur eam præuenisse contra mandantem, & alios eius delicti socios.*

Causæ continentia non est diuidenda.

895 *Procedens pro delicto grauiori, præfertur Iudici procedenti prius pro delicto leniori.*

896 *Data paritate temporis inter Iudices citantes, quis præualere debeat, remissiue.*

897 *Obligatio guarentigia, aut penes acta, an inducat præuentionem, remissiuè.*

898 *Primus effectus præuentionis est, vt per eam perpetuetur iurisdictio delegati.*

899 *Secundus effectus consolidari omnem iurisdictionem, quam habent plures Iudices, & eam appropriare præuenienti.*

Non potest sæpius quæri de delicto eiusdem, neq; vnus reus coram diuersis Iudicibus vexari.

Iudicium finem habere debet, vbi initium.

Regulare est, vt qui præuenit, præferatur in pari causa, & deciditur quæstio de palustris, & salmis sibi occurrentibus in angusta via.

900 *Processus vtriusque Iudicis valet, non opposita præuentionis exceptione.*

An possit quis sæpius pro eodem delicto puniri à diuersis Iudicibus, remissiuè.

901 *Contumax apud Iudicem præuenientem, non potest iuuare se exceptione præuentionis, coram Iudice prauento.*

902 *Si contumax se sistat coram præueniente purgata contumacia, & refectis expensis exinde poterit se iuuare exceptione præuentionis.*

903 *In crimine hæresis non obstat exceptio præuentionis, quominus possit procedi à diuersis Iudicibus contra reum.*

904 *Aliæ limitationes, leg. vbi acceptum, ff. de iudicijs, remissiue.*

905 *Præuentus Iudex si nolit obsequi inhibitioni præuenientis, quibus remedijs sit vtendum, remissiuè.*

906 *Facta præuentione non potest reus, neque actor, altero inuito, forum mutare, quòad litem captam, & præuentam.*

907 *Clericus, aut Religiosus, aut Miles, aut Scholaris, aut miserabilis, aut Neapolitanus facti, post præuentam causam, non gaudent foro priuilegiato.*

908 *Factus Clericus post citationem realem non gaudet priuilegio fori quòad personam.*

909 *Clericus factus post delictum, & carcerationem, existens extra carceres sub fideiussione, aut fugitiuus, gaudet priuilegio fori quòad personam, & referuntur decisiones Sacri Consilij.*

910 *Laico obligato sub guarentigia, facto Clerico, cuius Iudicis mandato, obligatio sit exequenda, & in quo foro.*

911 *Conueniendum esse reum coram Iudice, cui subijciebatur tempore obligationis contractæ, qui senserint.*

912 *In delictis inspicitur tempus delicti commissi, & status delinquentis, eo tempore, ad dignoscendum, quis sit futurus legitimus rei Iudex.*

913 *Reum conueniendum esse coram Iudice, cui subijcitur tempore exequutionis petitæ, verior sententia.*

Obligatio penes acta non potest exequutioni mandari in Regno Neapolitano sine præuia accusatione, neque liquidari instrumentum sine præuia citatione.

914 *Iure Castellæ non potest procedi via exequutiua sine citatione.*

915 *Actus Iudiciales necessarij ad viam exequutiuam, vt legitimè fiant debent fieri à Iudice competenti.*

916 *Præuentio est actus iudicialis.*

Nec potest quis eximere se anticipatè à iurisdictione futura.

917 *In contractu guarentigio alia pertinent ad essentiam contractus, alia ad exequutionem.*

918 *Obligatio guarentigia re vera est actus extraiudicialis.*

919 *Ex obligatione penes acta, vel guarentigia, non inducitur præuentio, etiam si possit exequutioni mandari sine vllo alio requisito.*

920 *In præsenti articulo à pari procedunt iurisdictio sæcularis, & ecclesiastica.*

Refertur decisio Sacri Consilij.

921 *Obligatio guarentia æquiparatur rei iudicatæ, quòad vim exequutiuam, non quòad alios effectus.*

Obligatio guarentigia non reddit rem litigiosam.

Vis exequutiua ex obligatione guarentigia præscribitur diuerso tempore, ac vis exequutiua ex sententia.

922 *Ex sententia non inducitur præuentio.*

923 *Falsum est, reum esse conueniendum coram eo Iudice, cui subijciebatur tempore contractus.*

924 *Quòad imponendam pœnam inspiciendum est tempus delicti non sententiæ.*

Quòad legitimandum verò iudicium inspiciendum est tempus motæ litis, seù citationis.

Sola commissio delicti non causat præuentionem.

925 *Sententia lata à sæculari aduersus laicum, qui ante exequutionem fit Clericus, an sit mandanda exequutioni à laico, vel exequutio debeat remitti ad Ecclesiasticum.*

926 *Exequutionem remittendam esse ad Iudicem, cui reus subijcitur tempore exequutionis, qui senserint.*

927 *Verius est, exequutionem posse fieri à Iudice, qui sententiam tulit legitime.*

928 *Quandocunque iurisdictio Iudicis confirmatur quòad cognitionem, censetur confirmata quòad exequutionem.*

929 *Si lata sententia iurisdictio Iudicis cessaret, præuentio nullum haberet effectum.*

930 *Translata possessione rei litigiosæ, in tertium gaudentem priuilegio fori, an possit idem Iudex, qui sententiam tulit, exequutioni mandare.*

931 *Distinguuntur tres casus.*

932 *Sententiam latam contra reum, qui dolo desijt possidere, non posse exequutioni mandari contra tertium possessorem, eiusdem iurisdictionis, sententia Bartoli, & aliorum.*

933 *Verior est in hoc articulo pars affirmatiua.*

934 *Iudex, qui sententiam tulit, non potest eam exequutioni mandare aduersus nouum possessorem, rei litigiosæ, subiectum alienæ iurisdictionis priuilegiatæ.*

Caput Regni, Conuentus, *non habet locum contra Clericum successorem in possessione rei litigiosæ.*

Instantia non transfertur in singularem voluntarium successorem.

635 *Ex translatione rei litigiosæ, dominium non transfertur, verùm transfertur possessio.*

936 *Sententiam latam à laico Iudice posse ab eodē exequutioni*

mandari

mandari propria auctoritate aduersus Clericum successorem rei litigiosæ, qui senserint, & referuntur quædam decisionem Sacri Consilij.

937 *Cum constat Clericum esse possessorem, non fit exequutio à laico, secus si fiat exequutio in re existimata laici damnati, per sententiam sæcularis, quam ipse laicus crederetur possidere.*

938 *Cum successor in re litigiosa est subditus alteri Iudici ordinario, quid dicendum, & resoluitur sub distinctione.*

939 *Hæres Clericus succedens post litem cæptam cum defuncto laico, alligatur instantia cæpta.*

940 *Perempta instantia noua lis inchoanda est coram Iudice priuilegiato rei, qui poterit petere se ad suum Iudicem remitti.*

941 *Id habet locum, siuè duret is, cum quo facta est præuentio, siuè succedat hæres.*

642 *Etiam si perempta instantia reuiuiscat per insufflationem spiritus vitæ, remittendus est reus ad forum priuilegiatum adquisitum post cæptum iudicium, ante vel post peremptionem instantiæ.*

943 *In tribunalibus inferioribus Regni Neapolitani, instantia ciuilis durat triennio, criminalis non perimitur.*

In tribunalibus Ecclesiasticis instantia non perimitur.

In causis ciuilibus introductis in Sacr. Consilio instantia non perimitur.

In consistorio Principis instantia durat perpetuo.

Facta semel monitione ad dicendum instantia redditur perpetua, & immortalis, quidquid alij sine fundamento dicant.

944 *Priuilegium fori post litem cæptam superueniens, adquisitum ex facto, vel industria priuilegiati non iuuat, secus si superueniat ex concessione Principis motu proprio facta, & quomodo id accipiendum, remissiuè.*

945 *Finita prima lite cessat effectus præuentionis, et reus in noua lite conueniendus est, coram Iudice competenti.*

946 *Clericus obtinens sententiam à sæculari in concursu creditorum, & solutionem debiti cum cautione de restituendo, si conueniatur, pro auocanda pecunia soluta, vel possessione, an coram sæculari, vel coram Ecclesiastico debeat conueniri?*

947 *Cum agitur de reuocando decreto lato in fauorem Clerici remedio appellationis, nullitatis, aut restitutionis, causa tractanda est apud tribunal sæculare.*

Sententia Sacri Consilij habet exequutionem paratam, instar sententiæ Præfecti prætorio.

Remedium appellationis, & similium, non deuoluit causas, ex vna iurisdictione in alium.

Causa appellationis est eadem cum prima causa.

Durante appellatione, supplicatione, nullitate, aut restitutione contra sententiam, censetur continuari prima lis, & non esse finita.

948 *Instantia appellationis quomodo sit diuersa.*

949 *Explicatur difficultas articuli.*

650 *Cum in sententia lata à laico pro danda Clerico possessione, vel facienda solutione, adijcitur clausula,* saluis iuribus potioris creditoris, *causa auocationis tractanda est, coram eodem Iudice, qui decreuit faciendam solutionem, aut immissionem in possessionem.*

Clausula, saluis iuribus, *habet effectum, vt constituat rem integram, & reducat iudicium, ad eandem instantiam.*

951 *Qui senserint contrarium, & quo fundamento.*

952 *Reijcitur eorum sententia, & fundamento satisfit.*

953 *Author æqua lance versatur inter iurisdictionem Ecclesiasticam, & sæcularem, nulli earum derogat.*

Præuentio vt casus acciderit, pariter fauet vtrique iurisdictioni.

954 *Clerico agente coram laico super possessione, si laicus reseruat petitorium, ita vt lis non censeatur finita, petitorium est prosequendum in tribunali laico.*

955 *Obijcitur difficilis textus in cap. significauerunt, de iudicijs.*

956 *Refertur explicatio quorundam prædicti textus, qui credūt in illo agi de quasi possessione iuris patronatus.*

957 *Reijcitur, & ostenditur, in illo textu non agi de quasi possessione iuris spiritualis, sed temporalis, & prophani.*

958 *Distinguuntur duo casus, & satisfit difficultati ex prædicto textu, & n. 959.*

960 *Cum aliquis immittitur in possessionem, ex qua non efficitur verus possessor, si agatur de immissioni reuocanda, adeundus est idem Iudex, qui decreuit immissionem.*

961 *Cum Iudex decernit missionem in possessionem, vel iubet solui pecuniam, Clerico creditori, non adiecta clausula,* saluo iure, *si agatur de reuocanda possessione, vel auocanda pecunia, Clericus qui obtinuit conueniendus est coram Ecclesiastico.*

962 *Proponitur quæstio ex facto in quadam causa Sacri Consilij & refertur decisio.*

963 *Reijcitur tamen, & impugnatur prædicta decisio, & numeris sequentibus ad 967.*

SECTIO TERTIA,

De præuentionibus.

867 PRæuẽtionis materiam latè, & ex professo tractarunt Legistæ *in l. cum quædam, 19. in princip. ff. de iurisd. omn. iud. in leg. si quis postea quàm, 7. ff. de iudicijs, & in l. si pluribus, 33. ff. de legat. 1.* Canonistæ *in cap. proposuisti, 19. de foro compet.* Marianus Socinus *latissimè in d. cap. proposuisti, ex numer. 7.* Bossius *diuersorum tractatuum, tit. de foro compet. ex numer. 79.* Decianus *tractat. crim. libr. 4. cap. 20. 21. & 22.* & Farinacius *in praxi, quæst. 7. ex numer. 52.* Scaccia *de iudicijs causarum ciuilium, & criminalium, cap. 12. ex numer. 57.* Barbosa *in d. leg. si quis postea quàm, ex numer. 6.* Tuscus *liter. P. conclusion. 646. cum seqq.* Mascardus *de probationibus, conclusion. 1233. præuentio,* Antonius de Mattheis *de prorogatione iurisdict. ex num. 32. tom. 3. tract. 1. p.* Azeuedus *in l. 10. ex num. 1 tit. 13. lib. 8. recop.*

868 Occurrunt verò circa eam examinandæ quatuor difficultates. Prima, quid sit, & quotuplex? Secunda, inter quos Iudices, & quando præuentio locum habeat? Tertia, ex quibus actibus inducatur? Quarta, quos effectus operetur? quibus expeditis absoluemus sectionem istam.

869 Circa primam dicendum est, præuentionem iudicialem, de qua loquimur, esse anticipationem, seu præoccupationē vsus iurisdictionis alicuius Iudicis circa causam aliquam antequam alius Iudex circa eam iurisdictione vtatur. Atque hæc est melior præuentionis definitio, quam tradita à Mariano Socino *in d. c. proposuisti, nu. 7. vers. circa primum,* qui definit præuentionem per effectus suos, quem sequutus est Marta *de iurisdictione, 2. part. cap. 2. num. 2.* Consonat autem nostræ definitioni Decianus *d. cap. 20. num. 1.* & Caluinus *in lexico, verb. præuentio,* ex Pratcio, & Azeuedus *vbi supra, numer. 2. & 3.* Dicitur in ea, *anticipatio, seù præoccupatio,* loco, generis, quæ sub se comprehendit, alias etiam anticipationes, & præuentiones extraiudiciales, vt eam, qua ex pluribus ad eundem locum tendentibus aliquis prius peruenit,

cæteros

cæteros anteuertens: nam is præoccupasse, seu præuenisse dicitur. Qui prius cæteris nobis nuncium affert præuenisse dicitur, qui prius gratiam, collationemue beneficij, aut officij postulauit, præuenisse dicitur. Qui honore prius alium prosequitur, honore præuenire dicitur, vt apud Paulum ad Romanos 12. num. 10. *Honore inuicem præuenientes.* Alijs item modis accipitur verbum *præuenire*, vt à Iurisconsult. *in l. 1. §. item si plures, ff. de in rem verso*, & ab Imperatore *in l. vnica, C. de thessauris, lib. 10.* Qui omnes comprehenduntur sub generali verbo præuentionis, seu præoccupationis. Additur in definitione, *vsus iurisdictionis*, loco differentiæ: nam hic sermo est de iudiciali præuentione in vsu iurisdictionis, non in cæteris, & hoc modo accipitur verbum *præuenire*, à Iurisconsult. *in d. l. si quis postea quàm 7. ff. de iudicijs.*

870 Est autem duplex præuentio, altera, quæ fit à Iudice, de qua agitur, *in d. leg. si quis postea quàm*, altera quæ fit à parte, cum litigans ipse coram Iudice producit suum ius, antequam illud producat suus aduersarius, de qua agitur *in d. lege pluribus, 33. ff. de legat. 1. & in lege si maritus, 4. ff. ad lege Iul. de adulteris*, & ijs locis notant Doctores.

871 Rursus præuentio, quæ fit à Iudice est duplex. Altera verbalis, quæ fit verbotenus per decretum citationis verbalis, vel notificationem, seu intimationem ipsius: altera realis, quæ fit per capturam personæ, vt multis relatis notat vbi supra Azeuedus *n. 6. 7. & 8.* post Mascardum *d. conclus. 1233. num. 8.*

872 Circa secundam difficultatẽ, videlicet inter quos Iudices, & quando præuentio locum habeat, constituenda est conclusio, & regula generalis: præuentioni locum esse inter Iudices, quorum singuli habent parem iurisdictionem insolidùm competentem circa causam aliquam. Probatur ex textu *in l. si quis postea, 7. ff. de iudicijs, c. proposuisti, de foro compet. cap. cum omnes, 8. de offic. Iudic. delegat. in 6.* notat Romanus *cons. 412. pro habenda, nu. 4.* Marianus *in d. cap. proposuisti, num. 8.* Decianus *d. cap. 20. num. 3.* Azeuedus *in d. l. 10. num. 12. tit. 13. lib. 8. recopilat.* Barbosa *in d. l. si quis postea, ex nu. 3.* Cancer *variar. resolut. par. 2. cap. 2. nu. 204.* Tuscus *liter. P. conclus. 646.* Giurba *consil. 48. num. 41.*

873 Hanc regulam vndecim modis ampliat Decianus *d. cap. 20. ex nu. 4.* desumpta doctrina ex Mariano, & Azeuedus *ex num. 17.* Decianum sequutus, vt locum habeat inter Iudices Ecclesiasticos inter se, & sæculares inter se, & inter Ecclesiasticos comparatione sæcularium in delictis mixti fori. Item inter Iudices habentes merum imperium, mixtum, vel simplicem iurisdictionem; inter ordinarios, & inter delegatos. Item præuentio locum habet in causis ciuilibus, criminalibus, spiritualibus, & prophanis. Item non solùm inter Iudices æquales, & pares iurisdictione, sed etiam inter maiorem, & minorem, dummodò minor non recognoscat iurisdictionem à maiori; de qua ampliatione vide Barbosam *vbi supra, ex num. 9.* de reliquis eundem Decianum, & Azeuedum.

874 Limitat autem duodecim modis, circa quos nihil dicendum occurrit, Decianum sequitur Azeuedus *in d. l. 10. ex numer. 36.* quos transcribere opus non est.

875 Circa tertiam difficultatem, ex quibus actibus inducatur præuentio, præsupponendum est ex doctrina Mariani Socini *in d. cap. proposuisti, numer. 15.* præuentionem posse considerari quoàd diuersos iuris effectus, & articulos, omissisque alijs, qui ad rem non faciunt agere nos de præuentione quoàd eum effectum, vt post eam Iudex, qui præuenit, sic maneat competens in causa præuenta, vt cæteris etiam competentibus præferri debeat, possitque eos inhibere, ne in ea se vlterius intromittant.

876 Quo præsupposito dicendum est primò, præuentionem non induci ex sola productione libelli in actis citatione non sequuta. Ita sentit Marianus *in dicto cap. proposuisti, num. 16.* qui pro se refert Baldum *in leg. si quis postea, ff. de iudicijs*; quem tamen Balducum, vt à Mariano refertur, nunc non habemus; cum sequitur Decianus *tractatu criminali, libr. 4. cap. 21. num. 1.* Scaccia *de iudicijs, libr. 1. d. cap. 12. numer. 76.* Azeuedus *in d. leg. 10. num. 55.* Barbosa *in d. leg. si quis postea, num. 50.* tametsi verum sit libelli oblationem esse præparationem iudicij, vt docet textus *in leg. quemadmodum, 7. ff. de inofficios. testament.* Hoc tamen limitandum credit Marianus, quem Decianus, & Azeuedus sequuntur, si adesset statutum exequens productionem libelli litis contestationi, & iubens eam haberi pro litis contestatione.

877 Secundò, per mandatum Iudicis de scribendo capite processus, seu inquisitione aut, etiam per ipsam inquisitionem registratam non inducitur præuentio. Hæc enim magis est censenda voluntas præueniendi, quàm præuentio. Ita sentit Baldus *in l. vnica, num. 15. in fine, C. de confessis.* Grammaticus *consil. 28 criminali, numer. 9. & 10.* Marianus *dict. num. 16.* Decianus *dicto num. 1.* Mascardus *dicta conclus. 1233. nu. 10. & seqq. volum. 2.* Azeuedus *in dict. l. 10. nu. 56. & 57.* Barbosa *in d. l. si quis postea, numer. 49.* Baiardus *ad Iulium Clarum lib. 5. sentent. §. final. quæst. 38. nu. 87.* Giurba *consil. 48. num. 38.* Farinacius *in praxi, quæst. 7. numer. 56. & 57.* Franchis *decision. 515. num. 11. & 16.*

878 Tertiò, si Iudex recepit testes pro summaria delictis probatione, & informatione, eosque examinauit, vt per inquisitionem procederet aduersus reum, videbitur præuenta iurisdictio. Ita sentit Marianus tametsi dubius, *dicto num. 16.* Decianus *num. 2.* Farinacius *dicta quæst. 7. num. 58. in fine*, Capiblancus *in pragmatic. 8. part. 2. num. 211. de Baronibus*, Mastrillus *decision. 210. num. 1.* Regens Rouitus *in pragmat. 1. nu. 78. vbi de delicto quis debet conueniri*, Giurba *dicto consil. 48. num. 39.* Allegat Marianus pro sua sententia textum *in leg. 1. §. non semper, ff. de appellationibus*, & Decianus ex illo transcribens, qui tamen textus non extat. Tamen Vincentius de Franchis *dicta decision. 505. num. 14. & 16.* & Scaccia *dicto cap. 12. num. 75.* dubitans de hac sententia, & in contrariam inclinant quam intrepidè tuetur Azeuedus *in dicta lege 10. numer. 61.* & Barbosa *in dicta leg. si quis postea quam, 7. numer. 51. & ibidem numer. 43.* statuit pro regula, nullum actum ante citationem inducere præuentionem; pro qua refert Baldum, Iasonem, Afflictum, Decianum, Mascardum, qui tamen non ita clarè regulam istam statuunt. Ego tamen eam verissimam existimo, eamque expressè tradit Antonius de Butrio *in dicto cap. proposuisti, numer. 6.* & latè probat Imola *in capit. licet vndique, ex num. 7. de offic. delegat.* Farinacius *consil. 214. num. 4. lib. 3.* referens decisionem Rotæ, & alios Doctores *in l. libertus aduersus, 15. per textum ibi, ff. de in ius vocand.*

879 Quartò, per citationem verbalem legitimam, dicitur facta præuentio; probatur ex textu *in lege cum quadam, 19. in principio, ff. de iurisdiction. omn. iudic. l. si quis postea, 7. lege vbi acceptum, 30. ff. de iudicijs, cap. proposuisti, de foro competent.* & his locis traditis à Doctoribus, *& ex l. 12. titulo 7. part. 3.* & ibi Gregorio *glossa prima*. Docet Marianus *in dicto cap. proposuisti, num. 17. & sequentibus*, Decianus *dicto cap. 12. num. 3.* Farinacius *dicta quæst. 7. num. 56.* Scaccia *dicto cap. 12. ex num. 58.* Azeuedus *in d. l. 10. num. 50.*

nu.50.tit.13.lib.8.recopilation. Afflictis *decision.219.nu.3.* Mascardus *de probationibus, dicto conclus. 1233. præuentio, num.6. volum.2.* Tuscus *liter. P. conclus. 246. num. 1.8.9. & sequentibus,* Marta *de iurisdictione, par.2.cap.3. ex numer.1.* Franchis *dicta decision. 505. n.15.* Riccius *collectan.* 1148. Mastrillus *decision.* 210. *num.*1. Cabedus *decision.* 142. *nu.* 1.4. *& 6. 1. par.* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, quæst. 81. num. 2.6. & sequentib.* Giurba *consil.* 48. *num.* 38. Capiblancus *in dicta pragmatic. 8. par. 2. numer. 212. de Baronibus,* Barbosa *in dicto l. si quis postea, 7. ex num. 22. vbi ex numer.* 24. rationem reddit, quoniam post citationem lis dicitur pendere, & citatio est fundamentum iurisdictionis contentiosæ. Dixi, *per citationem*, quoniam mandatum de in ius vocando, seu decretum de citatione facienda, nisi citatio sit exequutioni mandata, & deuenerit in notitiam citati, seu in ius vocati, & ille actu sit in ius vocatus mandato Iudicis, non inducit præuentionem quoad effectum prælationis iurisdictionis, sed solùm quoad effectum perpetuitatis eiusdem, qui diuersus est, tametsi similis, vt optimè explicat, vbi supra Marianus *numer.* 19. notant Decianus *numer.* 7. Scaccia *numer.* 58. Farinacius *num.*60. Barbosa *numer.* 32. *& sequentibus,* Marta *de iurisdictione, 2. par. d. cap. 3. ex num.* 14. Pereira *de manu regia, 2. par. cap. 57. num. 9.* docet Iaso *in l. more, 5. num. 56. & 57. ff. de iurisdict. omn. iudic.* & probat textus *in cap. gratum, 20. & in cap. licet vndique 30.* iuncta glossa ibi, *verb. vbi non cœperit, de offic. delegat.* & Glossa *in cap. si à subdelegato, 14. verb. processum. eod. tit. in 6.* Quod tamen ita accipiendum, & limitandum est, vt si per eum, qui in iudicium vocandum esset, data opera fieret, ne citationis notitia ad ipsum deueniret, latitando, & dolo se subtrahendo, nihilominùs ex decreta citatione, adhibita interim diligentia per eum, cuius interest, ad quærendum reum, & illi notificandum citationis decretum, censebitur inducta præuentio; quod probat textus *in clement. 2. vt lite pendente,* vbi notat Glossa, *verb. factum, & verb. perueniret.* Qua ratione motum Sact. consilium me interueniente die 15. Martij 1628. denegauit remissionem ad Curiam artis serici, cuidam reo, qui post decretam citationem latitando distulerat, ne ad eius cognitionem perueniret, & interim se describi fecerat in matricula eorum, qui gaudent priuilegio fori prædictæ Curiæ. Dixi, *legitimam*; quoniam per citationem illegitimam, non inducitur præuentio, vt notant Archidiaconus *in c. non ita, numer. 1. 2. quæstion. 6.* Marianus *vbi supra, numer.* 20. Farinacius *num.*61. Decianus *num.*4. Azeuedus *num.* 41. & 45. 50. & 51. Scaccia *numer.* 60. & 65. Gregorius Lopez *dicta glossa prima*, Octauianus Vestrius *in practica Romana, lib. 3. cap. 11. num.* 2. & ad eum Grauarius *num. 5. litera B.* Cabedus *decis. 142. num. 5. prima parte,* Romanus *consil. 412. nu. 5.* Bossius *titulo de foro competenti, numer.* 105. & Barbosa *in d. l. si quis postea, ex num.* 60. vbi numeris sequentibus explicat qualitates legitimæ citationis, & ibidem iterum *ex numer.* 74. Giurba *consil.* 48. *ex num.* 35. Idque probatur, tùm ex textu *in dicto cap. proposuisti, 19. ibi, à te legitimè citatus,* tùm ex eo, quod actu nullo, nullus effectus sequitur, nihilque oritur, *leg. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. leg. non putauit, §. non quæuis, ff. de bonor. possess. contra tabul. l. non dubium, C. de legibus, leg. si aut nullum, C. de legitim. hæredib. cap. illud, de iurepatronat. cap. non præstat, de regul. iur. in sexto,* & in specie citatio nulla nullum effectum operatur, Afflictis *decis. 366. num. 15. & 16.* Antonius Gabriel *lib. 2. commun. tit. de citationib. conclus. 3.*

880 Non est autem necessarium citationem, ex qua

... *Thomæ Carlenalij de Iudicijs*

præuentio nascitur, esse trinam, aut peremptoriam, sed sat est esse vnicam, vt docet Glossa *in clement. 1. verb. citationes, de iudicijs, ex textu d. cap. proposuisti,* Archidiaconus *in d. cap. non ita num. 1. 2. q. 6.* Angelus *in d. l. si quis postea, 7. num. 5. ff. de iudicijs,* & post Ioannem Andream, Butrium, & Panormitanum, notat Marianus *in d. cap. proposuisti, num.* 18. Decianus *dicto cap. 21. num.* 5. Scaccia *dicto cap. 12. n. 64.* & Azeuedus *in d. l. 10. num. 62.*

881 Quintò, per citationem realem, seu capturam personæ inducitur etiam præuẽtio, idq; maiori cum ratione, nam (vt vulgo dicitur) fortior est actus facti, quam verbi, *cap. dilecti, 52. de appellationibus, leg. de quibus, in fine, ff. de legibus.* Ac per consequens, si per citationem verbo tenùs factam fit præuentio, vt numero antecedenti dictum est, multò magis fiet per citationem realem, seu facti: imò verò per citationem verbalem dicitur præuenta causa, per realem verò persona, vt docet Ioan. Andreas *in cap. 1. numer. 20. de obligat. ad ratiocin. non ordinan.* quem sequitur Angelus *in d. lege si quis postea, num. 4. in fine, vers. fallit, ff. de iudicijs,* Hanc quintam assertionem tradunt Baldus *in Authent. sed nouo iure, num. 12. C. de seruis fugitiuis,* Ias. *in l. si domus, 74. §. in pecunia, num. 7. ff. de legat. 1.* Marianus *in d. cap. proposuisti, num.* 21. Mascardus *de probationibus, d. conclus. 1233. præuentio, num.* 8. Decianus *dicto cap. 21. numer.* 8. Scaccia *libr. 1. de iudicijs, dicto cap. 12. num.* 61. Farinacius *dicta quæst. 7. num.* 53. Azeuedus *in d. l. 10. nu. 7. & 92. tit. 13. lib. 8. recopilat.* Barbosa *in d. l. si quis postea, ex num. 66.*

882 Hanc autem resolutionem, eo casu limitandam esse credunt multi, quo quicunque priuatus propria auctoritate aliquem caperet, quod multis casibus iure facere potest, veluti repertum in flagranti crimine, & in casu, *l. 1. C. de raptu virgin. & in l. si quis in seruitute, ff. de furt.* per has enim capturas propria auctoritate factas, non dicetur facta præuentio. Ex istis sunt Butrius *in cap. 1. num.* 22. Panormitanus *num. 33. de iudicijs,* Decianus *dicto cap. 21. nu.* 18. Azeuedus *in d. l. 10. num. 67. & 68.*

883 Quæ nam verò ex istis præuentionibus sit efficacior, & præferenda, an facta per citationem verbalem, an per realem, dubitationem habet. In qua existimo distinguẽdos tres casus. Primus est, cum citatio realis facta est prius ab vno Iudice, quàm ab altero fiat verbalis. Quo casu proculdubio, & absq; controuersia, citatio realis præferenda est, censendaque efficacior, & maioris momenti. Secundus casus est, cum vno eodemque tempore, vtraque citatio facta est à duobus diuersis Iudicibus, vno citante verbaliter, altero realiter capiente. Et in hoc casu similiter præferenda est citatio realis verbali, indexque citans realiter, citanti verbaliter, quemadmodum sentiunt Marianus *in d. cap. proposuisti, nu. 21. vers. septimò quæro; & num.* 22. Follerius *in practica criminali, rubrica audiantur excusatores, nu.* 159. Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. q. 38. nu.* 28. Decianus *tractat. crimin. libr. 4. dicto cap. 21. n. 9. in fine,* Farinacius *in praxi d. q. 7. nu. 53. vers. limita primò,* Scac. *de iud. lib. 1. c. 12. n.* 61. Eodemq; pertinet, cum sumus in dubio, quæ nam citatio prior facta sit: nam realis erit præferenda, idque ob eam rationem, quod efficaciùs operetur factum, quàm verbum, vt tetigimus numer. 881. antecedenti.

884 Tertius tandem casus est, cum citatio verbalis præcedit citationẽ realem, qui est magis dubius. In quo prima sententia asserit, præuentionem per citationem realem, tametsi posteriorem præualere, & efficaciorem esse præuentione ex citatione verbali anteriori, illique præferendam. Ita sentiunt Angelus Aretinus *de maleficijs,*

verb. Iudex commisit, num. 14. quem sequitur Alexander ad Bartolum in l. sepulchri, 6. numer. 3. ad verbum, secundo est videndum, ff. de sepulchro violat. Guido Papæ dec. 202. num. 4. Follerius in practic. crimin. rubrica, audiantur excusatores, num. 76. & nu. 151. in fine, Cæpolla de seruitut. rusticorum prædiorum cap. 26. de mari, aliàs cap. 108. num. 24. Hieronymus de Monte de finib. regend. cap. 25. numer. 13. Grammaticus dec. 30. num. 6. & in cons. crimin. 28. num. 12. Bossius tit. de foro competenti, nu. 97. & seqq. Grauatius ad practicam Romanam Octauiani Vestrij, lib. 3. cap. 11. num. 5. Medices in tract. de septem opusculis, opuscul. 5. numer. 34. circa finem, tom. 2. Mascardus dicta conclus. 1233. numer. 8. Antonius de Mattheis tract. de prorogatione iurisdictionis, num. 33. vers. quæritur, Igneus qui latè disputat in l. fideicommissum, 26. ex num. 226. & proprie 246. ff. ad syllanianum, Tepatus in compendio variarum, tit. 134. cap. 5. versic. finali, Azeuedus in d. l. 10. num. 8. & 92. tit. 13. lib. 8. recop. Mastrillus dec. 210. num. 8. Bouadilla libr. 2. politic. cap. 17. num. 164. Ceuallos in speculo, practicar. q. 678. n. 24. Card. Tuscus lit. P. conclus. 646. num. 7. & conclus. 647. numer. 1. Marta voto 235. num. 7. Cancer variarum resolutionum, 2. par. cap. 2. num. 208. Franchis dec. 505. ex num. 14. tametsi ibidem nu. 4. & 5. videatur inclinare in contrariam sententiam, Farinacius in praxi, d. q. 7. num. 53. qui dicit hanc sententiam communem, & veram, Capiblancus in pragmat. 8. p. 2. num. 214. de Baronibus, vbi ait hanc sententiam in praxi magis receptam, Ripol variarum resolutionum, cap. 8. n. 136. quam ante omnes videatur docuisse Baldus cons. 124. quidam cagnus, vol. 5. Fundamentum est illud idem, quod ante tetigimus, quod ex natura ipsa factum verbo præfertur, & effectus facti validior, & firmior esse debet.

885 Contrariam tamen sententiam, quinimo citationem verbalem præcedentem præferendam esse citationi reali, seu capturæ, Iudicemq; qui prius citauit verbaliter, censendum præuenisse causam, vt præferatur in cognoscendo, & procedendo, etiam illi, qui post carcerauit reum, seu citauit realiter, amplectuntur Marianus Socinus in d. cap. proposuisti, num. 23. de foro compet. vbi refert pro eadem Baldum in Authent. sed nouo iure, num. 12. C. de seruis fugitiuis, minus tamen fideliter, nam Baldus eo loco non profert verba à Socino relata, neque videtur pro hac sententia referri posse. Inclinat tamen in eam Augustinus Ariminensis ad Angelum, de maleficijs, verb. Iudex commisit, num. 15. qui dubitat de contraria Angeli sententia, pro qua dicit se nullum textum reperire. Ei adhæret Decianus tractat. crim. libr. 4. d. c. 21. num. 9. in fine, Scaccia de iudicijs, lib. 1. cap. 12. num. 63. Barbosa in l. si quis postea quàm, 7. num. 70. cum seqq. ff. de iudicijs, Marta de iurisdictione, p. 2. cap. 3. num. 19. & 20. Giurba cons. 48. num. 38. 39. & 44. Mastrillus decis. 210. num. 2. Pereira de manu regia 1. par. cap. 16. nu. 14. in fine, & iuxta hanc sententiam decisum in Sac. Consil. refert Galluppus in praxi, par. 2. c. 6. num. 98. Ratione probatur, quoniam vt communis est omnium Doctorum sententia, & nos superius n. 879. diximus, præuentio causæ fit per citationem verbalem legitimam. Ergo factæ præuentioni non potest per posteriorem capturam præiudicari, argumento c. factum legitimè, 73. de reg. iur. in 6.

886 Verùm à priori sententia recedendum non est, quæ vt proculdubio est magis communis, & vsu recepta, ita est verior, & in Regno Castellæ approbata, ex textu in l. 10. tit. 13. lib. 8. recopilat. estq; re vera Rebuspublicis vtilior, quo Iudices maiorem adhibeant diligentiam in capiendis delinquentibus, si sciant, se non esse compellendos, vt semel captos ad alios Iudices remittant, quasi oleum, & operam in eorũ captura adhibitam perdituri, sed si reos capiant, neque cognitionem delicti, neq; punitionem illis auferendam.

887 Neque obstat fundamentum contrariæ sententiæ: nam facilè respondetur, oriri quidem præuentionem ex citatione verbali legitima, verùm si post eam reus ab alio Iudice capiatur, vinci à posteriore præuentione ex citatione reali, priorem ex citatione verbali, quæ minus potens, & minus efficax est; ac per consequens prioris præuentionis nullam esse habendam rationem, sed præferendum Iudicem, qui realiter citauit.

888 Limitabis tamen prædictam primam sententiam, vt citatio realis, seù captura posterior citatione verbali, non sit præferenda verbali citationi, quæ causam præuenit, cum fit in fraudem citationis verbalis; videlicèt cum est procurata à reo, & affectata. Veluti si post verbalem citationem ab vno Iudice factam se spontè iudicio sisteret, seù præsentaret coram alio, vel se carcerari fecisset ab eo, vt effugeret iudicium primi Iudicis, cuius integritatem fortè pertimescens, vereretur ne condignis pœnis seuerè afficiatur. Nam captura affectata non iuuat ad præuentionem, quemadmodum nec cætera iuris beneficia affectata prodesse solent, l. & qui data opera, 5. ff. ex quibus causis maiores, cum pluribus congestis à nobis quæstione præcedenti num. 559. & 638. Hanc limitationem tradunt Hippolytus de Marsilijs in leg. extra territorium, vltima, num. 202. & 203. ff. de iurisdict. omn. iudic. Bossius tit. de foro competent. numer. 98. Hieronymo de Monte de finibus regendis, cap. 25. num. 14. Tuscus lit. P. conclus. 646. num. 7. & conclus. 647. nu. 5. & num. 12. & conclus. 649. nu. 3. Cancer variarum resolutionum, 2. par. cap. 2. numer. 209. Scaccia de iudicijs, lib. 1. cap. 12. num. 62. & 63. Farinacius in praxi, dicta q. 7. num. 53. vers. sublimita primò, & nu. 64. Mastrillus d. decis. 210. num. 9. Giurba d. cons. 48. nu. 46. & 47. Regens Rouitus in pragmat. 1. num. 71. & seqq. vbi de delict. quis deb. cognosc. Baiardus ad Clarum lib. 5. §. final. q. 38. num. 84. & 93. Azeuedus in d. l. 10. num. 46. & nu. 72. & 73. tit. 13. libr. 8. recopilat. Barbosa in d. leg. si quis postea quàm, 7. num. 88. ff. de iudicijs, Decianus tract. crim. libr. 4. c. 20. num. 24. Medices tract. de septem opusculis, opuscul. 5. nu. 34. circa finem. Qua in re notabilis esset adnotatio tradita à Carauita ad ritum 269. nu. 16. tunc dici, & censeri carcerationem affectatam, cum facta est à minori Iudice post citationem maioris Iudicis reo intimatam, quem sequitur Farinacius d. n. 64. verùm si hoc vniuersim verũ esset, prima sententia superiùs tradita omninò corrueret, & nunquam ad praxim reduci posset, limitatioq; totam regulam destrueret; quare res temperanda est, & cum cõtigerit casus, ex indicijs, & præsumptionibus alijs dignoscendum est, an sit affectata, non ex eo solùm, quod citationem verbalem subsequatur.

889 Sextò, per confessionem in iudicio criminali censetur facta præuentio, quapropter Iudex, coram quo quis confessus est delictum, potest procedere ad condemnationem confitentis, & præferri debet tãquam præueniẽs, l. si confessus, 5. ff. de custod. reor. cap. 1. de accusationibus, in sexto, tradunt Baldus per textum ibi in l. si domus, 74. §. in pecunia, num. 2. Cumanus nu. 2. Paulus nu. 4. Alexander n. 3. Iaso num. 6. ff. de legat. 1. Barbosa in d. l. si quis postea, num. 81. Mascardus d. concl. 1233. numer. 9. Azeuedus in d. l. 10. nu. 62. & 63.

890 Septimò, citatio personalis inducit præuentionem comparatione citationis factæ domi, cum citationes eodem tempore fiunt; adeò, vt personalis tanquam effi-

efficacior, & maioris virtutis, præferatur citationi factæ in domo, & Iudex, qui citauit personaliter, præuenisse censendus sit Iudicem citantem eodem tempore in domo. Ita sentiunt Marianus Socinus *in dictu cap. proposuisti, nu. 21. in fine*, Decianus *tract. crimin. lib. 4. d. cap. 21. nu. 13.* Farinacius *d. quæst. 7. nu. 63. circa finem*, Scaccia *d. cap. 12. nu. 79.* Azeuedus *in dict. leg. 10. num. 76. & 77.* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdiction. numer. 33. versicul. redeundo si vtraque*, Marta *de iurisdiction. 2. part. cap. 3. nu. 16.*

891 Octauò, Iudex procedens in causa per accusationem ex istantia accusatoris propositam coram eo, post inquisitionem ab altero Iudice formatam, contra reum, & citationem factam, censetur præuenisse causam, & præferendus est Iudici procedēti via inquisitionis, cæteris paribus. Ratio est, quia superueniente accusatione, quæ est remedium ordinarium, cessat remedium inquisitionis, quod censetur extraordinarium, vt rectè docuit Dynus *in cap. factum legitime. 73. num. 7. de regul. iur. in 6.* tractat latè Marianus Socinus *in cap. qualiter, & quando, 24. ex num. 1165. de accusationibus*, resoluit Bossius *tit. de inquisitione, ex num. 16.* cessat enim regulariter remedium extraordinarium, accedente ordinario, *leg. in causa, la secunda, ff. de minorib.* superueniente igitur accusatione, & extincta inquisitione, pariter censebitur extincta præuentio, quę est illius effectus *l. cum principalis, ff. de reg. iur.* Ita sentiunt Antonius de Butrio *in c. qualiter, & quando, 24. num. 13. circa finem*, Marianus Socinus *num. 1169. circa finem, de accusationib.* Decianus *lib. 4. tract. crim. cap. 20. num. 22.* Azeuedus *in d. leg. 10. num. 44.* Giurba *d. cons. 48. num. 43.* Barbosa *in d. l. si quis postea, ex num. 83.* Dixi *cæteris paribus*, quoniam si ex aliqua causa dispar sit Iudicum iurisdictio ex ipsamet sua natura, veluti contingit in Iudice loci originis, vel domicilij, & loci delicti, præuentio quæ inter Iudices accidentalem prælationem inducit, nihil operabitur. Etenim causa naturalis præualet accidentali, *l. qui habet, 3. ff. de tutel.* Menochius *de præsumptionibus, lib. 3. præsumpt. 29. numer. 48. & 64.* Tuscus *litter. C. conclusion. 147. vol. 1.* quamobrem superius sectione præcedente, ex num. 807. dixi, præuentionem etiam per viam accusationis coram Iudice domicilij, aut originis, non operari in præiudicium Iudicis loci delicti, cuius iurisdictio, quod ad hanc rem attinet, præstantior est ex natura sua iuxta legum prestitutum: igitur ista præuentio operabitur inter Iudices pares dumtaxat, vt dixi supra, num. 872. adnotauitque Gail *obseruat. practic. lib. 1. obseruat. 29. nu. 4.* ex Panormitano *in cap. vt debitus, 59. nu. 22. de appellationibus*, & Thesaurus *decis. 90. nu. 6.* qui ait preuentioni l. cum esse inter Iudices in eadem ciuitate existentes, habentes separatam iurisdictionem: consonat Azeuedus *in dicto l. 10. nu. 10.* & Barbosa *in d. l. si quis postea, 7. num. 2.* Giurba *d. cons. 48. nu. 41. & cons. 62. nu. 2.* vt in Hispania inter Iudices ordinarios villarum, quos *Alcaldos* vocant: solent enim esse duo in qualibet villa iurisdictione pares, alter electus ex nobilitate alter ex plebe; atque item inter Iudicem ordinarium, vocatum Correctorem, & Alcaldum, seu Iudicē fraternitatis, in ijs criminibus, quæ ad vtriusque iurisdictionem pertinent, vt dicitur *in dict. l. 10. tit. 13. libr. 8. recopilat.* secus esset si vnus Iudex haberet iurisdictionem priuatiuam, aut priuilegiatam, vt notat idem Giurba, *dicto consilium 48. numer. 31. 36. 37. & 41. & consil. 62. num. 13. & 14.* Grammaticus *decision. 30. num. 11. & 12.* & ad eum Didacus de Mari *ad nu. 12.* Decianus *tract. crimin. libr. 4. dicto cap. 20. num. 23.*

892 Nonò, præuentio inducitur ex præcepto Iudicis, quo iubet reum non recedere à tali loco, quoniam vult venire ad faciendam contra eum visitationem, vel inquisitionem; quoniam hoc præceptū habet vim citationis Federicus de Senis *consil. 145. numer. 3. in fine, vers. sed pone quod corruptè solet allegari, consil. 140.* proponit hunc casum, videtur sentire contra hanc assertionem referens se ad Archidiaconum *in cap. si eum, de præbend. in sexto*, verum eam tuetur, Antonius *in d. cap. proposuisti, num. 13.* Panormitanus *num. 11.* Marianus *num. 25.* Felynus *numer. 2. in fine, vers. in quæstione*, Decianus *tractat. crimin. libr. 4. cap. 21. num. 17.* Azeuedus *in dicta lege 10. num. 66.*

893 Decimò, si vnus Iudex prius citat, seù vocat in iudicium reum, alter verò Iudex prius sententiam pronunciat, ex priori citatione censetur præuenta causa, potius quam ex priori sententia. Ita sentit Baldus *in leg. si pluribus, 33. num. 5. in fine*, Imola *num. 4. ff. delegat. 1.* Angelus *de maleficijs, verb. Iudex commisit, nu. 15.* Decianus *dicto cap. 21. numer. 15.* Farinacius *d. quæst. 7. num. 59.* Azeuedus in *d. l. 10. num. 77.*

894 Vndecimò, Iudex, qui præuenit causam citans mandatarium, vel vnum ex multis socijs delinquentibus, censetur eam præuenisse contra mādātem, aut alios omnes delicti socios. Ita sentit Nelus de sancto Geminiano *in tract. bannitorum, 2. par cap. primi temporis, num. 7. tom. 11. tract. 1. part.* quem sequuntur Marianus *d. cap. proposuisti, num. 22. vers. nono quæro, & nu. 23. & nu. 37.* Decianus *d. cap. 21. num. 16. & cap. 22. nu. 4.* Farinacius *d. q. 7. num. 62.* Scaccia *d. cap. 12. nu. 78.* Bossius *tit. de foro compet. nu. 109. & 147.* Azeuedus *in d. l. 10. nu. 64. 65. & 84.* Giurba *consil. 70. num. 14. & 15.* Ratio est, quia mandans, & mandatarius, & omnes socij cuiuslibet criminis, aut sunt rei vnius, & eiusdem delicti, aut saltem, negari non potest, quin eorum negotium sit vnum, & idem, & causa habeat eandem continentiā, vt pluribus probat Bossius *de foro compet. num. 108. & 109. & seqq.* & planè sentit Iulius Clarus *libr. 5. sentent. § fin. q. 36. num. 46.* vbi limitat. Præuentio verò operatur, vt ad illum Iudicem, qui præuenit, sit remittenda causa cum tota sua continentia, & omnibus connexitatibus, vt rectè docuit Baldus *in cap. 1. n. 7. & 8. de cōtrouersia feudi apud pares terminan.* & Marianus *in dicto cap. proposuisti, num. 32.* Antonius Gabriel *lib. 2. communium titul. de iudicijs, conclus. 1. nu. 3.* ne sequatur incommodum illud contra notissimas iuris regulas, vt causæ continentia diuidatur, quod permitti non debet, *l. 1. & 2. ff. de quib reb. ad eundem iud. eatur, l. nulli, C. de iudicijs, cap. 1. de caus. possess. & propriet. cap. 1. de sequestr. possess. & fruct.* Qua ratione vsus est ad hanc rem comprobandam Nellus, & Marianus, vbi supra quò conferunt, quæ ego dixi superiùs hac eadem quæstione, ex nu. 732. Dùm tamen intelligas, quoties dicimus ratione præuentionis vnum Iudicem alteri præferri, loqui me de Iudicibus iurisdictione paribus, & quorum vnus alteri aliqua iuris prærogatiua non antecellat, vt est illa, qua dixi nu. 783. Iudicem loci delicti cæteris prestare. An verò intentato coram vno Iudice remedio, *l. diffamari, C. de ingenu. & manumiss.* censeatur facta præuentio, etiam in actione principali, vt debeat coram eodem Iudice in iudicium deduci, & non possit apud alium de principali agi; vide eundem Marianum *in d. cap. proposuisti, num. 26.* Decianum *d. cap. 20. num. 13.* Barbosam *in d. l. si quis postea, quam ex nu. 90. & proprie nu. 94. ff. de iudicijs.*

895 Duodecimò, cum duo Iudices procedunt criminaliter contra eundem reum, & qui præuenit procedit pro

delicto leuiori, vt pro vulnere; secundus autem procedit pro delicto grauiori, vt pro homicidio, aut primus procedit pro vulnere simpliciter, secundus pro vulnere cum animo deliberato, quæ qualitas delictum auget, redditq; grauius, secundus Iudex, & eius processus non potest impediri à primo Iudice prætextu præuentionis. Ita sentiunt Bossius *tit. de foro competent. num.* 102. & ad eum Mandosius Scaccia *de iudicijs, lib.* 1. *d. cap.* 12. *num.* 77. Farinacius *d. q.* 7. *nu.* 65. Ratio est, quia cum vna causa est maior altera, tunc non est locus præuentioni: qualitas enim causæ præponderat prioritati temporis, vt notant Doctores per textum ibi *in capit. cum parati,* 19. *de appellationib.* vbi Decius *nu.* 25. *& seqq. & propriè nu.* 33. Oldradus *cons.* 234. *factum tale est, nu.* 4. & probatur ex textu *in l.* 2. *§. si simul, cum l. nisi, sequenti, ff. ad l. Iul. de adulter. & in l. contra pupillum,* 54. *§. is qui ad maius, ff. de re iudic.* faciunt quæ tradit Bartolus *in l.* 2. *§. qui exhibendi, ex nu.* 1. *præsertim nu.* 4. *&* 5. *ff. de custod. reor.* Prioritas autem temporis, seu præuentio solùm habet locum inter pares, vt dixi supra num. 872. & num. 891.

896 Decimo tertiò, data paritate temporis inter duos Iudices citantes, quis præualere debeat, & præferri in cognitione causæ, vide Farinacium *d. q.* 7. *nu.* 63. *vers. & in proposito,* qui post Decianum resoluit, & distinguit quatuor casus, & Azeuedum *in d. l.* 10. *ex num.* 73. & Antonius de Matthcis *tract. de prorogatione iurisdictionis, num.* 33. *vers. quæritur iuxta prædicta.*

897 Decimo quartò, an obligatio guarentigia, seu obligatio pœnes acta, quæ obtinet aucturitatem rei iudicatę quoàd id, quod possit contra reum exequutioni mandari, inducat pręuentionem, & eius effectus; inferiùs commodiore loco tractabimus ex num. 910.

898 Reliqua est quarta, & vltima difficultas, qui nam sint effectus pręuentionis? Et dicendum est primum effectum esse, vt per præuentionem perpetuetur iurisdictio delegati, quoniam res desinit esse integra. De quo effectu agunt Doctores *in cap. relatum,* 19. *in capit. gratum,* 20. *& in cap. licet vndique,* 30. *de offic. delegat.* Archidiaconus *in cap. non ita,* 2. *q.* 6. *ex nu.* 1. Imola *in d. cap. licet vndique, ex nu.* 7. Legistæ *in l. & quia,* 6. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* ita tradit Marianus *in d. cap. proposuisti, num.* 15. *&* 19. De hoc tamen effectu modo non agimus.

899 Secundos effectus præuentionis est, consolidare omnem iurisdictionem, quã parem, & insolidum habent plures Iudices competentes, eamq; appropriare preuenienti, vt deinceps ipse solum possit de causa cognoscere, & sit præferendus in cognitione, & processu causæ, cæteris omnibus Iudicibus competentibus, & alij non debeant, neque possint, quasi per pręuentionem habentes manus ligatas, se amplius in ea causa ingerere, sed processus pręuenientis faciat silere processus pręuentorum. Id probat textus *in leg. cum quædam,* 19. *in principio, ff. de iurisdict. omn. iudic. l. si quis postea,* 7. *ff. de iudicijs cap. proposuisti,* 19. *de foro compet.* Ita sentiunt Marianus *in d. cap. proposuisti, num.* 27. Hippolytus de Marsilijs *in repet. l. extra territorium, fin. num.* 201. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 1. Scaccia *de iudicijs, lib.* 1. *d. cap.* 12. *num.* 57. *&* 66. Bossius *tit. de foro competent. nu.* 79. Gail *obseruation. practicar. lib.* 1. *obseruat.* 29. *nu.* 6. Farinacius *d. q.* 7. *nu.* 52. Azeuedus *in d. l.* 10. *n.* 80. *& seqq. & nu.* 92. *tit.* 13. *lib.* 8. *recopilat.* Marta *de iurisdictione, par.* 2. *cap.* 2. *ex numer.* 4. Iste autem effectus ex eo prouenit, quoniam si pręuentio non obesset, quominus pręuentus Iudex in causa procederet, vnus reus posset coram diuersis Iudicibus ob vnam, & eandem causam vexari, molestiaq; & sumptibus affici, & sępiùs de eodem delicto quęri, quorum neutrum debet permitti, *l. licet, §. final. ff. nautæ, caupones, & stabularij, l. sepulchri,* 6. *ff. de sepulchro violat. l. qui de crimine,* 9. *in principio,* vbi Glossa prima, & vltima, *C. de accusationibus,* *l.* 12. *tit.* 1. *par.* 7. & ibi Glossa prima, notant Bossius *tit. de for. competenti, numer.* 108. Scaccia *d. cap.* 12. *n.* 57. *in fine,* Farinacius *d. quæst.* 7. *nu.* 52. Secundò item, diuideretur continentia causæ contra regulam textus *in l.* 1. *&* 2. *ff. de quibus rebus ad eund. iudic. eatur, leg. nulli, C. de iudicijs, cap.* 1. *de causa possess. & proprietat. cap.* 1. *de sequestrat. possess. & fruct.* & notata ab eodem Scaccia *libr.* 1. *de iudicijs, cap.* 11. *num.* 24. Mattheo de Afflictis *decisio.* 354. & ibi Vrsillo, & cæteris Addentibus, Capycio *decis.* 122. *& decis.* 173. Franchis *decis.* 426. *& decis.* 582. Peguera *decis.* 224. Gail *obseruation. practicar. lib.* 1. *obseruat.* 32. Menochio *de arbitrarijs, lib.* 2. *centur.* 4. *casu* 371. Tertiò tandem, iudicium non haberet finem, vbi sumpsit initium, contra regulam, *l. vbi acceptum,* 30. *ff. de iudicijs,* & ibi tradita à Doctoribus, Gunba *decision.* 23. *num.* 1. præterquam, quod regulare est, vt is qui præuenit in quacunque pari causa pręferatur, *l. neganda,* 19. *C. qui accusare non possunt,* vbi notat Baldus *numer.* 1. Franchis *decision.* 147. *numer.* 5. Decianus *dicto cap.* 20. *num.* 3. adeò vt Cynus *in l. per agrum,* 11. *nu.* 4. Baldus *num.* 2. Salycetus *num.* 2. Menesius *num.* 24. *C. de seruitut. & aqua* Tiraquell. *de iure primogenitorum, quæstion.* 17. *opinion.* 1. *num.* 21. ex ea regula credant decidendam contentionem inter duo plaustra, vel salmas sibi obuiantia in tàm angustia via, vt simul transire non possint; & præoccupantis credunt esse meliorem conditionem, vt præuentus retrocedere debeat, & præuenienti locum dare. Cuius decisionis meminerunt Decianus *d. numer.* 3. & Azeuedus *in d. l.* 10. *num.* 16. *tit.* 13. *lib.* 8. *recopilat.* qui prędictam regulam exornant, & confirmant, relatis legibus eam comprobantibus.

900 Limitabis tamen primò hunc secundum effectum, vt tunc locum habeat, cum litigans opponit exceptionem præuentionis, secus si non opponeret: nam tunc processus vtriusque Iudicis valeret, & sustineretur. Hanc limitationem tradit Innocentius *in capit. cum M. Ferrariensis,* 9. *num.* 10. quem sequuntur omnes teste Felyno *ibidem num.* 25. *de constitut.* Marianus in *d. cap. proposuisti, num.* 31. Decius *in cap. ex tenore, num.* 35. *de rescriptis* Bossius *tit. de foro competenti, num.* 81. Antonius Gabriel *lib.* 2. *communium, titul. de iudicijs, conclus.* 1. *num.* 20. Afflictis *decis.* 354. *num.* 2. Mascardus *d. conclus.* 133. *nu.* 13. Scaccia *lib.* 1. *de iudicijs d. cap.* 12. *numer.* 67. Farinacius *d. q.* 7. *num.* 54. Decianus *d. cap.* 22. *num.* 9. *&* 10. Azeuedus *in d. l.* 10. *num.* 66. 67. *&* 68. Barbosa *in d. l. si quis postea quàm, ex num.* 82. *ff. de iudicijs,* qui referunt antiquiores. An verò possit quis inquiri, damnari, & puniri sæpiùs pro eodem delicto à diuersis Iudicibus, quoniam id ad nostrum institutum non pertinet, vide *l.* 12. *titul.* 1. *par.* 7. & ibi Gregorium Couarruuiam *lib.* 2. *variarum, cap.* 10. Antonium Gomez *tomo* 3. *variarum, cap.* 1. *ex num.* 26. *& ex nu.* 38. Bossium *tit. de foro competenti, ex num.* 83. Decianum *tract. crimin. lib.* 3. *capit.* 30. Scacciam *de iudicijs, libr.* 1. *dicto cap.* 12. *ex num.* 81. Iulium Clarum *libr.* 5. *sentent. §. final. quæst.* 57. & ibi Addentes Farinacius *d. quæstion.* 7. *numer.* 26.

901 Limita secundò prædictum secundum effectum vt exceptione pręuentionis non possit se iuuare coram Iudice præuento, qui fuerit contumax apud Iudicem præuenientem. Hanc limitationem tradit Marianus *in d. cap. proposuisti, num.* 31. Felynus *num.* 2. Bossius *tit. de foro competenti,*

petenti, nu. 82. Scaccia d. cap. 12. num. 68. Farinacius d. q. 7. nu. 55. qui copiosè allegat. Barbosa in d. lege si quis postea quàm, 7. ex nu. 182. ff. de iudicijs. Et hæc est vna ex limitationibus regulæ, l. vbi acceptum, 30. ff. de iudicijs, quam tradit Felinus in cap. cum M. Ferrariensis, nu. 25. vers. quartum adde, de constitut. & in cap. ex tenore, 16. num. 15. & 16. Decius num. 34. de rescriptis, & multis relatis, Antonius Gabriel libr. 2. communium, tit. de iudicijs, conclus. 1. nu. 21. Carauita rit. 205. num. 2. & 11. Franchis decis. 417. num. 1. & decis. 551. nu. 7. & Farinacius cons. 214. num. 8. lib. 3. Istius autem limitationis duas rationes reddit Bartolus in leg. sepulchri, 6. numer. 2. ff. de sepulcr. viol. Prima est, quoniam non potest quis se iuuare instantia, & iudicio cæpto coram ipso Iudice, apud quem est contumax, nisi suam contumaciam purgauerit, & expensas refecerit, lege sancimus, C. de iudicijs. Ergo multo minus poterit vti beneficio illius instantiæ coram alio Iudice. Secunda, quoniam alioqui esset in potestate litigantis eludere ambos Iudices, præuenientem, & præuentum: præuentum, quia apud eum conueniri non posset allegata, & obstante exceptione præuentionis: præuenientem vero quoniam apud eum se non sisteret, sed in sua contumacia perseuerans condemnationem vitaret, pœnamque effugeret, quod permitti non debet, argumento leg. ne in potestate, 26. ff. de recept. arbitr.

902 Sublimita tamen hanc limitationem secundam non procedere, si contumax se sistat coram Iudice præueniente purgata contumacia, & refectis expensis: nam ex inde poterit allegare exceptionem præuentionis, & ea se iuuare, cessantibus rationibus prædictæ limitationis. Ita sentiunt Felynus in d. cap. ex tenore, 16. numer. 16. Decius num. 34. & Angelus in §. quamuis, 10. num. 1. ff. de damn. infect. Paulus in l. hoc amplius, 9. §. celsus rectè, numer. 8. Alexander ibi num. 9. ff. eodem titulo, & in l. si quis postea, num. 7. vbi Barbosa ex nu. 186. ff. de iudicijs, Grammaticus dec. 26. num. 10. Antonius Gabriel tit. de iudicijs, d. concl. 1. nu. 24. Scaccia d. c. 12. num. 69. Farinacius d. q. 7. nu. 55. vers. sublimita, Carauita ad ritum 205. num. 2.

903 Limita tertiò principaliter prædictum secundum effectum in crimine hæresis, in quo non obstante præuentionis exceptione potest procedi à diuersis Iudicibus speciali fidei fauore, & Religionis, c. vt officium, 11. c. per hoc, 17. de hæreticis in sexto, notat Marianus in d. c. proposuisti, num. 29. de foro competenti, Felynus in d. c. ex tenore, 16. num. 18. in fine, versic. fallit octauò, & in d. cap. cum M. num. 25. in fine, Angelus in dict. l. si quis postea, 7. num. 3. Paulus num. 7. ff. de iudicijs, Antonius Gabriel d. conclus. 1. num. 19. Decianus lib. 4. d. cap. 20. num. 26. Azeuedus in d. l. 10. num. 49. Directorium inquisitorum 3. par. q. 46. & ad eum locum Pegna, Simaneas de catholicis institutionibus, tit. 34. num. 25. Ludouicus Carerius in tract. de hæreticis, num. 69. & 70. Roxas de hæreticis, 2. p. num. 431. & 432. tom. 11. tract. p. 2. Quam tamen limitationem sublimitandam credit Aretinus in l. si pluribus, 33. in fine, ff. de legat. 1. vbi vide.

904 Cæteræ limitationes prædicti secundi effectus, quæ eædem sunt limitationes, l. vbi acceptum, 30. ff. de iudic. petendæ sunt à Doctoribus apud eandem legem, & à Felino in d. cap. cum M. Ferrariensis, 9. num. 10. de constitut. & in cap. ex tenore, 16. ex num. 15. Decio ibi ex num. 34. de rescriptis, eodem Felyno in d. cap. proposuisti, num. 2. de foro competẽti, Antonio Gabriele lib. 2. communium, tit. de iudicijs, conclus. 1. Cotsero in singularibus, singular. 144. verb. iudicium.

905 Quod si Iudex proueniens inhibeat Iudicem præuentum, eumq; requirat, vt in causâ vlterius non procedat, sed remittat processum, illeq; inhibitorialibus literis obsequi nolit, sed vlterius prosequatur, inhibitionem contemnens, ad superiorem recurrendum est, vtendumq; iisdem illis remedijs, quibus dixi supra quæst. 1. ex num. 38. esse locum, si quis Iudex literas hortatorias, seù requisitorias à Iudice competente, & legitimo missas, noluerit exequutioni mandare. Quibus addes, quæ in hoc casu agenda notat Scaccia d. c. 12. ex num. 71.

906 Tertius effectus præuentionis ortus ex secundo prædicto est, vt facta præuentione per citationem legitimã, non possit deinceps, neque actor, neque reus, altero inuito forum mutare quòad litem cæptam, & præuentam, sed eam coram præueniente Iudice prosequi teneantur, & finire, vtpotè eadem instantia perseuerante, siuè aduenìat nouus forus de iure communi, siuè ex nouo superueniente priuilegio. Ita probat textus in leg. cum quædam, 19. in principio, ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. si quis postea, 7. l. vbi acceptum, 30. ff. de iudicijs, cap. proposuisti, 19. de foro compet. in quibus locis notant omnes Doctores, singulariter, & latissimè Marianus in d. cap. proposuisti, num. 36. & 38. & ex num. 45. Decianus lib. 4. d. cap. 22. nu. 3. & 5. Barbosa in d. l. si quis postea, ex num. 110. Valascus consultat. 57. Surdus dec. 110. qui optimis rationibus probat, Cancer variar. resolut. 2. par. cap. 2. num. 225. Caualcanus dec. 10. num. 32. lib. 5. Tuscus liter. P. concl. 646. nu. 1. Ceuallos de cognitione per viam violentiæ, 2. par. q. 37. n. 4. & 5. Matta de iurisdictione, p. 2. c. 2. ex num. 14. Marcellus Cala de modo articulandi, §. 1. gl. 1. nu. 63. Giurba dec. 23. nu. 1. 2. & 3. & cons. 15. nu. 38. & cons. 48. nu. 41. cons. 70. num. 11. Grassis de effectibus clericatus, primo effectu, lim. 65. nu. 1239. cum seqq.

907 Hinc oritur, vt Clerici, aut Religiosi effecti post præuentam causam à sæculari Iudice, coram eodem debeat prosequi iudicium, vt dixi supra quæst. 6. ex num. 445. & propè num. 448. Item vt miles factus post causam præuentam quòad litem cæptam non gaudeat priuilegio fori, vt dixi eadem quæst. 6. n. 473. cum seqq. quod idem scholari facto post citationem sentiendum esse significauimus nu. 448. Item vt miserabilis, qui post cæptum iudicium coram Iudice priuilegiato desijt esse miserabilis cessante miserationis causa, veluti obtento Gigis anullo, seù virgula diuina, & Deo vndecunq; iuuante, nihilominus iudicium coram eodem Iudice sit prosequuturus, vt latè diximus supra, ex n. 618. Item vt qui post litem cæptam cæpit esse miserabilis ad Charontis ianuam insperato deductus, & à sinistro genio in malum tragicum deiectus litem non possit trahere ad priuilegiatum forũ, neq; eo gaudere, vt dixi, multisq; probaui, & declaraui, ex nu. 635. Item vt qui Neapolitanam ciuitatem adquisiuit post litem cæptam priuilegio fori Neapolitanorum gaudere non debeat, vt dixi supra n. 686.

908 Amplia primo prędictum tertium effectũ, vt si facta præuentione reali quis mutet statum factus Clericus, vel Religiosus, non solum non debeat gaudere noui fori superuenientis priuilegio quòad causam criminalem præuentam, & quoad bona, sed neq; quoad personam; atque ita nullo modo quoad causam præuentam, possit forũ, & Iudicem mutare. Ita fit, vt si quis post capturam ob delictum in carceribus fiat Clericus, aut Religiosus, non solum non possit opposita fori declinatoria euadere iudicium sæcularis Iudicis, à quo fuit carceratus, & condemnationem quòad bona, sed neque quòad personam, cuius districtio, & pœnæ corporalis inflictio pertinebit quoque ad sæcularem, qui præuenit per citationem

realem, non solùm causam, sed personam. Ita sentit Io. Andreas *in cap.1.num.20.de obligat. ad ratiocin. non ordinand.* quem sequuntur Cardin. Zabarella *ibi num.2. vers. nonò quæro, circa finem*, Antonius de Butrio *num.12.* Panormitanus *num.5. post medium*, Imola *nu 6.* Ancharanus *num.2. circa finem, vers. sexta est opinio, & in c.ea quæ, 26. num.19.q.13. vers. primo casu, de reg. iur. in sexto*, Cappella Tholosana *decis.347.* Federicus de Senis *consil. seu quæst. 97. quoniam, num.5. vers. item quæro numquid sit verum.* Marianus Socinus *in d.c. propofuisti, num.53. in fine*, Bartolus *in l.1. num.3. in fine, ff. de pœnis*, Baldus *in l. officiales, 4. num.3. C. de Episc. & cler.* Angelus *in l. si quis postea, 7. num.4. in fin.* Barbosa *num.243. ff. de iudicijs*, Chassenæus *in consuetudines Burgundiæ, rubr.1. §.5. verb. s'il n'grace, num.67.* Belluga *in speculo, rubr.11. §. videndum, num.21.* Antonius de Mattheis *tract. de prorogatione iurisdictionis, nu.57. vers. vnde Clericus*, Decianus *tract. crim. libr.4. cap.9. ex num.137.* Caballus *resolut. crim. casu 108. num.2.* Franchis *dec.209. num.3.* vbi dicit omnes sequi hanc opinionem, *& dec.384. num.14.* Fabius de Anna *cons.139. dum in illam quæstionem, aliàs refertur 140. num.8. & 10. libr.2.* Cancer *variarum resolutionum p.2. c.2. num.136. & 137.* Albericus *in l. cum ratio, 8. §. ex bonis, num.1. & 2. in fine*, Hippolytus de Marsilijs *sing.534. attende ad vnum, & in l. statuliber, ex numer.5. ff. de quæstionibus*, Follerius *in consil. ascriptitios, numer.7. de Episcop. & cler.* Ex quibus tamen isti tres posteriores non descendunt ad particularem casum illius ampliationis, sed loquuntur in genere de Clericatu, vel Religione in fraudem susceptis, de quo agunt quamplurimi à me relati supra numer. 447. Rationem huius ampliationis reddunt Ioánes Andreas, & cæteris illum sequuti, quoniam fraus sua nemini debet patrocinari, neque debet aperiri via ad eludendam iustitiam, & ius publicum, quod in puniendis delictis versatur, participantibus dolum tàm eo, qui dat, quam qui suscipit ordines, vel habitum Religionis, aut professionem. Et in his terminis nullum inueni contradictorem huius opinionis ex illis Doctoribus, qui præuentioni tribuūt effectum, ne Clericus, aut Reliogiosus omninò eximatur à iurisdictione sæculari, saltem quòad bona ramersi sciam esse quosdam alios, quamuis paucos, qui contrariū sentiat, quos refert Albericus *tract. de statutis, lib.3. q.41. nu.10. in fine*; ex illis verò prioribus, solus, quod viderim, Marta *de iurisdictione, 2. par. cap.2. num.26. & 4. par. casu 121. nu.19.* ab hac sententia recedit. Communis igitur Doctorum resolutio, quam supra num. 448. commemoraui, videlicet eos, qui Clericatum, vel Religionem susceperunt, etiam in fraudem, etiam si maneant subiecti quòad bona, & alligati instantia cæpta ante Clericatus, vel Religionis susceptionem: eximi tamen quòad personas à foro sęculari, & consequi eārum immunitatem quòad districtionem corporalem, referenda est ad alium diuersum casum ab isto; videlicèt cum extra carceres, & ante factam realem præuentionem, vel facta quidem, tamen cessante, & in statu libertatis actualis, ordo Clericatus, & Religio suscipiuntur; non ad istum, de quo modò agimus, vt manifestè constar ex traditis ab Auctoribus huius sententiæ, nempe Ioanne Andrea, Bartolo, Angelo, & alijs; ac per consequens maiorem vim tribuere censendi sunt præuentioni reali, quàm verbali.

909 An verò ista ampliatio subamplianda sit ad eum casum, quo quis relaxatus à carceribus sub fideiussoribus ante tempus, vel casum restitutionis ad carceres, vel fuga ex carceribus arrepta, aut post fugam ante carcerationem bannitus, aut post latam sententiam forisudicationis, cum in fuga esset, (qui sunt similes casus) suscepit ordinem Clericatus, vel ingressus est Religionem monachalem, vel militarem, aut in ea professus est ex facto dubitatum est sæpius in Sacr. Consil. Neapolitano. Et apud Vincentium de Franchis *dec.209.* pro vtraq; parte re disputata, & ibi non decisa; deinceps verò *dec.384.* decisum est, eum debere gaudere priuilegio fori quòad districtionem personæ, & remittendum ad Iudicem Ecclesiasticum: quoniam existimatum est, eo casu solùm esse præuentam causam, non personam. Cuius decisionis meminit Regens Tapia *in constitut. de personis numer.32.* & item tractauit *ex numer.29. libr.1. Iuris Neapolit. rub.3.* Idem iterum decisum est apud eundem Franchis *dec.709.* in casu cuiusdam inquisiti relaxati sub fideiussoribus, post admissi ad Religionem sancti Ioannis Hierosolymitanam, qui remissus est ad Ecclesiasticum. Et cum iterum accidisset idem casus in persona cuiusdam fugitiui, qui post forisudicationem habitum susceperat, & professionem fecerat in eadem religione Hierosolymitana sancti Ioannis anno 1627. iunctis duabus aulis Sacr. Consi. cum adiunctis designatis, è quibus ego fui, cum dubitarū esset, an valida fuisset professio, qui articulus erat spiritualis, decisum est articulum validitatis, vel inualiditatis professionis, remittendum esse ad Sanctissimum, & interim reus, qui captus fuerat, retentus fuit in carceribus Magn. Cur. Vicar. habito pro constanti, potiturum illum priuilegio fori quòad personam, si professio valida foret. Et cum post re Romæ discussa, pronunciata fuisset professio non inualida, audiui eum remissum ad Ecclesiasticum forum, iuxta receptam praxim apud Franchis *d. dec.384.* cuius fr etiam sequuti sunt Cattarius *de executione sentent. cap. bannito e. final. n.308.* Caballus *resoluti on. criminal. casu 108. nu.2.* Mastrillus *decis. 294. ex num.11.* Marta *de iurisdictione, 4. part. casu 121. ex nu.3.* Graffis *de effectibus clericatus 1. effectu nu.1138.* tametsi parumper videatur declinare, Giurba *cons.15. n.34. & 35.* Imò verò idem Franchis *decision.395.* refertā Sacr. Consil. decisum, cum qui laicus cum esset, relegatus est in Insulam ad certum tempus, imposita pęna duplicationis exilij, & pecuniaria, si relegationem violasset, & intra illud tempus suscepisset ordinem Clericatus, & post ab Insula discessisset, captum, & carceratum, compelli a Iudice laico, qui sententiam tulerat, ad soluendam pœnam pecuniariam non posse, neq; ab eodem illi infligi duplicationem relegationis in eadem prima sententia contentam; in quam rem refert Albericum *in leg. meminisse, 10. nu.5. & 6. ff. de offic. Proconsult. & Legat.* qui tractans casum è conuerso, quando Clericus relegatur imposita pęna in casu violationis relegationis, aut ipsi Iudici reseruata, & durante relegatione contracto matrimonio cum vidua amittit fori priuilegium, decernit ob violatum exilium a laico puniendum, non ab Ecclesiastico. Quæ est singularis doctrina, & ad speciem, de qua agitur accomodatissima, cui acquiescunt Fabius de Anna *d. consil.139. dum in illam, ex nu.12.* Valascus *consultation.48.* Marta *de iurisdictione, 4. par. casu 176. ex num.12.* Gratianus *disceptationum forensium, tom.2. cap.226. n.36.* Giurba *cons.15. num.32.* qui alios refert.

910 Illa verò iam hic se se offert prima discutienda difficultas, quam ex nu. 897. supra in hunc locum reseruauimus, nam si quis laicus cum esset, promisit creditori soluere certam quantitatem, vel quid aliud dare, vel facere facta obligatione soleni pęnes acta seu adiecta clausula guarentigia in Prouincia, in qua similes scripturæ habent

bent exequutionem paratam, non secus, ac si essent sententiæ obtinentes auctoritatem rei iudicatæ; post obligationem verò contractam suscepit ordinem Clericatus, aut Monachatus, & priuilegium fori adeptus est, debeat conueniri coram sæculari Iudice pro satisfactione prædictæ obligationis; an verò coram Ecclesiastico? Et eadem difficultas erit è conuerso, si obligatio prædicta contracta esset à Clerico, qui postea nubens amisisset fori priuilegium, an pro illius implemento, & solutione conueniendus sit coram Ecclesiastico, cui tempore obligationis contractæ subijciebatur, an coram sæculari, cui tempore actionis in iudicium deductæ, & ingressus viæ exequutiuæ, subijcitur?

911 Prima sententia, est conueniendum esse reum coram Iudice, cui subijciebatur tempore obligationis contractę. Ita sentit Rota Romana in antiquis decis. 5. obligatus est laicus, de foro comp. aliàs decis. 552. quam sequitur Marianus Socinus in d. cap. proposuisti, num. 54. vers. aduerte, Riccius ad Franchis decis. 656. Cancer variar. resolut. par. 2. cap. 2. num. 226. Fabius de Anna d. cons. 139. dum in illam, num. 2. lib. 2. Ex qua sententia paulatim colligitur ex obligatione guarentigia, vel pœnes acta, non secus induci præuentionem, ac superiùs nu. 879. dictum est, induci ex legitima citatione. Probatur primò, quoniam prædicta obligatio obtinet vim rei iudicatæ, & est instar sententiæ, vt notat Benedictus Barzis tractat. de guarentigia, 2. par. princip. q. 2. Ergo per eam censetur inducta præuentio ex eo tempore, quo est contracta; ac per consequens quemadmodum si tunc lata esset sententia condemnatoria, reus non posset mutans postea forum effugere iudicium, & iurisdictionem Iudicis, cui tunc subijceretur, ita adquisito, vel omisso post prædictam obligationem foro, non poterit eximi à potestate Iudicis, cui tempore contractæ obligationis subditus erat.

912 Secundò quoniam in delictis inspicitur tempus delicti commissi, & status delinquentis eo tempore ad dignoscendum, quis sit futurus legitimus rei Iudex, non ille status, qui ex post facto potest euenire. Quo fit, vt si quis delinquat tempore, quo erat exemptus, quamuis postea priuilegium exemptionis amittat, si tractetur de puniendo delicto, etiam si præuentio facta non sit, deferendus sit apud Iudicem exemptorum, vt tradit Giurba, qui sic decisum refert cons. 15. ex num. 12. & num. 17. vbi copiosè allegat, & præsupponunt multi alij à nobis superiùs relati nu. 618. in fine, Alexander cons. 8. nu. 4. lib. 5. Hippolytus de Marsilijs singular. 480. apud Doctores. Ergo similiter dicendum erit in contractibus, nam quemadmodum ex contractu ad delictum, præsertim quòad forum, valet argumentum, vt notaui supra num. 735. in fine, ita ex delictis ad contractus, vt notat Euerardus in locis legalibus, loco 43. à delictis ad contractus; delicta enim, & contractus in iure paria iudicantur, l. omnem, 20. vbi notant Doctores ff. de iudicijs, confirmatur ex textu in l. 2. C. de iurisdict. omn. iud. qui probat, quòd ad forum inspiciendum esse tempus contractus.

913 Contrariam nihilominùs sententiā, imò reum ex obligatione guarentigia, seù contracta pœnes actas, & habente paratam exequutionem conueniendum esse coram eo Iudice, cui subijcitur tempore exequutionis in iudicio petitæ, vel incusationis obligationis, vel citationis cuiusque, quæ necessaria fuerit in iudicio exequutiuo, non coram eo, cui subijciebatur tempore obligationis contractæ; & quod consequens est, non indici præuentionem ex istiusmodi obligatione, veriorem existimo. Quam tradit Imola in leg. nemo, 58. nu. 9. ff. de legat. 1. Baldus ibi nu. 6. in fine, Ias. in 1. lectur. num. 86. & in 2. lectur. numer. 121. Alexander numer. 31. Cardin. Zabarella in clement. 1. nu. 5. q. 9. de censibus, Arnaldus Albertinus in repetit. cap. quoniam, q. 13. num. 21. de hæreticis, in sexto, Vincentius de Franchis decis. 656. Carolus de Grassis de effectibus clericatus, 1. effect. num. 1251. qui alios alegat Marta de iurisdictione, 4. par. casu 121. ex nu. 1. Giurba obiter cons. 15. nu. 32. Ceuallos de cognitione per viam violentiæ, 2. part. q. 37. num. 3. & 4. Molfessius cons. 19. nu. 17. & 18. inclinat Hyppolytus de Marsilijs in repetit. rubricæ de fideiussorib. ex nu. 132. & Surdus cons. 396. nu. 19 & 20. lib. 3. quem corruptissimè allegat Grassis, faciunt tradita ab eodem Surdo cons. 222. num. 2. li. 2. & eodem Grassis dict. 1. effect. num. 281. Scaccia de iudicijs, lib. 1. cap. 11. num. 23. & Barbosa in l. si quis postea quàm, 7. num. 202. ff. de indic. Mausonio de causis exequutiuis, lib. 1. ampliat. nu. 17. Et probatur primò: nam quod attinet ad vsum & praxim Regni Neapolitani obligatio pœnes acta non potest exequutioni mandari, sine præuia incusatione, vt notat Carauita rit. 128. nu. 2. & 3. Afflictis in constitut. edictorum num. 33. rubr. 96. lib. 1. & decis. 3. num. 1. Franchis decis. 118. num. 8. & 9. in d. decis. 656. nu. 1. neque liquidari instrumentum nisi præuia citatione super tenore instrumenti, vt statuitur in ritu 166. & ibi notat Carauita nu. 10. Franchis d. decis. 118. ex nu. 7. & est practica notissima; neque vigore pacti exequutiui decernuntur literæ exequutoriales in Regno, nisi præuiò mandato de soluendo sub comminatione exequutionia, quod vim citationis habet, l. nec quidquam, 9. §. vbi decretum. ff. de offic. Proconsul. & Legat. vbi notant Doctores Angelus Aretinus in §. curare, num. 18. instit. de actionib. Gail practic. obseruation. lib. 1. obseruat. 19. Maranta in praxi, 6. par. tit. de sententia, numer. 27. Io. Garcia de nobilitate, gloss. 11. §. 1. num. 6. Parladorius libr. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 1. par. §. 1. numer. 22. Quæ praxis tametsi in Regno Neapolitano sit vsitatissima, difficulter potest intelligi, ex qua lege illius Regni originē duxerit, & potius videtur moribus introducta, desumiq; posse ex ijsque notant Afflictis in constitut. Baiulus si furem, nu. 3. rubric. 64. lib. 1. Carauita d. ritu 166. nu. 10. & rit. 167. nu. 32. Follerius in praxi censuali, verb. tanquam res indicatas, num. 60. Franchis d. decis. 118. num. 9. Innominatus in additione ad finem tractatus Franchis Antonij, de liquidationibus instrumentorum; atque item exemplo sententiarum, quæ in rem iudicatam transitum fecerunt, quæ exequutioni mandantur nisi prius expedito mandato de parendo, vt notat Afflictis in constitut. dilationes, numer. 23. & seqq. rubr. 17. lib. 2. Carauita d. rit. 128. num. 7. Imò verò instrumentum guarentigiatum ex sui natura non potest exequitioni mādari nisi præuia citatione, vt ex Baldo in l. ab exequutione, 5. num. 6. C. quor. appell. non recip. notat Barzius de guarentigia, 2. part. q. 3. Marianus Socinus in rubr. de dilationibus, artic. 7. num. 21. & 22. vt ibidem docet procedere in exequutione sententiarum.

914 Quantum verò pertinet ad ius Castellæ tametsi ex l. 2. tit. 21. lib. 4. recopilation. quæ vocatur lex Toleti, instrumenta publica guarentigia habeant paratam exequutionem, & virtute illorum sine vlla citatione, rei expediri possint, & soleant mandata exequutiua super, rebus, & persona debitoris, vt capiantur pignora, & ipsemet debitor si opus sit, tamen in processu viæ exequutiuæ ante pignorum addictionem, sed venditionem reus citari debet, vt obijciat si quas habet exceptiones aduersus exequutionem, iuxta l. 19. tit. 21. lib. 4. recop. & ibi notata ab Azeuedo ex num. 95. Roderico Suarez in l. post rem. ff. de re indic. in declaratione l. Regni, limitat. 12. Auendano in di-

ctiona-

ctionario, verb. Almoneda, vers. item in ista materia aliud, Parladorio *lib. 2. rerum quotidianarum, capit. fin. 5. par. §. 9. ex nu. 1.* Volano *in curia philippica, 2. p. §. 19.* Villadiego *in politica, cap. 2. num. 107.* Quemadmodum attento iure communi, post capta pignora citari solet reus, vt intra certum tempus veniat ad reluendum pignus, & soluendum debitum, vel reddendam rationem cur non debeat vendi, vel dari creditori in solutum; vt docet Glossa *verbi conueniendi, in l. debitores præsentes; 10. C. de pignor. & hyppothec.* Albericus *in l. creditor, 4. Cod. de distract. pign.* per textum ibi. Guido Papę *decis. 329. ex num. 1.* Afflictis *decis. 358. nu. 3. & 4.* & ibi Vrsillus *nu. 5.* Maranta *in praxi par. 6. tit. de exequutione sententiæ, num. 9.* Gratianus *discep. forens. tom. 2. cap. 375. ex nu. 1.*

915 Actus autem isti iudiciales ad viam exequutiuam; eiusq; solemnitatem necessarij, incusationis, & citationis, vt legitimè fiant, debent fieri apud Iudicem competentem, vel à Iudicem competenti, alioqui cum legitimi non fuerint, tota via exequutiua corruet, laborabitq; vitio nullitatis. At si suscepto Clericatu à laico, eius obligatio pęnes acta incusaretur coram Iudice sæculari, incusaretur coram incompetenti, vt rectè expendit Franchis *d. decis. 656. num. 1.* confirmans id ex dictis à se ipso *decis. 395.* vbi laico ad certum tempus relegato, intra quod assumpsisset Clericatum, & post violante exilium, de hac violatione, tanquam de nouo delicto cognoscit Ecclesiasticus non sæcularis, quod nos retulimus supra num. 909. Item si citaretur Clericus reus ad pignora reluenda, vel ad sententiam addictionis, citaretur incompetenter à laico, cui parere non esset adstrictus. Igitur existentibus illegitimis incusatione, & citatione, via exequutiua subsistere non poterit, aut robur firmitatis habere.

916 Secundò, quod caput est, quoniam pręuentio est actus iudicialis: est enim anticipatio vsus iurisdictionis, vt dixi supra num. 869. iurisdictio autem, & eius vsus, iudicialiaque omnia ab illa prouenientia, iuris publici sunt. *l. 1. §. huius studij, ff. de instit. & iur.* vbi notat Glossa *verb. in sacris, in fine,* desumitur ex Duareno, *ad tit. ff. de instit. & iure,* Vbesembecio *in paratitl. eodem titulo; nu. 14. vers. huius studijs,* cui iuri priuatorum pactis, aut contractibus derogari non potest, *l. iurisgentium, 7. §. si paciscar, l. ius publicum, 38. ff. de pactis,* & ad eam obseruat Cuiacius *lib. 2. in Papiniani quæstiones.* At contractus etiam guarentigiati, & obligationes pœnes acta non transcendunt naturam contractuum, qui ad priuatam vtilitatem pertinet, vt notarunt prædicti, neque attingunt aut ascendere possunt ad naturam iudiciorum. Ergo contrahentes sub quibusuis clausulis, & sollemnitatibus inter se contrahendo non possunt efficere, vt censeatur per eorum contractum facta iudicialis præuentio, quò derogetur iurisdictioni legitimæ, à qua se per suum contractum anticipatè exemerint, & inferatur præiudicium iurisdictioni Iudicum, quibus post eos contractus ob euentus futuros sunt subijciendi: idque præsertim dum agitur de iurisdictionibus Ecclesiastica, & sæculari, quæ in radice, & fonte diuersæ sunt, & non procedunt ab vno, & eodem capite immediato, sed à Deo tanquam à primo fonte, à quo omnis potestas ordinata est, *Roman. 13. nu. 2.* per diuersos ductus, & incilia deriuantur, & vna alteri nunquam est censenda derogare, *cap. nouit, 13. de iudicijs:* Non inquam potest efficere laicus per contractum, ne postea, cum Clericus mutato statu fuerit, apud Ecclesiasticum conueniatur; neque Clericus gaudens priuilegio fori, ne cum fori priuilegium amiserit conueniatur apud laicum cum iudiciorum ordo iuris publici sit, & contrahentium voluntati non subditus, cum superioribus præiudicium infertur, vt constat ex dictis supra num. 808. Idemq; dictum puta de cæteris iurisdictionibus, quæ non procedũt ab vno, & eodem capite, vt sunt in diuersis Regibus Regnis, aut Rebuspublicis superiorẽ non recognoscentibus.

917 Tertiò quoniam in contractu isto guarentigio, aut obligatione pœnes acta, alia sunt, quæ pertinent ad substantiam ipsam, & essentiam contractus, alia, quæ pertinent ad exequutionem, & implementum ipsius obligationis, vt desumitur ex textu *in clem. 1. in fin. de præbend. & dignitat.* & ijs, quæ inferius adiungemus disputat. 5. num. 34. Certè clausula guarentigiæ pertinet ad substantiam, & naturale complementum contractus, cum pacta contractui adiecta pars ipsius contractus cẽsenda sint *leg. fundi partem, 79. ff. de contrah. empt. l. si venditor, in fin. ff. de seru. oport. l. si sterilis, §. si tibi fundum, ff. de act. empt.* tradit Alexander *in leg. lecta, 40. ex num. 17.* & latè Ias. *ex num. 24. ff. si cert. petat.* Tuscus *litter. P. conclus. 6.* Federicus Martini *de iure censuum, cap. 6. ex num. 297.* Guttierrez *de gabellis, quæst. 67.* Atque item præsentia Iudicis, seu consensus, in obligatione pœnes acta, pertinet ad solemnitatem, & substantiam dispositionis, & hæc extraiudicialia sunt. Quæ verò ad exequutionem obligationis pertinent, aut extra iudicium à contrahentibus spontè fiunt, quemadmodum si reus sponte solueret, seù promissa impleret, & obligatio non dicetur in iudicium deducta, aut super ea versari lis: (lis enim tunc dicitur incipere, & pendere cum citatio legittima à Iudice fieri ipsa peruenit ad notitiam citati, vt docet text. *in clementin. cum lite, 2.* & ibi Glossa, *verb. ad partem, vt lite pendente,* Guido Papæ *decision. 488.* Menochius *de arbitrarijs, li. 2. casu 201. num. 5. & 8.* Lancellotus *de attentatis, 1. part. in præfatione, num. 25. alias num. 18. cum seqq. & 2. part. cap. 4. in præfatione, ex num. 1. & ex num. 28. tom. 5. tractat.* Couarruuias *in practicis, cap. 15. ex nu. 6.* Parladorius *in sesquicenturia, different. 136. ex num. 3.* Farinacius *in fragmentis criminalibus, liter. C. ex num. 367.*) aut aditur Iudex, quo compellat remitentem ad satisfaciendum obligationi; & tunc obligatio in iudicium deducitur, & quantumuis via iudicialis sit summaria, & exequutiua, quod ad hoc attinet, attamen super obligatione lis versatur, & iudicialiter proceditur ad eius implementum, inuocata Iudicis iurisdictione, & eius vsu. At qui præuentio actus iudicialis est, per citationem factus. Ergo neque inducitur ex obligatione pœnes acta, neque ex clausula guarentigiæ, quæ sunt prorsus extraiudicialia.

918 Neque satisfacies si dixeris, obligationem pœnes acta robur accipere ex calore iudicij, & Iudicis assistentia, & obligationem guarentigiatam ex interuentu Iudicis ad contractus, vel Notario vicem Iudicis habente, & eius loco præceptum guarentigiatum illi inserente, vt latè prosequitur Rodericus Suarez *in l. post rem iudicatam, ff. de re iudicata, in declaratione l. Regni, in euidentialibus, §. sequutus vestigia, ex nu. 1.* Non inquam satisfacies, nam quidquid sit obligatio pœnes acta, totum enim est vmbratilis, & fictus magis quam verus iurisdictionis vsus, & re ipsa solùm tractatus certa solemnitate, & pactis vallatus, quidquid inquam sit iudiciale in isto contractu solemni, totum est citra citationem legitimam: actus verò etiam iudiciales citra citationem, præuentionem non inducunt, vt dixi num. 876. cum sequentibus. Ergo per contractum guarentigium, aut obligationem pœnes acta, non fit prœuentio; & quod consequens est, cum istæ obligationes in iudicium exequendæ deducuntur, & versatur lis super earum effectu, & implemento, debet

res

res tractari coram Iudice rei legitimo tempore exequutionis, non coram Iudice, qui erat legitimus tempore contentionis.

919 Ex quibus infertur primò, reijciendam esse limitationem istius secundæ sententiæ, quam sequimur, in quam inclinat Franchis *dicta decisione 656. num. 3. & 4.* videlicèt, tunc censendam esse factam præuentionem ex obligatione pœnes acta, vel guarentigiata, cum in aliqua Curia, seù Prouincia istæ obligationes, ita obtinerent vim rei iudicatæ, vt nullo alio extrinsecus requisito possent exequutioni mandari, vt re vera contingit in Regno Castellæ, in quo publicæ scripturę exequutioni mandantur, sine vllo alio extrinseco requisito, præterquàm præsentatione coram Iudice facta, qua præmissa virtute earū expediuntur literæ exequutoriales, seù mandatū de exequendo; ea enim limitatio vera non est. Quippè cùm expeditio literarum exequutorialium, seù mādati de exequendo, quis actus iudicialis est præcedat citationem, ac per consequens præuentionem non inducat, quemadmodum neque productio libelli, nec mandatum Iudicis de examinandis testibus pro inquisitione, nec eorundem testium examinatio præuentionem facit, vt dictum est superiùs num. 876. cum duobus sequentibus.

920 Secundo infertur, quod attinet ad præsentem articulum à pari procedere iurisdictionem sæcularem, & Ecclesiasticam; videlicèt vt quemadmodum fauorem iurisdictionis Ecclesiasticæ, non censetur facta preuentio ex obligatione guarentigia, vt laicus ea adstrictus factus Clericus conueniri possit pro eius exequutione coram Iudice laico: ita neque è conuerso, qui cum esset Clericus gaudens priuilegio fori obligationem guarentigiam contraxisset, & post amisso priuilegio de ea obligatione esset conueniendus, non ad Ecclesiasticum, sed ad sæculare forum trahendus esset Neque enim vni, aut alteri iurisdictioni detrahere debemus, *dicto cap. nouit, 13. de iudicijs,* & quod de vna sentimus, de alia pariter iudicemus necesse est argumento textus singularis, & optimi *in cap. 2. de exceptionibus in sexto;* & qui hanc in re inter vnam, & alteram iurisdictionem discrimen inducunt, ex quibus sunt Gratianus *disceptationum forensium. c. 226. fere per totum, sed præsertim ex num. 20. & num. 40.* Giurba *consil. 15. numer. 3 t. 32. & 35.* Riccius *ad dict. decision. Franchis 656.* inuersimiliter, & sine fundamento loquuntur cum ratio disparitatis vera sedans intellectum reddi non possit, si res adamussim, & radicitus consideretur, iuxta quam doctrinam die 15. Septembris anni 1628. decisum e st in Sacr. Consil. me interueniente, cum prædicta essent allegata in causa Benedicti Codæ, cum Anneio de Mari Clerico, qui conueniebatur ad soluendam certam quantitatem ex instrumento guarentigio facto, tempore quo gaudebat priuilegio clericali, coram Mag. Cur. Vicar. quia tempore cœpti iudicij habitum clericalem deposuerat, & priuilegium amiserat, & nihilominus petebat remissionem ad Ecclesiasticum, denegandam esse remissionem, vt denegata erat à Mag. Cur. in banca de Villasueco.

921 Neque obstant argumenta adducta pro prima sententia contraria. Nam ad primū respondendum est primò, obligationem pœnes acta, seù guarentigiam parem esse, & similem sententiæ, quæ robur obtinuit rei iudicatæ quòad vim exequutiuam, quoniam nouiori iure, & statutis Prouinciarum, quòad hunc effectū sunt æquiparatæ, & exequatæ: cæterùm quòad alios effectus, & iuris articulos esse valdè diuersas, & dissimiles. Nam limitata exequatio limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de adquirend. rer. domin.* ideò tametsi actione super re in iudicium deducta, & sententia lata, etiam quæ vim rei iudicatæ obtinuit, ante exequutionē, & ad huc maneat res affecta vitio litigiosi, vt doctè adnotauit Ioannes Faber *in leg. lite pendente, C. de litigiosis,* & Ludouicus Gomez *in regula de annali possessore, quæstion. 44.* vbi doctissimè disputat, adductis in eandem rem multis Rotæ decisionibus, & Lancellottus *de attentatis, 2. part. capit. 4. ex num. 230. & 234.* & planè præsupponit Franchis *decision. 545.* quo fit, vt si quis reus damnatus restituere rem quam possidet per sententiam, quæ in iudicatum transierit, post ipsam illam eandem rem in alium trastulerit possit sententia exequutioni mandari contra nouum possessorem, sine nouo processu, tanquam contra possidētem rem litigiosam, vt probat in Regno, *cap. conuentus, 151.* & ad eum locum Sebastianus de Neapoli, & Ioannes Antonius de Nigris, Franchis *decis. 464. & dict. decis. 545.* quam sententiam iure communi spectato tradit Baldus *in l. ob maritorum, 2. num. 8. C. ne vxor pro marito, & in l. exequutorem, 8. nu. 27. C. de exequut. rei iudic.* Paulus Castrensis *in leg. à Diuo Pio 15. §. si super rebus, num. 8. ff. de re iudic.* & alij inferiùs referendi. Non tamen, quia facta sit super aliqua re obligatio guarentigia, vel pœnes acta, manebit affecta vitio litigiosi. Item vis exequutiua obligationis guarentigiæ personalis iure Hispano præscribitur decennio; vis verò exequutiua sententiæ in rem iudicatam transactæ, & ad literas exequutoriales redactæ, durat vigintis annis iuxta *l. 63. Tauri,* quæ est *l. 6. tit. 15. lib. 4. recopilat.* vbi notant Scribentes. Præterea stante statuto, quod de qualibet sententia in iudicatum transacta soluatur gabella, aut tributum, non propterea soluetur de obligatione guarentigia, aut contracta pœnes acta. Nam etsi sententijs exequentur quòad vim exequutiuam, sententiæ dici non possunt, vt deducitur ex traditis à Bartolo *in l. 1. num. 1. ff. de confessis,* Bertachino *de gabellis, 4. membr. 8. part. principal. nu. 1. 2. & seqq. tom. 12. tractat.* & Iulio Ferretto *tract. de gabellis, 388. eodem tomo.* Sicut è contra, si statutum extaret iubens solui de omnibus contractibus guarentigiatis, & habentibus paratam exequutionem gabellam aliquam; nontamen ideò solueretur de sententijs habentibus paratā exequutionē, quod hæ sententiæ sint illis contractibus quòad vim exequutiuam exequatæ, vt colligitur ex traditis ab eodem Iulio Ferreto, *vbi supra, ex nu. 317. per multos sequentes.* Itaque exequatio instrumentorum guarentigiatorum, & obligationum, pœnes acta, cum sententijs in iudicatum transactis, non est indefinita, aut vniuersalis, neque viget in omnibus & per omnia, ac per consequens, etiam si sint instar sententiarum, non ideò colligitur ex istis obligationibus induci præuentionem.

922 Secundò respondetur, sententiam non esse actum iudicialem ejus naturæ, vt ex ea inducatur præuentio. Nam etiamsi inter duos Iudices de causa cognoscentes alter prius sententiam ferat, quam alius, non censebitur causam præuenisse, vt dictum est supra, num. 893. sed præuentio inducitur per legitimam citationem, vt dictum est, num. 879. Ita cum instrumenta guarentigia, & obligationes, pœnes acta non exequentur citationi, sed sententiæ non possunt inducere præuentionem.

923 Ad secundum argumentum respondetur primò, si quid probaret, probaturum etiam non solùm ex obligatione guarentigia induci præuentionē, sed etiā ex quibuslibet contractibus, & conueniendū esse reum coram eo Iudice, cui subijciebatur tēpore contractus, quod planè falsum est, & absurdum, ab omnique opinione alienum.

924 Se-

924 Secundò respondetur, falsissimam prorsus esse, & ab omni ratione alienam, plenamq; erroneam, iuxta veram iuris doctrinam, illam propositionem, nempè inspiciendum esse tempus delicti ad dignoscēdum quis sit futurus litigimus Iudex punitionis, pro qua plures retuli supra num. 628. in fine. Passi verò sunt æquiuocationem, qui vniuersim hac propositione vtuntur, ex textu *in leg. 1. in principio, ff. de pœnis*, & traditis ibi à Doctoribus, videlicèt ad imponendam pœnam inspiciendum esse tempus delicti, non sententiæ. Quod verissimum est, non tamen inde sequitur quòad legitimandum iudicium, & adeundum legitimum Iudicem, qui est effectus valde diuersus, idem tempus esse spectandum; quod rectè considerauit Guttierrez *lib. 1. practicarum, q. 5. num. 7.* Imò quantum ad hoc attinet, habenda est ratio temporis motæ litis, & iudicij cœpti, seù vocationis ad iudicium, quam citationem vocant, non temporis delicti. *Consiliumque* illud Giurbę, 15. decisionemq; in illo relatam censendum est leuis fundamenti, & auctoritatis esse. Nam si illa propositio esset vera fieret, vt laicus post delictum effectus Clericus puniendus esset indistinctè à Iudice sæculari, & non recurrerent Doctores ad communissimam illam distinctionem ordinis, vel Religionis; in fraudem, vel sine fraude suscepturum, dictum est supra, num. 448. Quare solam commissionem delicti non causare prœuentionem, expressè docuit Federicus de Senis *consil. 97. nu. 5. in fine*, & Card. Tuscus *liter. P. conclus. 646. nu. 14. & 27.* Deinde si idem seruandum esset in contractibus, ad quos re vera ex delictis quòad forum, rectè argumētum ducitur, frustra *in d. l. cum quædam puella, in principio, ff. de iurisdict. omnium iudic. & in cap. proposuisti, 19. de for. competenti*, Pontifex, & Iurisconsultus fundamentum decisionis illorum textum statuissent in prœuentione facta, si illa seclusa idem dicendum foret, quod superiùs etiam expendi num. 285. ex quo prædicti textus huic doctrinæ planè aduersantur; quę nullum quoque fundamentum habet, vt rectè considerauit Carauita *ad rit. 66. num. 9. & 10.* Neque quidquam faciunt, quæ tradit Grammaticus *decis. 10.* quoniam fundamentum illius decisionis non fuit, futilis illa doctrina Baldi *in l. affinitatis, 7. numer. 4. in fine, Cod. commun. de successionibus*; & quorumdam aliorum eum sine vlteriori examine, imò fortassis non viso loco sequētium instar auium volantium, inspiciendum esse tempus delicti ad legitimandum forum; sed quoniam ille Clericus delinquens, qui remissionem petebat, priuilegiū fori non amiserat, vtpotè coniugatus cum virgine coq; foro vti poterat, vt Clericus coniugatus, *iuxta cap. 1. de Clericis coniugatis in sexto*. Imò verò, & si Baldus attente legatur, videtur præsupponere, in casu, de quo agit, præuentam fuisse causam ab Ecclesiastico. Nam clericum dicit prius declinasse forum, post verò dimisisse habitum, & tonsuram, per quam depositionem, qualitatem Clericatus ait consumptā, idest quòad effectum fori extinctam. Quare mirum non est, si dicat ad Ecclesiasticum remittendum: data enim præuentione, id non habet difficultatem. Igitur siuè de delictis, siuè de contractibus agamus, ille erit Iudex competens, & legitimus, qui eo tempore, quo reus in iudicium vocatur, fuerit competens, & legitimus, vt planè indicant præter modo dicta, quæ notaui supra num. 909. in fine De *lege* autem *secunda, C. de iurisdict. omn. iudic.* quæ adijciebatur pro confirmatione, latè egi supra ex nu. 283.

925 Succedit secunda difficultas, an sententia lata à sæculari Iudice competente aduersus eum, qui tempore litis motæ erat laicus, ante verò, vel post sententiam efficitur Clericus, sit exequutioni mandanda ab ipso Iudice laico, vel debeat exequutio remitti ad Iudicem Ecclesiasticum? Et non agimus de sententia lata in criminalibus cōtra personam Clerici, quæ nulla erit, quippè cùm per susceptionem ordinis, etiam in fraudem iurisdictionis sæcularis persona Clerici exempta maneat à sæculari iurisdictione, vt dictum est supra num. 448. sed de sententia lata contra bona Clerici in criminalibus, vel in ciuilibus causis, eo casu, quo causa præuenta est à laico Iudice, & quo non prodest ad mutationem fori priuilegium superueniens, vt *in l. cum quædam, 19. in principio, ff. de iurisdict. omn. iudic. d. l. si quis postea, 7. ff. de iudicijs, & d. cap. proposuisti, 19. de foro compet.* Et similis potest occurrere difficultas in casu inuerso, videlicèt si ab Ecclesiastico lata esset sententia contra Clericum, qui ante exequutionem deposito habitu, & tonsura nuberet, priuilegiumque; fori amitteret; vtrum sententia esset exequenda ab ipso Iudice Ecclesiastico, an verò à laico, cui reus tempore exequutionis subijcitur.

926 Prima sententia asserit exequutionem eius sententiæ remittendam esse ad Iudicem, cuius reus subijcitur tempore exequutionis; scilicèt primo casu ad Ecclesiasticum, si exequtio facienda est contra Clericum: secundo casu, ad laicum si is, contra cuius bona exequenda est, laicus fuerit. Ita de primo casu loquentes sentiunt Speculator *lib. 1. tit. de reo, §. 1. num. 4. in fin.* tametsi agat de sententia criminali Lapus *allegat. 118. num. 4.* Aufrerius *ad Capellam Tholosanam decis. 147. num. 2.* Caualcanus *decis. 10. num. 32. lib. 5.* Viuius *decis. 49. nu. 6.* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. par. q. 37. num. 5.* Ambrosinus *de immunitate, cap. 10. num. 47. & 49.* Giurba *cons. 15. num. 38.* Molfesius *ad consuetud. Neapolit. tom. 2. par. 2. tit. de personis, in additionibus ad quæst. 8. num. 3.* Marta *de iurisdictione, 2. par. cap. 2. num. 21. & 23.* vbi tamen loquitur de exequutione circa personam, non circa bona, verùm *4. par. casu 121. num. 6. & 7. & casu 151. ex num. 5.* vniuersim loquitur.

927 Secunda nihilominùs sententia, quæ est magis vera, magisque iuri conformis affirmat exequutionem sententiæ latæ à Iudice laico contra laicum postea factum Clericum, vel contra Clericum in ijs casibus quibus laicus, contra Clericum potest legitimè procedere, posse fieri ab eodem Iudice laico, qui illam legitimè tulit contra bona Clerici. Eam sequuntur Io. Andreas *in cap. 1. num. 19. in fine, de oblig. ad ratiocin. non ordinand.* Federicus de Senis *cons. 97. nu. 5. in fine.* Marianus Socinus *in d. cap. proposuisti, num 54. vers. quintò exemplificant*, Antonius de Matthęis *de prorogatione iurisdictionis, num. 34. versic. aut in iudicio ciuili, tom. 3. tractat. 1. par.* Tuscus *liter. P. conclus. 646. nu. 13. 14. & 15.* Bossius *tit. de for. competent. nu. 145. & tit. de pœnis, num. 38.* Vrsillus *ad Afflictis decis. 212. nu. 2. in fine*, Marta sibi inconstans *de iurisdictione, 2. part. cap. 2. num. 27.*

928 Probatur primò, ex communi doctrina Doctorum, quam colligunt ex textu *in d. l. cum quædam, in principio*, qui dicunt, quandocunque iurisdictio Iudicis confirmatur quòad cognitionem alicuius causæ, censeri debere confirmatam quòad exequutionem, quoniam eiusdē iurisdictionis est sententiam ferre, & eam exequutioni mādare, etiam si interim forus mutetur. Ita docent *d. leg. cum quædam, in principio*, Baldus *ante num. 1.* Albericus *num. 1.* Angelus *nu. 2.* Fulgosius *num. 2.* Paulus *num. 5.* Alexander *nu. 6.* Decius *num. 7.* Ias. *num. 5.* Sebastianus Sapia *num. 28.* Cagnolus *num. 23.* Antonius Faber *in rationalibus, ibi, in ratione decidendi*, Surdus *cons. 152. num. 21. & 22. libr. 2.* Giur-

Giurba *decis.* 23.*nu.* 2. quorum quidam in specie loquuntur de sententia lata aduersus laicum, qui post sententiam fit Clericus.

919 Secundò quoniam præuentio nullum haberet effectum, si lata sententia iurisdictio Iudicis cessaret, apertaque esset fraudibus via, si potestati rei relinqueretur vt quouis modo eximeret se à iurisdictione Iudicis eum dãnantis!, atque ita se immunem, & securum redderet ab exequutione sententiæ contra ipsum latæ.

930 Tertia tandem incidit hoc loco difficultas, an casu, quo præuentio locum non habet, quia subingrediatur noua persona in iudicium, non vocata in locum rei, quoniam scilicèt lite pendente, seù ante, siuè post sententiam latam, in eum sit translata possessio rei in iudicium deductæ, effectęq; litigiosæ, quę tamen persona gaudeat priuilegio fori, aut alieno foro communi subijciatur, & non Iudici, qui de causa cognouit, possit ne tunc Iudex, qui sententiam tulit, eam exequutioni mandare contra nouum possessorem alieni fori propria auctoritate, quasi præuentionis effectus, non solùm tangat personas in iudicio interuenientes, sed etiam redundet in res ipsas in iudicium deductas, & efficiat, vt possit cęptum iudicium vsquę ad exequutionem inclusiuè continuari aduersus personam in iudicium non vocatã, ad quam dolo actoris, exequutionis subterfugiendę causa, est translata rei litigiosę possessio.

931 In qua ego tres casus distinguendos existimo. Primus est, cum nouus possessor in iudicium non vocatus subijcitur foro eiusdem Iudicis, qui sententiam tulit. Secũdus, cum nouus possessor subijcitur diuersæ priuilegiatæ iurisdictioni, veluti si esset Clericus, aut Monachus, aut Miles. Tertius cum nouus possessor est alterius iurisdictionis ordinariæ, veluti si esset laicus alterius territorij, aut Prouinciæ.

932 Primo casu resolutio non est sine controuersia. Nam Bartolus *in l.à Diuo Pio,* 15.*§.si super rebus, num.*7.*ff.de re. indic.& in l.si. quis missum,* 17.*§. Iudex, num.*3.*&* 4.*ff. de damn. infect.* sensit non posse recta via sententiam latam contra eum, qui dolo desijt possidere, exequutioni mandari contra tertium possessorem; sed necessarium esse, prius agi actione reuocatoria, iuxta §. *item si quis in fraudem, inst.de act.& totum titulum de ijs, quæ in fraudem creditorum, ff.& C.* & alienatione reuocata exequutionem suũ effectum sortituram. Bartolum sequitur Alexander *in d.§.si super rebus, num.* 10. Surdus *decis.*306.*num.*16. Rolandus a Valle *cons.*5.*ex n.*8.*vol.*2. quam sententiam Couarru. *in practic.cap.*15.*nu.*7.*vers.imò ex hac,* ait iure magis probari, & esse frequentiori Doctorum suffragio receptam. Verùm est Bartolum istis locis non loqui expresse de re litigiosa, sed de re per fraudem alienata, potest autem fraus in alienatione rei contingere citra vitium litigiosi.

933 Verùm alij, quorum opinionem veriorem credo, in casu, de quo loquimur, existimant sententiam latam contra reum, qui rem litigiosam ante, vel post ipsam sententiam in alium transtulit dolo desinens possidere, posse recta via sine nouo processu contra tertium possessorẽ in iudicium non vocatum exequutioni mandari. Hanc sententiam tuetur Cynus *in l.*1.*num.*11. *&* 12. *C. de alienat. iudicij mutand. caus. fact.* eandem in his terminis amplectitur Bartolus *in l.creditores,* 3. *num.*23. *C. de pignoribus, & in l.*1.*§. si inter, num.*3.*C. de litigiosis,* Baldus *in l.ob maritorum,* 2.*num.*8.*C. ne vxor pro marito,* Paulus *in d.l. à Diuo Pio, §.si super rebus, num.*8. Ias.*num.*10.*ff. de re iudic.* Afflictis *in constitut.earum fraudibus, nu.*10.*&* 11.*rubr.*41. *lib.*2. Rodericus Suarez *in l.post rem, ff.de re iudic. in declaratione l. Regni, limitat,* 1. *num.* 4. Couarruuias *in practic. d.cap.*15.*num.*7. Cacheranus *decis.*65.*num.*4. Peguera *decis.*205.*numer.*4. Caualcanus *decis.*16.*num.*7.*&* 8.1. *par.* Capyeius *decis.*128.*num.* 6. Andreas Gail *practicar.obser. lib.*1.*obseruat.*118. Surdus *cons.*405.*num.*8. *vol.*3.*& cons.* 533.*ex nu.*1.*vol.* 4. tametsi ibi agat de sententia in actione personali, quo casu res non est litigiosa, Hondedeus *cons.*20.*nu.*7.*& ex nu.*42.*vol.*1. Tuscus *liter.E. concl.* 488. *ex nu.*8.*tom.*3. Parladorius *lib.*2.*rerum quotidianarum, cap. fin.*4.*par.§.* 5.*ex nu.* 6. Menochius *de pręsumptionibus, lib.* 2. *præsumpt.*97.*num.*59. Peregrinus *de iure fisci, libr.*4. *tit.* 6.*num.*27. Probatur hæc sententia attento iure communi *ex l.vltima, ff. de litigiosis, & ex l.vltima, C. eodem titulo. & ex §.Iulianus, in l.quanquam, ff. de aqua pluuia arcenda;* neque enim æquum est licere, cuique aduersarij conditionem duriorem efficere, aut Iudicis, & iudicij auctoritatem, & vim eludere. Attento verò iure Neapolitano id apertè constitutum est *in cap. Regni, conuentus,* 151. Regis Caroli II vbi notat Sebastianus de Neapoli, & Io. Antonius de Nigris, Vincentius de Franchis *decis.* 464. *& decis.*545. & ad ea loca Additiones, Paschalis *dę patria potestate, par.*1.*cap.*8.*num.*217.

934 Secundo casu dicendum est, non posse Iudicem, qui sententiã tulit eam exequutioni mandare aduersus nouũ possessorem rei litigiosæ diuersæ priuilegiatæ iurisdictioni subiectum; vt aduersus Clericum, aut Monachum, sed exequutionem esse remittendam ad Iudicem competentem noui possessoris, vt in casu proposito ad Ecclesiasticum. Ita sentit Abbas Panormitanus *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ,* 3.*num.*10.*propè finem, vers.& hæc sententia lata, vt lite pendente, nihil innouetur* Bartholomeus Socinus *consil.*13.*insignis Doctor, & cons.*14.*circa dubia, nu.*11.*volum.*4. Vincentius de Franchis *decis.*545. Marta *de iurisdictione,* 2.*par.cap.*2.*num.*21.*&* 23.*&* 4.*par. casu* 35. *ex nu.* 13. Riccius *collectan.*342. Paschalis *de patria potestate, par.* 1.*cap.*8.*dicto num.*217. Molfesius *ad consuetudin. Neapolit. par.*2.*tit.de personis, q.*8.*ex nu.*29.*vsque ad finem quæstionis, & ibi num.* 32. refert quandam decisionem Sacr. Consil. pro confirmatione huius sententiæ, & ex consequenti decisionem *dict. capit. Regni conuentus* 151. non habere locum contra Clericum successorem in possessione rei litigiosæ existimauit Iacobus Antonellus de Botris *in annotatione ad ipsum,* & Franchis *d. decis.*545. *ex num.* 4. Eaq; resolutio ex eo probatur, quoniam ad exequutionem complendam necessaria est citatio rei, vt superiùs dicebam num.913.& 914. idq; præsertim in hoc casu, in quo ille aduersus quem facienda est exequutio non est in iudicium vocatus; vt pluribus probant Socinus *dict.cons.*13. *ex numer.*5. Octauianus Vestrius *in practica Romanæ aulæ lib.*8.*cap.vltimo, numer.* 4. Marta *d.casu.*35.*num.*14.*&* 15. Hondedeus *d.cons.*20.*ex nu.*43.*vol.*1. de hoc casu in specie loquentes; neque mirum id videatur, eum in eum instantiã transferri non possit, vtpotè singularem voluntarium successorem; vt constat ex traditis à Bartolo *in l. si eum hominem,* 34.*num.*4. *ff. de fideiussor.* & Mariano Socino Iuniore *cons.*34.*nu.*13. *libr.* 3. Peregrino *de fideicommissis, artic.*53.*ex num.* 24. ex textu *in l.*2. *§. non solum, ff. de hæred. vel act. vend.& in l.si pignori,* 29.*ff. famil.hercisc.* & tamen succedente hærede vniuersali, in quem istantia etiam transfertur, *d.l.si eum hominem,* vbi notant Doctores, non possit aduersus eum fieri exequutio sine citatione, vt post Baldum, Angelum, Paulum, Alexandrum, & alios notat Rodericus Suarez *in l.post rem, in declaratione l. Regni extension.* 1. *nu.* 2. Rebuffus *to.*3. *in constit. Reg.*

titul.

tit. de sententijs, artic. vltimo, gloss. vna, num. 20. Carauita *ad ritum.* 178. *num.* 5. Citationem autem, quæ actus iudicialis, est necessarium est fieri à Iudice competenti, vt legitima sit, & arcter citatum, alioqui in extraneos iurisdictio non potest legitimè exerceri, *l. extra territorium, vltima, ff. de iurisdict. omn. iudic.* Ergo aduersus exemptos à sæculari iurisdictione non poterit à Iudice sæculari mandari exequutioni sententia ab eo lata, sed necessariò remittenda est ad Iudicem Ecclesiasticum. Confirmant eandem resolutionem, quæ adducit Borrellus *de Regis catholici præstantia, cap.* 71. *nu.* 275. & Marta *de iurisdictione,* 4. *par. q.* 151 *ex num.* 5. vbi multis relatis tradit sententiam latam contra Clericum à Iudice laico in causa reconuentionis esse exequutioni mandandam per Iudicem Ecclesiasticum literis hortatorijs Iudicis laici requisitum, & non ab ipso laico, qui sententiam quamuis legitimè tulerit; quod an verum sit modo non disputo.

935 Nec satisfaciet, qui dixerit ex translatione rei litigiosæ in Clericum dominium non transferri, cum inualida sit alienatio, *l. vltima, C. de litigios.* vbi Doctores Afflictis, *decis.* 331. *numer.* 2. Menochius *de præsumptionibus, libr.* 2. *præsumpt.* 97. *ex nu.* 31. & notaui supra num. 921. ac per consequens rem in eum alienatam manere sub dominio laici alienantis, & ideò posse sententiam à sæculari de ea restituenda exequutioni mandari tanquam in bonis subditi, & eiusdem iurisdictioni subiectis. Nô inquam satisfaciet quoniam quantumuis sit inualidus titulus alienationis, translata est possessio in Ecclesiasticum, quę etiam verè obtinetur ex titulo inualido, *l.* 1. §. *si vir vxori, ff. de adquir. possess.* vt considerat etiâ Socinus *d. cons.* 13. *nu.* 4. *vol.* 4. qua Clericus priuari non potest, nisi in iudicium vocetur, *cap. licet Episcopus,* 28. *de præbend. & dignitat. in sexto:* in iudicium autem à Iudice sæculari vocari nequit, vt memini supra quæst. 5. num. 351. vbi ex eadem ratione dixi non posse iubente sæculari Iudice exequutioni mandari instrumentum census aduersus Clericum ex titulo particulari successorem hipphothecarum in spetie censui obligatarum.

936 Contrariam tamen sententiam, quinimo latam à Iudice laico, sententiam posse ab eodem exequutioni mandari propria anctoritate aduersus Clericum, inquem alienata est res litigiosa, amplexus est Vrsillus *ad Afflictis decis.* 221. *num.* 2. *& ad decis.* 331. *num.* 3. in quorum primo loco refert pro hac opinione decisionem Sac. Consil. latam anno 1564. sed non affert illud fundamentum. Ego refero aliam me interueniente factam die 12. Aprilis anni 1628. in causa Claudij Terracinæ Clerici, cum Prudentia Benaia, Actuario Carbone. In qua cum prius latum esset decretum à Sac. Cons. quo iubebatur causam remitti, qua ex parte tangebat Clericum, ad Ecclesiasticum Iudicem, & ab eo supplicatum, in instantia reclamantionis facto verbo reuocatum est, & nouiter decretû causam debere remanere in Sac. Consil. habito pro vero, *cap. Regni conuentus,* locum etiam habere aduersus Clericum contra prædictam *decision.* 545. Vincentij de Franchis, & cæteri Domini collegæ testati sunt de alijs similibus decisionibus. Pro quibus solùm expensum est illud, quod contraria sententia admissa aperiretur via fraudandi iudicia sæcularia, & eorum effectus, & eludendi iurisdictionem Iudicis sententiam ferentis, spernendique auctoritatem, & vim iudiciorum, eamque exponendi calumnijs insuperabilibus in hoc Regno frequentissimis. Eadem decisio posset confirmari ex verbis Baldi *in l. edicto, vltima, num.* 54. *C. de edict. D. Adrian. toll.* qui ait, *Nam si in fraudem iurisdicti onis Clericus successit prædoni, non est curandum vnum obolum de Clericatu, quia Ecclesia, quod vult in se, vt sua iurisdictio non fraudetur, debet velle in alijs, cap.* 1. *vers. Ecclesia, de alienatione feudi,* qui est *titul.* 13 *lib.* 1. *feudorum,* vbi notat idem Baldus *num.* 5. *&* 10. Posset item confirmari ex eo, quod quamuis regulare sit in singularem successorê non transferri instantiam, vt dixi supra quæst. 5. nu. 348. tamen id limitandum est, cum in iudicio exercetur actio realis, vel in rem scripta, vt desumitur ex doctrina Bartoli *in l. Lucius,* 78. §. *rogatus, num.* 1. *ff. ad trebell.* quam approbat Putens *decis.* 177. *li.* 2. Mohedanus *decis.* 1. *de iudicijs, aliâs decis.* 41. res verò non efficitur litigiosa nisi cum exercetur actio realis, *Authent. litigiosa, l.* 2. *&* 4. *C. de litigios.*

937 Verùm etsi retineas primam sententiam, quę communior, & tutior est, ea limitanda est, vt locum habeat, quando certo constat Clericum esse possessorem, & faciendam esse exequutionem in re à Clerico possessa; secus in dubio, si exequutio feret in re aliqua existimata propria laici damnati per sententiam Iudicis sæcularis, quam ipse reus crederetur possidere, & Clericus opponeret se exequutioni, vt eam impediret, velut oppositor tertius, petens se ad proprium Iudicem remitti. Nam eo casu Clericus coram sæculari Iudice debet agere, & apud eum sua iura proponere, & legitimè, quæ proposuerit probare; iuxteq; poterit Iudex sæcularis circa hanc controuersiam suum decretum interponere, eamq; definire. Ita docet Baldus *in l. testamenta,* 18. *nu.* 7. & Salycetus *in l. consulta,* 23. *num.* 2. *C. de testament.* Antonius de Canario *tract. de insinuationibus,* 2. *par. q.* 24. *ex nu.* 40. *tom.* 6. *tractat. par.* 2. Aufretins *tract. de potestat. sæcular. in eccle. siastic. regul.* 2. *fallent.* 10. præsupponitq; Capycius *decis.* 8. *num.* 3. & Grammaticus *decis.* 41. Surdus *decis.* 26. *num.* 11. Mangilius post hæc scripta editus *tractat. de tuitionibus, q.* 6. *num.* 29. Trentacinquius *lib.* 2. *variarum, de iudicijs, resolut.* 16. *num.* 2. doctissimus Riccius *in praxi rerum fori Ecclesiastici, resol.* 146. videtur enim eo casu Clericus actor voluntarius, iuxta notatâ ab Afflictis *in constit. de burgensaticis, num.* 4. *&* 8. *rubr.* 67. *lib.* 1.

938 Tertiò tandem casu, cum successor in re litigiosa est subditus alteri Iudici ordinario, vt quia sit ciuis alterius ciuitatis oportet subdistinguere. Nam aut res litigiosa, in qua exequutio facienda est, sita est in territorio Iudicis, qui sententiam tulit, & tunc potest propria auctoritate, sententiam suam exequutioni mandare citato tamen, per requisitorias literas possessore absente. Si verò res, de qua agitur, sit extra territorium Iudicis qui sententiâ tulit, atque item persona possidens rem litigiosam, tunc ad exequutionem peragendam vtendum est literis requisitorijs, quibus inuocetur auxilium Iudicis, apud quem reus degit, & vbi res sita est, vt sententia exequutioni mandetur, iuxta textum *in l. à Diuo Pio,* 15. §. *sententiam Romæ,* & ibi tradita à Doctoribus *ff. de re iudic.* & doctrinam Baldi *in d. l. edicto,* 3. *nu.* 55. *C. de edict. D. Adrian. toll.* Iudex autem requisitus debebit literis hortatorijs solennibus acquiescere.

939 Amplia secundò principaliter prædictum tertium effectum præuentionis, vt si inducta iam præuentione laico succedat Clericus hæres non obstante Clericatu alligetur instantia cæpta cum defuncto, & iudicium sit prosequendum, & finiendum apud Iudicem sæcularem, apud quem cæptum est à defuncto. Hanc ampliationem tradidi, & latè comprobaui supra quæstion. 5. ex num. 309.

940 Prædictum tamen tertium effectum limita primò, vt procedat, & locum habeat, donec durat instantia iudicij

dicij cępti: nam eatenus durát effectus præuentionis; cęterùm si perimatur instantia cæpti iudicij, & nouum iudicium sit inchoandum, litigans, cui superuenit nouum fori priuilegium, in nouo iudicio poterit allegare exceptionem fori declinatoriam, & iure petet se ad suum cõpetentem Iudicem remitti. Ita sentiunt Anna *singul.* 129. Caualcanus *decision.* 10. *numer.* 33. *libr.* 5. Marta *de iurisdictione*, 4. *par. casu.* 141. *ex nu.* 4. Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ*, 2. *par. quæst.* 37. *num.* 8. *in fine*, Graffis *de effectib. clericat.* 1. *effect. num.* 1241. qui loquuntur de laico conuento, & post facto Clerico, faciunt tradita à Paulo *in l. si conuenerit*, 18. *ex num.* 6. *ff. de iurisdict. omn. indic.* & à Ronchegallo *in l. ex duobus*, 16. *nu.* 17. *ff. de duobus reis*.

941 Amplia primò prædictam primam limitationẽ principalem, vt procedat non solùm cum durat re vera eadem persona, quia in iudicio interueniente facta est præuentio, verùm etiam quando durat persona iuris fictione eadem, veluti cum defuncto litiganti successit litæ cęptæ hæres alterius fori: nam si tunc perimatur instantia Clericus, verbi gratia, hæres defuncti laici litigantis non tenebitur amplius prosequi iudicium coram Iudice laici defuncti, sed iure poterit petere remissionem ad suum Iudicem, vt dixi supra quæstion. 5. num. 311. in fine relato Carolo de Graffis *de effectibus clericatus*, 1. *effect. num.* 291. apud quem inuenies, qui nam sint effectus instantię peremptæ.

942 Amplia secundò prædictam primam limitationem principalem, vt sit vera, tàm ipsa, quàm eius prima ampliatio, etiam si per insuflationẽ spiritus vitæ reuiuiscat instantia, (de qua instauratione) & insuflatione spiritus latè agit Trentacinquius *variarum resolutionum li.* 2. *de iudicijs resolut.* 4. *num.* 31. & Rolandus à Valle *cons.* 41. *per totum*, *volum.* 3. nam adhuc ille, qui post peremptam instantiam erat iure remittendus ad suum Iudicem in nouo iudicio, remittendus etiam est post instantiæ resurrectionem, & antiqui iudicij instaurationem. Non enim operatur gratia insuflationis, & instaurationis instantiæ in præiudicium illius, cui per peremptionẽ fuerat ius quæsitum. Ita sentiunt Carolus de Graffis *de effectib. clericat.* 1. *effect. d. nu.* 1241. Anna *d. singul.* 129. Grammaticus *decision.* 103. *ex num.* 114. & ad eum locum Didacus de Mari *numer.* 54. 55. & 56. Vrsillus *ad Afflictis decis.* 331. *numer.* 2. Minadous *decis.* 5. Marta, Paschalis, Trentacinquius, Rouitus, & Galluppus, quos retuli d. quæst. 5. num. 311. in fine, loquentes de casu limitationis, & ampliationis primæ prædictæ, & quæst. 6. num. 646. cum sequentibus, alios.

943 Vnum illud, quod ad hanc rem attinet, non omittam, prædictam primam limitationem, & eius ampliationes vtiles esse, & effectum habere in causis ciuilibus, quæ tractantur in Regno Neapolitano in tribunalibus inferioribus, in quibus instantia durat triennio dũtaxat, iuxta textum *in l. properandum, in princip. & in §. sint autem reus*, *Cod. de iudicijs*, & *ritum* 248. vbi notat Carauita *ex num.* 1. Maranta *in praxi*, 5. *par. num.* 2. & *ex num.* 5. *latè*, Muscatellus *in praxi Sacr. Reg. Consil. libr.* 2. *part.* 7. *glossa*, *sententiam*, *ex num.* 39. Trentacinquius *variarum resolutionum*, *lib.* 2. *tit. de iudicijs*, *resolut.* 4. *ex num.* 1. Scaccia *de appellationibus*, *quæstion.* 15. *artic.* 11. *numer.* 241. *cum seqq.* Riccius *collectan.* 2193. Galluppus *in praxi Sacr. Consil.* 2. *par. cap.* 16. *num.* 5. at prorsus esse inutiles, & nullius effectus, quoad causas criminales in eodem Regno Neapolitano, in quibus instantia durat perpetuò, & non perimitur, iuxta *pragmat.* 51. *de offic. Magistr. Iustitiar.* & *prag. Thomæ Carleualij de Iudicijs*.

mat. 11. §. 33. *de offic. Iudicum*. Item in tribunalibus Ecclesiasticis, in quibus instantia est etiam perpetua, & nũquam perimitur, vt notat Maranta *in praxi dicta quinta parte*, *num.* 14. *ex cap. venerabilis*, 20. *de iudicijs*, vbi notant Doctores, & res est indubitata. Item in Regno Castellæ, vbi instantia ex consuetudine nunquam perimitur; vt notat Gregorius Lopez *in leg.* 9. *titul.* 6. *part.* 6. *glossa* 3. & 4. Ioannes Guttierrez *de iuramento confirmatorio*, 3. *par. cap.* 5. *numer.* 4. Paz *in praxi*. *in initio*, *annotatione secunda*, *num.* 10. Caldas Pereira *in l. si curatorem*, *verb. infra legitimum tempus*, *numer.* 1. *in fine*, *Cod. de in integr. restitut. minor.* quod item in Gallia seruari testatur Rebuffus *in constitution. Reg. tom.* 1. *in proœmio*, *glossa quinta*, *num.* 51. meminitque ibidem Caldas. Item in eodem Regno Neapolitano in causis etiam ciuilibus introductis in Sacro Regio Consilio quoniam illud proculdubio est consistorium Principis, in quo nomine regio proferuntur sententiæ; & in consistorio Principis instantia perpetuò durat, & nunquam perimitur, vt tradit Maranta *in praxi*, *dicta* 5. *part. numer.* 15. Io. Guttierrez *vbi supra*, Scaccia *dict. quæstion.* 15. *numer.* 266. Amendola *ad Franchis decis.* 250. *num.* 21. Regens Tapia *decis.* 1. *numer.* 27. *suprem. Italiæ Senatus*, Paschalis *de patria potestate*, 1. *part. capit.* 8. *num.* 223. Molfesius *cons.* 47. *ex numer.* 3. vbi optimè probat instantiam non perire in Sacro Consilio. Eandem sententiam in genere loquens de consistorio Principis, tuetur Rebuffus *ad constit. Reg. tom.* 3. *titul. de appellation. artic.* 14. *glossa vnic. num.* 8. Thesaurus *decis.* 10. *num.* 6. Minsingerius *centur.* 2. *obseruat.* 48. & probat optima ratione singularis textus *in Authentic. de appellation.* & *intra quæ tempora*, *seu nouella* 23. §. *ad hæc sancimus*, dum ait: *Quod enim vitium est litigantium si culmen imperatoriũ occupetur? vel quis tantæ est auctoritatis, vt nolentem Principem possit ad conuocandos Patres, cęterosque Proceres cohortari?* Neq; obstat, quod Afflictis *decis.* 283. *num.* 4. & ibi Vrsillus *num.* 9. & 10. quos sequitur Regens Tapia *Iuris Neapol. li.* 2. *rubr.* 2. *in pragmat.* 3. *de offic. Sacr. Reg. Consil. nu.* 6. & 7. & *in decis. Sacr. Consil.* 38. videantur dicere contrarium, nam neque id probant, neque respondet Vrsillus ad argumenta Roberti Marantæ. Neque item obstat quotidianus vsus, & praxis obtinendi in eiusmodi causis a Domino Præside Sacro Consilio insuflatione spiritus vitæ, tùm quia nunquam ipse concedit absolutè prædictam instantiæ instaurationem, sed cum clausula, *quatenus opus sit*, quę veluti vera conditio nihil ponit in esse, Parisius *cons.* 19. *nu.* 45. *vol.* 2. Rolandus à Valle *cons.* 58. *num.* 18. *vol.* 2. Tuscus *liter. C. concl.* 593. *tom.* 2. tùm quia abundans cautela non nocet, imò tutius est eam semper apponere, Glossa *in l. si cum dies*, §. *plenum*, & *exprimere. de recept. arbitr. l. testamentum*. 17. *in fin. Cod. de testament.* vbi Glossa *verb. cautela*, *l. non solent*. 95. *ff. de regul. iur.* Hec autem petitio insuflationis spiritus vitæ, & eius concessio, magis vt abundans cautela adhiberi censendæ sunt, quam quia sint necessariæ. Verùm quidquid sit, quamuisque discedendum esset ab hac sententia, quam verissimam credo, vt sępius, cum se obtulit occasio, affirmaui in eodem Sac. Cons. cum minimum est credendum, facta semel monitione ad dicendum, instantiam reddi perpetuam, & immortalẽ: non enim potest litiganti imputari, cur causam non finiat, vt docuit Capycius *decis.* 109. *num.* 4. Muscatellus *in praxi*, *libr.* 1. *par.* 7. *dicta glos. sententiam*, *num.* 53. quod planè videtur probare *d. pragmat.* 1. *de instantia causæ non restituenda*, & confirmant, quæ notat Maranta *d.* 5. *par. n.* 31. & apertè probat textus singularis *in d.* §. *ad hæc*, *in Auth. de appellat.* & *intra quæ tempora*. Tametsi sciã Ca-

S rauitam

rauità *in d.rit.* 248.*nu.*4. quem non relatum sequitur Frãchis *decis.*643. *ex nu.*3. dicere ex monitione ad dicendum instantiam prorogari ad nouennium aliud. Sed & hæc fundamentum nullum habent, & melius esset istarum vanarum cæremoniarum insuflationis spiritus vitæ, & peremptionis instantiæ prorsus ridicularum, & puerilium, rationem non habere. Cur enim moriatur, quod tam facilè reuiuiscit?

944 Limita secundò principaliter prædictum tertium effectum, vt tunc locum habeat, cum priuilegium fori post litem cæptam superuenit ex facto, vel industria priuilegiati adquisitum, nam tunc non iuuat: secus si superueniat ex concessione Principis motu proprio illud indulgentis; tunc enim etiam post litem cæptam, & præuentionem factam, priuilegiatus gaudebit priuilegio fori, & processus remittendus erit ad Iudicem ex priuilegio. Quæ tamen temperanda, explicanda, & accipienda sunt, iuxta tradita à nobis latiùs quæstione præcedenti ex nu. 637. vbi omnino videas.

945 Limita tertiò principaliter prædictum tertium effectum, vt locum habeat, donec finiatur lis cæpta coram Iudice præueniente prolata sentẽtia, & facta exequutione: nam si noua lis ex eadem causa oriatur, iam cessabit effectus præuentionis, & reus erit conueniendus coram Iudice competente, iuxta *l.2.C.de iurisdict. omn. iudic. & cap. cum sit, de foro compet.* nullo habito respectu ad litem anteriorem iam finitam. Hæc limitatio est conformis primæ, de qua egi supra nu. 940. eamque tradit Grassis *de effectib. clericat.* 1. *effect. n.* 1246. Et ratio est manifesta: nam finita lite, non potest durare effectus præuentionis circa nouam litem, cum cessante causa cesset effectus, *cap. cum cessante*, 60. *de appellation. l. adigere*, §. *quamuis*, *ff. de iurepatronat.* Ista verò limitatio locum facit duabus singularibus quæstionibus, quæ etiam si frequenter contingant, non frequenter tractantur à Doctoribus, neque facilem habent expeditionem.

946 Prima est, fingamus litigatum esse coram seculari Iudice inter Clericum actorem super exactione alicuius debiti, & laicum reum, & alios eiusdem creditores, esseque latam sententiam pro Clerico, pro cuius exequutione Clericus, vel sit immissus in possessionem bonorum debitoris communis, vel sit illi soluta certa quantitas cum cautione de restituendo, cui quibus, & quando à Iudice fuerit decretum. Post verò re melius perpensa, & examinata, vel adueniente in iudicium nouo creditore, qui ostendat meliora iura, & anteriora, agitur, vel de auocanda possessione, vel pecunia soluta. Vel esto Clericus prætendens successionem fideicommissi ex decreto Iudicis nanciscatur possessionem rerum hæreditariarum, saluo iure cuiuslibet habentis potiora iura, vel citra præiudicium aliorum contradictorum. Post comparet, & opponit se nouus contradictor, & agitur de reuocanda immissione illa iam exequutioni mandata. Dubium est, coram quo Iudice sit agendum ad reuocationem, an coram Ecclesiastico, an coram seculari. Videbatur enim agendum coram Ecclesiastico, quoniam conuenitur Clericus reus, & possessor, & regulare est, vt actor sequatur forum rei, *leg. 2. Codicis de iurisdict. omn. iudic. capit. cum sit generale, capit. si diligenti, de foro competent.* præsertim cum prima lis, quæ coram seculari agitabatur finita sit, cum non solùm lata sententia, sed etiam exequutioni mandata; ac per consequens locus esse videatur prædictæ tertiæ limitationi principali, paulò ante traditæ, vt cesset effectus præuentionis, cum lis contra Clericum, coram seculari legitimè cæpta, ab eodem finita sit.

947 In qua difficultate primò certum est, & indubitatum, si agatur de reuocando decreto lato in fauorem Clerici, remedio appellationis, supplicationis, aut reclamationis, quamuis prædictum decretum sit exequutioni mandatum, & eius vi Clericus immissus in possessionem bonorum, aut illi sit facta solutio pecuniarum debitarum, vt solent in Regno Neapolitano exequutioni mandari quodlibet decretum, vel sententia lata à Sacr. Regn. Consil. præstita cautione in casu retractationis, cum exequutionem paratam habeant, iuxta *pragmat. 5. de offic. Sacr. Regn. Consil.* & ibi tradita à collega nostro Scipione Rouito *ex nu.* 1. & Gallupo *in praxi, part. 3. capit.* 3. *ex num.* 1. Muscatello *in praxi, libr. 2. part. 1. gloss. sententia, ex num.* 106. est enim sententia Sacr. Consil. instar sententiæ Præfecti Pretorio, & quoad eam obseruantur statuta *in Authent. quę supplicatio, C. de precib. Imperat. offeren.* si inquam agatur de retractando decreto, seu sententia latis a seculari, & exequutioni mandatis, remedio appellationis, supplicationis, aut reclamationis, nullitatis, aut restitutionis in integrum, agendum fore coram Iudicibus secularibus. Ratio est primo, quoniam appellationis, supplicationis, aut reclamationis, remedium non deuoluit causas ex vna iurisdictione in aliam, sed intra vnam, & eandem gradatim expeditur; vt probat optimus textus *in* §. *illud. etiam. in Authentic. de appellationibus, & intra quę tempora, seu nouella*, 23. & textus singularis *in cap. si duobus*, 7. §. *vltimo, de appellationibus*, & apud Castellanos, *leg. 3. titul. 1. libr. 4. recopilat. quæ erat leg. 3. titul. 1. libr. 3. ordinamenti veteris*, vbi notat Didacus Perez *glossa 2. col.* 778. & Franciscus Marcus *decis.* 365. *numer.* 6. *& decis.* 366. *numer.* 1. 2. *par.* & desumitur ex traditis ab Innocentio *in capit. significantibus*, 38. *num.* 2. *de offic. delegat.* per textum *in capit. anteriorum*, 2. *q.* 6. vbi dicitur appellationes gradatim interponi debere, & à Panormitano *in capit. significauerunt, vltimo, num.* 11. *de iudicijs, & in cap. licet suscepto*, 10. *nu.* 9. *post medium, de foro compet. & in q.* 6. Gandulphus *nu.* 9. *in fine, ex versiculo, secundo principaliter, cum nu.* 10. *&* 11. *sequentibus*, Decio *in rubrica ex num.* 46. *de appellationibus*, Iason, *consil.* 12. *quod causa, vol.* 1. Gail *lib.* 1. *obseruationum practicarum, obseruat.* 119. *num.* 2. Mynsingero *centur.* 1. *obseruat.* 67. Tusco *liter. A. conclus.* 352. *ex num.* 24. Bouadilla *lib. 2. politica, cap.* 17. *ex num.* 196. ac per consequens si prima sententia lata est in fauorem Clerici in tribunali seculari, ibidem gradatim est confirmanda, aut retractanda, remedio appellationis, supplicationis, reclamationis, nullitatis, vel restitutionis, quæ omnia sub vna, & eadem iurisdictione expediuntur: appellationis enim remedium, & cætera illi similia, reducunt causam ad statum, vt ea omnia facienda sint, quæ poterant in prima instantia, *leg. ita demum*, 13. *Codicis de Procurator.* Valascus *consult.* 91. *num.* 4. Cortiazanus *decision.* 51. *num.* 2. Imò causa appellationis est eadem cum prima causa. Surdus *decis.* 147. *numer.* 3. Tuscus *liter. A. conclusion.* 395. *ex num.* 1. Atque ex hoc fundamento, ita asseruit Grassis *dicto primo effect. num.* 1247. si sublimitans prædictam tertiam limitationem principalem, de qua supra nu. 945. Secundò, quoniam durante appellatione, supplicatione, aut reclamatione, aut interpositis remedijs, nullitatis, aut restitutionis contra sententiam, prima lis nõ est finita, imò censetur continuari pluribus probat Regens Rouitus *in pragm.* 38. §. *& similiter de diffinitiuis, ex num.* 3. *de offic. Procurat. Cæsar.* & meminit *in pragm.*

1. nu.

1 *num. 30. in fine de minoribus*. Cùm verò litigantes litem prosequuntur, non possunt eam extrahere ex tribunali, in quo, & ex iurisdictione, sub qua cœpta est, eum effectum operante præuentione; vt dictum est supra numer. 906. cum sequentibus. Præsertim, quoniam dum durat eadem lis, idem manet actor, & reus, qui fuerunt ab initio litis, ac per consequens idem iuris ordo seruandus est in litis prosequutione, qui seruatus est in initio; neque potest esse incompetens Iudex in continuatione, qui fuerat legitimus in initio iudicij. Quæ eadem doctrina locū habebit, non solùm si remedium appellationis interponatur ab aliquo ex litigantibus, qui litem prosequuti sunt; sed etiam si appellatio à sententia lata, interponatur ab aliquo tertio interesse habente, qui non litigauerat, quem planum est à sententia lata nouiter se post ipsam opponentem appellare posse, iuxta textum, & ibi tradita à Doctoribus *in l. à sententia, 5. & in l. si perlusorio, 14. ff. de appellat. & in cap. cum super, 17. de sentent. & re iudic.* & ibi tradita a Canonistis, quoniam in hoc casu vigēt eędem rationes: tùm vel maximè cum tertius veniens ad causam, dicatur venire ex transuerso, & non alteret forum, vt eleganter notat Tuscus *liter. T. concl. 83. num. 11.* prosequuntur latè doctissimus Riccius *in praxi aurea variarum resolutionum, 2. par. resolut. 146.* qui multos allegat, & Barbosa *in l. venditor, 49. ex num. 161. ff. de iudicijs*, Cancer *variarum resolutionum, 2. part. cap. 16. nu. 40. cum seqq.* Ego dixi supra hac eadem disputatione quæst. 6. sect. 8. ex num. 663. cum seqq.

948 Neque obstat, quod instantia appellationis sit diuersa, vt notat Paulus, Castrensis *cons. 192. nu. 5. circa finem lib. 2.* & Tuscus *vbi supra, num. 12.* atque ex consequenti videatur locum habere doctrina superiùs tradita numer. 940. vbi dictum est perempta instantia effectum præuentionis extingui. Non inquam obstat, quoniam per appellationem causa constituitur in noua instātia sine peremptione primæ, quæ magis transfunditur, & conuertitur in secūdam, quam perimatur, quippè cùm ex ipsa prima iure ordinario, sine vlla gratia, aut priuilegio renascatur, & oriatur, quasi ex semine secunda instantia, interposita appellatione. Aliud est cum ex transcursu biennij, aut triennij instantia perimitur, quæ ita extinguitur cum toto iudicio, vt nisi gratia, & priuilegio superueniente non possit reuiuiscere, aut resurgere.

949 Difficultas ergo est, cum post adeptam possessionem à Clerico bonorum in iudicio deductorum coram Iudice laico, virtute decreti ab eo interpositi, à quo non est appellatum, vel recepta pecunia sub cautione de restituendo, venit in iudicium nouus oppositor, etiam post multum tempus, qui deducat potiora iura, & intendat possessionem reuocare, aut auocare pecuniam solutam, an possit tractare causā coram Iudice sæculari, aut debeat corā Ecclesiastico, cui subijcitur possessor: & vice versa possessa re à laico ex sententia Iudicis Ecclesiastici, sub cautione, à qua sententia non sit appellatum, conueniri debeat laicus super possessione, vel solutione obtenta, corā Ecclesiastico Iudice, qui sententiam tulit, an coram laico, cuius iurisdictioni subijcitur, nulla habita ratione ante acti iudicij, & decretorum, quorum virtute solutio facta est, aut capta possessio.

950 In qua difficultate ego quatuor casus distinguendos existimo. Primus est, cum in decreto, aut sententia latis à laico Iudice, quo iubetur solui Clerico, aut eum immitti in possessionem bonorum debitoris, adest clausula, *saluis iuribus aut iure cuiuscunque creditoris potiora iura obtinentis*, aut clausula, *citra preiudicium iurium cæterorum creditorum, aut contradictorum vel oppositorum*, quæ in re eadem est cum prima, & pro exequutione huius decreti, aut sententiæ, Clericus fuerit immissus in possessionem bonorum, aut illi soluta fuerit pecunia cum cautione de restituendo, quod fieri solet, iuxta textum *in l. Procuratoris, 5. §. tributio, cum duabus legibus sequentibus. ff. de tributoria actione*, aut etiam sine cautione. Et hoc casu dicendum est, causam tractandam esse coram Iudice eodem, qui decreuit faciendam solutionem, aut immissionem in possessionem bonorum, siuè sit sæcularis, siuè Ecclesiasticus. Ita sentiunt Peregrinus *de fideicommissis, art. 48. num. 63. & seqq.* Carolus de Grafis *de effectib. clericat. 1. effect. nu. 947.* Christophorus de Paz *tract. de tenuta, cap. 64. num. 13.* Ratio est, quoniam illa clausula, *saluis iuribus*, eum effectum habet, vt rem integram constituat, prout erat ante immissionem, & iudicium reducat ad eandem instantiam; quare ex vi reseruationis causa coram eodem Iudice tractari potest, imò debet, vt docuit Angelus *in l. edicto; vltima, num. 6. vers. sed ergo dico, C. de edict. D. Adrian. tollen.* cuius doctrinam commendat Peregrinus *de fideicommissis, artic. 47. num. 29. & dicto artic. 48. num. 48. 65. & 66.* sequitur Augustinus Barbosa *in remissionibus, de clausulis, claus. 83. num. 4.* idem docuit Baldus *cons. 104.* comparuerunt. *num. 4. vol. 5.* Ias. *in l. naturaliter. §. nihil commune, nu. 190. ff. de adquir. possess.* Puteus *decis. 34. duodecima Octobris, libr. 2.* Rota diuersorum *decis. 1013. libr. 3.* Hondedeus *cons. 86. ex num. 44. ad 53. vol. 2.* Natta *cons. 653. num. 5. tom. 4.* faciunt, quæ tradit Gratianus *disceptationum forensium, tom. 1. cap. 41. n. 21. & 22. & tom. 2. c. 317. ex nu. 31.* alijs rationibus ad eandem rem comprobandam vtitur Peregrinus *de fideicommissis, d. art. 48. num. 63. cum seqq.*

951 Contrariam tamen sententiam, quinimo in hoc primo casu causam reuocationis agitandam esse coram Iudice Ecclesiastico amplexus est Zucardus *in repetit. leg. final. C. de edict. D. Adrian. tollend. num. 308.* Menochius *de adipiscend. possess. remed. 4. num. 476.* Gratianus *desceptationum forensium, tom. 2. cap. 238. ex num. 93.* Marta *de iurisdictione, 4. par. casu 159. ex num. 6.* & ibi in specie *num. 16. & 22.* Ratio est illa, quàm superiùs commemoraui numer. 946. quoniam, inquam, Clericus immissus in possessionem est verus possessor, & reus. Ergo standum est regulæ generali, vt conueniatur in suo foro, quoties agitur de illo amouendo à possessione cū actor forum rei sequi debeat, *d. l. 2. C. de iurisdiction. omn. iudic.* cum vulgaris.

952 Nihilominùs non est recedendum à prædicta resolutione, & non obstat fundamentum contrariæ sententiæ, nam respondemus cum Peregrino *dicto artic. 48. num. 69. in fine, vers. nec obstant*, regulam illam tunc locum habere, cum Clericus conuenitur coram sæculari de nouo independenter ab alio præcedenti iudicio, & non ex causa alicuius decreti obtenti per Clericum à Iudice sæculari, quo decreto reseruata sint iura cæteris litigantibus; at vbi ex eo decreto in fauorem Clerici lato, alius litigans esset grauatus à Iudice, vtiq; pro reparādo illo grauamine Iudex sæcularis esset competens. Ad eundem enim Iudicem pertinet reuocare, quod non rectè prouisum est, qui minus rectum decretum tulit, iuxta textum *in leg. quod iussit, ff. de re iudicat.* & ad eundem releuare, qui grauauit, vt qui facilis fuit in immittendo, facilis sit in extramittendo, vt dicebat Baldus *in l. vltima, num. 5. C. de edict. D. Adrian. tollend.* Peregrinus *dicto artic. 48. num. 64.* relato in eandem rē Ferretto *cons. 27. nu. 7. & 10. & cons. 30. numer. 2.* præsertim cum vi clausulę prędictæ resurgat idem iudicium, & instantia, quæ planè prosequenda

sunt coram eodem Iudice; & non possunt intelligi finita. Nam quemadmodum, cum quis in ædificato pariete relinquit lapides vltra parietem protensos, significat ædificium finitum non esse, sed illi esse ius parietem vlterius protendendi versus illam partem, qua dimittuntur, & extensi sunt, ex notatis à Cæpolla *de seruitutib. vrban. prædior. cap. 40. ex num. 17. & nu. 31.* & Surdo *cons. 126. ex numer. 7. lib. 1.* ita cum Iudex in decreto lato reseruat aliorum iura, significat se non finiisse iudicium, sed vlterius procedere velle, sibique ipsi ius reseruare cognoscendi de causa, quoties de decreto à se lato contentio fuerit.

953 Neque verò videri velim alicui malitiosè, studiosè me derogare velle Ecclesiasticæ iurisdictioni, nimisq; fauere sæculari, dùm huic opinioni adhæreo; qui enim in eam suspitionem inciderit, planè ostendet, se rem exteriùs adspicere, non interiùs contemplari, & altiùs intueri. Etenim cum hæc de effectibus præuentionis in genere dicta sint, etiam si in hoc apposito exemplo videamur aliquid de Ecclesiastica iurisdictione detrahere, & sæculari adijcere; inuerso casu, & apposito exemplo in laico obtinente à Iudice Ecclesiastico simile decretum, dùm iuxta hanc doctrinam asseritur, conueniendum esse eum coram Ecclesiastico possessionem decernente, etiam si laico foro subiectum, videbimur vicissim è contra vice versa minuere iurisdictionem sæcularem, vt augeamus Ecclesiasticam, vt quod ex vna parte adimitur ex altera adijciatur. Ex quo indicatur manifestè, inter vtramque nos æqua lance versari, simplicíq; & imperturbato animo, menteq; ab omni effectum vacua veritatem perquirere, & natura præuentionis scrutari, quæ vt casus acciderit, nunc vni, nunc alteri iurisdictioni fauebit, & in alterutrius obsequium operabitur; nihil autem censeri potest auferri, cui quod debitum est tribuitur.

954 Secundus casus est, si actum esset coram Iudice laico de possessione, & in possessorio iudicio Clericus obtinuisset sententiam pro se, Iudexque reseruasset petitorium, aut aliquid adiecisset in decreto, quo nunus causa videatur omninò finita, imò potius adhuc pendens quoàd proprietatem. Verbi gratia, ponamus litigatum esse in Hispania super tenuta maioratus apud Cancellariam, vel Regium Consilium, & Clericum declaratum esse possessorem maioratus. Occurrit dubium, an iudicium petitorium sit exercendum coram laicis Iudicibus, Regijs scilicèt Consiliarijs, vel causa remittenda sit ad Ecclesiasticum; & in hoc casu iudicium petitorium esse agitandum in laicis tribunalibus, in quibus tractatum est de possessorio; sentit Christophorus de Paz *tract. de tenuta, d. cap. 64.* vbi rem ex professo tractat *ex num. 1.* qui pluribus hanc conclusionem probat. Præcipuum fundamentum est, quoniam causa possessionis, & proprietatis habent eandem continentiam, & apud eundem Iudicem debent tractari, ne causæ continentia diuidatur, *leg. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eund. Iudic. eat. l. nulli, C. de iudicijs, cap. 1. de caus. possess. & propriet. cap. 1. de sequestr. possess. & fruct.* quibus locis notarunt Glossæ, & Doctores, Cenedus *ad decretales, collectan. 94. ex num. 1.* Guttierez *canonicarum quæstionum, lib. 1. cap. 34. num. 29. & 30.* & stantæ præuentione in vna causa, censetur præuentum quoàd ea omnia, quæ habent eandem continentiam, vt dixi supra num. 894.

955 Verùm huic resolutioni vrgentissimè obstat textus *in cap. significauerunt. vltimo, de iudicijs*, vbi actor Ecclesiasticus obtinēs in possessorio, si postea conueniatur super proprietate, non cogitur coram eodem Iudice respondere, si est Iudex laicus, & ex consequenti incompetens, vt ibidem notauit Glossa *verb. super proprietate, & in d. cap. 1. verb. sub vno, de caus. possess. & propriet. & in d. cap. significauerunt*, Antonius Butrius *num. 8.* Panormitanus *num. 1.* Felynus *num. 8.* Imola *num. 9.* Ancharanus *num. 1. & 7.* ex quorum doctrina colligitur regulam generalem textum *in d. l. nulli, C. de iudicijs*, & concordantiū, limitandam esse, quoties agendum est de proprietate in foro incompetente possessoris, tunc enim, neque incommodum est causæ continentiam diuidi, neque coram diuersis Iudicibus agi de possessione, & proprietate, vt obseruauit Antonius Faber *coniecturarum, libr. 20. cap. 7.*

956 Tamen difficultas textus *in d. cap. vltimo*, non difficilem haberet expeditionem, si diceremus, iuxta sententiā Vincentij, quam refert Io. Andreas ibi, *num. 3.* & alijs, cui videtur adhæsisse Paz *d. cap. 64. num. 15. & 25.* eidemq; fauere Couarruuias *in practicis, cap. 35. num. 1.* in eo agi de quasi possessione iurispatronatus, de cuius proprietate non potest tractari coram laico Iudice. Nam quemadmodum causæ spirituales, ita pertinent prauitatē ad Ecclesiasticum iudicium, vt laicus Iudex sit incapax cognitionis earum, ita incapax est cognitionis causarum iurispatronatus, quæ spiritualibus sunt annexæ, *capit. quanto, 3. de iudicijs*. Sunt enim quędam causæ, quæ ex sua natura iudicium Ecclesiasticum exposcunt, & seculare respuunt, tanquam earum incapax, illę videlicèt, quæ iure diuino segregatæ sunt à sæcularium Iudicium cognitione, & Ecclesiasticis reseruatæ, de quibus egi supra num. 397. aliæq; tametsi ad Ecclesiasticos Iudices pertineant iure humano, possent tamen eo secluso ad sęculares pertinere, qui cognitionis earum incapaces non sunt, veluti iudicia super rebus temporalibus; & istæ causę, non ex natura sua, sed ob priuilegium personæ rei, à sæcularibus Iudicibus amouentur. Igitur causa, de qua agitur *in d. cap. significauerunt*, pertinet ad primum genus, nos agimus de causa ad secundum genus spectante. Colligitur autem, & confirmatur hæc doctrina ex communi aliorum Doctorum, *in cap. 1. de mutui s petit ionibus*, vbi tametsi regula verissima sit, posse reconueniri, etiam Clericum litigantem apud laicum Iudicem, à laico conuento; nihilominus ea regula limitanda est, vt locum non habeat, si Clericus litigans apud laicum, reconueniretur super re spirituali, cuius cognitionis laicus Iudex incapax est. Eam limitationem tradunt *in d. c. 1. gloss. in verb. super suis quæstionibus*, Innocentius *num. 1.* Io. Andreas *numer. 3.* Zabarella *num. 5.* Antonius Butrius *numer. 12. vers. tertio casu*, Panormitanus *nu. 28. & 29.* Imola *num. 7.* Marianus *num. 29. & 56.* Item Canonistæ *in cap. at si Clerici, in principio*, vbi Decius *num. 153. de iudicijs*, Bartholomeus Socinus *liter. R. regul. 1. fallent. 4. aliàs regul. 412.* Iacobus Nouellus *regul. 172. ampliat. 3.*

957 Sed quamuis hæc doctrina vera sit, & proculdubio locum haberet, si in textu *in d. cap. significauerunt.* ageretur de quasi possessione iurispatronatus, aut alterius spiritualis, verùm non adaptatur ad prædictum textum: nam res, de qua in illo agebatur, erat prophana, & temporalis, vt rectè animaduertit Io. Andreas *in dicto cap. vltimo, de iudicijs, nu. 3.* Couarruuias *in practicis, d. cap. 35. nu. 1. vers. non oberit*, Menochius *de recuper. in possess. remed. 15. num. 217.* Guttierez *canonicarum quæstionum, lib. 1. cap. 34. num. 29.* Io. Garcia *de nobilitate, gloss. 1. §. 2. num. 17.* & ex ipso contextu constat, in quo agitur de electione Magistratus sæcularis, Vniuersitatis sæcularis. Reliquum est igitur, vt in eo textu probetur limitatio communiter tradita ibi à Doctoribus illius regulæ generalis, quòd petito-

titorium, & possessorium iudicium apud eundem Iudicem sint tractanda, præterquam, cum is Iudex fuerit incompetens erga reum in petitorio, vt contingit cum Clericus obtinuit possessionem à Iudice laico in iudicio possessorio, à qua non poterit amoueri, nisi conuentus super proprietate coram Ecclesiastico Iudice, etiam si res, de cuius proprietate tractatur, sit prophana, & temporalis, & laicus Iudex non sit incapax cognitionis causæ; sed solùm incompetens ob priuilegium personæ rei, debeatque tunc seruari generalis alia regula, quod actor in petitorio sequatur forum rei, *l. 2. C. de iurisdiction. omn. iudic.* cum vulgatis,

958 Quæstionem hanc re vera difficilem reddit textus *in d. capit. vltimo, de iudicijs*, & nimis dubiam; videtur autem sub distinctione resoluenda. Retento igitur casu, quo actor, & reus sint diuersi fori, duobus modis possunt inter se litigare. Primò, si actor simul intentauerit petitorium, & possessorium, deinde petitorio suspenso possessorium fuerit prosequutus, vel intentauerit possessorium, quod ex sua natura habeat admixtam causam proprietatis, & sit veluti via ad petitorium peculiari modo, ita vt obtenta sententia super possessorio lis non censeatur finita, sed decisus articulus momentaneæ possessionis, dùm lis deciditur, & debito fine terminatur; atque ideò Iudex ferens sententiam super possessorio, prosequitur super petitorio, vel illud expresse reseruat, aut remittit legitimè prosequendum. In quibus terminis videtur loquutus Christophorus de Paz *præcedenti num. 956.* allegatus, dùm agit de iudicio tenutæ maioratuum Hispanorum, quod est Hispanis legibus antiquissima consuetudine receptis est veluti via ad petitorium, ita vt nunquam, censeatur finitum, donec super petitorio sententia feratur, & probationes in vno factæ vtiles sunt in alio; imò lata sententia in possessorio leges ipsæ iubent causam expressè remitti ad regia Prætoria terminandam super proprietate, vt constat *ex leg. 9. & 10. titul. 7. libr. 5. recopilation. & ex leg. 5. titul. 19. libr. 4. recopilation. in Cod. additionum*. & in hac specie dicendum est, cognoscendum esse de possessione, & proprietate à Iudicibus eiusdem fori. Ratio est, quoniam lis, etiam si finita sit super possessorio, non est tamen simpliciter, & verè finita, ac per consequens præuentio operatur, vt coram eisdem Iudicibus terminetur, apud quos est cæpta, iuxta superiùs dicta. Præsertim cum sæpè res ipsa, & litis natura trahat ad se personam, vt in feudis, *cap. ex transmissa, 6. cap. verum, 7. de foro competenti*, notauit Baldus *in l. edicto, vltima, num. 54. C. de edict. D. Adrian. tollend.*

959 Secundò, potest actor intentare merum possessorium simpliciter, quod causam proprietatis non habet admixtam, neque intentatur tanquam via ad petitorium, sed imò quia facilius obtinetur in possessorio, & in eo leuiores probationes requiruntur, maximè, vbi neque leges, neque consuetudo introduxerunt necessariam quandam specialem connexionem inter ista duo iudicia. Et in hac specie, diuidendum est iudicium petitorium, à possessorio, vbi reus, & actor sunt diuersis fori, & Iudex decernens possessionem est incompetens comparatione eius, qui futurus est reus in iudicio proprietates, atque apud diuersos Iudices sunt tractanda. Ratio est, quia primum iudicium est finitum, quo finito cessat effectus præuentionis, vt dictum est in limitatione tertia principalis numer. 945. atque in his terminis accipiendus est textus *in dicto cap. significauerunt, vltimo, de iudicijs*, & iuxta hunc casum interpretandus; cui interpretationi, & distinctioni à me traditæ occasionem dedit Innocentius ibi statim in principio, & Anchatanus *num. 2. vers. sic. tertio nota, & num. 7.* qui dicunt, decisionem dicti capitis ex eo procedere, quod primum iudicium super possessione finitum erat; finito igitur iudicio, si nouum iudicium esset inchoandum, recurrendum esse ad Iudicem rei legitimum, ex regula textus *in leg. secunda Cod. de iurisdictione omnium Iudicum*. Aliter igitur dicendum esset, si iudicium inchoatum super possessione quouis modo non censeretur finitum, sed adhuc penderet super aliqua sui parte, aut quoniam consuetudo regionis necessariam quandam connexionem introduxisset inter possessorium, & petitorium, quia vnum esset via ad alterum, & quædam valdè cognata appendix, & quasi pars, vt contingit in tenuta maioratuum Hispanorum, aut quia actor simul vtramq; causam proposuisset; & ideò Iudex decidens possessorium vlterius, etiam ad petitorium transiret, aut reseruando, aut remittendo, aut certè prosequendo; quemadmodum si deciso possessorio concederet terminum super proprietate, & super ea partes ad probationem admitteret: tunc enim stante effectu præuentionis, causa sub eisdem Iudicibus, & eadē iurisdictione esse tractanda. Hæc quòad secundum casum.

960 Tertius casus principalis est, cum aliquis immittitur in possessionem, siuè sit Clericus, siuè laicus, ex qua possessione non efficiatur verus possessor; veluti si immitteretur causa damni infecti, vel rei seruandæ, vel ventris nomine, vel pro exequutione rei iudicatæ, quibus casibus non efficitur quis verus possessor, sed solùm custos, seù detentator; vt rectè tradit Neguisantius *de pignoribus, 2. membro, tertiæ partis, numer. 6. & 7.* vel si immitteretur in possessione adiecta conditione, *non existente legitimo contradictore*, qui tamen existeret, vel adiecta clausula, *veris existentibus expositis*; quæ tamen essent falsa, quibus casibus decretum conditionale, non existente conditione nihil operaretur, neque possessorem faceret. Quibus casibus dicendum est, si agatur de reuocanda ista immissione, & compareat reus refectis expensis, iuxta textum *in Authentic. & qui iurat. Cod. de bon. auctorit. Iudic. posiden.* & ibi tradita, à Doctoribus, adeundum esse eundem Iudicem, qui decreuit faciendam immissionem, siuè laicus aduersus Clericum, siuè Ecclesiasticus aduersus laicum. Ratio est, quia per istam immissionem non est finitum officium Iudicijs, neque finita est causa; atque ideò cum agitur de reuocanda immissione, non inchoatur noua causa, sed continuatur prima; quare ex vi præuentionis idem Iudex iudicium prosequitur, nulla habita ratione, an qui in possessionem est immissus, sit eiusdem Indicijs iurisdictioni subiectus, an non sit. Ita sentit Marta *de iurisdictione, 4. par. casu 159. ex num. 30.*

961 Quartus casus est, cum Iudex definiens possessorium, vel iubens solui pecuniam Clerico creditori, cum cautione, aut sine illa, in decreto non adiecit clausulam, *salno iure*, aut *citra præiudicium iurium*, sed simpliciter definiuit causam, & sententiam exequutioni mandauit, nihil reseruans. Et hoc casu dicendum est, quoties actum fuerit de reuocanda possessione, vel auocanda pecunia, Clerum, qui obtinuit, conueniendum esse coram suo Iudice competenti: nempè Ecclesiastico; tametsi tunc fideiussor sæcularis à Clerico datus pro obtinenda sententia, aut decreto, conueniri possit apud sæcularem eundem Iudicem, vt compellatur restituere pecuniam, vel possessionem. Ita sentiunt à me allegati supra nu. 951. & hanc resolutionem planè probat textus *in d. capit. vltimo, de iudicijs*, loquens

. realem, non solùm causam, sed personam. Ita sentit Io. Andreas *in cap. 1. num. 20. de obligat. ad ratiocin. non ordinand*, quem sequuntur Cardin. Zabarella *ibi num. 2. vers. nonò quæro. circa finem*, Antonius de Butrio *num. 12.* Panormitanus *num. 5. post medium*, Imola *nu 6.* Ancharanus *num. 2. circa finem, vers. sexta est opinio, & in c. ea quæ, 26. num. 194. 13. vers. primo casu, de reg. iur. in sexto*, Cappella Tholosana *decis. 347.* Federicus de Senis *consil. seu quæst. 97. quoniam, num. 5. vers. item quæro nunquid sit verum*, Marianus Socinus *in d. c. propofuisti, num. 53. in fine*, Bartolus *in l. 1. num. 3. in fine, ff. de pœnis*, Baldus *in l. officiales, 4. num. 3. C. de Episc. & cler.* Angelus *in l. si quis postea, 7. num. 4. in fin.* Barbosa *num. 243. ff. de iudicijs*, Chassenæus *in consuetudines Burgundia, rubr. 1. §. 5. verb. s'il n'grace, num. 67.* Belluga *in speculo, rubr. 11. §. videndum, num. 21.* Antonius de Mattheis *tract. de prorogatione iurisdictionis, nu. 57. vers. vnde Clericus*, Decianus *tract. crim. libr. 4. cap. 9. ex num. 137.* Caballus *resolut. crim. casu 108. num. 2.* Franchis *dec. 209. num. 3.* vbi dicit omnes sequi hanc opinionem, *& dec. 384. num. 14.* Fabius de Anna *cons. 139. dum in illam quæstionem, alias refertur 140. num. 8. & 10. libr. 2.* Cancer *variarum resolutionum p. 2. c. 2. num. 136. & 137.* Albericus *in l. cum ratio, 8. §. ex bonis, num. 1. & 2. in fine*, Hippolytus de Marsilijs *sing. 534. attende ad vnum, & in l. statuliber, ex numer. 5. ff. de quæstionibus*, Follerius *in const. ascriptitios, numer. 7. de Episcop. & cler.* Ex quibus tamen illi tres posteriores non descendunt ad particularem casum istius ampliationis, sed loquuntur in genere de Clericatu, vel Religione in fraudem susceptis, de quo agunt quamplurimi à me relati supra numer. 447. Rationem huius ampliationis reddunt Ioánes Andreas, & cæteris illum sequuti, quoniam fraus sua nemini debet patrocinari, neque debet aperiri via ad eludendam iustitiam, & ius publicum, quod in puniendis delictis versatur, participantibus dolum tàm eo, qui dat, quam qui suscipit ordines, vel habitum Religionis, aut professionem. Et in his terminis nullum inueni contradictorem huius opinionis ex illis Doctoribus, qui præuentioni tribuũt effectum, ne Clericus, aut Religiosus omninò eximatur à iurisdictione sæculari, saltem quòad bona tametsi sciam esse quosdam alios, quamuis paucos, qui contrariũ sentiat, quos refert Albericus *tract. de statutis, lib. 3. q. 41. nu. 10. in fine*; ex illis verò prioribus, solus quod viderim, Marta *de iurisdictione, 2. par. cap. 2. num. 26. & 4. par. casu 121. nu. 19.* ab hac sententia recedit. Communis igitur Doctorum resolutio, quam supra num. 448. commemoraui, videlicet eos, qui Clericatum, vel Religionem susceperunt, etiam in fraudem, etiam si maneant subiecti quòad bona, & alligati instantia cæpta ante Clericatus, vel Religionis susceptionem: eximi tamen quòad personas à foro sęculari, & consequi earum immunitatem quòad districtionem corporalem, referenda est ad alium diuersum casum ab isto; videlicet cum extra carceres, & ante factam realem præuentionem, vel facta quidem, tamen cessante, & in statu libertatis actualis, ordo Clericatus, & Religio suscipiuntur; non ad istum, de quo modò agimus, vt manifestè constat ex traditis ab Auctoribus huius sententiæ, nempè Ioanne Andrea, Bartolo, Angelo, & alijs; ac per consequens maiorem vim tribuere censendi sunt præuentioni reali, quàm verbali.

909 An verò ista ampliatio subamplianda sit ad eum casum, quo quis relaxatus à carceribus sub fideiussoribus ante tempus, vel casum restitutionis ad carceres, vel fuga ex carceribus arrepta, aut post fugam ante carcerationem bannitus, aut post latam sententiam foriudicationis, cum in fuga esset, (qui sunt similes casus) suscepit ordinem Clericatus, vel ingressus est Religionem monachalem, vel militarem, aut in ea professus est ex facto dubitatum est sæpiùs in Sacr. Consil. Neapolitano. Et apud Vincentium de Franchis *dec. 209.* pro vtraq; parte re disputata, & ibi non decisa; deinceps verò *dec. 384.* decisum est, eum debere gaudere priuilegio fori quòad districtionem personæ, & remittendum ad Iudicem Ecclesiasticum: quoniam existimatum est, eo casu solùm esse præuentam causam, non personam. Cuius decisionis meminit Regens Tapia *in constitut. de personis numer. 32.* & rem tractauit *ex numer. 19. libr. 1. Iuris Neapolit. rub. 3.* Idem iterum decisum est apud eundem Franchis *dec. 709.* in casu cuiusdam inquisiti relaxati sub fideiussoribus, post admissi ad Religionem sancti Ioannis Hierosolymitanam, qui remissus est ad Ecclesiasticum. Et cum iterum accidisset idem casus in persona cuiusdam fugitiui, qui post foriudicationem habitum susceperat, & professionem fecerat in eadem religione Hierosolymitana sancti Ioannis anno 1627. iunctis duabus aulis Sacr. Cons. cum adiunctis designatis, è quibus ego fui, cum dubitatũ esset, an valida fuisset professio, qui articulus erat spiritualis, decisum est articulum validitatis, vel inualiditatis professionis, remittendum esse ad Sanctissimum, & interim reus, qui captus fuerat, retentus fuit in carceribus Magn. Cur. Vicar. habito pro constanti, potiturum illum priuilegio fori quòad personam, si professio valida foret. Et cum post re Romæ discussa, pronunciata fuisset professio non inualida, audiui eum remissum ad Ecclesiasticum forum, iuxta receptam praxim apud Franchis *d. dec. 384.* cuius sententiam sequuti sunt Cartarius *de exequutione sentent. cap. bannito c. final. n. 308.* Caballus *resolution. criminal. casu 108. nu. 2.* Mastrillus *decis. 94. ex num. 11.* Marta *de iurisdictione, 4. part. casu 121. ex nu. 3.* Graffis *de effectibus clericatus 1. effectu nu. 1138.* tametsi parumper videatur declinare, Giurba *cons. 15. n. 34. & 35.* Imò verò idem Franchis *decision. 395.* refert à Sacr. Consil. decisum, eum qui laicus cum esset, relegatus est in Insulam ad certum tempus, imposita pęna duplicationis exilij, & pecuniaria, si relegationem violasset, & intra illud tempus suscepisset ordinem Clericatus, & post ab Insula discessisset, captum, & carceratum, compelli à Iudice laico, qui sententiam tulerat, ad soluendam pœnam pecuniariam non posse, neq; ab eodem illi infligi duplicationem relegationis in eadem prima sententia contentam; in quam rem refert Albericum *in leg. meminisse, 10. nu. 5. & 6. ff. de offic. Proconsult. & Legat.* qui tractans casum è conuerso, quando Clericus relegatur imposita pęna in casu violationis relegationis, aut ipsi Iudici reseruata, & durante relegatione contracto matrimonio cum vidua amittit fori priuilegium, decernit ob violatum exilium à laico puniendum, non ab Ecclesiastico. Quæ est singularis doctrina, & ad speciem, de qua agitur accommodatissima, cui acquiescunt Fabius de Anna *d. cons. 139. dum in illam, ex nu. 12.* Valascus *consultation. 48.* Marta *de iurisdictione, 4. par. casu 176. ex num. 12.* Gratianus *disceptationum forensium, tom. 2. cap. 226. n. 36.* Giurba *cons. 15. num. 32.* qui alios refert.

910 Illa verò iam hic se se offert prima discutienda difficultas, quam ex nu. 897. supra in hunc locum reseruauimus, an si quis laicus cum esset, promisit creditori soluere certam quantitatem, vel quid aliud dare, vel facere, facta obligatione solẽni pęnes acta seu adiecta clausula guarentigia in Prouincia, in qua similes scripturæ habent

bent exequutionem paratam, non fecus, ac fi effent fententiæ obtinentes auctoritatem rei iudicatæ; poft obligationem verò contractam fufcepit ordinem Clericatus, aut Monachatus, & priuilegium fori adeptus eft, debeat conueniri coram fæculari Iudice pro fatisfactione prædictæ obligationis; an verò coram Ecclefiaftico? Et eadem difficultas erit è conuerfo, fi obligatio prædicta contracta effet à Clerico, qui poftea nubens amififfet fori priuilegium, an pro illius implemento, & folutione conueniendus fit coram Ecclefiaftico, cui tempore obligationis contractæ fubijciebatur, an coram fæculari, cui tempore actionis in iudicium deductæ, & ingreffus viæ exequutiuæ, fubijcitur?

911 Prima fententia, eft conueniendum effe reum coram Iudice, cui fubijciebatur tempore obligationis contractę. Ita fentit Rota Romana *in antiquis decif. 5. obligatus eft laicus, de foro comp. alias decif.* 552. quam fequitur Marianus Socinus *in d. cap. propofuifti, num.* 54. *verf. aduerte*, Riccius *ad Franchis decif.* 656. Cancer *variar. refolut. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 226. Fabius de Anna *d. conf.* 139. *dum in illam, num.* 2. *lib.* 2. Ex qua fententia paulatim colligitur ex obligatione guarentigia, vel pœnes acta, non fecus induci præuentionem, ac fuperius nu. 879. dictum eft, induci ex legitima citatione. Probatur primò, quoniam prædicta obligatio obtinet vim rei iudicatæ, & eft inftar fententiæ, vt notat Benedictus Barzis *tractat. de guarentigia*, 2. *par. princip. q.* 2. Ergo per eam cenfetur inducta præuentio ex eo tempore, quo eft contracta; ac per confequens quemadmodum fi tunc lata effet fententia condemnatoria, reus non poffet mutans poftea forum effugere iudicium, & iurifdictionem Iudicis, cui tunc fubijceretur, ita adquifito, vel omiffo poft prædictam obligationem foro, non poterit eximi à poteftate Iudicis, cui tempore contractæ obligationis fubditus erat.

912 Secundò quoniam in delictis infpicitur tempus delicti commiffi, & ftatus delinquentis eo tempore ad dignofcendum, quis fit futurus legitimus rei Iudex, non ille ftatus, qui ex poft facto poteft euenire. Quo fit, vt fi quis delinquat tempore, quo erat exemptus, quamuis poftea priuilegium exemptionis amittat, fi tractetur de puniendo delicto, etiam fi præuentio facta non fit, defendus fit apud Iudicem exemptorum, vt tradit Giurba, qui fic decifum refert *conf.* 15. *ex num.* 12. *& num.* 17. vbi copiosè allegat, & præfupponunt multi alij à nobis fuperius relati nu. 618. in fine, Alexander *conf.* 8. *nu.* 4. *lib.* 1. Hippolytus de Marfilijs *fingular.* 480. *apud Doctores*. Ergo fimiliter dicendum erit in contractibus, nam quemadmodum ex contractu ad delictum, præfertim quoad forum, valet argumentum, vt notaui fupra num. 735. in fine, ita ex delictis ad contractus, vt notat Euerardus *in locis legalibus, loco* 43. *à delictis ad contractus*; delicta enim, & contractus in iure paria iudicantur, *l. omnem*, 20. vbi notant Doctores *ff. de iudicijs*, confirmatur ex textu *in l.* 2. *C. de iurifdict. omn. iud.* qui probat, quòd ad forum infpiciendum effe tempus contractus.

913 Contrariam nihilominus fententiã, imò reum ex obligatione guarentigia, feu contracta pœnes actas, & habente paratam exequutionem conueniendum effe coram eo Iudice, cui fubijcitur tempore exequutionis in iudicio petitæ, vel incufationis obligationis, vel citationis cuiufque, quæ neceffaria fuerit in iudicio exequutiuo, non coram eo, cui fubijciebatur tempore obligationis contractæ; & quod confequens eft, non indici præuentionem ex iftiufmodi obligatione, veriorem exiftimo. Quam tradit Imola *in leg. nemo*, 58. *nu.* 9. *ff. de legat.* 1. Baldus *ibi nu.* 6. *in fine*, Iaf. *in* 1. *lectur. num.* 86. *& in* 2. *lectur. numer.* 121. Alexander *numer.* 31. Cardin. Zabarella *in clement.* 1. *nu.* 5. *q.* 9. *de cenfibus*, Arnaldus Albertinus *in repetit. cap. quoniam, q.* 13. *num.* 21. *de hæreticis, in fexto*, Vincentius de Franchis *decif.* 656. Carolus de Graffis *de effectibus clericatus*, 1. *effect. num.* 125 1. qui alios alegat Marta *de iurifdictione*, 4. *par. cafu* 121. *ex nu.* 1. Giurba obiter *conf.* 15. *nu.* 32. Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ*, 2. *part. q.* 37. *num.* 3. *&* 4. Molfeffius *conf.* 19. *nu.* 17. *&* 18. inclinat Hyppolytus de Marfilijs *in repetit. rubricæ de fideiufforib. ex nu.* 132. & Surdus *conf.* 396. *nu.* 19 *&* 20. *lib.* 3. quem corruptiffimè allegat Graffis, faciunt tradita ab eodem Surdo *conf.* 222. *num.* 2. *li.* 2. & eodem Graffis *dict.* 1. *effect. num.* 28 1. Scaccia *de iudicijs, lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 23. & Barbofa *in l. fi quis poftea quàm*, 7. *num.* 202. *ff. de iudic.* Maufonio *de caufis exequtiuis, lib.* 1. *ampliat. nu.* 17. Et probatur primò: nam quod attinet ad vfum, & praxim Regni Neapolitani obligatio pœnes acta non poteft exequutioni mandari, fine præuia incufatione, vt notat Carauita *rit.* 128. *nu.* 2. *&* 3. Afflictis *in conftitut. edictorum num.* 33. *rubr.* 96. *lib.* 1. *& decif.* 3. *num.* 1. Franchis *decif.* 118. *num.* 8. *&* 9. *in d. decif.* 656. *nu.* 1. neque liquidari inftrumentum nifi præuia citatione fuper tenore inftrumenti, vt ftatuitur *in ritu* 166. & ibi notat Carauita *nu.* 10. Franchis *d. decif.* 118. *ex nu.* 7. & eft practica notiffima; neque vigore pacti exequutiui decernuntur literæ exequtoriales in Regno, nifi præuiò mandato de foluendo fub comminatione exequutionis, quod vim citationis habet, *l. nec quidquam*, 9. §. *vbi decretum. ff. de offic. Proconful. & Legat.* vbi notant Doctores Angelus Aretinus *in* §. *curare, num.* 18. *inftit. de actionib.* Gail *practic. obferuation. lib.* 1. *obferuat.* 19. Maranta *in praxi*, 6. *par. tit. de fententia, numer.* 27. Io. Garcia *de nobilitate, gloff.* 11. §. 1. *num.* 6. Parladorius *libr.* 2. *rerum quotidianarum, cap. fin.* 1. *par.* §. 1. *numer.* 22. Quæ praxis tametfi in Regno Neapolitano fit vfitatiffima, difficulter poteft intelligi, ex qua lege illius Regni originẽ duxerit, & potius videtur moribus introducta, defumiq; poffe ex ijfque notant Afflictis *in conftitut. Baiulus fi furem, nu.* 3. *rubric.* 64. *lib.* 1. Carauita *d. ritu* 166. *nu.* 10. *& rit.* 167. *nu.* 32. Follerius *in praxi cenfuali, verb. tanquam res indicatas, num.* 60. Franchis *d. decif.* 118. *num.* 9. Innominatus *in additione ad finem tractatus Franchis Antonij, de liquidationibus inftrumentorum*; atque item exemplo fententiarum, quæ in rem iudicatam tranfitum fecerunt, quæ exequutioni mandantur nifi prius expedito mandato de parendo, vt notat Afflictis *in conftitut. dilationes, numer.* 23. *& feqq. rubr.* 17. *lib.* 2. Carauita *d. rit.* 128. *num.* 7. Imò verò inftrumentum guarentigiatum ex fui natura non poteft exequitioni mãdari nifi præuia citatione, vt ex Baldo *in l. ab exequutione*, 5. *num.* 6. *C. quor. appell. non recip.* notat Barzius *de guarentigia*, 2. *part. q.* 3. Marianus Socinus *in rubr. de dilationibus, artic.* 7. *num.* 21. *&* 22. vt ibidem docet procedere in exequutione fententiarum.

914 Quantum verò pertinet ad ius Caftellæ tametfi *ex l.* 2. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilation.* quæ vocatur lex Toleti, inftrumenta publica guarentigia habeant paratam exequutionem, & virtute illorum fine vlla citatione, rei expediri poffint, & foleant mandata exequutiua fuper, rebus, & perfona debitoris, vt capiantur pignora, & ipfemet debitor fi opus fit, tamen in proceffu viæ exequutiuæ ante pignorum addictionem, fed venditionem reus citari debet, vt obijciat fi quas habeat exceptiones aduerfus exequutionem, iuxta *l.* 19. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* & ibi notata ab Azeuedo *ex num.* 95. Roderico Suarez *in l. poft rem. ff. de re iudic. in declaratione l. Regni, limitat.* 12. Auendano *in dictiona-*

ctionario, verb. Almoneda, vers. item in ista materia aliud, Parladorio *lib. 2. rerum quotidianarum, capit. fin. 5. par. §. 9. ex nu. 1.* Volano *in curia philippica, 2. p. §. 19.* Villadiego *in politica, cap. 2. num.* 107. Quemadmodum attento iure communi, post capta pignora citari solet reus, vt intra certum tempus veniat ad reluendum pignus, & soluendum debitum, vel reddendam rationem cur non debeat vendi, vel dari creditori in solutum; vt docet Glossa *verbi conueniendi, in l. debitores præsentes, 10. C. de pignor. & hypothec.* Albericus *in l. creditor, 4. Cod. de distract. pign.* per textum ibi. Guido Papæ *decis.* 329. *ex num.* 1. Afflictis *decis.* 358. *nu.* 3. *&* 4. & ibi Vrsillus *nu.* 5. Maranta *in praxi par. 6. tit. de exequutione sententiæ, num. 9.* Gratianus *discep. forens. tom. 2. cap. 375. ex nu. 1.*

915 Actus autem isti iudiciales ad viam exequutiuam; eiusq; solemnitatem necessarij, incusationis, & citationis, vt legitimè fiant, debent fieri apud iudicem competentem, vel à Iudicem competenti, alioqui cum legitimi non fuerint, tota via exequutiua corruet, laborat q; vitio nullitatis. At si suscepto Clericatu à laico, eius obligatio penes acta incusaretur coram Iudice sæculari, incusaretur coram incompetenti, vt rectè expendit Franchis *d. decis.* 656. *num.* 1. confirmaus id ex dictis à se ipso *decis.* 395. vbi laico ad certum tempus relegato, intra quod assumpsisset Clericatum, & post violatum exilium, de hac violatione, tanquam de nouo delicto cognoscit Ecclesiasticus non sæcularis, quod nos retulimus supra num. 909. Item si citaretur Clericus reus ad pignora reluenda, vel ad sententiam addictionis, citaretur incompetenter à laico, cui parere non esset adstrictus. Igitur existentibus illegitimis incusatione, & citatione, via exequutiua subsistere non poterit, aut robur firmitatis habere.

916 Secundò, quod caput est, quoniam preuentio est actus iudicialis: est enim anticipatio vsus iurisdictionis, vt dixi supra num. 869. iurisdictio autem, & eius vsus, iudicialiaque omnia ab illa prouenientia, iuris publici sunt, *l. 1. §. huius studij, ff. de iust. & iur.* vbi notat Glossa *verb. in sacris, in fine*, desumitur ex Duareno, *ad tit. ff. de iustit. & iure*, Vbesembecio *in paratitla eodem titulo; nu. 14. vers. huius studij*, cui iuri priuatorum pactis, aut contractibus derogari non potest, *l. iurisgentium, 7. §. si paciscar, l. ius publicum, 38. ff. de pactis*, & ad eam obseruat Cuiacius *lib. 2. in Papiniani quæstiones*. At contractus etiam guarentigiati, & obligationes pœnes acta non transcendunt naturam contractuum, qui ad priuatam vtilitatem pertinet, vt notarunt prædicti, neque attingunt aut ascendere possunt ad naturam iudiciorum. Ergo contrahentes sub quibusuis clausulis, & sollemnitatibus inter se contrahendo non possunt efficere, vt censeatur per eorum contractum facta iudicialis præuentio, quò derogetur iurisdictioni legitimæ, à qua se per suum contractum anticipatè exemerint, & inferatur præiudicium iurisdictioni Iudicum, quibus post eos contractus ob euentus futuros sunt subijciendi; idque præsertim dum agitur de iurisdictionibus Ecclesiastica, & sæculari, quæ in radice, & fonte diuersæ sunt, & non procedunt ab vno, & eodem capite immediatò, sed à Deo tanquam à primo fonte, à quo omnis potestas ordinata est, *Roman.* 13. *nu.* 2. per diuersos ductus, & riuulos deriuantur, & vna alteri nunquam est censenda derogare, *cap. nouit,* 13. *de iudicijs*: Non inquam potest efficere laicus per contractum, ne postea, cum Clericus mutato statu fuerit, apud Ecclesiasticum conueniatur; neque Clericus gaudens priuilegio fori, ne cum fori priuilegium amiserit conueniatur apud laicum cum iudiciorum ordo iuris publici sit, & contrahentium voluntati non subditus, cum superioribus præiudicium infertur, vt constat ex dictis supra num. 808. Idemq; dictum puta de cæteris iurisdictionibus, quæ non procedut ab vno, & eodem capite, vt sunt in diuersis Regibus Regnis, aut Rebuspublicis superiorē non recognoscentibus.

917 Tertiò quoniam in contractu isto guarentigio, aut obligatione pœnes acta, alia sunt, quæ pertinent ad substantiam ipsam, & essentiam contractus, alia, quæ pertinent ad exequutionem, & implementum ipsius obligationis, vt deicitur ex textu *in clem. 1. in fin. de præbend. & dignitat.* & ijs, quæ inferius adiungemus disputat. 5. num. 34. Certè clausula guarentigiæ pertinet ad substantiam, & naturale complementum contractus, cum pacta contractui adiecta pars ipsius contractus cēseatur fine *leg. fundi partem, 79. ff. de contrah. empt. l. si venditor, in fin. ff. de seru. oport. l. si sterilis, §. si tibi fundum, ff. de act. empt.* tradit Alexander *in leg. lecta, 40. ex num.* 17. & late Ias. *ex num. 24. ff. si cert. petat.* Tuscus *liter. P. conclus. 6.* Federicus Martini *de iure censuum, cap. 6. ex num.* 297. Gutterrez *de gabellis, quæst.* 67. Atque item præsentia Iudicis, seu consensus, in obligatione pœnes acta, pertinet ad solemnitatem, & substantiam dispositionis, & hæc extraiudicialia sunt. Quæ verò ad exequutionem obligationis pertinent, aut extra iudicium à contrahentibus sponte fiunt, quemadmodum si reus sponte solueret, seu promissa impleret, & obligatio non dicetur in iudicium deducta, aut super ea versari lis; (lis enim tunc dicitur incipere, & pendere cum citatio legittima à Iudice fieri iussa peruenit ad notitiam citati, vt docet text. *in clementin. cum lite, 2.* & ibi Glossa, *verb. ad partem, vt lite pendente*, Guido Papæ *decision.* 488. Menochius *de arbitrarijs, li. 2. casu 202. num. 5. &* 8. Lancellotus *de attentatis, 1. part. in præfatione, num. 25. aliàs num. 18. cum seqq. & 2. part. cap. 4. in præfatione, ex num. 1. & ex num. 28. tom. 5. tractat.* Couarruuias *in practicis, cap. 15. ex nu. 6.* Parladorius *in sesquicenturia, different. 136. ex num.* 3. Farinacius *in fragmentis criminalibus, liter. C. ex num.* 367.) aut aditur Iudex, quo compellat remitentem ad satisfaciendum obligationi; & tunc obligatio in iudicium deducitur, & quantumuis via iudicialis fit summaria, & exequutiua, quod ad hoc attinet, attamen super obligatione lis versatur, & iudicialiter proceditur ad eius implementum, inuocata Iudicis iurisdictione, & eius vsu. At qui præuentio actus iudicialis est, per citationem factus. Ergo neque inducitur ex obligatione pœnes acta, neque ex clausula guarentigiæ, quæ sunt prorsus extraiudicialia.

918 Neque satisfacies si dixeris, obligationem pœnes acta robur accipere ex calore iudicij, & Iudicis assistentia, & obligationem guarentigiatam ex interuentu Iudicis ad contractus, vel Notario vicem Iudicis habente, & eius loco præceptum guarentigiatum illi inferente, vt latè prosequitur Rodericus Suarez *in l. post rem iudicatam, ff. de re iudicata, in declaratione l. Regni, in cuidentialibus, §. sequutus vestigia, ex nu.* 1. Non inquam satisfacies, nam quidquid sit obligatio pœnes acta, totum enim est vmbratilis, & fictus magis quam verus iurisdictionis vsus, & re ipsa solùm tractatus certa solemnitate, & pactis vallatus, quidquid inquam sit iudiciale in isto contractu solemni, totum est citra citationem legitimam: actus verò etiam iudiciales citra citationem, præuentionem non inducunt, vt dixi num. 876. cum sequentibus. Ergo per contractum guarentigium, aut obligationem pœnes acta, non fit præuentio; & quod consequens est, cum istæ obligationes in iudicium exequendæ deducuntur, & versatur lis super earum effectu, & implemento, debet

res

res tractari coram Iudice rei legitimo tempore exequutionis, non coram Iudice, qui erat legitimus tempore conventionis.

919 Ex quibus infertur primò, reijciendam esse limitationem istius secundæ sententiæ, quam sequimur, in quam inclinat Franchis *dicta decisione 656. num. 3. & 4.* videlicèt, tunc censendam esse factam præuentionem ex obligatione pœnes acta, vel guarentigiata, cum in aliqua Curia, seu Prouincia istæ obligationes, ita obtinerent vim rei iudicatæ, vt nullo alio extrinsecus requisito possent exequutioni mandari, vt re vera contingit in Regno Castellæ, in quo publicæ scripturę exequutioni mandantur, sine vllo alio extrinseco requisito, præterquàm præsentatione coram Iudice facta, qua præmissa virtute earũ expediuntur literæ exequutoriales, seu mandatũ de exequendo; ea enim limitatio vera non est. Quippè cùm expeditio literarum exequutorialium, seu mãdati de exequendo, nis actus iudicialis est præcedat citationem, ac per consequens præuentionem non inducat, quemadmodum neque productio libelli, nec mandatum Iudicis de examinandis testibus pro inquisitione, nec eorundem testium examinatio præuentionem facit, vt dictum est superiùs num. 876. cum duobus sequentibus.

920 Secundò infertur, quod attinet ad præsentem articulum à pari procedere iurisdictionem sæcularem, & Ecclesiasticam; videlicèt vt quemadmodum fauorem iurisdictionis Ecclesiasticæ, non censetur facta preuentio ex obligatione guarentigia, vt laicus ea adstrictus factus Clericus conueniri possit pro eius exequutione coram Iudice laico: ita neque è conuerso, qui cum esset Clericus gaudens priuilegio fori obligationem guarentigiam contraxisset, & post amisso priuilegio de ea obligatione esset conueniendus, non ad Ecclesiasticum, sed ad sæculare forum trahendus esset Neque enim vni, aut alteri iurisdictioni detrahere debemus, *dicto cap. nouit, 13. de iudicijs*, & quod de vna sentimus, de alia pariter iudicemus necesse est argumento textus singularis, & optimi *in cap. 2. de exceptionibus in sexto*; & qui hanc in re inter vnam, & alteram iurisdictionem discrimen inducunt, ex quibus sunt Gratianus *disceptationum forensium. c. 226. fere per totum, sed præsertim ex num. 20. & num. 40.* Giurba *consil. 15. numer. 31. 32. & 35.* Riccius *ad dict. decision. Franchis 656.* inuerisimiliter, & sine fundamento loquuntur cum ratio disparitatis vera sedans intellectum reddi non possit, si res adamussim, & radicitus consideretur, iuxta quam doctrinam die 15. Septembris anni 1628. decisum est in Sacr. Consil. me interueniente, cum prædicta essent allegata in causa Benedicti Codæ, cum Anneio de Mari Clerico, qui conueniebatur ad soluendam certam quantitatem ex instrumento guarentigio facto, tempore quo gaudebat priuilegio clericali, coram Mag. Cur. Vicar. quia tempore cæpti iudicij habitum clericalem deposuerat, & priuilegium amiserat, & nihilominùs petebat remissionem ad Ecclesiasticum, denegandam esse remissionem; vt denegata erat à Mag. Cur. in banca de Villasueco.

921 Neque obstant argumenta adducta pro prima sententia contraria. Nam ad primũ respondendum est primò, obligationem pœnes acta, seu guarentigiam parem esse, & similem sententiæ, quæ robur obtinuit rei iudicatæ quoàd vim exequutiuam, quoniam nouiori iure, & statutis Prouinciarum, quoàd hunc effectũ sunt æquiparatæ, & exequatæ: cæterùm quoàd alios effectus, & iuris articulos esse valdè diuersas, & dissimiles. Nam limitata exequatio limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de adquirend. rer. domin.* ideò tametsi actione super re in iudicium deducta, & sententia lata, etiam quæ vim rei iudicatæ obtinuit, ante exequutionẽ, & ad huc maneat res affecta vitio litigiosi, vt doctè adnotauit Ioannes Faber *in leg. lite pendente, C. de litigiosis*, & Ludouicus Gomez *in regula de annali possessore, quæstion. 44.* vbi doctissimè disputat, adductus in eandem rem multis Rotæ decisionibus, & Lancellottus *de attentatis, 2. part. capit. 4. ex num. 230. & 234.* & planè præsupponit Franchis *decision. 545.* quo fit, vt si quis reus damnatus restituere rem quam possidet per sententiam, quæ in iudicatum transierit, post ipsam illam eandem rem in alium trastulerit possit sententia exequutioni mandari contra nouum possessorem, sine nouo processu, tanquam contra possidẽtem rem litigiosam, vt probat in Regno, *cap. conuentus*, 151. & ad eum locum Sebastianus de Neapoli, & Ioannes Antonius de Nigris, Franchis *decis. 464. & dict. decis. 545.* quam sententiam iure communi spectato tradit Baldus *in l. ob maritorum, 2. num. 8. C. ne vxor pro marito, & in l. exequutorem, 8. nu. 27. C. de exequut. rei iudic.* Paulus Castrensis *in leg. à Diuo Pio 15. §. si super rebus, num. 8. ff. de re iudic.* & alij inferiùs referendi. Non tamen, quia facta sit super aliqua re obligatio guarentigia, vel pœnes acta, manebit affecta vitio litigiosi. Item vis exequutiua obligationis guarentigiæ personalis iure Hispano præscribitur decennio; vis verò exequutiua sententiæ in rem iudicatam transactæ, & ad literas exequutoriales redactæ, durat vigintis annis iuxta *l. 63. Tauri*, quæ est *l. 6. tit. 15. libr. 4. recopilat.* vbi notant Scribentes. Præterea stante statuto, quod de qualibet sententia in iudicatum transacta soluatur gabella, aut tributum, non propterea soluetur de obligatione guarentigia, aut contracta pęnes acta. Nam etsi sententijs exequentur quoàd vim exequutiuam, sententiæ dici non possunt, vt deducitur ex traditis à Bartolo *in l. 1. num. 1. ff. de confessis*, Bertachino *de gabellis, 4. membr. 8. part. principal. nu. 12. & seqq. tom. 12. tractat.* & Iulio Ferretto *tract. de gabellis, 388. eodem tomo.* Sicut è contra, si statutum extaret iubens solui de omnibus contractibus guarentigiatis, & habentibus paratam exequutionem gabellam aliquam; non tamen ideò solueretur de sententijs habentibus paratã exequutionẽ, quod hæ sententiæ sint illis contractibus quoàd vim exequutiuam exequatæ, vt colligitur ex traditis ab eodem Iulio Ferreto, *vbi supra, ex nu. 317. per multos sequentes.* Itaque exequatio instrumentorum guarentigiatorum, & obligationum, pœnes acta, cum sententijs in iudicatum transactis, non est indefinita, aut vniuersalis, neque viget in omnibus & per omnia, ac per consequens, etiam si sint instar sententiarum, non ideò colligitur ex istis obligationibus induci præuentionem.

922 Secundò respondetur, sententiam non esse actum iudicialem ejus naturæ, vt ex ea inducatur præuentio. Nam etiamsi inter duos Iudices de causa cognoscentes alter prius sententiam ferat, quam alius, non censebitur causam præuenisse, vt dictum est supra, num. 893. sed præuentio inducitur per legitimam citationem, vt dictum est, num. 879. Ita cum instrumenta guarentigia, & obligationes, pœnes acta non exequentur citationi, sed sententiæ non possunt inducere præuentionem.

923 Ad secundum argumentum respondetur primò, si quid probaret, probaturum etiam non solùm ex obligatione guarentigia induci præuentionẽ, sed etiã ex quibusuis contractibus, & conueniendũ esse reum coram eo Iudice, cui subijciebatur tẽpore contractus, quod planè falsum est, & absurdum, ab omnique opinione alienum.

924 Se-

924 Secundò respondetur, falsissimam prorsus esse, & ab omni ratione alienam, plenamq; erroneam, iuxta veram iuris doctrinam, illam propositionem, nempè inspiciendum esse tempus delicti ad dignoscẽdum quis sit futurus legitimus Iudex punitionis, pro qua plures retuli supra, num.628. in fine. Passi verò sunt æquiuocationem, qui vniuersim hac propositione vtuntur, ex textu *in leg.1 in principio, ff. de pœnis*, & traditis ibi à Doctoribus, videlicèt ad imponendam pœnam inspiciendum esse tempus delicti, non sententiæ. Quod verissimum est, non tamen inde sequitur quoad legitimandum iudicium, & adeundum legitimum Iudicem, qui est effectus valde diuersus, idem tempus esse spectandum; quod rectè considerauit Guttierrez *libr.1. practicarum, q.5. num.7*. Imò quantum ad hoc attinet, habenda est ratio temporis motæ litis, & iudicij cœpti, seu vocationis ad iudicium, quam citationem vocant, non temporis delicti. *Consiliumque* illud Giurbe, 15. decisionemq; in illo relatam eensendum est leuis fundamenti, & auctoritatis esse. Nam si illa propositio esset vera fieret, vt laicus post delictum effectus Clericus puniendus esset indistinctè à Iudice sæculari, & non recurrerent Doctores ad communissimam illam distinctionem ordinis, vel Religionis, in fraudem, vel sine fraude susceptorum, dictum est supra, num.448. Quare solam commissionem delicti non causare præuentionem, expressè docuit Federicus de Senis *consil.97. nu.5. in fine*, & Card. Tuscus *liter. P. conclus.646. nu.14. & 27.* Deinde si idem seruandum esset in contractibus, ad quos re vera ex delictis quoad forum, rectè argumẽtum ducitur, frustra *in d.l. cum quædam puella, in principio, ff. de iurisdict. omnia iudic. & in cap. proposuisti, 19. de for. competenti*, Pontifex, & Iurisconsultus fundamentum decisionis illorum textum statuissent in præuentione facta, si illa seclusa, idem ditendum foret, quod superius etiam expendi num. 285. ex quo predicti textus huic doctrinæ planè aduersantur; quę nullum quoque fundamentum habet, vt rectè considerauit Catauita *ad rit.66. num.9. & 10.* Neque quidquam faciunt, quæ tradit Grammaticus *decis. 10.* quoniam fundamentum illius decisionis non fuit futilis illa doctrina Baldi *in l. affinitatis, 7. numer.4. in fine, Cod. commun. de successionibus*; & quorumdam aliorum eum fine vlteriori examine, imò fortassis non viso loco sequẽtium instar auium volantium, inspiciendum esse tempus delicti ad legitimandum forum; sed quoniam ille Clericus delinquens, qui remissionem petebat, priuilegiũ fori non amiserat, vtpotè coniugatus, & virgine eoq; foro vti poterat, vt Clericus coniugatus, *iuxta cap.1. de Clericis coniugatis in sexto*. Imò verò, & si Baldus attente legatur, videtur præsupponere, in casu, de quo agit, præuentam fuisse causam ab Ecclesiastico. Nam clericum dicit prius declinasse forum, post verò dimisisse habitum, & tonsuram, per quam depositionem, qualitatem Clericatus ait consumptã, idest quoad effectum fori extinctam. Quare mirum non est, si dicat ad Ecclesiasticum remittendum: data enim præuentione, id non habet difficultatem. Igitur siuè de delictis, siuè de contractibus agamus, ille erit Iudex competens, & legitimus, qui eo tempore, quo reus in iudicium vocatur, fuerit competens, & legitimus, vt planè indicant præter modo dicta, quæ notaui supra num. 909. in fine De *lege* autem *secunda, C. de iurisdict. omn. iudic.* quæ adijciebatur pro confirmatione, latè egi supra ex nu.283.

925 Succedit secunda difficultas, an sententia lata à sæculari Iudice competente aduersus eum, qui tempore litis motæ erat laicus, ante verò, vel post sententiam effectus Clericus, sit exequutioni mandanda ab ipso Iudice laico, vel debeat exequutio remitti ad Iudicem Ecclesiasticum? Et non agimus de sententia lata in criminalibus cõtra personam Clerici, quæ nulla erit, quippè cùm per susceptionem ordinis, etiam in fraudem iurisdictionis sæcularis persona Clerici exempta maneat à sæculari iurisdictione, vt dictum est supra num.448. sed de sententia lata contra bona Clerici in criminalibus, vel in ciuilibus causis, eo casu, quo causa præuenta est à laico Iudice, & quo non prodest ad mutationem fori priuilegium superueniens, *vt in l. cum quædam, 19. in principio, ff. de iurisdict. omn. iudic. d.l. si quis postea, 7. ff. de iudicijs, & d. cap. proposuisti, 19. de foro compet.* Et similis potest occurrere difficultas in casu inuerso, videlicèt si ab Ecclesiastico lata esset sententia contra Clericum, qui ante exequutionem deposito habitu, & tonsura nuberet, priuilegiumque; fori amitteret vtrum sententia esset exequenda ab ipso Iudice Ecclesiastico, an verò à laico, cui reus tempore exequutionis subijcitur.

926 Prima sententia asserit exequutionem eius sententiæ remittendam esse ad Iudicem, cuius reus subijcitur tempore exequutionis; scilicèt primo casu ad Ecclesiasticum, si exequutio facienda est contra Clericum: secundo casu, ad laicum si is, contra cuius bona exequenda est, laicus fuerit. Ita de primo casu loquentes sentiunt Speculator *lib.1. tit. de reo, §.1. num. 4. in fin.* tametsi agat de sententia criminali Lapus *allegat.118. num.4.* Aufretius *ad Capellam Tholosanam decis.147. num.2.* Caualcanus *decis.10. num.32. lib.5.* Viuius *decis.49. nu.6.* Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. par. q.37. num.5.* Ambrosinus *de immunitate, cap.20. num.47. & 49.* Giurba *cons.15. num.38.* Molfesius *ad consuetud. Neapolit. tom.2. par.2. tit. de personis, in additionibus ad quæst.8. num.3.* Marta *de iurisdictione, 2. par. cap.2. num.21. & 23.* vbi tamen loquitur de exequutione circa personam, non circa bona, verùm *4. par. casu 121. num. 6. & 7. & casu 151. ex num. 5.* vniuersim loquitur.

927 Secunda nihilominùs sententia, quæ est magis vera, magisque iuri conformis affirmat exequutionem sententiæ latæ à Iudice laico contra laicum postea factum Clericum, vel contra Clericum in ijs casibus quibus laicus, contra Clericum potest legitimè procedere, posse fieri ab eodem Iudice laico, qui illam legitimè tulit contra bona Clerici. Eam sequuntur Io. Andreas *in cap.1. num. 19. in fine, de oblig. ad ratiocin. non ordinand.* Federicus de Senis *cons.97. nu.5. in fine.* Marianus Socinus *in d. cap. proposuisti, num 54. vers. quintò exemplificant*, Antonius de Matheis *de prorogatione iurisdictionis, num.34. versic. aut in iudicio ciuili, tom.3. tractat.1 par.* Tuscus *liter. P. conclus. 646. nu.13.14. & 15.* Bossius *tit. de for. competent. nu. 145. & tit. de pœnis, num.38.* Vrsillus *ad Afflictis decis.212. nu. 2. in fine*, Marta sibi inconstans *de iurisdictione, 2. part. cap.2. num.27.*

928 Probatur primò, ex communi doctrina Doctorum, quam colligunt ex textu *in d.l. cum quædam, in principio*, qui dicunt, quandocunque iurisdictio Iudicis confirmatur quoad cognitionem alicuius causæ, censeri debere confirmatam quoad exequutionem, quoniam eiusdẽ iurisdictionis est sententiam ferre, & eam exequutioni mãdare, etiam si interim forus mutetur. Ita docent *d. leg. cum quædam, in principio*, Baldus *ante num.1.* Albericus *num.1.* Angelus *nu.2.* Fulgosius *num.2.* Paulus *num.5.* Alexander *nu.6.* Decius *num.7.* Iason *num.5.* Sebastianus Sapia *num.28.* Cagnolus *num.23.* Antonius Faber *in rationalibus, ibi, in ratione decidendi*, Surdus *cons.152. num. 21. & 22. libr. 2.*

Giur-

Giurba *decis.* 23. *nu.* 2. quorum quidam in specie loquuntur de sententia lata aduersus laicum, qui post sententiam fit Clericus.

929 Secundò quoniam præuentio nullum haberet effectum, si lata sententia iurisdictio Iudicis cessaret, apertaque esset fraudibus via, si potestati rei relinqueretur vt quouis modo eximeret se à iurisdictione Iudicis eum dānantis, atque ita se immunem, & securum redderet ab exequutione sententiæ contra ipsum latæ.

930 Tertia tandem incidit hoc loco difficultas, an casu, quo præuentio locum non habet, quia subingrediatur noua persona in iudicium, non vocata in locum rei, quoniam scilicèt lite pendente, seù ante, siuè post sententiam latam, in eum sit translata possessio rei in iudicium deductæ, effectęq; litigiosæ, quę tamen persona gaudeat priuilegio fori, aut alieno foro communi subijciatur, & non Iudici, qui de causa cognouit, possit ne tunc Iudex, qui sententiam tulit, eam exequutioni mandare contra nouum possessorem alieni fori propria auctoritate, quasi præuentionis effectus, non solùm tangat personas in iudicio interuenientes, sed etiam redundet in res ipsas in iudicium deductas, & efficiat, vt possit cęptum iudicium vsque ad exequutionem inclusiuè continuari aduersus personam in iudicium non vocatā, ad quam dolo actoris, exequutionis subterfugiendę causa, est translata rei litigiosę possessio.

931 In qua ego tres casus distinguendos existimo. Primus est, cum nouus possessor in iudicium non vocatus subijcitur foro eiusdem Iudicis, qui sententiam tulit. Secūdus, cum nouus possessor subijcitur diuersæ priuilegiatæ iurisdictioni, veluti si esset Clericus, aut Monachus, aut Miles. Tertius cum nouus possessor est alterius iurisdictionis ordinariæ, veluti si esset laicus alterius territorij, aut Prouinciæ.

932 Primo casu resolutio non est sine controuersia. Nam Bartolus *in l. à Diuo Pio,* 15. *§. si super rebus, num.* 7. *ff. de re iudic. & in l. si. quis missum,* 17. *§. Iudex, num.* 3. *&* 4. *ff. de damn. infect.* sensit non posse recta via sententiam latam contra eum, qui dolo desijt possidere, exequutioni mandari contra tertium possessorem; sed necessarium esse, prius agi actione reuocatoria, iuxta §. *item si quis in fraudem, inst. de act. & totum titulum de ijs, quæ in fraudem creditorum, ff. & C.* & alienatione reuocata exequutionem suū effectum sortituram. Bartolum sequitur Alexander *in d. §. si super rebus, num.* 10. Surdus *decis.* 306. *num.* 16. Rolandus a Valle *cons.* 5. *ex n.* 8. *vol.* 2. quam sententiam Couarru. *in practic. cap.* 15. *nu.* 7. *vers. imò ex hac,* ait iure magis probari, & esse frequentiori Doctorum suffragio receptam. Verùm est Bartolum istis locis non loqui expressè de re litigiosa, sed de re per fraudem alienata, potest autem fraus in alienatione rei contingere citra vitium litigiosi.

933 Verùm alij, quorum opinionem veriorem credo, in casu, de quo loquimur, existimant sententiam latam contra reum, qui rem litigiosam ante, vel post ipsam sententiam in alium transtulit dolo desinens possidere, posse recta via sine nouo processu contra tertium possessorē in iudicium non vocatum exequutioni mandari. Hanc sententiam tuetur Cynus *in l.* 1. *num.* 11. *&* 12. *C. de alienat. iudicij mutand. caus. fact.* eandem in his terminis amplectitur Bartolus *in l. creditores,* 3. *num.* 23. *C. de pignoribus, & in l.* 1. *§. si inter, num.* 3. *C. de litigiosis,* Baldus *in l. ob maritorum,* 2. *num.* 8. *C. ne vxor pro marito,* Paulus *in d. l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num.* 8. Ias. *num.* 10. *ff. de re iudic.* Afflictis *in constitut. earum fraudibus, nu.* 10. *&* 11. *rubr.* 41. *lib.* 2. Rodericus Suarez *in l. post rem, ff. de re iudic. in declaratione l. Regni, limitat,* 1. *num.* 4. Couarruuias *in practic. d. cap.* 15. *num.* 7. Cacheranus *decis.* 65. *num.* 4. Peguera *decis.* 205. *numer.* 4. Caualcanus *decis.* 16. *num.* 7. *&* 8. 1. *par.* Capycius *decis.* 128. *num.* 6. Andreas Gail *practicar. obser. lib.* 1. *obseruat.* 118. Surdus *cons.* 405. *num.* 8. *vol.* 3. *& cons.* 533. *ex nu.* 1. *vol.* 4. tametsi ibi agat de sententia in actione personali, quo casu res non est litigiosa, Hondedeus *cons.* 20. *nu.* 7. *& ex nu.* 42. *vol.* 1. Tuscus *liter. E. concl.* 488. *ex nu.* 8. *tom.* 3. Parladorius *lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap. fin.* 4. *par. §.* 5. *ex nu.* 6. Menochius *de præsumptionibus, lib.* 2. *præsumpt.* 97. *num.* 59. Peregrinus *de iure fisci, libr.* 4. *tit.* 6. *num.* 27. Probatur hæc sententia attento iure communi *ex l. vltima, ff. de litigiosis, & ex l. vltima, C. eodem titulo. & ex §. Iulianus, in l. quanquam, ff. de aqua pluuia arcenda;* neque enim æquum est licere, cuique aduersarij conditionem duriorem efficere, aut Iudicis, & iudicij auctoritatem, & vim eludere. Attento verò iure Neapolitano id apertè constitutum est *in cap. Regni, conuentus,* 151. Regis Caroli II. vbi notat Sebastianus de Neapoli, & Io. Antonius de Nigris, Vincentius de Franchis *decis.* 464. *& decis.* 545. & ad ea loca Additiones, Paschalis *de patria potestate, par.* 1. *cap.* 8. *num.* 217.

934 Secundo casu dicendum est, non posse Iudicem, qui sententiā tulit eam exequutioni mandare aduersus nouū possessorem rei litigiosæ diuersæ priuilegiatæ iurisdictioni subiectum; vt aduersus Clericum, aut Monachum, sed exequutionem esse remittendam ad Iudicem competentem noui possessoris, vt in casu proposito ad Ecclesiasticum. Ita sentit Abbas Panormitanus *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ,* 3. *num.* 10. *propè finem, vers. & hæc sententia lata, vt lite pendente, nihil innouetur* Bartholomeus Socinus *consil.* 13. *insignis Doctor, & cons.* 14. *circa dubia, nu.* 11. *volum.* 4. Vincentius de Franchis *decis.* 545. Marta *de iurisdictione,* 2. *par. cap.* 2. *num.* 21. *&* 23. *&* 4. *par. casu* 35. *ex nu.* 13. Riccius *collectan.* 342. Paschalis *de patria potestate, par.* 1. *cap.* 8. *dicto num.* 217. Molfesius *ad consuetudin. Neapolit. par.* 2. *tit. de personis, q.* 8. *ex nu.* 29. *vsque ad finem quæstionis, & ibi num.* 32. refert quandam decisionem Sacr. Consil. pro confirmatione huius sententiæ, & ex consequenti decisionem *dict. capit. Regni conuentus* 151. non habere locum contra Clericum successorem in possessione rei litigiosæ existimauit Iacobus Antonellus de Bottis *in annotatione ad ipsum,* & Franchis *d. decis.* 545. *ex num.* 4. Eaq; resolutio ex eo probatur, quoniam ad exequutionem complendam necessaria est citatio rei, vt superiùs dicebam num. 913. & 914. idq; præsertim in hoc casu, in quo ille aduersus quem facienda est exequutio non est in iudicium vocatus; vt pluribus probant Socinus *dict. cons.* 13. *ex numer.* 5. Octauianus Vestrius *in practica Romana aulæ lib.* 8. *cap. vltimo, numer.* 4. Marta *d. casu.* 35. *num.* 14. *&* 15. Hondedeus *d. cons.* 20. *ex nu.* 43. *vol.* 1. de hoc casu in specie loquentes; neque mirum id videatur, cum in eum instantia transferri non possit, vtpotè singularem voluntarium successorem; vt constat ex traditis à Bartolo *in l. si eum hominem,* 34. *num.* 4. *ff. de fideiussor.* & Mariano Socino Iuniore *cons.* 34. *nu.* 13. *libr.* 3. Peregrino *de fideicommissis, artic.* 53. *ex num.* 24. ex textu *in l.* 2. *§. non solum, ff. de hæred. vel act. vend. & in l. si pignori,* 29. *ff. famil. hercisc.* & tamen succedente hærede vniuersali, in quem istantia etiam transfertur, *d. l. si eum hominem,* vbi notant Doctores, non possit aduersus eum fieri exequutio sine citatione, vt post Baldum, Angelum, Paulum, Alexandrum, & alios notat Rodericus Suarez *in l. post rem, in declaratione l. Regni extension.* 1. *nu.* 2. Rebuffus *to.* 3. *in constit. Reg.*

titul.

tit.de sententijs, artic.vltimo, gloss. vna, num. 20. Carauita *ad ritum.*178.*num.*5.Citationem autem, quæ actus iudicialis,est necessarium est fieri à Iudice competenti, vt legitima sit,& arctet citatum, alioqui in extraneos iurisdictio non potest legitimè exerceri, *l.extra territorium,vltima, ff. de iurisdict. omn. iudic.* Ergo aduersus exemptos à sæculari iurisdictione non poterit à Iudice sęculari mandari exequutioni sententia ab eo lata, sed necessariò remittenda est ad Iudicem Ecclesiasticum. Confirmant eãdem resolutionem, quæ adducit Borrellus *de Regis catholici præstantia, cap.*71.*nu.*175. & Marta *de iurisdictione*,4. *par.q.*151 *ex num.*5. vbi multis relatis tradit sententiam latam contra Clericum à Iudice laico in causa reconuentionis esse exequutioni mandandam per Iudicem Ecclesiasticum literis hortatorijs Iudicis laici requisitum, & non ab ipso laico, qui sententiam quamuis legitimè tulerit; quod an verùm sit modo non disputo.

935 Nec satisfaciet, qui dixerit ex translatione rei litigiosæ in Clericum dominium non transferri, cum inualida sit alienatio, *l. vltima, C.de litigios.* vbi Doctores Afflictis, *decis.*331.*numer.*2. Menochius *de præsumptionibus, libr.*2. *præsumpt.*97.*ex nu.*31. & notaui supra num. 921. ac per consequens rem in eum alienatam manere sub dominio laici alienantis, & ideò posse sententiam à sæculari de ea restituenda exequutioni mandari tanquam in bonis subditi,& eiusdem iurisdictioni subiectis. Nõ inquam satisfaciet quoniam quantumuis sit inualidus titulus alienationis, translata est possessio in Ecclesiasticum,quę etiam verè obtinetur ex titulo inualio, *l.*1.*§.si vir vxori, ff.de adquir. possess.*vt considerat etiã Socinus *d.cons.*13.*nu.*4.*vol.*4.qua Clericus priuari non potest,nisi in iudicium vocetur, *cap.licet Episcopus,* 28.*de prabend. & dignitat. in sexto:* in iudicium autem à Iudice sæculari vocari nequit; vt memini supra quæst.5.num. 351. vbi ex eadem ratione dixi non posse iubente sæculari Iudice exequutioni mandari instrumentum census aduersus Clericum ex titulo particulari successorem hippothecarum in spetie censui obligatatum.

936 Contrariam tamen sententiam, quinimo latam à Iudice laico, sententiam posse ab eodem exequutioni mandari propria auctoritate aduersus Clericum,in quem alienata est res litigiosa, amplexus est Vrsillus *ad Afflictis decis.*221.*num.* 2.*& ad decis.*331.*num.*3.in quorum primo loco refert pro hac opinione decisionem Sac.Consil.latam anno 1564.sed non affert illud fundamentum. Ego refero aliam me interueniente factam die 12. Aprilis anni 1628. in causa Claudij Terracinæ Clerici, cum Prudentia Benaia, Actuario Carbone. In qua cum prius latum esset decretum à Sac. Conf. quo iubebatur causam remitti, qua ex parte tangebat Clericum, ad Ecclesiasticum Iudicem, & ab eo supplicatum, in instantia reclamantionis facto verbo reuocatum est, & nouiter decretũ causam debere remanere in Sac.Consil. habito pro vero, *cap. Regni conuentus*, locum etiam habere aduersus Clericum contra prædictam *decision.*545.Vincentij de Franchis, & cæteri Domini collegæ testati sunt de alijs similibus decisionibus. Pro quibus solùm expensum est illud, quod contraria sententia admissa aperiretur via fraudandi iudicia sæcularia, & eorum effectus, & eludendi iurisdictionem Iudicis sententiam ferentis, spernendique auctoritatem, & vim iudiciorum, eamque exponendi calumnijs insuperabilibus in hoc Regno frequentissimis. Eadem decisio posset confirmari ex verbis Baldi *in l. edicto, vltima, num.*54.*C.de edict.D.Adrian. toll.* qui ait *Nam si in fradem iurisdicti onis Clericus successit prædoni, non est curandum vnum obolum de Clericatu, quia Ecclesia, quod vult in se, vt sua iurisdictio non fraudetur, debet velle in alijs, cap.*1.*vers.Ecclesia,de alienatione feudi,* qui est *titul.*13.*lib.*1.*feudorum*, vbi notat idem Baldus *num.*5.*&* 10. Posset item confirmari ex eo, quod quamuis regulare sit in singularem successorẽ non transferri instantiam, vt dixi supra quæst.5.nu. 348. tamen id limitandum est, cum in iudicio exercetur actio realis, vel in rem scripta, vt desumitur ex doctrina Bartoli *in l.Lucius,* 78.*§. rogatus, num.*1.*ff.ad trebell.* quam approbat Puteus *decis.*177.*li.*2.Mohedanus *decis.*1.*de iudicijs, aliàs decis.* 41. res verò non efficitur litigiosa nisi cum exercetur actio realis, *Authent. litigiosa, l.*2.*&* 4.*C.de litigios.*

937 Verùm etsi retineas primam sententiam, quę communior, & tutior est, ea limitanda est,vt locum habeat, quando certo constat Clericum esse possessorem, & faciendam esse exequutionem in re à Clerico possessa; secus in dubio, si exequutio feret in re aliqua existimata propria laici damnati per sententiam Iudicis sæcularis, quam ipse reus crederetur possidere, & Clericus opponerer se exequutioni, vt eam impediret, velut oppositor tertius, petens se ad proprium Iudicem remitti. Nam eo casu Clericus coram sæculari Iudice debet agere, & apud eum sua iura proponere, & legitimè, quæ proposuerit probare; iureq; poterit Iudex sæcularis circa hanc controuersiam suum decrètum interponere, eamq; definire. Ita docet Baldus *in l.testamenta,* 18.*nu.*7. & Salycetus *in l. consulta,* 23. *num.* 2. *C. de testament.* Antonius de Canario *tract.de insinuationibus,* 2.*par.q.*24.*ex nu.*40. *tom.*6 *tractat. par.*2.Aufrerius *tract.de potestat.sæcular. in ecclesiastic.regul.*2.*fallent.*10.præsupponitq; Capycius *decis.* 8. *num.*3. & Grammaticus *decis.* 41. Surdus *decis.* 26. *num.* 11. Mangilius post hæc scripta editus *tractat.de euictionibus, q.*6.*num.*29. Trentacinquius *lib.*3. *variarum, de iudicijs, resolut.*16.*num.* 2. doctissimus Riccius *in praxi rerum fori Ecclesiastici, resol.*146. videtur enim eo casu Clericus actor voluntarius, iuxta notata ab Afflictis *in constit. de burgensaticis, num.*4.*&* 8.*rubur.*67.*lib.*1.

938 Tertiò tandem casu, cum successor in re litigiosa est subditus alteri Iudici ordinario, vt quia sit ciuis alterius ciuitatis oportet substinguere. Nam aut res litigiosa, in qua exequutio facienda est, sita est in territorio Iudicis, qui sententiam tulit, & tunc potest propria auctoritate, sententiam suam exequutioni mandare citato tamen per requisitorias literas possessore absente. Si verò res, de qua agitur, sit extra territorium Iudicis qui sententiã tulit, atque item persona possidens rem litigiosam, tunc ad exequutionem peragendam vtendum est literis requisitorijs, quibus inuocetur auxilium Iudicis, apud quem reus degit, & vbi res sita est, vt sententia exequutioni mandetur, iuxta textum *in l. à Diuo Pio,* 15.*§. sententiam Romæ,* & ibi tradita à Doctoribus *ff.de re iudic.* & doctrinam Baldi *in d.l.edicto,* 3.*nu.*55.*C.de edict. D.Adrian. toll.* Iudex autem requisitus debebit literis hortatorijs solennibus acquiescere.

939 Ampla secundò principaliter prædictum tertium effectum præuentionis, vt si inducta iam præuentione laico succedat Clericus hæres non obstante Clericatu alligetur instantia cæpta cum defuncto, & iudicium sit prosequendum, & finiendum apud Iudicem sæcularem, apud quem cæptum est à defuncto. Hanc ampliationem tradidi, & latè comprobaui supra quæstion. 5. ex num. 309.

940 Prędictum tamen tertium effectum limita primò, vt procedat, & locum habeat, donec durat instantia iudicij

dicij

dicij cœpti: nam eatenus durat effectus præuentionis; cęterùm si perimatur instantia cœpti iudicij, & nouum iudicium sit inchoandum, litigans, cui superuenit nouum fori priuilegium, in nouo iudicio poterit allegare exceptionem fori declinatoriam, & iure petet se ad suum cõpetentem Iudicem remitti. Ita sentiunt Anna *singul.* 129. Caualcanus *decision.* 10. *numer.* 33. *libr.* 5. Marta *de iurisdictione*, 4. *par. casu.* 141. *ex nu.* 4. Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ*, 2. *par. quæst.* 37. *num.* 8. *in fine*, Graffis *de effectib. clericat.* 1. *effect. num.* 1241. qui loquuntur de laico conuento, & post facto Clerico, faciunt tradita à Paulo *in l. si conuenerit*, 18. *ex num.* 6. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* & à Ronchegallo *in l. ex duobus*, 16. *nu.* 17. *ff. de duobus reis*.

941 Amplia primò prædictam primam limitationẽ principalem, vt procedat non solùm cum durat te vera eadem persona, quia in iudicio interueniente facta est præuentio, verùm etiam quando durat persona iuris fictione eadem, veluti cum defuncto litiganti successit litæ cœptæ hæres alterius fori: nam si tunc perimatur instantia, Clericus, verbi gratia, hæres defuncti laici litigantis non tenebitur amplius prosequi iudicium coram Iudice laici defuncti, sed iure poterit petere remissionem ad suum Iudicem, vt dixi supra quæstion. 5. num. 311. in fine relato Carolo de Graffis *de effectibus clericatus*, 1. *effect. num.* 291. apud quem inuenies, qui nam sint effectus instantię peremptæ.

942 Amplia secundò prædictam primam limitationem principalem, vt sit vera, tàm ipsa, quàm eius prima ampliatio, etiam si per insuflationẽ spiritus vitæ reuiuiscat instantia, (de qua instaurratione & insuflatione spiritus latè agit Trentacinquius *variarum resolutionum li.* 2. *de iudicijs resolut.* 4. *num.* 31. & Rolandus à Valle *cons.* 4. *per totum*, *volum.* 3. nam adhuc ille, qui post peremptam instantiam erat iure remittendus ad suum Iudicem in nouo iudicio, remittendus etiam est post instantiæ resurrectionem, & antiqui iudicij instaurationem. Non enim operatur gratia insuflationis, & instaurationis instantiæ in præiudicium illius, cui per peremptionẽ fuerat ius quæsitum. Ita sentiunt Carolus de Graffis *de effectib. clericat.* 1. *effect. d. nu.* 1241. Anna *d. singul.* 129. Grammaticus *decision.* 103. *ex num.* 114. & ad eum locum Didacus de Mari *numer.* 54. 55. & 56. Vrsillus *ad Afflictis decis.* 331. *numer.* 2. Minadous *decis.* 5. Marta, Paschalis, Trentacinquius, Rouitus, & Galluppus, quos retuli d. quæst. 5. num. 311. in fine, loquentes de casu limitationis, & ampliationis primæ prædictæ, & quæst. 6. num. 646. cum sequentibus, alios.

943 Vnum illud, quod ad hanc rem attinet, non omittam, prædictam primam limitationem, & eius ampliationes vtiles esse, & effectum habere in causis ciuilibus, quæ tractantur in Regno Neapolitano in tribunalibus inferioribus, in quibus instantia durat triennio dũtaxat, iuxta textum *in l. properandum, in princip. & in §. sint autem reus*, *Cod. de iudicijs*, & ritum 248. vbi notat Carauita ex num. 1. Maranta *in praxi*, 5. *par. num.* 2. & *ex num.* 5. *latè*, Muscatellus *in praxi Sacr. Reg. Consil. libr.* 2. *part.* 7. *glossa*, *sententiam*, *ex num.* 39. Trentacinquius *variarum resolutionum*, *lib.* 2. *tit. de iudicijs*, *resolut.* 4. *ex num.* 1. Scaccia *de appellationibus*, *quæstion.* 15. *artic.* 11. *numer.* 241. *cum seqq.* Riccius *collectan.* 2193. Galluppus *in praxi Sacr. Consil.* 2. *par. cap.* 16. *num.* 5. at prorsus esse inutiles, & nullius effectus, quòad causas criminales in eodem Regno Neapolitano, in quibus instantia durat perpetuò, & non perimitur, iuxta *pragmat.* 51. *de offic. Magistr. Iustitiar. & prag. Thomæ Carleualij de Iudicijs*. *mat.* 11. §. 33. *de offic. Iudicum*. Item in tribunalibus Ecclesiasticis, in quibus instantia est etiam perpetua, & nũquam perimitur, vt notat Maranta *in praxi dicta quinta parte*, *num.* 14. *ex cap. venerabilis*, 20. *de iudicijs*, vbi notant Doctores, & res est indubitata. Item in Regno Castellæ, vbi instantia ex consuetudine nunquam perimitur; vt notat Gregorius Lopez *in leg.* 9. *titul.* 6. *part.* 6. *glossa* 3. & 4. Ioannes Guttierrez *de iuramento confirmatorio*, 3. *par. cap.* 5. *numer.* 4. Paz *in praxi. in initio*, *annotatione secunda*, *num.* 10. Caldas Pereira *in l. si curatorem*, *verb. infra legitimum tempus*, *numer.* 1. *in fine*, *Cod. de in integr. restitut. minor.* quod item in Gallia seruari testatur Rebuffus *in constitution. Reg. tom.* 1. *in proœmio*, *glossa quinta*, *num.* 51. meminitque ibidem Caldas. Item in eodem Regno Neapolitano in causis etiam ciuilibus introductis in Sacro Regio Consilio quoniam illud proculdubio est consistorium Principis, in quo nomine regio proferuntur sententiæ; & in consistorio Principis instantia perpetuò durat, & nunquam perimitur, vt tradit Maranta *in praxi*, *dicta* 5. *part. numer.* 15. Io. Guttierrez *vbi supra*, Scaccia *dict. quæstion.* 15. *numer.* 266. Amendola *ad Franchis decis.* 250. *num.* 21. Regens Tapia *decis.* 1. *numer.* 27. *supremi Italiæ Senatus*, Paschalis *de patria potestate*, 1. *part. capit.* 8. *num.* 223. Molfesius *cons.* 47. *ex numer.* 3. vbi optimè probat instantiam non perire in Sacro Consilio. Eandem sententiam in genere loquens de consistorio Principis, tuetur Rebuffus *ad constit. Reg. tom.* 3. *titul. de appellation. artic.* 14. *glossa vnic. num.* 8. Thesaurus *decis.* 10. *num.* 6. Minsingerius *centur.* 2. *obseruat.* 48. & probat optima ratione singularis textus *in Authentic. de appellation. & intra quæ tempora*, *seù nouella* 23. *§. ad hæc sancimus*, dum ait: *Quod enim vitium est litigantium si culmen imperatorium occupetur? vel quis tantæ est auctoritatis, vt nolentem Principem possit ad conuocandos Patres, cęterosque Proceres coarctare?* Neq; obstat, quod Afflictis *decis.* 283. *num.* 4. & ibi Vrsillus *num.* 9. & 10. quos sequitur Regens Tapia *Iuris Neapol. li.* 2. *rubr.* 2. *in pragmat.* 3. *de offic. Sacr. Reg. Consil. nu.* 6. & 7. & *in decis. Sacr. Consil.* 38. videantur dicere contrarium, nam neque id probant, neque respondet Vrsillus ad argumenta Roberti Marantæ. Neque item obstat quotidianus vsus, & praxis obtinendi in eiusmodi causis à Domino Præside Sacro Consilio insuflatione spiritus vitæ, tùm quia nunquam ipse concedit absolutè prædictam instantiæ instaurationem, sed cum clausula, *quatenus opus sit*, quę veluti vera conditio nihil ponit in esse, Parisius *cons.* 19. *nu.* 45. *vol.* 2. Rolandus à Valle *cons.* 58. *num.* 18. *vol.* 2. Tuscus *liter. C. concl.* 593. *tom.* 2. tùm quia abundans cautela non nocet, imò tutius est eam semper apponere, Glossa *in l. si cum dies*, *§. plenum*, & *exprimere. de recept. arbitr. l. testamentum*, 17. *in fin. Cod. de testament.* vbi Glossa *verb. cautela*, *l. non solent.* 95. *ff. de regul. iur.* Hec autem petitio insuflationis spiritus vitæ, & eius concessio, magis vt abundans cautela adhiberi censendæ sunt, quam quia sint necessariæ. Verùm quidquid sit, quamuisque discedendum esset ab hac sententia, quam verissimam credo, vt sępius, cum se obtulit occasio, affirmaui in eodem Sac. Cons. cum minimum est credendum, facta semel monitione ad dicendum, instantiam reddi perpetuam, & immortalẽ: non enim potest litiganti imputari, cur causam non finiat, vt docuit Capycius *decis.* 109. *num.* 4. Muscatellus *in praxi*, *libr.* 1. *par.* 7. *dicta glos. sententiam*, *num.* 53. quod planè videtur probare *d. pragmat.* 1. *de instantia causæ non restituenda*, & confirmant, quæ notat Maranta *d.* 5. *par. n.* 31. & apertè probat textus singularis *in d. §. ad hæc*, *in Auth. de appellat. & intra quæ tempora*. Tametsi sciã Ca-

rauità *in d.rit.* 248.*nu.*4.quem non relatum sequitur Frãchis *decis.*643.*ex nu.*3. dicere ex monitione ad dicendum instantiam prorogari ad nouennium aliud. Sed & hæc fundamentum nullum habent, & melius esset istarum vanarum cæremoniarum insufflationis spiritus vitæ, & peremptoriæ instantiæ prorsus ridicularum, & puerilium, rationem non habere. Cur enim moriatur, quod tam facilè reuiuiscit?

944 Limita secundò principaliter prædictum tertium effectum, vt tunc locum habeat, cum priuilegium fori post litem cœptam superuenit ex facto, vel industria priuilegiati adquisitum, nam tunc non iuuat: secus si superueniat ex concessione Principis motu proprio illud indulgentis; tunc enim etiam post litem cœptam, & præuentionem factam, priuilegiatus gaudebit priuilegio fori, & processus remittendus erit ad Iudicem ex priuilegio. Quæ tamen temperanda, explicanda, & accipienda sunt, iuxta tradita à nobis latiùs quæstione præcedenti ex nu. 637. vbi omninò videas.

945 Limita tertiò principaliter prædictum tertium effectum, vt locum habeat, donec finiatur lis cœpta coram Iudice præueniente prolata sentẽtia, & facta exequutione: nam si noua lis ex eadem causa oriatur, iam cessabit effectus præuentionis, & reus erat conueniendus coram Iudice competente, iuxta *l.* 2. *C. de iurisdict. omn. iudic. & cap. cum sit, de foro compet.* nullo habito respectu ad litem anteriorem iam finitam. Hæc limitatio est conformis primæ, de qua egi supra nu. 940. eamque tradit Grassis *de effect. clericat.* 1. *effect. n.* 246. Et ratio est manifesta: nam finita lite, non potest durare effectus præuentionis circa nouam litem, cum cessante causa cesset effectus, *cap. cum cessante,* 60. *de appellation. l. adigere,* §. *quamuis, ff. de iurepatronat.* Ista verò limitatio locum facit duabus singularibus quæstionibus, quæ etiam si frequenter contingant, non frequenter tractantur à Doctoribus, neque facilem habent expeditionem.

946 Prima est, fingamus litigatum esse coram sæculari Iudice inter Clericum actorem super exactione alienius debiti, & laicum reum, & alios eiusdem creditores, effecque latam sententiam pro Clerico, pro cuius exequutione Clericus, vel sit immissus in possessionem bonorum debitoris communis, vel sit illi soluta certa quantitas cum cautione de restituendo, cui quibus, & quando à Iudice fuerit decretum. Post verò, re melius perpensa, & examinata, vel adueniente in iudicium nouo creditore, qui ostendat meliora iura, & anteriora, agitur, vel de reuocanda possessione, vel pecunia soluta. Vel esto Clericus prætendens successionem fideicommissi ex decreto Iudicis nanciscatur possessionem rerum hæreditariarum, saluo iure cuiuslibet habentis potiora iura, vel citra præiudicium aliorum contradictorum. Post comparet, & opponit se nouus contradictor, & agitur de reuocanda immissione illa iam exequutioni mandata. Dubium est, coram quo Iudice sit agendum ad reuocationem, an coram Ecclesiastico, an coram sæculari. Videbatur enim agendum coram Ecclesiastico, quoniam conuenitur Clericus reus, & possessor, & regulare est, vt actor sequatur forum rei, *leg.* 2. *Codicis de iurisdict. omn. iudic. capit. cum sit generale, capit. si diligenti, de foro competent.* præsertim cum prima lis, quæ coram sæculari agitabatur finita sit, cum non solum lata sententia, sed etiam exequutioni mandata; ac per consequens locus esse videatur prædictæ tertiæ limitationi principali, paulò ante traditæ, vt cesset effectus præuentionis, cum lis contra Clericum, coram sæculari legitimè cœpta, ab eodem finita sit.

947 In qua difficultate primò certum est, & indubitatum, si agatur de reuocando decreto lato in fauorem Clerici, remedio appellationis, supplicationis, aut reclamationis, quamuis prædictum decretum sit exequutioni mandatum, & eius vi Clericus immissus in possessionem bonorum, aut illi sit facta solutio pecuniarum debitarum, vt solent in Regno Neapolitano exequutioni mandari quodlibet decretum, vel sententia lata à Sacr. Regn. Consil. præstita cautione in casu retractationis, cum exequutionem paratam habeant, iuxta *pragmat.* 5. *de offic. Sacr. Regn. Consil.* & ibi tradita à collega nostro Scipione Rouito *ex nu.* 1. & Gallupo *in praxi, part.* 3. *capit.* 3. *ex num.* 1. Muscatello *in praxi, libr.* 2. *part.* 1. *gloss. sententia, ex num.* 106. est enim sententia Sacr. Consil. instar sententiæ Præfecti Prætorio, & quoad eam obseruantur statuta *in Authent. quę supplicatio, C. de precib. Imperat. offeren.* si, inquam agatur de retractando decreto, seu sententia latis à sæculari, & exequutioni mandatis, remedio appellationis, supplicationis, aut reclamationis, nullitatis, aut restitutionis in integrum, agendum fore coram Iudicibus sæcularibus. Ratio est primo, quoniam appellationis, supplicationis, aut reclamationis, remedium non deuoluit causas ex vna iurisdictione in aliam, sed intra vnam, & eandem gradatim expeditur: vt probat optimus textus *in* §. *illud. etiam, in Authentic. de appellationibus, & intra quę tempora, sed nouella,* 23. & textus singularis *in cap. si duobus,* 7. §. *vltimo, de appellationibus,* & apud Castellanos, *leg.* 3. *titul.* 1. *libr.* 4. *recopilat.* quæ est *leg.* 2. *titul.* 1. *libr.* 3. *ordinamenti veteris,* vbi notat Didacus Perez *glossa* 2. *col.* 778. & Franciscus Marcus *decis.* 365. *numer.* 6. *& decis.* 366. *numer.* 1. 2. *par.* & desumitur ex traditis ab Innocentio *in capit. significantibus,* 38. *num.* 2. *de offic. delegat.* per textum *in capit. anteriorum, num.* 6. vbi dicitur appellationes gradatim interponi debere, & à Panormitano *in capit. significauerunt, vltimo, num.* 11. *de iudiciis, & in cap. licet suscepto,* 10. *nu.* 9. *post medium de foro compet. & in q.* 6. Gandulphus *nu.* 9. *in fine, ex persiculo, secundo principaliter, cum nu.* 10. *&* 11. *sequentibus.* Decio *in rubrica, ex num.* 46. *de appellationibus,* Iason *consil.* 12. *quod causa, vol.* 1. Gail *libr.* 1. *obseruationum practicarum, obseruat.* 119. *num.* 2. Mynsingero *centur.* 1. *obseruat.* 67. Tusco *liter. A. conclus.* 352. *ex num.* 24. Bouadilla *lib.* 2. *politica, cap.* 17. *ex num.* 196. ac per consequens si prima sententia lata est in fauorem Clerici in tribunali sæculari, ibidem gradatim est confirmanda, aut retractanda, remedio appellationis, supplicationis, reclamationis, nullitatis, vel restitutionis, quæ omnia sub vna, & eadem iurisdictione expediuntur: appellationis enim remedium, & cætera illi similia, reducunt causam ad statum, vt ea omnia facienda sint, quæ poterant in prima instantia, *leg. ea demum,* 13. *Codicis de Procurator.* Valascus *consult.* 91. *num.* 4. Cornazanus *decision.* 51. *num.* 2. Imò causa appellationis est eadem cum prima causa, Surdus *decis.* 147. *numer.* 3. Tuscus *liter. A. conclusion.* 395. *ex num.* 1. Atque ex hoc fundamento, ita asseruit Grassis *dicto primo effect. num.* 1247. si sublimitans prædictam tertiam limitationem principalem, de qua supra nu. 945. Secundò, quoniam durante appellatione, supplicatione, aut reclamatione, aut interpositis remedijs, nullitatis, aut restitutionis contra sententiam, prima lis nõ est finita, imò censetur continuari pluribus probat Regens Rouitus *in pragm.* 38. §. *& similiter de diffinitiuis, ex num.* 3. *de offic. Procurat. Cæsar.* & meminit *in pragm.*

1. *nu.*

1 *num. 30. in fine de minoribus*. Cùm verò litigantes litem prosequuntur, non possunt eam extrahere ex tribunali, in quo, & ex iurisdictione, sub qua cœpta est, cum effectum operante præuentione, vt dictum est supra numer. 906. cum sequentibus. Præsertim, quoniam dum durat eadem lis, idem manet actor, & reus, qui fuerunt ab initio litis, ac per consequens idem iuris ordo seruandus est in litis prosequutione, qui seruatus est in initio; neque potest esse incompetens Iudex in continuatione, qui fuerat legitimus in initio iudicij. Quæ eadem doctrina locū habebit, non solùm si remedium appellationis interponatur ab aliquo ex litigantibus, qui litem prosequuti sunt; sed etiam si appellatio à sententia lata, interponatur ab aliquo tertio interesse habente, qui non litigauerat, quem planum est à sententia lata nouiter se post ipsam opponentem appellare posse, iuxta textum, & ibi tradita à Doctoribus *in l. à sententia*, 5. *& in l. si perlusorio*, 14. *ff. de appellat. & in cap. cum super*. 17. *de sent. & re iudic.* & ibi tradita a Canonistis, quoniam in hoc casu vigēt eędem rationes: tùm vel maximè cum tertius veniens ad causam, dicatur venire ex transuerso, & non alteret forum, vt eleganter notat Tuscus *liter. T. concl.* 83. *num.* 11; prosequuntur latè doctissimus Riccius *in praxi aurea variarum resolutionum*, 2. *par. resolut.* 146. qui multos allegat, & Barbosa *in l. venditor*, 49. *ex num.* 161. *ff. de iudicijs*, Cancer *variarum resolutionum*, 2. *part. cap.* 16. *nu.* 40. *cum seqq.* Ego dixi supra hac eadem disputatione quæst. 6. sect. 8. ex num. 663. cum seqq.

948 Neque obstat, quod instantia appellationis sit diuersa, vt notat Paulus, Castrensis *cons.* 192. *nu.* 5. *circa finem lib.* 2. & Tuscus *vbi supra, num.* 12. atque ex consequenti videatur locum habere doctrina superiùs tradita numer. 940. vbi dictum est perempta instantia effectum præuentionis extingui. Non inquam obstat, quoniam per appellationem causa constituitur in noua instãtia sine peremptione primæ, quæ magis transfunditur, & conuertitur in secūdam, quam perimatur, quippè cùm ex ipsa prima iure ordinario, sine vlla gratia, aut priuilegio renascatur, & oriatur, quasi ex semine secunda instantia, interposita appellatione. Aliud est cum ex transcursu biennij, aut triennij instantia perimitur, quæ ita extinguitur cum toto iudicio, vt nisi gratia, & priuilegio superueniente, non possit reuiuiscere, aut resurgere.

949 Difficultas ergo est, cum post adeptam possessionem à Clerico bonorum in iudicio deductorum coram Iudice laico, virtute decreti ab eo interpositi, à quo non est appellatum, vel recepta pecunia sub cautione de restituendo, venit in iudicium nouus oppositor, etiam post multum tempus, qui deducat potiora iura, & intendat possessionem reuocare, aut auocare pecuniam solutam, an possit tractare causā coram Iudice sæculari, aut debeat corā Ecclesiastico, cui subijcitur possessor: & vice versa possessa re à laico ex sententia Iudicis Ecclesiastici, sub cautione, à qua sententia non sit appellatum, conueniri debeat laicus super possessione, vel solutione obtenta, corā Ecclesiastico Iudice, qui sententiam tulit, an coram laico, cuius iurisdictioni subijcitur, nulla habita ratione ante acti iudicij, & decretorum, quorum virtute solutio facta est, aut capta possessio.

950 In qua difficultate ego quatuor casus distinguendos existimo. Primus est, cum in decreto, aut sententia latis à laico Iudice, quo iubet solui Clerico, aut eum immitti in possessionem bonorum debitoris, adest clausula, *saluis iuribus aut iure cuiuscunque creditoris potiora iura obtinentis*, aut clausula, *citra preiudicium iurium cæterorum creditorum, aut contradictorum, vel oppositorum*, quæ in re eadem est cum prima, & pro exequutione huius decreti, aut sententiæ, Clericus fuerit immissus in possessionem bonorum, aut illi soluta fuerit pecunia, cum cautione de restituendo, quod fieri solet, iuxta textum *in l. Procuratoris*, 5. *§. tributio, cum duabus legibus sequentibus ff. de tributoria actione*, aut etiam sine cautione. Et hoc casu dicendum est, causam tractandam esse coram Iudice eodem, qui decreuit faciendam solutionem, aut immissionem in possessionem bonorum, siuè sit sæcularis, siuè Ecclesiasticus. Ita sentiunt Peregrinus *de fideicommissis, art.* 48. *num.* 63. *& seqq.* Carolus de Grasis *de effectib. clericat.* 1. *effect. nu.* 947. Christophorus de Paz *tract. de tenuta, cap.* 64. *num.* 13. Ratio est, quoniam illa clausula, *saluis iuribus*, eum effectum habet, vt rem integram constituat, prout erat ante immissionem, & iudicium reducat ad eandem instantiam; quare ex vi reseruationis causa coram eodem Iudice tractari potest, imò debet, vt docuit Angelus *in l. edictali vltima, num.* 6. *vers. sed ergo dico, C. de edict. D. Adrian. tollen.* cuius doctrinam commendat Peregrinus *de fideicommissis, artic.* 47. *num.* 29. *& dicto artic.* 48. *num.* 48. 65. *& 66.* sequitur Augustinus Barbosa *in remissionibus, de clausulis, clausul.* 83. *num.* 4. idem docuit Baldus *conf.* 104. *comparuerunt, num.* 4. *vol.* 5. Iaf. *in l. naturaliter. §. nihil commune, nu.* 190. *ff. de adquir. possess.* Puteus *decis.* 34. *duodecima Octobris, libr.* 2. Rota diuersorum *decis.* 1013. *libr.* 3. Hondedeus *conf.* 86. *ex num.* 44. *ad* 53. *vol.* 2. Natta *conf.* 653. *num.* 5. *tom.* 4. faciunt, quæ tradit Gratianus *disceptationum forensium, tom.* 1. *cap.* 41. *n.* 21. *&* 22. *& tom.* 2. *c.* 317. *ex nu.* 31. aliis rationibus ad eandem rem comprobandam vtitur Peregrinus *de fideicommissis, d. art.* 48. *num.* 63. *cum seqq.*

951 Contrariam tamen sententiam, quinimo in hoc primo casu causam reuocationis agitandam esse coram Iudice Ecclesiastico amplexus est Zucardus *in repetit. leg. final. C. de edict. D. Adrian. tollend. num.* 308. Menochius *de adipiscend. possess. remed.* 4. *num.* 476. Gratianus *disceptationum forensium, tom.* 2. *cap.* 238. *ex num.* 93. Marta *de iurisdictione*, 4. *par. casu* 159. *ex num.* 6. & ibi in specie *num.* 16. *&* 22. Ratio est illa, quàm superiùs commemoraui numer. 946. quoniam, inquam, Clericus immissus in possessionem est verus possessor, & reus. Ergo standum est regulæ generali, vt conueniatur in suo foro, quoties agitur de illo amouendo à possessione cū actor forum rei sequi debeat, *d. l.* 2. *C. de iurisdiction. omn. iudic.* cum vulgaris.

952 Nihilominus non est recedendum à prædicta resolutione, & non obstat fundamentum contrariæ sententiæ, nam respondemus cum Peregrino *dicto artic.* 48. *num.* 69. *in fine, vers. nec obstant*, regulam illam tunc locum habere, cum Clericus conuenitur coram sæculari de nouo independenter ab alio præcedenti iudicio, & non ex causa alicuius decreti obtenti per Clericum à Iudice sæculari, quo decreto reseruata sint iura cæteris litigantibus; at vbi ex eo decreto in fauorem Clerici lato, alius litigans esset grauatus à Iudice, vtiq; pro reparãdo illo grauamine Iudex sæcularis esset competens. Ad eundem enim Iudicem pertinet reuocare, quod non rectè prouisum est, qui minus rectum decretum tulit, iuxta textum *in leg. quod iussit, ff. de re iudicat.* & ad eundem releuare, qui grauauit, vt qui facilis fuit in immittendo, facilis sit in extramittendo, vt dicebat Baldus *in l. vltima, num.* 5. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* Peregrinus *dicto artic.* 48. *num.* 64. relato in eandem rē Ferretto *conf.* 27. *nu.* 7. *&* 10. *& conf.* 30. *numer.* 2. præsertim cum vi clausulę prędictæ resurgat idem iudicium, & instantia, quæ planè prosequenda

titorium, & possessorium iudicium apud eundem Iudicem sint tractanda, prætetquam, cum is Iudex fuerit incompetens erga reum in petitorio, vt contingit cum Clericus obtinuit possessionem à Iudice laico in iudicio possessorio, à qua non poterit amoueri, nisi conuentus super proprietate coram Ecclesiastico Iudice, etiam si res, de cuius proprietate tractatur, sit prophana, & temporalis, & laicus Iudex non sit incapax cognitionis causæ; sed solùm incompetens ob priuilegium personæ rei, debeatque tunc seruari generalis alia regula, quod actor in petitorio sequatur forum rei, *l. 2. C. de iurisdiction. omn. iudic.* cum vulgatis,

958 Quæstionem hanc re vera difficilem reddit textus *in d. capit. vltimo, de iudicijs*, & nimis dubiam; videtur autem sub distinctione resoluenda. Retento igitur casu, quo actor, & reus sint diuersi fori, duobus modis possunt inter se litigare. Primò, si actor simul intentauerit petitorium, & possessorium, deinde petitorio suspenso possessorium fuerit prosequutus, vel intentauerit possessorium, quod ex sua natura habeat admixtam causam proprietatis, & sit veluti via ad petitorium peculiari modo, ita vt obtenta sententia super possessorio lis non censeatur finita, sed decisus articulus momentaneæ possessionis, dùm lis deciditur, & debito fine terminatur; atque ideò Iudex ferens sententiam super possessorio, prosequitur super petitorio, vel illud expresse reseruat, aut remittit legitimè prosequendum. In quibus terminis videtur loquutus Christophorus de Paz *præcedenti num. 956.* allegatus, dùm agit de iudicio tenutæ maioratuum Hispanorum, quod est Hispanis legibus antiquissima consuetudine receptis est veluti via ad petitorium, ita vt nunquam, censeatur finitum, donec super petitorio sententia feratur, & probationes in vno factæ vtiles sunt in alio; imò lata sententia in possessorio leges ipsæ iubent causam expressè remitti ad regia Prætoria terminandam super proprietate, vt constat *ex leg. 9. & 10. titul. 7. libr. 5. recopilation. & ex leg. 5. titul. 19. libr. 4. recopilation. in Cod. additionum*. & in hac specie dicendum est, cognoscendum esse de possessione, & proprietate à Iudicibus eiusdem fori. Ratio est, quoniam lis, etiam si finita sit super possessorio, non est tamen simpliciter, & verè finita, ac per consequens præuentio operatur, vt coram eisdem Iudicibus terminetur, apud quos est cæpta, iuxta superiùs dicta; Præsertim cum sæpè res ipsa, & litis natura trahat ad se personam, vt in feudis, *cap. ex transmissa, 6. cap. verum, 7. de foro competenti*, notauit Baldus *in l. edicto, vltima, num. 54. C. de edict. D. Adrian. tollend.*

959 Secundò, potest actor intentare merum possessorium simpliciter, quod causam proprietatis non habet admixtam, neque intentatur tanquam via ad petitorium, sed imò quia facilius obtinetur in possessorio, & in eo leuiores probationes requiruntur, maximè, vbi neque leges, neque consuetudo introduxerunt necessariam quandam specialem connexionem inter ista duo iudicia. Et in hac specie, diuidendum est iudicium petitorium, a possessorio, vbi reus, & actor sunt diuersis fori, & Iudex decernens possessionem est incompetens comparatione eius, qui futurus est reus in iudicio proprietates, atque apud diuersos Iudices sunt tractanda. Ratio est, quia primum iudicium est finitum, quo finito cessat effectus præuentionis, vt dictum est in limitatione tertia principalis numer. 945. atque in his terminis accipiendus est textus *in dicto cap. significauerunt, vltimo, de iudicijs*, & iuxta hunc casum interpretandus; cui interpretationi, & distinctioni à me traditæ occasionem dedit Innocentius ibi statim in principio, & Ancharanus *num. 2. versic. tertio nota, & num. 7.* qui dicunt, decisionem dicti capitis ex eo procedere, quòd primum iudicium super possessione finitum erat; finito igitur iudicio, si nullum iudicium esset inchoandum, recurrendum esse ad Iudicem rei legitimum, ex regula textus *in leg. secunda Cod. de iurisdictione omnium Iudicum*. Aliter igitur dicendum esset, si iudicium inchoatum super possessione quouis modo non censeretur finitum, sed adhuc penderet super aliqua sui parte, aut quoniam consuetudo regionis necessariam quandam connexionem introduxisset inter possessorium, & petitorium, quia vnum esset via ad alterum, & quædam valdè cognata appendix, & quasi pars, vt contingit in tenuta maioratuum Hispanorum, aut quia actor simul vtramq; causam proposuisset, & ideò Iudex decidens possessorium vlterius, etiam ad petitorium transiret, aut reseruando, aut remittendo, aut certè prosequendo; quemadmodum si decisio possessorio concederet terminum super proprietate, & super ea partes ad probationem admitteret: tunc enim stante effectu præuentionis, causa sub eisdem Iudicibus, & eadè iurisdictione esse tractanda. Hæc quoad secundum casum.

960 Tertius casus principalis est, cum aliquis immittitur in possessionem, siuè sit Clericus, siuè laicus, ex qua possessione non efficiatur verus possessor; veluti si immitteretur causa damni infecti, vel rei seruandæ, vel ventris nomine, vel pro exequutione rei iudicatæ, quibus casibus non efficitur quis verus possessor, sed solùm custos, seù detentator; vt rectè tradit Negusantius *de pignoribus, 2. membro, tertiæ partis, numer. 6. & 7.* vel si immitteretur in possessione adiecta conditione, *non existente legitimo contradictore*, qui tamen existeret, vel adiecta clausula, *veris existentibus expositis*, quæ tamen essent falsa, quibus casibus decretum conditionale, non existente conditione nihil operaretur, neque possessorem faceret. Quibus casibus dicendum est, si agatur de reuocanda ista immissione, & compareat reus refectis expensis, iuxta textum *in Authentic. & qui iurat. Cod. de bon. auctorit. Iudic. posiden.* & ibi tradita, à Doctoribus, adeundum esse eundem Iudicem, qui decreuit faciendam immissionem, siuè laicus aduersus Clericum, siuè Ecclesiasticus aduersus laicum. Ratio est, quia per istam immissionem non est finitum officium Iudicis, neque finita est causa; atque ideò cum agitur de renocanda immissione, non inchoatur noua causa, sed continuatur prima; quare ex vi præuentionis idem Iudex iudicium prosequitur, nulla habita ratione, an qui in possessionem est immissus, sit eiusdem Iudicis iurisdictioni subiectus, an non sit. Ita sentit Marta *de iurisdictione, 4. par. casu 159. ex num. 30.*

961 Quartus casus est, cum Iudex definiens possessorium, vel iubens solui pecuniam Clerico creditori, cum cautione, aut sine illa, in decreto non adiecit clausulam, *salno iure*, aut *citra præiudicium iurium*, sed simpliciter definiuit causam, & sententiam exequutioni mandauit, nihil reseruans. Et hoc casu dicendum est, quoties actum fuerit de reuocanda possessione, vel auocanda pecunia, Clerum, qui obtinuit, conueniendum esse coram suo Iudice competenti: nempè Ecclesiastico; tametsi tunc fideiussor sæcularis à Clerico datus pro obtinenda sententia, aut decreto, conueniri possit apud sæcularem eundem Iudicem, vt compellatur restituere pecuniam, vel possessionem. Ita sentiunt à me allegati supra nu. 951. & hanc resolutionem planè probat textus *in d. capit. vltimo, de iudicijs*, loquens

in fortioribus terminis. Ratio est, quoniam per simile decretum exequutioni mandatum iam lis finita est, & vlteriùs non pendet; atque adeò si compareat nouus contradictor, vel creditor petens reuocationem possessionis, vel auocationem pecuniæ, manifestè inchoat nouum iudicium, *l. à Diuo Pio, §. si post addictum, cum §. sequenti, ff. de re iudic.* Ergo illud mouere debet coram Iudice rei competente, argumento *l. 2. C. vbi, & apud quem*, iuxta vulgarem regulam textus *in l. 2. C. de iurisdict. omn. iudic. cap. cum sit, & cap. si diligenti, de foro compet.*

962 Succedit secunda quæstio, quæ ex facto in quadam causa agitata in Sac. Consil. venit in dubitationem; mota lite super exactione reddituum decursorum cuiusdam census, seu annui redditus, vel introitus, obiecerat reus exceptionem nullitatis contractus, discusso negotio, obtinuit actor sententiam pro se, qua reus condemnatus est soluere eos redditus, pro quorum solutione fuerat conuentus, & declarato valido contractu correspondere singulis annis in futurum actori. Quæ sententiæ forma vsitatissima est in Sacr. Consil. notat Afflictis *decis.* 279. *in fine*, & ad eam Vrsillus *numer.* 2. quemadmodum in Mantuano, in casu, de quo Surdus *decis.* 120. Ea sententia exequutioni mandata, pro redditibus tunc debitis, & prædicta sententia comprehensis, multis post annis, reus factus iam Sacerdos, cessauerat à solutione nouorum reddituum, & iterum pro eorum solutione conuentus est adiecto libello processui antiquo. Opposuit reus exceptionem fori declinatoriam, & petijt remissionem ad Ecclesiasticum, vtpotè, qui proculdubio fruiturus esset priuilegio fori. Actor replicans de præuentione dicebat agendus esse in Sacr. Cons. cum per ipsum, vel Mag. Cur. Vicar. ipsi inferiorem (non enim bene memini) fuisset iam ante condemnatus reus correspondere singulis annis in futurum, ac proinde causam præuentam non posse eximi à foro sæculari, iuxta textum *in cap. proposuisti, 19. de foro competenti, & in l. si quis postea quàm, 7. de iudicijs.* Decisum est in Sac. Consil. denegandam esse remissionem, & causam in Sac. Cons. tractandam 28. Februarij anni 1628. in causa inter Marcum Antonium de Arriano actorem, & Darium Pignellum Clericum Presbyterum reum, coram Borrello Actuario.

963 Verùm ego sum in contraria sententia, quinimo isto casu causam remittendam ad Ecclesiasticum, cum conuenitur Clericus, ad sæcularem cum laicus, etiam si Clericus ex sententia laici, laicus ex sententia Ecclesiastici ante fuerit condemnatus. Ratio est, quia prima illa lis finita est sententia exequutioni mandata, & ampliùs non pendet, *leg. à Diuo Pio, §. si post addictum, ff. de re iudicat.* vbi notabiliter dicit Paulus de Castro, in controuersia post adiudicationem adeundum esse Iudicem competentem possessoris, Alexander *in eadem lege, §. si super rebus, num. 9. & in dicto §. si post addictum, num. 1. & sequentibus*, vbi etiam Iaso post Glossam ibi. Preuentio autem catenùs durat, quatenùs durat lis, in qua facta est, qua finita effectus præuentionis expirat, & in quolibet iudicio de nouo inchoando adeundus est Iudex rei, non attenta præuentione in priori iudicio iam finito facta, vt dictum est supra numer. 940. adeò vt perempta instantia iudicium restauratum non sit prosequendum coram priori Iudice, si reus forum mutauerit, vt dixi supra num. 942.

964 Neque obstat hoc casu adesse sententiam condemnatoriam in futurum, quapropter quoties in futurum reus cessat à solutione reddituum, & sententiæ non obedit, sed illi aduersatur, virtute eius esse compellendum ad solutionem, & continuationem reddituum, & ipsammet sententiam exequendam esse aduersus ipsum, quare pertinebit exequutio ad eundem Iudicem qui sententiam tulit, vt dicebam supra num. 928. Non inquam obstat, quoniam prima lis pendebat super duobus capitibus, altero de validitate contractus, altero de solutione reddituum decursorum: non pendebat autem super redditibus in posterum decurrendis, qui tunc neque debebantur, neque eos actor exigere intendebat, cum non posset. Quòd si de illis in sententia mentio fit, non eo tendit, vt de illorum exactione tractetur, sed quoniam, cum in lite dubitabatur, an contractus esset validus, & obligatio perpetuò soluendi, & correspondendi, in futurum subsistens, vt declararetur ea obligatio soluendi futuros redditus valida, & perpetua. Quasi in sententia definiretur reum deuinctum obligatione soluendi perpetuò in futurum annuum redditum, non quasi condemnaretur ad soluendum in futurum redditus, qui neque petebantur in libello, neque peti poterant, vtpotè nondum debiti, ex quo fieret sententia libello difformis, aduersus regulam textus *in l. vt fundus, ff. communion. diuid.* frustraq; Iudex solicitus fuisset de futuris euentibus, cum tractus futuri temporis ad ipsum non pertineat, *leg. non quemadmodum, 35. ff. de iudicijs, l. 1. §. nec tamen, ff. de vsuris,* Io. Franciscus de Ponte *decis. 32. nu. 1.* Igitur sententię obtemperatum credi debet, eamq; exequutioni mandatã, quoad primum caput, cum obligatio perpetuò soluendi in futurum agnita est à reo se illi subijciente, quòad secundum, cum redditus tunc decursos soluit; atque adeò lis omninò sopita est, & iudicium penitus finitum. Et quod consequens est cum reus denuò cessat, non aduersatur sententiæ, neque facit contra, illam, quæ in omnibus, & per omnia seruata est, & quòad omnia in ea cõtenta exequutioni mandata, *d. l. à Diu. Pio, 15. §. si post addictum, ff. de re iudicat.* sed aduersatur, & repugnat obligationi, qua declaratum est per sententiam illum obstrictum esse; & vt compellatur prædictæ obligationi satisfacere nouo iudicio conueniendus est. Atque dum nouum inchoatur iudicium, vt exerceat legitimè, Iudex rei est adeundus ab actore, ex vulgata regula *in d. l. 2. C. de iurisd. omn. iudic.*

965 Neque item verùm est, quoties reus post prædictam sententiam cessat, vi sententiæ compellendum ad soluendos redditus, sed imò vi obligationis per sententiam declaratæ, quæ semper durat, habens sententiam prò firmo fundamento. Alioqui vis exequutiua sententiæ, neque se extendit ad ea, quæ in ipsa non compræhenduntur, neque posset in æternum durare, quantumuis eius verba æternitatem præ se ferant. Iure enim Regni Castellæ; finitur spatio annorum viginti, *ex leg. 6. tit. 15. libr. 4. recopilat.* quæ erat, *l. 63. Tauri*, Iure autem Regni Neapolitani, quod conuenit in hoc articulo cum iure communi, finitur spatio triginta annorum, vt notauit Afflictis *decis. 245. numer. 12. & 13.* & ibi Addentes Cartarius *decis.* 120. Antonius Faber *lib. 7. Codicis, tit. 13. diffinition. 12.* Riccius *collectan.* 809. Salgado *de Regia protectione, par. 4. cap. 2. num. 4.* qui plures allegat; quid quòd, verba sententiæ sunt interpretanda, vt nihil de redditibus soluendis definiant, qui tempore sententiæ nõ debebantur, neque erant in iudicium deducti, iuxta textum *in d. l. 1. §. 1. ff. de vsuris*, & elegantem textum *in l. non potest, 23. ff. de iudicijs*, notat Marcus de Mantua *singular.* 242. sed vt de præsenti definiant, consistere obligationem in futurum soluendi redditus singulis annis, vt dicebam numero præcedenti. Quæ planè comprobantur ex traditis à Vincentio

centio

centio de Franchis *decis.* 395. & ijs, quæ dixi supra num. 909. post medium, ex versiculo, *imo verò*, quæ hic non repeto.

966 Præterea confirmatur eadem resolutio, nam si ex hac sententiæ forma resultaret præuentio quoad cæteras causas ex actionis redditum futurorum, hæredes etiam rei condemnati alligarentur iudicio præterito, quemadmodum dixi supra quæst. 5. num. 3 1 4. & quest. 6. num. 646. & paulò ante nu. 941. hæredes defuncti conuenti, & præuenti alligari instantia, etiam si gaudeant priuilegio fori. Quis autem hæc diceret? Nisi sibi etiam persuadeat, attendendum esse ad iudicia, quæ ante actis sæculis præterierunt; & cum vt fert sors mortaliū, nulla sit res apud Clericos, de qua non sit litigatum apud laicos, neq; apud laicos, de qua antiquis temporibus non sit litigatum apud Ecclesiasticos, *nec valet quis quam dicere ecce hoc recens est, iam enim præcessit in sæculis, quæ fuerunt ante nos, Ecclesiast. 1. n. 10.* si antiquas istas origines inspicias, & ex illis præuentiones ducas, nullum est iudicium, quod non inuerti possit.

967 Quod verò attinet ad decisionem Sac. Consil. à me relatam, ideò eius mentionem feci, vt ab ea caueas, non vt eam sequaris: mecum enim omnis auctoritas humana tantum valet, quantum valet ratio. Præterquàm quod decisionum auctoritas tunc attendenda, quando communi multorum rectè sentientium, & imperturbatorum voto proferuntur: alioqui multa corrumpit ignorantia, multa peruertit affectus iudicia; & non quid factum sit, sed quid fieri debeat, est spectandum, *leg. sed licet ff. de offic. Præsidis, cap. cum causam*, 27. *de electione*; neque exempla nisi bona sequenda, vt rectè notauit Gelius *libr. 10. noctium Atticarum, cap. 19.* sana enim ratio exemplis anteponenda est, vt notat D. Augustinus *libr. 1. de Ciuitate Dei, c. 23.* & adnotauit ad eum locum Leonardus Coqueus. Hæc dicta sint de præuentionibus, & tota quæstione de foro delicti. Neapoli Aprilis 28. anni 1628.

SVMMA QVÆSTIONIS Octauæ.

968 **D**E *materia prorogationis, qui tractent, & diuiditur eius tractatus in sex capita.*

QVÆSTIO OCTAVA,

De foro prorogationis.

968 **D**E materia prorogationis, quæ latissimè patet agunt Doctores Legistæ *in leg. si per errorem, 15. & in l. si conuenerit, 18. ff. de iurisdict. omn. iud. & in leg. 1. & l. 2. §. si & Iudex, ff. de iudicijs, & in leg. quidam consulebant, 57. ff. de re iudicat. & in l. si qui ex consensu, 8.* vbi Baldus, *C. de Episcop. audient. & in l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic.* latè Barbosa *in d. leg. 1. & 2. ff. de iudicijs*, Canonistæ *in cap. P. & G. 40. de offic. & potest. Iudic. delegat. & in cap. 1.* vbi Decius *ex num. 127. de iudicijs, & in cap. significasti, 18. de foro competenti*, vbi optimè Marianus Socinus, Antonius de Mattheis *speciali, & integro tractatu, de prorogatione iurisdictionis, tom. 3. tract. 1. part.* Maranta *in praxi, 4. par. distinct. 12.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamenti, gloss. 1. colum. 4. in vers. quæro verùm, cum sequentibus, colum. mihi* 884. Decianus *tract. crimin. libr. 4. cap. 23.* Tepatus *in compendio variorum, sent. 133. cap. 11. 12. & 13.* Anastasius Germonius *libr. 2. animaduersionum, cap. 22.* Cardin. Tuscus *liter. P. ex conclus. 925.* Cancer *variarum resolutionum, 2. par. cap. 2. ex num. 192.* Capiblancus *in pragm. 8. par. 1. ex num. 101. de Baronibus*, Scaccia editus post hæc scripta, latissimè *tract. de sententia, & re iudicat. gloss. 7. ex quæst. 2. ad quartam inclusiuè.* Quę autem de illa à me dicenda sunt ad sex capita reduceatur, quæ tot sectionibus comprehendam. Prima, quid, & quotuplex sit prorogatio? Secunda, quęnam sint ad progationem necessaria? Tertia, à quibus possit fieri prorogatio? Quarta quorum Iudicum iurisdictiones possint prorogari? Quinta, quæ causæ prorogationem admittāt, quę non item? Sexta, qui sint effectus prorogationis?

SVMMA SECTIONIS Primæ.

969 **A** *Equiuoca prius sunt distinguenda quam diffinienda.*

970 *Prorogationem esse possibilem nullus dubitat.*

971 *Prorogationis multæ diffinitiones remissiuè, & quæ sit vera illius diffinitio.*

972 *Iurisdictio prorogata est eadem quam habebat Iudex, non diuersa.*

Extensio qualitatis, non inducit in illa diuersitatem, neque augmentum, distinctionem in re adaucta.

973 *Iurisdictio prorogata est eiusdem naturæ, & qualitatis cum iurisdictione quæ prorogatur.*

Prorogatio semper videtur facta cum eisdem conditionibus, et qualitatibus.

Augmentum eiusdem naturæ debet esse, cuius est principalis res.

974 *Prorogatio non est coarctanda, ad solam iurisdictionem ordinariam, sed omnem iurisdictionem amplectitur.*

975 *Prorogationem comprahenditur sub iurisdictione persona, quæ aliàs non comprehendebatur.*

976 *Prorogatio, alia est tacita, alia expressa, & tacita referuntur tria exempla. Regulariter ad prorogationem, sat est tacitus consensus.*

977 *Referuntur sex prorogationis species, ex sententia Glossæ, & Doctorum, et earum exempla remissiuè.*

SECTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex sit prorogatio.

969 **A**Equiuoca distinguenda esse prius quàm definienda præceptum est commune dialeticorum desumptum ex doctrina Aristotelis *libr. 2. posteriorum Analiticorum, cap. 13. et libr. 6. topicorum, cap. 10.* Prorogationis autem nomen diuersimodè accipitur, vt rectè notat Maranta *in praxi, dicta distinct. 12. num. 2.* alia enim est prorogatio termini, seu dilationis, alia prorogatio compromissi, alia iurisdictionis, de qua modò agimus, aliam addit Baldus *in cap. P. et G. numer. 20. de offic. delegat.*

970 Prorogationem iurisdictionis posse contingere, seu esse possibilem nullus Doctorum vnquam dubitauit, cùm tàm leges ciuiles, quàm decreta sacra eam passim admittant, *in d. l. si conuenerit, 18. ff. de iurisdiction. omn. iudic.* & cæteris à me paulo ante relatis, *et in cap. P. et G. 40. de offic. delegat. cap. significasti, 18. de foro competenti*, & alijs locis Doctores, apud Castellanos *l. 3 2. versic. la nouena, tit.*

tit. 2. par. 3. vbi glossa 14. et lib. 5. tit. 1. par. 7. li. 10. tit. 21. lib. 4. recopilat. vbi Azeuedus : Certissimum enim est regulariter posse, quemuis subijcere se iurisdictioni Iudicis non sui, quod est eius iurisdictionem prorogare, vt docet Baldus *in d. l. 1. lect. nu. 2.* Cagnolus *num. 5. ff. de iudicijs;* Antonius de Amato *resol. 33. nu. 10.*

971 Prorogationis autem iurisdictionis, seù fori, multas definitiones tradunt Doctores, quas remissiuè refert Barbosa *in l. 1. art. 1. nu. 9. ff. de iudicijs,* prçter illas aliam tradit Antonius de Mattheis *in d. tract. de prorogat. iurisdiction. num. 2.* mihi magis placet illa, quæ desumitur ex Iasone *in d. l. si per errorem, 15. nu. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic.* in quam concurrunt Decianus, & Barbosa, & ferè cæteri paulò discrepantes; videlicèt; *Prorogatio est extensio iurisdictionis ad causam, seù personam, aliàs sub ea non comprehensam.* Dicitur *extensio,* primò, vt denotetur prorogationem iurisdictionis, præsupponere iurisdictionem in Iudice, cuius iurisdictio prorogatur: nam si ille iurisdictionem nō haberet, extendi non posset, iā quod nō est, non extenditur, nec prorogatur, *l. sed si manente, 5. ff. de præcaria,* & clare colligitur ex *cap. significasti, 18. de foro competenti,* et ex *l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic.* ibi, *cum & Procurator iudicādi potestatem inter certas habent personas,* vbi notat Fulgosius *num. 2. in fine,* Baldus *in l. 1. numer. 1.* post glossam ibi, *C. de pedaneis iudicibus,* Panormitanus *in cap. P. & G. num. 20.* Butrius *nu. 20. de offic. delegat.* Socinus *in dicto cap. significasti, num. 8.* Ias. *in d. l. si per errorem, nu. 1.* Cagnolus *in d. l. 1. nu. 4. ff. de iudicijs,* Barbosa *ibidem, art. 1. num. 20. & 21.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. cap. 22. nu. 1.* Gail *de pace publica, lib. 1. c. 12. nu. 12.* Paz *in praxi, tom. 1. 1. par. 5. tempor. nu. 25.* alioqui non habenti iurisdictionem, non tribueret illam priuatorum consensus, *leg. priuatorum, C. de iurisdict. omn. iudic.* Ex qua annotatione multa infert notatu digna, idem Barbosa *dict. artic. 1. ex numer. 22. ad num. 73.* quæ hic repetere non oportet.

972 Secundò, eodem verbo denotatur iurisdictionem prorogatam, esse eandem illam iurisdictionem, quam habebat Iudex, extensam; non verò iurisdictionem diuersam; nam extensio qualitatis non inducit in illa diuersitatem, neque augmentum discrimen, & distinctionem in re adaucta; vt probat eadem *d. l. sed si manente, & l. dies cautioni, 4. in princip. ff. de damn. infect. l. si cum dies, 26. in principio,* vbi notat Glossa prima *ff. de recept. arbitr.* Glossa vltima *in cap. P. & G.* vbi Panormitanus *nu. 12. de offic. & potestat. Iudic. delegat.* Boetius *decision. 284. num. 8. & 12.* Parisius *consil. 43. num. 1. lib. 1.* Decius *cons. 497. n. 1. & 2. volum. 2.* Socinus Iunior *cons. 75. num. 28. lib. 3.* Felynus *in cap. 1. num. 5. de iureiurand.* Barbosa *in d. l. 1. art. 5. num. 1. 2. & 5. ff. de iudic.* Hippolytus Rimmaldus *in repetit. cap. de Quoduultdeo, numer. 72. de iudicijs.* Quare Iudex qui vtitur iurisdictione prorogata, tametsi eius iurisdictio extensa sit, & cōplectatur, quç seclusa prorogatione non complecteretur, non videtur nouam iurisdictionem adquirere, sed eandem illam exercet post prorogationem, quam exercebat in causas, & personas sibi subiectas ante prorogationem.

973 Tertiò, denotatur eodem verbo, iurisdictionem prorogatam esse eiusdem naturæ, & qualitatis, cum iurisdictione præxistente, quæ prorogatur; notat Glossa *in cap. hi qui, 12. verb. specialiter, de præbend. & dignitatib. in sexto,* quam sequitur ibi Dominicus Geminianus *numer. 9.* Philippus Franchus *num. 5.* Petrus Ancharanus *num. 3. versic. quæro, quæ fuit ratio.* Felynus *in cap. de causis, 4. num. 2. vers. secundo limita,* Decius *ibi numer. 50. & 51. de offic. delegat.* Parisius *d. cons. 43. num. 10. lib. 1.* Paulus Castrensis *in l. 1. n. 4.* Cagnolus *nu. 6.* Barbosa *art. 1. nu. 74. & 75. ff. de iudicijs,* Marianus Socinus *in d. cap. significasti, numer. 47. in fine, vers. quæro, & num. 48. vers. assumo nunc, de foro competenti,* Menchaca *quæst. vsu frequentium, cap. 14. num. 34.* Maranta *in praxi, 4. par. dict. distinct. 12. num. 18.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. d. cap. 23. nu. 6. & 7.* alioqui non esset iurisdictio prorogata, sed noua, & diuersa denuò concessa, vt multis relatis probat Antonius Gabriel *li. 2. communium, tit. de dilationibus, conclusion. 2. numer. 25.* Guttierrez *de iuram. confirm. 1. par. cap. 49. num. 8.* nam prorogatio semper videtur facta cum eisdem conditionibus, & qualitatibus existentibus in re, quæ prorogatur, *l. Labeo ait. 30. §. hac autem clausula, ff. de recept. arbitr.* Boetius *d. dec. 284. ex nu. 9.* Tiraquellus *de retract. convent. §. 1. gloss. 7. nu. 17.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 4. libr. 3. ordinamenti, colum. mihi 886. vers. dubitatur,* Barbosa *in d. leg. 1. art. 1. num. 75. ff. de iudicijs,* & augmentum eiusdem naturæ esse debet, cuius est res principalis, *l. etiam, C. de iure dotium. l. inter socerum, 26. §. cum inter, ff. de pact. dotal. l. Insula, 56. in principio, ff. de adquir. rer. domin.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 51. & in l. si vnquam, verb. donatione largitus, nu. 226. C. de reuocan. donat.* Albertus Brunus *in tract. de augmentis, rebusque additis, conclus. 5. principali, ex numer. 1. tom. 17. tractat.*

974 Addidi in definitione *iurisdictionis*, quò distinguam prorogationem, de qua hoc loco sermo est, à cçteris prorogationum generibus, non addidi verò *ordinariæ*, quod additur à Barbosa, *vbi supra, num. 10.* cuius verbi explicationem prosequitur ex *num. 203. vers. his ita, cum numeris sequentibus;* quoniam non est coarctanda prorogatio ad solam iurisdictionem ordinariam, sed omnem iurisdictionem perambulat, ordinariam, & delegatam, vt rectè notat Marianus Socinus *in d. cap. significasti, nu. 25. de foro compet.* voluntariam, & contentiosam, simplicem, & imperium, seù merum, siuè mixtum. Hoc regulare est, tametsi fallat, & limitandum sit in quibusdam casibus, vt inferiùs prosequar sect. 4.

975 Dixi tandem, *ad causam, seù personam, alioqui sub ea nō comprahensam,* quia tunc dicitur interuenire prorogatio, cum seclusa prorogatione causa, vel persona, cuius comparatione iurisdictio Iudicis extenditur, & prorogatur, non comprehendebatur sub iurisdictione Iudicis prorogati; id enim efficit prorogatio, vt per eam subijciatur, & submittatur Iudici persona, & causa, extra eius iurisdictionem posita, & quç seclusa prorogatione non subijceretur. Ex qua doctrina quædam notanda colligit, & prosequitur Barbosa *in d. l. 1. art. 1. ex n. 229.* quæ suis locis à nobis commodius si oportuerit inferentur.

976 Est autem multiplex prorogatio. In primis est duplex, alia tacita, alia expressa, notat Imola *in d. c. P. & G. num. 114. de offic. delegat.* Tacita, quæ fit tacito consensu eorum, qui se alienæ iurisdictionis subijciunt, veluti si exerceant aliquem actum, cui sit annexa ex iuris, & legum, præscripto subiectio alieno Iudici. Exemplum est, in contrahentibus, vel delinquentibus in alieno territorio, qui ratione contractus, aut delicti, subijciunt se alieno Iudici, & si nihil exprimant, iuxta tradita à Doctoribus *in l. hæres absens, 19. §. proinde, ff. de iudicijs, & in l. 1. C. vbi de criminib. agi oport. & in cap. dilecti, 17. & in cap. vltimo, de foro compet.* nos diximus latè supra hac eadem disputatione quæstion. 4. ex num. 160. & quæst. 7. ex nu. 716. Secundum exemplum, cum litigat quis scienter coram Iudice alieno non opposita exceptione fori declinatoria; vt notat Cagnolus *in l. 1. num. 17. ff. de iudicijs,* & Maranta *in praxi, 4. par. distinct. 12. numer. 11.* Tertium exem-

plum

plum tacitæ prorogationis est, si quis actor alienæ iurisdictionis, vt Clericus coram sæculari, reconueniatur coram eodem Iudice, coram quo proposuit actionem; nam tunc prorogatur tacitè iurisdictio Iudicis de causa cognoscentis, circa causam reconuentionis. De qua prorogatione latè agit Antonius de Mattheis *tract. de prorogat. iurisdict. ex nu.* 59. Maranta *d. distinct.* 12. *nu.* 17. Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 1. *ex nu.* 62. *ff. de iudicijs, & ibidem ex n.* 158. Et regulariter ad prorogationem satis esse tacitum consensum, docet Alexander *in l. extra territorium, vltima, nu.* 6. *in fine, ff. de iurisdict. omn. iudic.* Panormitanus *in cap. P. & G.* 40. *num.* 20. *de offic. & potest. Iudic. delegat.* Socinus *in cap. significasti, numer.* 37. *de foro competenti,* Vantius *de nullitatibus, titulum quibus modis sententia nulla defendi possit, ex numer.* 76. Barbosa *in d. l.* 1. *articul.* 3. *ex numer.* 4. *ff. de iudicijs*, & inferius latiùs prosequemur. Expressa verò prorogatio est, quæ fit expresso consensu aliquorum, facta aperta submissione alieno Iudici, eique subijcientium personas, & bona sua, cum renunciatione proprij fori, & Iudicis, de qua agitur in *d. l. si conuenerit,* 18. *ff. de iurisdict. omn. iudic.*

977 Rursus prorogationis sex solent species constitui, tres enumerat Glossa *in l.* 2. *§. si & Iudex, verbo inhibita, ff. de iudicijs,* Bartolus ibi *in principio, num.* 6. *&* 7. & cæteri. Glossa *in d. cap. P. & G.* 40. *verb. prorogatio nulla, de offic. delegat.* quam sequũtur Canonistę ibi. Primò, potest prorogari iurisdictio de personis ad personas, vt in *l.* 1. *ff. de iudicijs.* Secundò, de re ad rem, vt in *l. de qua re,* 74. *§. Iudex, ff. eodem titul.* Tertiò, de tempore ad tempus, vt in *l.* 2. *§. si & Iudex, ff. eodem titulo, & in cap. de causis,* 4. *de offic. & potestat. Iudic. delegat.* Quartam speciem addunt Doctores, vt prorogetur iurisdictio de loco ad locum, vt in *cap. statutum,* 11. *§. in nullo, de rescriptis in sextò,* sumpto argumento de tempore ad locum, vt quemadmodum fit prorogatio de tempore ad tempus, *dicto §. si & Iudex,* sic de loco ad locum: valet enim in iure argumentum de tempore ad locum, vt tradunt Doctores *in l. vinum,* 22. *ff. si certum petatur, & in l. vltima, per textum ibi, ff. de condict. triticar.* Eucrardus *in locis legalibus, in loco* 88. *à tempore ad locum.* Qua ratione hanc prorogationem locum habere docent Bartolus *in d. leg.* 2. *num.* 7. *ff. de iudicijs,* Alexander *in d. l. vltima, ex num.* 3. *ff. de iurisdictio n. omn. iudic.* Maranta *in praxi,* 4. *part. distinct.* 12. *num.* 3. Eueraraus *vbi supra, num.* 1. in qua tamen prorogatione illud est speciale, vt requiratur ad eam expressus consensus, nec satis sit tacitus, vt probat textus *in dicto c. statutum,* 11. *§. in nullo,* & notat Panormitanus *in dicto cap. P. & G. num* 14. Maranta *vbi supra, num.* 15. Barbosa *in d. l.* 1. *artic.* 2. *num.* 5. *&* 6. *ff. de iudicijs.* Quintam speciem prorogationis addit Panormitanus *in eodem cap. P. & G. num.* 15. videlicèt de casu ad casum, vt *in cap. cordi,* 1. *de appellationibus, libr.* 6. Sexta tandem idem ibidem de causa ad causam; tametsi Barbosa *in d. l.* 1. *artic.* 2. *numer.* 2. existimet hanc esse reducendam ad prorogationem de re ad rem. Harum prorogationum exempla, & explicationes, prosequitur latè; Panormitanus *in d. cap. P. & G. ex num.* 12. Imola *ex num.* 54. Marianus Socinus *in dicto cap. significasti, ex num.* 29. *de foro competenti,* Maranta *in praxi,* 4. *par. dicta distinct.* 12. *ex num.* 3. Antonius de Mattheis *de prorogation. iurisdiction. num.* 19. Scaccia *de sententia, & re indicata, gloss.* 7. *quæst.* 4. *per totam*, vbi latissimè Barbosa *in dicto artic.* 2. *per totum*, quibus nihil addendum occurrit.

SVMMA SECTIONIS Secundæ.

978 QVinque sunt requisita ad prorogationem.

979 Ad prorogationem requiritur consensus prorogãtium iurisdictionem.

980 Consensus, aut est expressus, aut tacitus, & ad prorogationem non est necessarius expressus.

Taciti, & expressi idem est iudicium.

981 In prorogatione de loco ad locum, non sufficit tacitus consensus, sed necessarius est expressus.

982 Pauli sententia cẽsentis in prorogatione de tempore ad tempus, & de re ad rem, esse necessarium expressum consensum & duo eius fundamenta, & n. 983. & 984.

985 Tacitus consensus in mente retentus, non satis est ad prorogationem, sed manifestatus per actus exteriores.

Paria sunt actu, vel verbo aliquid significari.

986 Prorogationis de loco ad locum possibilitatem negarunt Bartolus, & Baldus.

Non omnium, quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.

987 Explicatur text. in cap. statutum, §. in nullo, de rescriptis in sexto, cuius decisio in illo solo casu locum habet.

988 Explicatur verba leg. 1. *ff. de iudicijs,* se subijciant, & consentiant.

989 Actus ex quibus elicitur consensus tacitus necessarius ad prorogationem sunt multi.

Alij iudiciales, alij extraiudiciales, alij positiui, alij negatiui.

Prorogatio iurisdictionis facta per contractum, aut delictũ, in alieno territorio, est irretractabilis.

990 Litis contestatio coram alieno Iudice inducit prorogationem irretractabilem.

991 Propositio exceptionum dilatoriarum coram alieno Iudice, inducit prorogationem irretractabilem, ex sententia Bartoli, & communi Doctorum.

992 Refertur contraria multorum sententia prorogationem ex propositione dilatoriarum non esse efficacem, quin possit Iudex declinari.

Vsque ad litis contestationem potest opponi declinatoria.

Inducta ad vnum finem non debent operari contrarium.

Argumentum de minori ad maius, affirmatiuè non valet.

Tacitus consensus, in aliquibus actibus iudicij, non porrigitur ad alios actus, qui sequuntur.

Consensus limitatus, limitatum producit effectum.

Consensus tacitus limitatur iuxta actum, ex quo colligitur.

993 Reijcitur prædicta sententia, & eius fundamentis satisfit.

994 Cum exceptio proposita respicit personam Iudicis, & eius iurisdictionem, potest postea eius iurisdictio declinari.

995 Proposita exceptione cum protestatione potest declinari iurisdictio Iudicis.

Protestatio conseruat ius protestantis.

996 Inquisitus in casu prohibito, proponens exceptiones dilatorias, non prorogat iurisdictionem inquirentis, quin possit eam quandocunque declinare.

997 Per actus iudiciales, citra litis contestatione, non prorogatur Iudicis iurisdictio, vt si quis petat copiam libelli.

Neque per satisdationem de iudicio sisti.

Neque per satisdationem de iudicato soluendo.

Neque

Neque per confessionem coram incompetenti, tametsi contra sentiat Gregorius Lopez.

998 *Consensus Idoneus ad prorogationem nonnunquam elicitur ex actibus negatiuis, vt ex omissione declinatoria, patientia, & taciturnitate.*

Iudex satis videtur acceptare prorogationem, si patiatur litigantes coram se in iudicium venire, & actiones suas tanquam coram Iudice proponere.

999 *Consensus tacitus elicitus ex patientia, inducit prorogationem limitatam respectu illius iudicij, & instantiæ solùm, in qua adhibetur, non in alio iudicio.*

1000 *Ad prorogationem non satis est consensus fictus, & interpretatiuus.*

Contumax non prorogat,

1001 *Contumax coram Iudice ipso iure incompetenti non prorogat eius iurisdictionem, sed si est incompetens ope exceptionis contumax amittit declinatoriam.*

1002 *Si Iudex incompetens pronunciet se competentem contra contumacem, qui per contumaciam redderetur inhabilis ad appellandum, non posset postea opponere declinatoriam.*

Quod limitandum est, cum iurisdictio est improrogabilis,

1003 *Iurisdictio Iudicis alieni, in quem litigantes expresse conueniunt, vt de aliqua causa cognoscat censetur prorogata.*

Ex consensu sine vllo adminiculo mero iure inducitur prorogatio.

Decretum citationis est prima sententia interloquutoria, ad quam ex solo consensu legitimatur iurisdictio Iudicis alieni.

1004 *Prorogatio ex solo expresso consensu facta non est irreuocabilis, sed per pœnitentiam reuocari potest.*

1005 *Mutatio voluntatis, quæ prorogationem reuocat, ex vtraq; parte interuenire debere, qui senserint.*

1006 *Verius est, ex vnius pœnitentia infirmari conuentionem de Iudice factam inter duos priuatos, antequam Iudex adeatur.*

1007 *Rationes decidendi l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iud. reddunt Doctores, & quas reddat Socinus.*

Quæ publici iuris sunt non subijciuntur pactis priuatorum.

Pactum nudum non producit actionem.

Faciliter res reuertitur in suam pristinam naturam.

1008 *Referuntur improbationes Ripæ & Barbosæ.*

1009 *Consensus in Iudicem, siuè per pactum nudum, siuè per stipulationem adiecta pœna potest impunè reuocari.*

Regula est, non valere stipulationem interpositam de ijs, de quibus pacisci non licet.

Attento iure Canonico, & Regio Castellæ actio datur ex pacto nudo.

Ex pacto, aut stipulatione circa iurisdictionem non oritur actio efficax, nam pactum, & stipulatio possunt reuocari.

1010 *In dict. leg. si conuenerit, agitur solùm de pacto nudo ex sententia Bartoli, & complurium, & in ea nulla continetur specialitas.*

1011 *Pactum de proroganda iurisdictione, nisi quid aliud eidem superaddatur, eius natura est, vt ab eo mutata voluntate recedi possit.*

1012 *Quæ aduersantur consensui repugnant prorogationi, eamq; tollunt.*

1013 *Error impedit consensum, & prorogationem.*

Dubitatio impedit prorogationem.

Siuè erret vtraque pars, siuè altera, siuè antè, siuè post litem contestatam, siue errore iuris, siuè facti, impeditur prorogatio.

Error, & ignorantia in dubio præsumuntur, si quis consentiat in Iudicem non suum.

1014 *Violenta coactio impedit prorogationem mero iure.*

Metu irritatur ipso iure prorogatio.

Regulare est, gesta per metum mero iure valere.

Speciale est in proroganda iurisdictione, vt prorogationem metus ipso iure nullam reddat.

Recognitio alicuius in superiorem facta per metum. ipso iure iure nulla est, & non quæritur iurisdictio metum inferenti.

1015 *Expenditur l. 2. in principio, ff. de iud. pro hac sententia, & quid posset ad eam responderi.*

1016 *Confirmatur tamen ex verbis eiusdem legis communis sententia, & quibus modis dicatur vir.*

1017 *Explicatur textus in leg. interdum, ff. quod falso tutore auctore.*

1018 *Redditur ratio spdcialitatis, cur hoc casu metus ipso iure vitiet prorogationem.*

1019 *Ad prorogationem vltra consensum requiritur, vt partes Iudici se subijciant, & per hanc subiectionem prorogatio redditur firma, & irretractabilis.*

1020 *Per quos actus videantur partes se subijcere, & submittere Iudici.*

1021 *Per stipulationem solemnem additam nudo pacto de iurisdictione proroganda, non fit prorogatio irretractabilis.*

Ex stipulatione oritur actio, qua peti potest interesse ab eo, qui mutata voluntate à priori pacto recedit.

Obligatio facti non obligat præcisè ad factum, sed liberatur quis soluendo interesse.

Stipulatio de litigando coram aliquo Iudice continet factum.

Pactum de proroganda iurisdictione redditur irreuocabile per actus iudiciales, non extraiudiciales.

1022 *A conuentione de proroganda iurisdictione, etiam si solemni stipulatione vallata ex dissensu vnius partis potest impunè recedi.*

Verbum conuentionis complectitur, tàm pactum nudum, quàm stipulationem.

Qui facit lege permittente pœnam non meretur.

Pacta seruari oportet.

1023 *Pacto de proroganda iurisdictione. stipulatione confirmato quæritur actio ad interesse contra mutantem voluntatem.*

Ex pacto nudo oritur exceptio.

A contractu, inuito altero ex contrahentibus, non receditur.

1624 *De iure canonico ex pacto nudo oritur actio.*

De iure canonico non habet locum d. l. si conuenerit.

1025 *De iure Castellæ ex nudo pacto datur actio.*

De iure Castellæ non procedit decisio d. leg. si conuenerit.

1026 *Vtraque ex prædictis sententijs est satis probabilis.*

1027 *An interesse promissum ob non impletam promissionem possit peti apud Iudicem prorogatum, à quo per dissensum recessum est, remissiuè.*

1028 *An idem dicendum sit de pœna, quod de interesse, remissiuè.*

1029 *An per clausulam,* quod reus possit vbicunque conueniri, *fiat prorogatio irreuocabilis, verior est pars negatiua.*

1030 *Quid dicendum sit de clausula, vel pacto quo promittat quis, se responsurum coram quocunque Iudice.*

1031 *L. si conuenerit, quæ loquitur in casu pacti nudi, extendenda*

ds est ad casum pacti cohærentia contractus vestiti, vel stipulationis contractæ.

1032 *Dicta l. si conuenerit, limitanda est, si prorogationi adhibeatur iuramentum.*

Iuramentum fortius confirmat pactum, quam stipulatio, cum ex iuramento compellatur quis præcisè facere.

Iuramentum, cum potest seruari sine dispendio salutis æternæ, præcisè seruandum est.

Iuramento interueniente non possunt partes à conuentione recedere.

1033 *Contrariam sententiam, imò etiam si prorogationi adhibeatur iuramentum, pœnitentia litigatorum posse reuocari, qui fuerint amplexi.*

Iuramentum sortitur naturam actus, cui accedit.

Iuramentum non efficit irreuocabilem actum, natura sua reuocabilem.

Neque testamentum iuratum.

Neque donationem causa mortis.

Neque maioratum iuratum.

Neque statutum iuratum.

Hæc sententia est satis probabilis.

1034 *Media sententia.*

1035 *Reijcitur, & impugnatur.*

1036 *D. l. si conuenerit, non procedit si quis se obliget ad prorogandum per instrumentum guarentigiatum, & tunc non admittitur pœnitentia.*

Obligatio guarentigia æquiparatur sententiæ obtinenti auctoritatem rei iudicatæ.

Obligatur ad factum ex obligatione guarentigia, quemadmodum ex sententia, tenetur præcisè facere, neq; liberatur soluendo interesse.

1037 *Dicta l. si conuenerit, locum non habet, si illi fuerit renunciatum.*

Renunciatio d. l. si conuenerit, vulgatissima in instrumentis tabellionum Regni Castellæ.

Cuilibet licitum est iuri suo renunciare.

1038 *Renunciari non posse l. si conuenerit, qui senserint, & quibus rationibus.*

Priuati efficere non possunt, vt per renunciationem suam, ex pacto nudo, detur actio.

Neque vt in contractibus innominatis non detur pœnitentia.

Neque vt ex pacto citra traditionem transferatur dominium.

Neque immutare generales iuris dispositiones, & statuta.

1039 *In renunciatione d. l. si conuenerit, continetur pactum geminatum.*

Ex nudis pactis geminatis datur actio, ex quorundam sententia.

1040 *Verius est, ex pacto geminato non dari actionem, præsertim si adijciatur in continenti.*

Ex pacto geminato resultat sola obligatio facti, ex qua obligatur quis ad interesse, & non ad factum præcisè.

1041 *In d. leg. si conuenerit, non continetur ius priuatum, sed ius publicum, cui priuatorum pactis non derogatur.*

1042 *Animaduersio Decij ad concordandas dissidentes sententias in hac re.*

Facto potest renunciari d. l. si conuenerit, non verbo.

1043 *Cur possit quis facto renunciare fauori suo, non verbo.*

1044 *Qui facto renunciat, adijcit prorogationi, quod requiritur ad eius irreuocabilitatem, non qui verbo.*

Sæpè accidit, vt facto quis præiudicet sibi, & iuri suo renunciet, pacto autem id efficere non possit.

Minor potest facto suo renunciare restitutioni in integrum, non pacto.

Peccator facto potest renunciare pœnitentiæ, non pacto.

1045 *Textus in d. l. si conuenerit, est valde difficilis, & continet sinuosam materiam.*

Renunciatio l. si conuenerit, & renunciatio fori, seu exceptionis declinatoriæ, idem prorsus est, & vna renunciatio diuersis verbis concepta.

Vbi est eadem ratio, idem debet esse ius.

Vna res non debet, diuerso iure censeri.

1046 *Dictæ l. si conuenerit, non potest renunciari, renunciatione generali, sed debet esse specifica, & idem seruandum est in exceptione fori.*

1047 *Eædem difficultates occurrunt, circa renunciationem fori, & d. l. si conuenerit, quæ supra tactæ sunt, circa consensum in Iudicem.*

1048 *Ex renunciatione fori, & l. si conuenerit, redundat pactum geminatum.*

1049 *Renunciatio fori, & l. si conuenerit, eatenus valet, quatenus valet consensus in Iudicem, sed non excludit declinatoriam fori.*

Consensus in omnes vniuersim Iudices, adiecta fori renunciatione, non excludit reum à fori declinatoria, & potest quis nihilominus à priori voluntate recedere.

1050 *Distinguuntur duo casus, in quibus solet fieri renunciatio fori.*

Renunciatio fori adiecta consensui in Iudicem, aliàs non competentem est reuocabilis.

1051 *Renunciatio fori ad corroborandam iurisdictionem iudicis, aliàs competentis est efficax, & irreuocabilis.*

1052 *Pactum de non adeundo aliquo Iudice competenti, ex multis valet, & est irreuocabile.*

1053 *Ratio discriminis inter duos prædictos casus.*

1054 *Explicatur l. 20. in fine, tit. 21. lib. 4. recop.*

1055 *Qui non possint suo foro renunciare, remissiuè.*

1056 *Exempti non possunt suo foro, & exemptioni renunciare.*

1057 *Religiosi non possunt suo foro renunciare.*

1058 *Vassallus Burgensis non potest foro Baronis sui renunciare.*

1059 *Renunciatio fori facta à vassallo Baronis, præiudicat vassallo, non Baroni.*

Baro petit remissionem causæ sui vassalli, omittentis declinatoriam, aut victi, in articulo ipsius declinatoriæ.

1060 *Agricolæ de iure Castellæ non possunt suo foro renunciare.*

1061 *Qui potest prorogare, potest renunciare exceptioni fori, & qui potest renunciare, potest prorogare.*

Atque item, qui non potest renunciare foro, non potest prorogare, & è contra, qui non potest prorogare, non potest renunciare.

1062 *Proponitur quæstio, cui foro censeatur renunciare, qui sortitus plures, renunciat exceptioni fori declinatoriæ.*

1063 *Renuncians priuilegio fori, si non habeat forum ex priuilegio, censetur renunciare illi foro, cuius renunciatio est necessaria ad effectum, ob quem interponitur renunciatio.*

Verba sunt impropriianda, iuxta subiectam materiam, ne reddatur inutilis dispositio.

1064 *Si renunciatio fori fiat simpliciter, non expresso foro priuilegij, aut iuris communis, ex fine renunciationis colligendum est, cui foro sit renunciatum.*

1065 *Gaudens foro priuilegiato, & foro iuris communis, si renunciet priuilegio fori, censeri renunciasse foro priuilegiato sententia quorundam.*

1066 *Contraria sententia, imò censeri renunciatum, foro iuris communis, si id requiratur, ad effectum, ob quem interponitur*

ponitur renunciatio, est verior.

1607 *Postquàm Iudex est aditus, non admittitur pœnitentia consensus in Iudicem.*

Aditus censetur Iudex, si ipso præsente litigantes in ipsum consentiant.

6108 *Lite contestata omissa declinatoria non admittitur pœnitentia.*

1069 *Propositio exceptionum dilatoriarum præter declinatoriam, post consensum in Iudicem, facit prorogationem irreuocabilem.*

1070 *Ratio cur requiratur ad prorogationem reddendam irreuocabilem aliquis actus subiectionis.*

In corporalibus requiritur traditio, & non sufficit conuentio, ad transferendum dominium.

In corporalibus autem requiritur aliquid vice traditionis.

1071 *Ad prorogationem requiritur ex parte Iudicis, vt ille iurisdictionem habeat.*

1072 *Regulariter ad prorogationem non requiritur consensus Iudicis prorogati, & limitatur.*

1073 *An requiratur consensus superioris, eius, qui iurisdictionem prorogat, vt prorogatio sit firma, proponitur quæstio.*

1074 *Statuitur regula generalis negatiua.*

1075 *Limitatur primo, in Clericis, qui sine consensu suorum superiorum non possunt iurisdictionem, alieni Iudicis, etiam Ecclesiastici, prorogare.*

1076 *Clerici iurisdictionem Iudicis laici cum licentia, neq; sine illa, prorogare non possunt.*

1077 *Superior, cuius licentia requiritur in prorogatione Clerici, est Episcopus Diœcesanus.*

In exemptis est Papa.

1078 *Difficile est inuenire rationem huius limitationis, et plures adducuntur, & num. seq.*

1079 *Clericus magis subiacet Episcopo, quam laicis suis superioribus.*

1080 *Iurisdictio Ecclesiastica emanauit à Deo, & cōcessa est Ecclesiæ, & eius supremo pastori, & ab eo deriuata in cæteros Pontifices.*

Laica profecta est à Deo, concessa populo, à populo autem in suos superiores transfusa.

1081 *Decisio c. significasti, de foro comp. non procedit ex speciali subiectione Clericorū erga Episcopos, sed ex speciali modo iurisdictionis Episcoporum erga Clericos sibi subditos, qui habent iurisdictionem priuatiuam.*

1082 *Princeps supremus potest prohibere, ne subditi prorogent iurisdictionem alienorum Iudicum.*

1083 *Clericus tacite sine consensu sui superioris potest prorogare iurisdictionem alieni Iudicis Ecclesiastici, si contrahat, solutionem destinet, vel delinquat in territorio alterius.*

1084 *Contraria sententia quoad forum, dumtaxat destinatæ solutionis, & reijcitur.*

1085 *Clericus mutato domicilio in aliam Diœcesim subijcitur Episcopo illius.*

Clerici sine sui Episcopi licentia non possunt mutare domicilium extra Diœcesim.

1086 *Clericus conuentus coram Iudice competenti mero iure, sine consensu sui superioris potest omittere declinatoriam fori ex priuilegio, vel alia ratione.*

1087 *Clericus primæ tonsuræ potest prorogare iurisdictionem Iudicis alieni sine licentia sui Episcopi, iuxta quorundam sententiam.*

Ordines minores non imprimunt caracterem, neque sunt sacramenta, sed sacramentalia.

Tonsura non est ordo.

Ordines solum sunt septem.

1088 *Reijcitur prædicta sententia, & ostenditur, decisionem cap. significasti, de foro competenti, procedere in Clericis tonsuratis.*

Sub nomine Clericus comprahenditur tonsuratus.

Tonsuratus non gaudens priuilegio fori, potest prorogare sine consensu Episcopi.

1089 *Clerici tonsurati, etiam si illis caracter non imprimatur, censetur res spirituales.*

Ordines minores imprimunt caracterem ex sententia Diu. Thomæ.

Non rectè ducitur argumentum affirmatiuè, neq; negatiuè à caractere ad priuilegium fori.

1090 *Laici in spiritualibus sacramentalibus non possunt prorogare iurisdictionem Iudicis, non sui, seù alieni Parrochi, sine licentia sui proprij Iudicis.*

1091 *In spiritualibus non sacramentalibus non potest fieri prorogatio in Iudicem Ecclesiasticum alienum, sine consensu sui superioris.*

Non potest prorogari illud, quod non venit, nisi solùm à Deo.

1092 *Contraria sententia refertur quæ probabilis est.*

1093 *Vassalli feudatarij non possunt prorogare iurisdictionem alterius Iudicis sine consensu Dominorum directorum.*

1094 *Id tamen procedit, cum controuersia est de re feudali, aut iuribus Domini directi, secus si controuertatur, de iuribus ad feudum non pertinentibus: nam ad prorogationem non requireretur consensus Domini directi.*

1095 *Vassalli burgenses an possint prorogare iurisdictionem Iudicum extraneorum sine consensu Baronum.*

1096 *Vassallos burgenses non posse prorogare iurisdictionem Iudicis extranei sine sui Baronis consensu, multorum sententia in Regno Neapolitano continua praxi confirmata.*

1097 *Vassallus subditus Domino, secundum nudum vsum iurisdictionis, potest prorogare inscio, aut inuito Domino; subditus verò vltra nudum vsum iurisdictionis, non potest consentire in alienum Iudicem sine consensu Domini.*

Vassalli burgenses subduntur Baronib. vltra nudum vsum iurisdictionis.

1098 *Vassalli burgenses non possunt prorogare iurisdictionem alieni Iudicis præter Baronem, cum agitur de oneribus, & muneribus ipsi debitis, secus cum in lite nullum versatur interesse Baronis.*

1099 *Spectato iure communi feudali, vassalli burgenses prorogant sine consensu Baronis in litibus, in quibus non versatur interesse Baronis.*

1100 *Cum iurisdictio conceditur in inuestitura feudali, cum clausulis priuatiuis, abdicatiuis, & decreti irritantis, non potest fieri prorogatio sine consensu Baronis.*

Concessio iurisdictionis annexa feudo censetur fieri priuatiuè, & non cumulatiuè.

Priuilegia Baronum non obseruantur in tàm ampla forma, quàm sonant verba priuilegij.

Concessio, quæ tribuit priuatiuè iurisdictionem, non comprahendit casum prorogationis.

Ad impediendam prorogationem oportet, vt specialis inhibitio interueniat.

De enixa voluntate Principis denegantis facultatem prorogandi, constat ex clausulis abdicatiuis, & decreti irritantis.

In Regno Neapolitano regulariter in inuestituris inserũtur istæ clausulæ, ex quo vsus obtinuit, vt causæ vassallorum remittantur ad Barones ipsis petentibus.

1101 *Vassalli non possunt tacitè prorogare iurisdictionem alieni Iu-*

Iudicis, etiam si possint Clerici.
Vassalli burgenses in Regno Castellæ liberè possunt prorogare iurisdictionem quorumuis Iudicum, & in eo Domini vassallorum non petunt remissionem causarum suorum vassallorum.

SECTIO SECVNDA,

Quænam sint ad prorogationem necessaria.

968 Quæ hac sectione dicenda sunt, concernunt examen naturæ prorogationis, ac ideò post definitionem prorogationis oportuit ea subijcere, & ante cætera examinanda præmittere, quæ viam etiam post dicendis apertura, & munitura sunt. Sunt autem quinque requisita ad prorogationem, de quibus hac sectione agendum est. Duo ex parte prorogantium, duo verò ex parte Iudicis prorogati, alterum tandem ex parte superioris eorum, qui iurisdictionem prorogant.

979 Igitur ad prorogationem primo requiritur consensus iurisdictionem prorogantium, & se submittentium Iudici, cuius iurisdictio est proroganda. Probat textus *in d.l.1.& in l.2.in princ.ff.de iudicijs, et in l.si per errorem,* 15. *& in l.si conuenerit,* 18.*ff.de iurisd.omn.Iudic.l.si qui ex consensu,*7.*C.de Episc.audient.cap.de causis,*4.*de offic.et potestat. Iudic.delegat.* & illis locis notant Doctores.

980 Et cum consensus duplex sit, tacitus, & expressus, ad prorogationem non est necessarius consensus expressus, sed satis est tacitus, vt notaui supra, num.976.& probat textus *in cap.cum olim. el primo,* vt eum expendit, Panormitanus ibi *nu.3, de offic.delegat.* & docet idem Panormitanus *in d.cap.P. et G.* 40.*num.*20.Imola ibi *nu.*56.*eod.tit.* idem Panormitanus *in cap.significasti,nu.*18.Marianus *nu.*37.Felynus *nu.*5.*de foro compet.* Decius *in cap.*1.*nu.*103.*de iudicijs,* Parisius *cons.*15.*nu.*4.*libr.*4. Bartolus *in d.l.*1.*nu.*12.Sapia *nu.*12.*ff.de iudicijs,* Alexander *in l.vltima,nu.*6.*in fin.de iurisd.omn.iudic.* Maranta *in praxi,* 4.*par.d.distinct.*12.*num.*1.Menochius *de præsumptionibus, lib.*2.*præsumpt.*19.*nu.*1.Barbosa *in d.l.*1.*art.*3.*ex nu.*4.& est communis sententia. Quæ ex eo probatur, quoniam taciti, & expressi idem est in iure iudicium, & par virtus, *l.cum quid,*3.*ff.si cert.petat.* vbi Doctores notant.

981 Quamuis autem hoc regulare sit, limitandum est ex communi sententia in prorogatione, quæ fit de loco ad locum: nam in hac non sufficit tacitus consensus partium, sed necessarius est expressus, iuxta apertum textum *in d.cap.statutum,*11.*§.in nullo, de rescriptis in* 6.vbi notant Io. Andreas, Antonius Butrius, Dominicus Geminianus, Philippus Franchus, Petrus Ancharanus; Panormitanus *in c.cum olim Abbas n.*32.*num.*3.*& in cap.P.& G. num.*14.*de offic.deleg.* Marianus *in d.cap.significasti,nu.*37.*vers. aduerte,circa finem de for.compet.* Vantius *de nullitatibus,tit.quib.mod.sentent.nulla defendi possit,nu.*79.Maranta, & Barbosa in eandem rem relati paulò antè sectione præcedenti nu. 977.circa finem, tametsi nullus eorum reddat rationem specialitatis huius prorogationis.

982 Paulus tamen Castrensis *in leg.consensisse,*2.*§.sed si Iudex,num.*1.*& 2.ff.de iudicijs,* & Imola *in d.cap.P.& G.num.*62.& Menochius *conf.*340.*num.*56.*lib.*4.extendunt hanc limitationem, vt locum habeat etiam in prorogatione de tempore ad tempus, vt ad eam etiam sit necessarius expressus consensus. Imò verò id etiam credit extendendum Paulus ad prorogationem de re ad rem, ex quo paulatim videtur esse in contraria sententia, videlicet non satis esse ad prorogationem, quamuis consensum tacitum, sed expressum esse necessarium. Quam etiam defendit Andreas Siculus, quem refert Barbosa *d.art.*3.*nu.*5.

983 Reddunt verò Paulus, & Imola eam rationem, cur tàm prorogatio de loco ad locum, quàm de tempore ad tempus, requirat expressum cōsensum. Quoniā cum vtroque modo prorogatur iurisdictio opus est, vt Iudici sit nota, qui scit, vel scire debet, lapso tempore contento in rescripto, aut extra locum in eodem rescripto contentum se non esse Iudicem. Quare si prorogationem ignoret, non poterit vltra tempus, & locum præfixum validè iurisdictionem exercere, cum acta valere non possint, si se non esse Iudicem credat; sed si consensus prorogationis non est expressus, non potest esse Iudici notus, qui non potest scire id, quod partes habent in corde. Ergo istis casibus requiritur expressus consensus.

984 Secundò, probat Andreas Siculus id omni prorogationi commune esse, vt requirat expressum consensum ex *l.*1.*ff.de iudicijs,* vbi dicitur, *si se subijciant, & consentiant.* Ergo ne superfluet verbum, *consentiant,* significat expressum consensum partium, nam tacitus satis continebatur in verbo præcedenti, *se subijciant.*

985 Sed neque est recedendum à priori sententia, neque approbanda specialitatis ratio considerata à Paulo; non enim dicimus tacitum consensum in mente retentum, & in corde occultum, cuius nullum appareat externus vestigium fat esse ad prorogationem. Quis vnquam id cogitauit? sed tacitum consensum manifestatum per exteriores actus, qui non sint verba: nam cum paria sint facto, vel verbo aliquid significare, *l.de quibus, ff. de legibus,* eundem habebit effectum quoad prorogationem consensus per verba patefactus, & per actus, vel positiuos, vel negatiuos, videlicèt omissiones, declaratus. Quò fit, vt non minus possit ad notitiam Iudicis deuenire prorogatio, quæ fit factis ipsis apertè manifestantibus voluntatem, quàm ea, quę verbis expressis facta est. Quod etiam significauit Ioannes de Imola *in dicto cap. P. & G. num.*62.*in fine.*

986 Rationem verò specialitatis prorogationis, quæ fit de loco ad locum eam reddere possumus, quod sit tàm aduersa iuris rationi, vt eam possibilem esse negauerit Baldus *in l.si qui ex consensu, numer.*9.*&* 10.*C.de Episcop. audient.* & Bartolus *in d.lege consensisse, in principio, num.*7.*ff. de iudicijs;* ideò fortassis in ea requiritur consensus expressus, nam Pontifex, qui repugnante iuris ratione eam concessit *in dicto §. in nullo,* rectè illam ita coarctauit, vide Rotam *decision.*15.*aliàs* 380.*in nouis, de officio delegati.* Quod si hæc displiceat cum non omnium, quę à maioribus constituta sunt ratio reddi possit, *lege non omnium, ff. de legibus,* quia mihi alia non occurrit eam libenter ab alijs discam.

987 Addo fortassis in nullo alio casu locum habere decisionem textus *in dicto §. in nullo,* quàm in illo, de quo ibi agitur. Tractat textus de delegato Pontificis, qui non propria, sed Pontificis iurisdictione vtitur, *l.*1.*§.qui mandatam, ff. de eo, cui mandat. est iurisdict.* quæ nullo loco coarctatur ex natura sua, *cap. cuncta per mundum,* 9.*quæst.*3.ac per consequens, quod ad ipsum attinet, posset vbicunque exerceri; est autem fauor impetrantium rescriptum, vt non possint extrahi à loco in illo expresso, cui fauori, & beneficio si renuncient consentientes expressè, vt delegatus cognoscat de causa in alio loco, iurisdictio ipsa ex se, & natura sua ad omnem locum extenditur, vt dicebam supra quæst.1.num.29.Quare Pontifex in eo casu ne quod concessum est ob fauorem con-

couertatur in odium, quod permitti non debet, *l. quod in fauorem, C. de legibus*, laxat iurisdictionis habenas, vt eo excurrat, quo consentiunt litigantes: at in alijs casibus, in quibus exercetur iurisdictio territorio adhærens, & limitata, illiq; adiacens, & illius coarctata limitibus, crederem, conformius esse iuri, vt non possit de loco ad locum iurisdictio prorogari. Quod præsensit ex hac eadem ratione Marianus Socinus *in dicto cap. significasti, numer. 15. versic. tertiò limitatur*. Inde fit, vt decisionem illius textus *in dicto §. in nullo*, limitandam credant Buttius, & Ancharanus ibi; imò verò, & ipse textus videtur loqui limitatè, dùm ait: *in nullo quoque casuum prædictorum*. Frustra ergo quærimus rationem diuersitatis inter prorogationem de loco ad locum, & cæteras, si illa in illo solo casu, & cum illis conditionibus, & circumstantijs permittenda est, quod in cæteris non contingit. Addo videndum Scacciam post hæc scripta editum, *de sententia, & re iudicata, cap. 1. gloss. 7. quæstion. 4. spec. 2. ex numer. 173.* Verum est, quantum ad prorogationem iurisdictionis de tempore ad tempus, occurrere specialem rationem, (quæ tamen est noua consideratio, quam nulli acceptam refero, quia à nullo audiui, apud neminem vidi,) quoniam illud huic prorogationi peculiare est, vt seruet vitam iurisdictionis, alioqui periturae, nam iurisdictio, quæ quouis alio modo prorogatur, exclusa prorogatione viuit, existit in rerum natura, & permanet tametsi limitata; at iurisdictio de tempore ad tempus prorogata, si prorogationem secludas, extinguenda est, perit, & moritur; cum igitur in hoc casu prorogatio tàm insignem producat effectum, vt vitam iurisdictionis, alioqui extinguendæ conseruet, mirum nō est, si requirat voluntatem magis apertam, explicatam, & expressam, & vt sic dicam, magis enixam.

988 Ad secundam rationem Andreæ Siculi respondendū est verbum illud, *se subijciant*, coniunctum *in leg. 1. ff. de iudicijs*, cum verbo, *consentiant*, non referri ad consensum expressum, neque item verbum, *consentiant*, additum verbo, *se subijciant*, denotare solùm consensum expressum, vt Siculus autumat. Etenim verbum illud, *consentiant*, satis excludebat sub generali sua significatione vtrunq; consensum, tùm tacitum, tùm etiam expressum prorogationem requisitum: sed referri ad aliquid aliud, quod consensui debet superaddi, quò reddatur efficax, & irreuocabilis, & producat prorogationem irretractabilem: illud verò esse subiectionem, & submissionē Iudici factam, præter consensum ipsum, qua ipse consensus, qui alioqui facili negotio reuocaretur, redditur firmus, & irreuocabilis, & subijcit Iudici efficaciter litigantes, vt ex doctrina Aretini, & Socini respondet Barbosa *in d. art. 3. num. 7.*

989 Actus verò, ex quibus elicitur consensus tacitus ad prorogationem tacitam necessarius, & sufficiens, multi sunt, vt optimè explicat Buttius *in dicto cap. P. & G. num. 21. de offic. delegat.* Decius *in cap. 1. numer. 170. & 171. cum seqq. de iudicijs*. Quidam sunt actus extraiudiciales. exemplum, si quis alienæ iurisdictionis delinquat, vel contrahat in territorio Iudicis non sui: nam tunc quoad contractum, aut delictum prorogat iurisdictionem alieni Iudicis, vt supra tetigimus num. 976. & latè prosequitur Antonius de Mattheis *de prorogatione iurisdictionis, ex num. 63.* & hæc prorogatio est irretractabilis, & in ea non habet locum pœnitentia, (quam in expressa prorogatione sæpiùs locum habere inferiùs declarabimus,) vt notarunt *in leg. si conuenerit, ff. de iurisdictione omnium Iudicum*, Albericus *numer. 1.* Angelus *numer. 1.* Decius *num. 22.* Iaso *num. 23.* Salycetus *in l. nullum, num. 3. C. de testibus*, idem Decius *in dicto cap. 1. 1. lectur. num. 171. de iudicijs*, Syntagma communium opinionum *lib. 3. tit. 11. num. 10.* quoniam prorogatio facti fortior est quam prorogatio verbi, vt probat textus *in cap. dilecti, de foro competenti*, & Alciatus *in dicto cap. 1. num. 29. de iudicijs*. Alij autē sunt actus iudiciales, qui aut sunt citra litis contestationem, aut ipsa litis contestatio, & vlteriores; & isti omnes actus sunt positiui. Alij sunt negatiui, vt omissiones, aut in alleganda exceptione declinatoria, aut in respondendo, & veniendo ad iudicium post vocationem, ex quo incurritur contumacia, & de singulis, quam vim habeant ad inducendam tacitam prorogationem videndum est.

990 Quod attinet ad actus iudiciales, inclusa litis contestatione, ex illa, & illis inducitur consensus sufficiens ad prorogationem irretractabilem. Nam si quis coram alieno Iudice litem contestaretur, prorogat eius iurisdictionem, & non est locus pœnitentiæ, vt sentit Glossa *in d. l. si conuenerit, 18. verb. adiretur, ff. de iurisdict. omn. iudic.* & ibi Bartolus *num. 3.* Albericus Fulgosius, Paulus, Socinus, Alexander, Iaso, Decius Oroscius, per textum ibi à contrario sensu.

991 Quòd verò ad alios ante litis contestationem, in primis si quis proponat coram Iudice quamuis exceptionem dilatoriā, quæ ante litis contestationem proponenda est, *cap. inter Monasterium, 20. de re iudic.* & omittat exceptionem fori declinatoriam, dubitant Doctores, an inducatur tacita prorogatio pœnitentia irretractabilis. In qua difficultate Bartolus *in d. l. si conuenerit, num. 2. & 3. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. quidam consulebant, 57. num. 9. & 10. ff. de re iudic. & in l. vltima, per textum ibi, Cod. de exception.* Alexander *in d. l. quidam consulebant, num. 22.* & Baldus *in d. leg. si conuenerit, nu. 1.* Angelus, *nu. 1.* Paulus *num. 3.* Socinus *nu. 28.* Decius *nu. 24.* Iaso *num. 33. & seqq.* Oroscius *n. 5.* Cagnolus *num. 18.* Innocentius *in d. cap. inter Monasterium, num. 2.* Baldus *nu. 5.* Panormitanus *ex num. 5. & nu. 8. & seqq.* Felynus *ex nu. 4.* idem Decius *in cap. 1. 1. lect. nu. 179. de iudicijs*, Maranta *in praxi, 4. par. distinct. 12. num. 11.* Menochius *de præsumptionibus, lib. 2. præsumpt. 19. num. 11.* Vantius *de nullitatibus, tit. quib. mod. sententia nulla defendi possit, nu. 80.* Paz *in praxi, 1. tom. 1. par. 5. temp. nu. 22. & 23.* Azeuedus *in l. 1. num. 17. cum seqq. tit. 5. lib. 4. recopilat.* Guttierez *de iuram. confirm. 1. par. cap. 28. num. 1.* Surdus *cons. 280. num. 15. & 16. lib. 2.* Tuscus *liter. P. conclus. 926. nu. 8.* Barbosa *in d. l. 1. art. 3. num. 69. ff. de iudicijs*, & communiter Doctores censent, inducere consensum in Iudicem, & subiectionem, submissionemq; ipsi factam, ita vt non possit litigans à iudicio per pœnitentiam vlterius recedere, propositionem cuiuslibet exceptionis, etiam dilatoriæ, omissa declinatoria. Probant ex textu *in l. sed etsi susceperit, 52. in princ. ff. de iudicijs*, præsupposito ad inductionem, quòd non per solam litis contestationem, sed etiam ante ipsam dicitur quis actionem, & iudicium suscipere, vt notat Alexander *in d. l. si conuenerit, nu. 17.* & post ipsum Decius *in c. 1. 1. lect. nu. 179. de iudicijs*, reprobato Fulgosius *in eadem l. si conuenerit, nu. 5.* contrarium dicente. Item probant ex textu *in l. vltima, C. de exception.* & ratione, quoniam qui coram Iudice proponit exceptiones videtur petere, Iudex super eis pronunciet, quapropter in eius iurisdictionem videtur consentire, eique se subijcere, ex quo fit, vt qui, quamcumque exceptionem dilatoriam proponit ante declinatoriam fori, præcludat sibi viam ad eandem declinatoriam post proponendam, quoniam videatur in Iudicem consensisse, &

eius

eius iurisdictionem efficaciter prorogasse.

992 Contrariam tamen sententiam, quinimò per propositionem exceptionum dilatoriarum non esse efficaciter prorogatam iurisdictionem Iudicis, neque induci consensum, & subiectionem in eum efficacem, quin possit post declinari, sentit Fulgosius *in d.l.si conuenerit, n.5.* Imola *in d.l.quidam consulebant, nu. 19. cum seqq. ff. de re iudic. & in d. cap. inter Monasterium, 20. extra eod. tit. num. 7.* & in eam satis inclinat Felynus *numer. 4. ibidem.* Antonius de Mattheis *de prorogatione iurisdictionis, nu. 15. §. videamus, circa finem, in vers. dubium est,* pro qua Bartholomeus Socinus *in dicto l. si conuenerit, num. 28.* refert, Glossam, Iacob. de Aret. Cynum, Io. Andream, Speculator. Baldum, Angelum, & Franciscum Aretinum; ac proinde erit hęc sententia communis contra communem. Quæ probatur primò, quia vsque ad litis contestationem potest opponi declinatoria contra Iudicem, *leg. apertissimi, C. de iudic. leg. nemo, C. de iurisdict. omn. iudic. Authent. offeratur, C. de litis constat.* Ergo dum lis non est contestata, quamuis aliæ exceptiones sint propositæ, nondum elapsum est tempus proponendi declinatoriam. Secundò, quia omnis exceptio, quæ opponitur ante contestationem, videtur opponi fine repellendi iudicium, & licet quantum ad cognitionem illius exceptionis, videatur prorogata iurisdictio; non tamen debet videri prorogata quoàd causam principalem, quia inducta ad vnum finem, non debent operari contrarium, *l. quod fauore, C. de legibus, cap. quod ob gratiam, de regul. iur. in sexto.* Tertiò, quia qui approbat Iudicem super dilatorijs, quæ sunt parui momenti, non approbat eum necessario super causa principali, quæ affert grauius præiudicium; hoc enim est arguere de minori ad maius affirmatiuè, quod argumentum non valet, vt notatur *in c. cum in cunctis, de election. & in Authent. multo magis, C. de sacrosan. eccles.* Quartò quia tacitus consensus in aliquibus actibus iudicij, non porrigitur ad alios actus, qui sequuntur, vt notatur per Glossam *in element. sæpè, ac verbor. signific. verb. partibus,* approbatam à Doctoribus ibi, & Panormitano *in cap. quoniam contra, nu. 37. in fin. de probationibus;* consensus enim limitatus limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de adquir. rer. domin.* & consensus tacitus limitatur iuxta actum ex quo colligitur, *l. vltima, C. ne vxor pro marito,* dixi supra eadem disputatione num. 381.

993 Nihilominùs non est recedendum à priori sententia, quę verior, & communior est, neque obstat argumenta proposita. Nam ad primum respondetur, textum *in d. l. apertissimi, cum similibus,* esse intelligendum regulariter, dummodo ante litis contestationem non sit factus alter actus, ex quo inducatur consensus in Iudicem; nam si eiusmodi actus fiat, exinde, etiam si lis contestata non sit, nō poterit declinari iurisdictio; ita respondet Decius ex sententia Alexandri, & Panormitani *in d. cap. 1, 1. lect. num. 175. de iudicijs, & in d. l. si conuenerit, nu. 24.* Ad secundum dicendum est, exceptionem quæ ante litem contestatam opponitur, tendere ad excludendum iudicium, non omninò, & simpliciter, sed eo respectu, quo obijcicitur, videlicet respectu libelli, vel respectu Procuratoris, vel respectu actoris, sed non respectu Iudicis, contra quem cum nihil opponatur, censetur eius iurisdictio approbata, siquidem coram eo excipitur, & ab eo petitur super exceptione pronunciari, *d. l. sed & si suscepit, in princ. ff. de iudicijs,* vnde, inducta ad vnum finem vno respectu, alio respectu in consequentiam, contrarium quoque operantur, *l. denique, §. interdum,* vbi Bartolus per illum textum, *ff. de pecul. legat.* Decius *in cap. intelligimus, nu. 29. de iudicijs,* ita respondet idem Decius *in d. cap. 1. 1. lect. nu. 176. & in d. l. si conuenerit, nu. 24. in fin.* Ad tertium, & quartum dicendum est, consensum qui colligitur ex oppositione dilatoriarum coram Iudice, tametsi videatur limitatus circa exceptiones ipsas propositas, non esse limitatum circa personam Iudicis, contra quam nihil opponitur; ac per consequens eius iurisdictio approbatur; ideò qui Iudicem approbat in præparatorijs, non potest illum in causa principali recusare, *l. ordinarij* vbi Baldus *num. 2. C. de rei vindicat.* ita respondet idem Decius *in d. cap. 1. ex num. 179. & in d. l. si conuenerit, num. 25.*

994 Retenta igitur prædicta priori opinione limitatur: Primò, vt non procedat quando exceptio proposita respicit personam Iudicis, & eius iurisdictionem; nam tunc ei denegetur iurisdictio, etiam si petatur pronunciatio super exceptione, nō videtur approbata persona Iudicis in causa principali, neq; facta submissio, quin possit postea idem Iudex declinari, vt probat textus *in C. super literis, 20. de rescrip.* Hanc limitationem tradit Panormitanus *in c. inter Monasterium, nu. 20.* Felynus ibi, *n. 6. de re iud.* Baldus *in l. non videtur, 33. in 1. lect. ff. de iud.* Decius *in d. l. si conuenerit, nu. 25. ff. de iurisd. omn. iud. & in c. 1. nu. 181. & 182. de re iud. in 1. lect.*

995 Limita secundò, si quis proposita exceptione protestetur se non consentire in Iudicem, quoniam protestatio conseruat ius protestantis. Hāc limitationem tradit Decius *in d. c. 1. 1. lect. nu. 187. de iudicijs,* Felynus *in d. c. inter Monasterium, n. 8.* Barbosa *in d. l. 2. art. 3. num. 16. ff. de iud.* vbi alios refert.

996 Limita tertiò, vt non procedat, etiā si Iudex formaret inquisitionem contra aliquem in casu prohibito: tunc enim etiam si inquisitus proponeret coram ipso quaslibet exceptiones dilatorias, non fieret prorogatio, quin posset quandocunque declinare iurisdictionem eius: Ratio est, quia per exceptionem declinatoriam iudiciū redderetur retro nullum. Hāc limitationem tradunt Baldus *in l. licet, 24. num. 6. C. de Proc.* Alexander *in l. quidam consulebant, 57. nu. 25. ff. de re iud.* Socinus *in d. l. si conuenerit, num. 28. in fine,* Decius *nu. 26. & in d. c. 1. nu. 183. cum seq.* Aliàs limitationes vide apud Felynum *in d. c. inter Monasterium, ex num. 5. de re iud.*

997 Quod ad cæteros actus iudiciales positiuos citra litis contestationem pertinet, si quis petat copiam libelli non videtur in Iudicem consentire, neq; prorogat iurisdictionem eius, *l. non videtur, 33. ff. de re iud.* vbi omnes. Imò potius videtur petere, vt deliberet, *vt in l. 1. ff. de edendo, & in Auth. offeratur, C. de litis contestat.* & notat Bartolus *in d. l. si conuenerit, num. 2.* Oroscius *num. 10.* Cagnolus *nu. 18.* idem Bartolus *in d. l. quidam consulebant, numer. 10.* Imola *num. 18.* Alexander *num. 24.* Butrius *in d. cap. P. & G. num. 21.* Imola *ibidem numer. 110. de offic. delegat.* Panormitanus *in d. cap. inter Monasterium, numer. 6. & 9.* Felynus *nu. 9.* Maranta *in praxi, d. distinct. 12. numer. 11.* Item nec per satisdationem de iudicio sisti, quia in illa subintelligitur conditio, nisi Iudex postea ex legitima causa declinaretur, aut recusaretur, vt notat Bartolus *in d. l. si conuenerit, num. 2.* Romanus ibi *numer. 1.* & cæteri modo relati ex textu *in Auth. offeratur, C. de litis contestat.* & Fulgosius *in eadem l. si conuenerit, nu. 12. vers. quarta limitatio est,* vbi limitat. Item nec per satisdationem de re iudicando soluendo, vt notat idem Bartolus *in l. vir bonus, 18. num. 4. ff. iud. solu.* Socinus *in d. l. si conuenerit, num. 29.* Oroscius *nu. 9.* Cagnolus *num. 18.* Imola *in d. l. quidam consulebant, 57. nu. 19.* Alexander *num. 24.* qui limitant. Addendi sunt Marianus Socinus *in d. cap. significasti, num. 47. de foro compet.*

Marsilius *sing. 227. per dationem*, Menoch. *de præsumptionibus, lib. 2. de præsumpt. 19. ex num. 7.* Decianus *tractat. crimin. libr. 4. cap. 13. n. 19.* Tuscus *liter. P. conclus. 926. nu. 10.* Nec per confessionem rei coram incompetenti prorogatur iurisdictio, neque inducitur tacitus consensus, & subiectio, seu submissio, quia nō sponte sed compulsus illam videtur facere, docet Fulgosius *in d. l. si conuenerit, nu. 15. in fin. vers. vigesimaquinta*, Socinus *consil. 108. numer. 20. vol. 4.* qui probat optimis rationibus, Maranta *in praxi, 4. part. d. distinct. 12. nu. 13.* Farinacius *in praxi, q. 7. numer. 4. vers. sublimitando*, Auendañus *respons. 40. nu. 6. vers. secus verò*, Bossius *titul. de foro comp. num. 179.* Decianus *d. cap. 23. num. 15. & nu. 16.* omnino videndus, tametsi contra sentiat Gregorius *in leg. 15. tit. 1. p. 7. gl. 2.* & Angelus *in l. 1. n. 3. ff. de confessis*, Angelus Aretinus *de maleficijs, verb. comparuerunt dicti inquisiti, et confitentur totum, numer. 4. et 5.*

998 Cæterum tacitus iste consensus idoneus ad prorogationem, non semper elicitur ex actibus positiuis, sed quandoque etiam præsumitur ex negatiuis, vt ex omissione, patientia, & taciturnitate: nam si partes patiantur aliquem Iudicem procedere in causa, & decernere tanquam Iudicem aliquid contra eos, nihil opponentes, neque iurisdictionem declinantes, is tacitus consensus sufficit ad inducendam prorogationem, vt probat textus in *lege sed etsi susceperit, in princip. ff. de iudic. & in leg. vltim. C. de exception.* & notat Alexander *in l. 2. nu. 12. Iaf. nu. 39. ff. si quis in ius vocat. non ier.* Menochius *de præsumptionibus, libr. 2. præsumpt. 19. num. 6.* Barbosa *in d. l. 1. art. 3. nu. 8.* quemadmodum ex parte Iudicis satis videtur acceptata prorogatio, si patiatur partes coram eo in iudicium venire, & actiones suas proponere, tanquam coram Iudice, vt notat idem Alexander *in d. l. si conuenerit, n. 7.* Oroscius *num. 8. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Felinus *in cap. causam quæ, 14. num. 10. in fin. de re iudic.* Imola *in d. cap. P. & G. nu. 62. in fin. de offic. del.* Menochius *cons. 340. nu. 57. libr. 4.* Barbosa *vbi supra, num. 9.* qui *numer. 10.* reijcit sententiam contrarium sentientium.

999 Verùm an iste tacitus consensus semel præstitus, & ex ista omissione, & patientia elicitus, inducat prorogationem limitatam respectu illius iudicij solum, & instantiæ, in qua adhibetur; ita vt, qui sic tacitè consensit in Iudicem, & eius iurisdictionem prorogauit, si iudicium redderetur retro nullum, aut perimeretur instantia, possit in iudicio nouo denuò inchoando dissentire, & Iudicem declinare; an verò arguat prorogationem diuturnam & durabilem, respectu causæ, etiam nouo iudicio discussæ, ex qua, qui semel Iudicem approbauit, amplius reprobare non possit, & præcluserit sibi viam, ad proponendam deinceps declinatoriam in eadem causa, tractans Baldus *in d. l. si conuenerit, 1. lect. n. 4.* Angelus *nu. 3.* Paulus *nu. 6.* Alexander *nu. 21.* Socinus *nu. 31.* Decius *in dicto cap. 1. 1. lect. ex n. 95.* Alciatus *nu. 27. & 28. de iudicijs*, Romanus *singul. 145. vltimo dico tibi*, Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num. 12. circa finem, vers. hic venit inferendus casus*, Hippolytus Riminaldus *in repetit. cap. 1. ex nu. 79. de iudicijs.* Et communis resolutio est non præcludi viam declinatoriæ in alio iudicio, saltem in casu cōsensus taciti, qui videtur esse limitatus solum ad præsentem instantiam iudicij, & ad futurum non extendi.

1000 Oportet tandem hac in re animaduertere; quamuis ad prorogationem satis sit præsumptus consensus, qui tacitè elicitur ex prædictis actibus, seu positiuis, seu negatiuis, vt dictum est, non sat esse ad prorogationem cōsensum fictum, & interpretatiuum, inductū per legem; vnde licet contumax interpretatiuè habeatur pro consentiente, *l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. action.* tamen iste fictus consensus non est idoneus ad inducendam prorogationem. Quare licet Iudex procedat contra non subditum absentem tanquam contumacem, & sic se gerat pro Iudice; absēs autem taceat, & se iudicio non sistat, neque compareat, allegans declinatoriam: poterit quidem procedere contra eum ad mulctam, iuxta notata *in leg. si quis ex aliena, ff. de iudicijs*; non tamen censebitur verè prorogata eius iurisdictio, & ideò alia gesta per eundem Iudicem erunt inualida, & irrita. Quod videtur probari *in l. si qui ex consensu, 7. C. de Episcop. audient.* vbi notat Baldus *num. 7.* Fulgosius *in d. l. si conuenerit, num. 12. vers. nona limitatio, cum num. 13. sequenti*, Panormitanus *in d. cap. P. & G. nu. 21. de offic. deleg.* Marianus Socinus *in d. cap. significasti, nu. 37. vers. aduerte tamen, de foro compet.* Franchus *in cap. si duobus, 7. in princ. nu. 30. de appellationib.* Ias. *in l. 2. nu. 39. ff. si quis in ius vocat. ier.* Romanus *consil. 48. num. 1. ad fin.* Afflictis *decis. 133.* Thomas Grammaticus *vot. 27. nu. 2. & 3.* Maranta *in praxi, 4. par. d. distinct. 12. num. 16.* Follerius *in practic. criminal. 4. par. 3. par. rubr. & si confitebuntur, num. 24.* Tuscus *liter. P. conclus. 926. num. 6.* Caputaqu. *205. nu. 5.* Surdus *decis. 26. num. 14.* Farinacius *in praxi, q. 7. num. 4. vers. sublimita secundò*, Bossius *tit. foro competent. num. 180.* Capiblancus *in pragmatic. 8. part. 1. numer. 115. & 116. de Baronibus*, Cancer *variarum resolutionum, part. 2. cap. 2. numer. 196.* Barbosa *in dicto articul. 3. ex num. 11.*

1001 Quę tamen conclusio, vt per contumaciam non inducatur prorogatio, limitanda est ex mēte prędictorum, vt procedat, quoties Iudex cognoscens de causa contumacis est ipso iure incompetēs; secus si esset incompetēs ope exceptionis, quam posset allegare reus comparens; cui competeret fori præscriptio, seu priuilegium. Nam cum per contumaciam amittatur exceptio fori declinatoria, & ei videatur renunciatum, vt dixi supra quæst. 6. sect. 7. nu. 600. cum plurimis Doctoribus, quos retuli, & ex Innocentio notat Franchus *in d. cap. si duobus, in principio, n. 29. & 30. de appellation.* semel contumax non poterit postea effugere iudicium. Hæc tamen re vera non est prorogatio iurisdictionis, cum non sit augmentum iurisdictionis Iudicis competentis, sed potius non diminutio, resultans ex amissione exceptionis, seu remotio obstaculi, vt rectè notat Baldus *in d. l. si conuenerit, in 1. lect. num. 1. in fin. ff. de iurisdict. omn. iud.* & Io. Faber *in l. si qui ex consensu, in princip. C. de Episcop. audien.* Tametsi, vt verum fatear, hæc doctrina eam difficultatem patiatur, quòd non incurritur contumacia cum Iudex est incompetens mero iure, cum citatio eiusmodi Iudicis non arctet citatum, vt rectè Follerius, vbi supra animaduertit.

1002 Si verò Iudex incompetens pronunciaret se competentem contra contumacem, qui per contumaciam redderetur inhabilis ad appellandum, non posset postea declinatoriam opponere, neque dicere iurisdictionem non esse prorogatam, vt docet Bartolus *in repet. l. ex quacunque, 2. nu. 6. ff. si quis in ius voc. non ier.* cuius doctrinam sequitur Fulgosius *in d. l. si conuenerit, nu. 12. vers. septima limitatio*, Gregorius Lopez *in l. 15. tit. 22. part. 3. gloss. 1.* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num. 16. vers. tertiò limitationem intellige*, Afflictis *decis. 354. nu. 15.* Barbosa *d. art. 3. n. 20.* latè examinat, & declarat Marianus *in d. cap. significasti nu. 37.* Decius *consil. 18. n. 5.* qui limitat in casu, quo iurisdictio non est prorogabilis: Hactenus de consensu tacito, ex quo inducitur prorogatio.

1003 Venimus iam ad consensum expressum. Qui in re

Indu-

indubitatum est, si litigantes expressè conueniant inter se, vt certus Iudex, cui non sunt subditi, de causa aliqua cognoscat, ex eo cōsensu eius iurisdictionem censeri prorogatam, vt possit de ea causa cognoscere; vt continetur in textu expresso *in l. si conuenerit, 18. ff. de iurisd. omn. iudic.* isque consensus sine vllo alio adiuncto, sat est ad inducendam mero iure prorogationem, donec prorogantium voluntas mutata non fuerit, & legitimandam iurisdictionem Iudicis, in quem litigantes cōsenserunt, vt possit procedere in causa ad decretum citationis, quod est prima sententia interloquutoria, iuxta rectè notata à Ioanne de Imola *in d. l. quidam consulebant, 57. nu. 23. ff. de re iudic.* quemadmodum egregiè adnotarunt Io. Andreas *ad Speculator lib. 2. tit. de competent. iudic. adition. §. 1. num. 9. ad verbum conuenerit*, idem Imola *in d. cap. 3. P. & G. nu. 112. de offic. delegat.* Alexander *in d. l. si conuenerit, nu. 8. in fin.* Socinus *ibi num. 5. & nu. 27* qui dicit communem sententiam Legistarum, & Canonistarum idem Decius *in c. 1. 1. lect. num. 145. de iudic.* Seraphinus *de priuilegijs iuramenti priuileg. 74. nu. 183.* non iure repræhensi à Barbosa *in d. artic. 3. num. 123.* qui non distinguit inter prorogationem reuocabilem, & irreuocabilem, quasi ad adquirendam etiam reuocabiliter iurisdictionem in prorogantes, requiretur preter consensum, vt se iudici subijcerent, in qua eadem sententia videtur esse Antonius Faber *in rationalib. ad eandem l. si conuenerit verb. mutata voluntas*, quod est planè falsum, & contra textum *in d. l. si conuenerit*.

1004 Isto verò expresso consensu in Iudicem, cōuentione litigantium declarato, tametsi mero iure inducatur prorogatio iurisdictionis, non tamen oritur prorogatio firma, & irreuocabilis, nisi partes in eadem voluntate perseuerent; imò verò reuocabilis per pœnitentiam, vsquequo Iudex adeatur; vt probat expressè textus *in d. l. si conuenerit*, in prima sui parte, quæ statuit non esse compellendos stare conuentioni, qui conuenerunt, vt alienus Iudex adiretur, si prius quam adeatur, mutata voluntas fuerit.

1005 An autem mutatio voluntatis, quę prorogationem reuocat, & dissoluit, debeat interuenire ex vtraque parte consentiente; an verò satis sit vnius dissensus, vt euanescat cœpta prorogatio, difficultas est. In qua sunt, qui sentiant pœnitentiam illam, qua conuentio, & consensus de Iudice dissoluitur, ex vtraque parte intercedere debere, alioqui vnius partis dissensu conuentionem non dissolui, neque consensum reuocari; regulare enim esse, vt quæ duorum consensu gesta sunt, eorum dissensu retractentur: iuxta regulam textus *in §. hoc amplius, instit. quib. mod. tollit. obligat. & in l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.* Huius sententiæ meminit Albericus *in d. l. si conuenerit, ante nu. 1.* credens eo sensu legem accipi posse, & nullam pati difficultatem: eamque amplectitur Decius *ibidem num. 1. & cap. 1. 1. lect. num. 92.* Alciatus *ibi nu. 25. de iudicijs, & lib. 2. paradoxorum, cap. 17.* Corrasius *libr. 4. miscellan. cap. 5.* Couarruuias *in cap. quamuis pactum, 1. par. §. 4. n. 13. de pact. in 6.* Federicus Martini *de iure censuum, cap. 6. numer. 323.*

1006 Nihilominùs communior, & verior sententia affirmat ex dissensu vnius & eius solius pęnitentia irritari, & infirmari conuentionem de Iudice inter duos priuatos factam, dummodo contingat dissensus, antequā Iudex adeatur. Ita sentiunt Cynus *in d. l. si qui ex consensu, nu. 9. C. de Episcop. audient.* Bartolus, Albericus, Baldus *in 1. lect.* Angelus, Paulus, Fulgosius, Socinus, Alexand. Iaso, Oroscius, *in leg. si conuenerit, 18. ff. de iurisdict. omn. iudic.* omnes *nu. 1.* pręsupponentes eam conuentionem non obligare paciscentes, quin ab ea, antequam Iudex adeatur, possint recedere, Guido Papæ *decision. 77. num. 1.* Curacius *ad Africanum tract. 7. ad d. l. si conuenerit*, Antonius Faber *in rationalibus in pandectis ad eandem legem*; & Anastasius Germonius *lib. 2. animaduersionum, cap. 22.* Etenim si lex de mutata voluntate vtriusque paciscentium exponenda esset, quam potuisset habere rationem dubitandi, vt de ea re quæsitus fuisset Africanus Iurisconsultus eius legis author *in lib. 7. quæstionum*? Mouebat autem dubitandi rationem, vt rectè considerat Bartolomeus Socinus, vbi supra, quòd cum pactum illud, neque esset aduersus leges, neque aduersus bonos mores videbatur esse seruandum, & ab eo vnius pœnitentia recedi non licere *leg. iurisgentium, 7. §. ait Prętor, ff. de pact. l. sicut, C. de action. & oblig.*

1007 Rationes verò decidendi eius legis diuersas reddunt Doctores, vt sentiunt diuersis sensibus esse accipiendam. Etenim qui credunt speciale esse in pacto de iurisdictione proroganda, vt vnius dissensu dissoluatur, inter quos sunt Socinus *in d. in d. l. si conuenerit*, Ias. *nu. 1.* Cagnolus *nu. 29.* rationes decidēdi dicunt esse. Primò, quia hoc pactum versatur circa iurisdictionem, quæ publici iuris est, *l. 1. §. huius studij, ff. de instit. & iur.* & ideò non subiecta pactis priuatorum, *d. l. iurisgentium, 7. §. si paciscar. et §. & generaliter, l. ius publicum, 39. ff. de pactis, leg. priuatorum, C. de iurisdiction. omn. iudic. cap. si diligenti, 12.* vbi glossa prima optima *de foro competent.* Inde fit, vt hoc pactum sit minus efficax, quam cætera, & non solùm non producat actionem, quod omnibus nudis commune est, *dicto l. iurisgentium, §. sed cum nulla, in fine*; sed neque exceptionem, quod est peculiare. Secundò, quia durissimum est, quem inuitum coram suspecto Iudice litigare, *l. apertissimi, C. de iudic.* Tertiò quia per hanc pęnitentiam recurritur ad ius commune, idest ad iurisdictionem ordinariam, quę fauorabilis est, atque ita facili negotio res reuertitur in suam pristinam naturam, *leg. si vnus, 27. §. pactus ne peteret, vers. quod et in specie, ff. de pactis.* Quarto addit Antonius Faber *in prædictam lege si conuenerit in rationalibus*, competens Magistratus iurisdictionem habet in inuitum, *l. inter stipulantem, 83. §. si stycum, ff. de verbor. obligat. l. nemo, C. de iurisdiction. omn. iudic.* sed qui est incompetens non potest habere nisi in volentem, *leg. si quis filio, 6. §. quid si quis, ff. de iniusto, rupto irritoque fact. testamen.* volens autem intelligitur, non qui voluit, sed qui vult eo precisè tempore, quo exercetur primus actus iurisdictionis. Quod idem dixerat Iulius Pacius *legum conciliatarum cent. 1. ex tit. de iurisdictione, q. 60.*

1008 Ripa tamen *in cap. 1. num. 48. de iudicijs*: has & alias rationes reijcit, & impugnat, quamuis ipse nullam reddat. Hæc autem interpretatio ideò displicet Petro Barbosæ *in dicto articul. 3. numer. 85.* quia in ea recurritur ad specialitatem, quod Glossa *in leg. filium, quem habentem, verb. hæreditaria parte prædij, in principio, C. famil. herciscund.* vocat refugium miserorum. Sed non potest censeri refugium miserorum recursus ad specialitatem, cum redditur specialitatis ratio; quemadmodum in hoc casu reddunt Doctores, & ego in has rationes decidendi magis inclino.

1009 Ex quibus decidendi rationibus colligitur, decisionem *dicto lege si conuenerit*, ampliandam esse, vt procedat, non solùm cùm consensus in Iudicem continet pactum nudum, sed etiam si contineat stipulationem, & pœnam: nam nihilominùs poterit à contractu impunè recedi, quia cum lex vtatur generali conuentionis verbo, quod

comprahendit tam pactum, quàm stipulationem, *l. 1. §. conuentio, ff. de pactis*, & sub eodem verbo generali pœnitētiam permittat, & recessum à priori voluntate antequam Iudex adeatur, quod fit lege permittente, pœnam non meretur, *l. Gracchus, C. ad leg. Iul. de adulterijs*; & in hoc conuentionis genere id voluit lex esse speciale, ob id, quod versetur circa iurisdictionem, quæ vtpotè ad ius publicum spectans priuatorum pactis subdita non est, vt probaui num. 1007. antecedenti. Est autem regula non valere stipulationem interpositam de his, pro quibus pacisci, non licet, *dict. l. iurisgentium*, §. *& generaliter*, *versicul. & si stipulatio*, *ff. de pactis*. Similiter idem dicendum erit, attento iure Canonico, & Regio Castellæ, iuxta quæ regulariter actio datur ex pacto nudo, *cap. 1. cap. 3. de pactis*, *l. 2. titul. 16. libr. 5. recopilation.* non esse dandam nihilominùs actionem ad interesse, aut pœnam, ex hac conuentione; quoniam ex eo ius in illa mutationem voluntatis permittit, ne omnino priuatorum pactionibus, attinentia ad iurisdictionem subijciat, ob quam eandem rationem, neque ex pacto orietur exceptio mutata voluntate, quemadmodum neque ex stipulatione actio efficax, quoniam mutata voluntate, & pactum, & stipulatio redduntur omninò inefficacia.

1050 Verùm Bartolus *in d. l. si conuenerit*, Albericus, Fulgosius, & Paulus ibidem, omnes *num. 1.* Butrius *in cap. 1. num. 37. 38. & 39.* Zabarella *num. 5.* Panormitanus *num. 20. de iudicijs* Io. Imola *in dicto cap. P. & G. numer. 106. de offic. delegat.* Marianus Socinus *in dicto cap. significasti, num. 46. de foro competent.* Cuiacius *tractat. 7. ad Africanum ad eandem leg. si conuenerit*, Iulius Pacius *legum conciliatarum, centur. 1. tit. de iurisdictione, dicta quæst. 60.* Fachineus *libr. 1. controuersiarum, cap. 61.* Gutierrez *de iuramento confirm. 1. par. cap. 28. num. 2.* Barbosa *d. art. 3. nu. 87. & 88.* Additio Ferrerij *ad Guidonem Papæ decis. 77.* existimant textum *in d. l. si conuenerit*, esse interpretandum, vt agat solum de pacto nudo, & cum ex pacto nudo non detur actio, *d. l. iurisgentium*, §. *sed cum nulla, ff. de pactis*, non discedendo à communibus regulis meis, neque recurrendo ad specialitatem, dicitur in eo textu neminem compelli eiusmodi conuentioni stare mutata voluntate, quod regulare est in quouis pacto nudo, non speciale in pacto de iurisdictione proroganda. Quare in hoc casu nonnulli Doctores non rectè vtuntur nomine pœnitētiæ, quod cadit solùm propriè in contractus innominatos qui producunt actionem, *l. naturalis, ff. de præscript. verb.* à quibus re integra pœnitentia receditur, *leg. si pecuniam. 5. in principio, ff. de conditione causa data*: at cum ex pacto nudo actio non oriatur, *dict. §. sed cum nulla*, pœnitentiæ verbum in eo non rectè cadit, iuxta Glossam *in l. si cum fundum, 37. verb. possideret, ff. de pactis*. Incidit tamen in hac interpretatione illa difficultas quoniam si generale est, vt ex pacto nudo actio non oriatur, & nemo illi stare compellatur, nulla videtur fuisse ratio dubitandi, *in dict. l. si conuenerit*.

1011 Quidquid sit, illud est indubitatum, pactum de proroganda iurisdictione non esse eius naturæ, vt ab eo recedi non possit mutata voluntate, nisi quid aliud eidem superaddatur, quo reddatur firmum, efficax, & irretractabile, vt planè probat textus *in dict. leg. si conuenerit*.

1012 Ex hoc vsque dictis infertur, cum ad prorogationem sit necessarius consensus, ea omnia quæ consensui aduersantur, repugnare prorogationi, eamque tollere. Quæ inter alia prorogationis impedimenta enumerat Cynus *in l. si qui ex consensu, nu. 10. Cod. de Episcop. audient.* Didacus Perez *in l. 1. titul. 4. libr. 3. ordinamenti, versic. error, col. mihi 890.*

1013 In primis error, vt impedit consensum, impedit prorogationem, *l. si per errorem, 15.* vbi communiter interpretes, *ff. de iurisdictione omnium Iudicum*, *l. consensisse, 2. in principio, ff. de iudicijs*, *l. 15. titul. 22. part. 3.* & ibi Glossa secunda, & Glossa tertia *in l. 15. titul. 1. part. 7.* Error enim consensum tollit, & nihil tàm contrarium consensui, quàm error, *l. cum testament. cum l. consequenti*, vbi notat Bartolus *ff. de iuris, & fact. ignor.* vbi dicitur: *voluntatem, & consensum errantis nullum esse*. Nihil quippè volitum est, quin præcognitum, iuxta Philosophorum axioma, quod assumit Baldus *in l. certi iuris, num. 2. C. de locato, & in l. qua fortuitis, num. 2. C. de pignorat. action.* & ideò errorem consensui repugnare docent vnanimi consensu Philosophi post Aristotelem, *lib. 3. moralium ad Nichomacum, cap. 1. & 2.* quem commemoraui supra, num. 366. & Theologi post Magistrum sententiarum *in quart. distinct. 30.* Diuus Thomas *prima secundæ, quæst. 6. artic. 8.* Sanchez *de matrimonio, libr. 7. disputat. 18. ex num. 1.* Cardinal. Tuscus *litera C. conclusione 754.* & in proposito tradunt Marianus Socinus *in dicto cap. significasti, numer. 38. de foro compet.* Bartholomeus Socinus *regul. 265.* qui adijcit: *5. limitationes, alias litera I. regul. 38.* idem Card. Tuscus *litera P. conclus. 926. nu. 12. & 13.* Duenas *regul. 257.* Maranta *in praxi, quarta parte, dicta distinct. 12. nu. 21.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. cap. 23. nu. 13.* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. nu. 16. vers. tertiò limitatur*, Iulius Pacius *legum conciliatarum, d. cent. 1. ex tit. de iurisdictione, q. 59.* Barbosa *d. art. 3. ex nu. 21.* qui rectè extendit eandē conclusionem, vt similiter ac error, dubitatio prorogationem impediat, & vbi interuenit dubitatio excludatur consensus ad prorogationem necessarius, ex Bartolo, Baldo, Paulo: notat etiam Decianus *d. nu. 13.* Et procedit, siuè erret vtraque pars, siuè altera tantùm, siuè error cōtingat ante, siue post litem contestatam, siuè sit error iuris, siue facti, vt docet Glossa *in d. l. si per errorem, verb. qui errant*, Didacus Perez *in d. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamenti, col. 890. vers. error*, & Barbosa *vbi supra, d. art. 3. nu. 22. & 23.* quidquid contrarium de errore iuris sentiat Isernia *in cōstitut. statuimus, in fine de offic. Magistr. Iustitiar.* & ibidem Afflictis *num. 44.* illum sequutus. Nam consensus, qui elicitur ex errore iuris, iuxta *l. non fatetur, ff. de confess.* est interpretatiuus, qui non satis est ad prorogationem, vt superius animaduerti num. 1000. Cæterum consensum, tum expressum, tùm præsumptum, & tacitum, tollit planè error iuris, & ex consequenti impedit prorogationem, Errorem autem, & ignorantiam in dubio præsumi, si quis in Iudicem non suum consentiat, notant Speculat. *lib. 2. tit. de compet. Iudic. addition. §. 1. num. 7. vers. sed nunquid*, Iaso *in d. l. si per errorem, num. 10.* Socinus *cons. 108. numer. 20. lib. 4.* Natta *cons. 81. numer. 12. & 13. lib. 1.* Menochius *de præsumptionibus, lib. 2. præsump. 19. num. 12.* Tuscus *liter. P. concl. 926. num. 14.* Gurba *cons. 77. num. 25.* quorum doctrinam, examinat, declarat, & prosequitur Barbosa *d. art. 3. ex num. 26.* omninò videndus, & approbat Syntagma communium opinionum *lib. 3. tit. 11. num. 116.*

1014 Secundò, etiam consensum impedit violentia, & coactio, quæ eatenus impedimento est prorogationi. Quare si per vim, & metum, quis compellatur, aut in Iudicem consentire, aut actum facere, quo eius se iurisdictioni subijciat, nulla erit prorogatio, neque Iudex adquiret iurisdictionem aliquā in prorogantem. Ita probat textus *in l. 2. in princip. ff. de iudicijs, & in l. si qui ex consensu, 8. C. de Episcop. audient.* iuxta interpretationem, Gloss. ibi, *scho-*

lio

lio, vltima, & in l. 15. tit. 22. p. 3. ex quibus receptum est, metu irritari ipso iure prorogationẽ iurisdictioni. Notat Paulus *in l. in criminali, nu. 7. C. de iurisdict. omn. iudic.* Imola *in d. cap. P. & G. num. 58. de offic. deleg.* Rolandus à Valle *conf. 2. nu. 85. & 86. volum. 1. & conf. 57. ex nu. 53. vol. 3.* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num. 16. vers. quintò principaliter limitatur,* Decianus *tract. crimin. libr. 4. cap. 23. num. 14.* Sarmiento *de redditib. ecclesiast. 1. par. cap. 4. num. 8.* Antonius Faber *in rationalibus ad l. 2. in princip. verb. viribus præturæ compulsus, ff. de iudicijs,* Balthassar Mogollon *tract. de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt, cap. 9. num. 18.* Et cum regulare sit gesta per metum mero iure valere, tametsi rescindenda sint per restitutionem, seù actionem, quod metus causa, *l. si mulier, à 1. §. si metu, ff. de eo, quod met. caus.* Sanchez *de matrimonio, libr. 4. disput. 8. ex num. 4.* qui refert omnes: tamen speciale esse in prorogandá iurisdictione, vt prorogationem metus ipso iure nullam reddat, sensit Glossa prima circa finem *in cap. Abbas, 2. de ijs, quæ vi,* vbi Panormitanus *nu. 12. & in d. cap. P. & G. num. 22. in fine,* & ibi Imolam *nu. 59.* item Glossa *in d. l. si mulier, 21. §. si dos, verb. vlla esse, in fine scholij, & in l. 1. §. vltimo, in verb. non valet, ff. de auctor. tut.* Bartolus *in l. 2. ante num. 1. ff. de iud.* Baldus *in d. l. si qui ex consensu, num. 7.* Marianus *in d. cap. significasti, num. 39.* Barbosa *in l. 1. art. 3. nu. 45. ff. de iudic.* Et vniuersim si quis per metum alium in superiorem recognoscat, recognitionem ipso iure nullam esse, neque quæri iurisdictionem, metum inferenti, sensit idem Bartolus *in tract. de tirania, num. 14.* Panormitanus *in cap. licet de vitanda, 6. num. 12. de elect. & conf. 3. n. 5. vers. videntur autem, 2. par.* conferunt, quæ tradit Decius *conf. 690. num. 14. cum seqq.*

1015 Vt verum fatear, communem istam sententiam non videtur nimis vrgenter probare textus *in d. l. 2. in princ. ff. de iudicijs*; cui facilè posset responderi, eum, de quo ibi, viribus præturæ compulsum pati, non agere, ac per consequens nullum in ea passione eius consensum intercessisse, siue tacitum, siuè expressum, ex quo etiam mero iure, induci possit prorogatio. Ex actibus enim consistentibus in passione nullus inducitur consensus; notat Innocentius *in cap. olim, 17. nu. 2. de restitut. spoliator.* Antonius Butr ius *in cap. gratum, 20. num. 21. vers. nota limitationem, de offic. delegat.* Imola *ibidem, nu. 16.* Felynus *in cap. cum M. Ferrariensis, 9. numer. 80. in fin. de constitut.* At si fecisset aliquid, & consensisset, quamuis consensu coacto, valuisset saltem mero iure prorogatio, licet veniret rescindenda per actionem, quod metus causa, vt valet susceptio iudicij, ad quam Prætor compullerat, *in l. interdum, 5. ff. quod falsò tut. auctor.* ad quam rescindendam restitutione opus fuit, atque ita nihil in hoc articulo reperiri speciale, aut extraordinarium, sed obseruandam esse communem regulam, vt valeant mero iure, quæ metu gesta sunt, iuxta textum *in d. l. si mulier, §. si metu.*

1016 Aliquid tamen dandum est communi persuasioni, cui tametsi aduersari videatur textus *in d. l. 2. in principio,* dum verbum, *resistere*, ibi positum, significat factam à Prætore vim aliquá expulsiuam, ablatiuam, aut inquietatiuam, quibus resisti solet, & qui resistit agit, qui verò vincitur, & patitur, nihil agit: atque ideò eas sustinet sine consensu aliquo ex parte sua, ex quo possit etiam mero iure inferri prorogatio; tamen idem textus eidem ex alia parte fauet, dum adiungit verbum, *viribus præturæ compulsus est,* quod significat vim compulsiuam, qua quis compellitur facere, quod spontè alias minimè esset facturus; significat igitur Vlpianus, metu præturæ compulsum eum, de quo agit, actum aliquem, tametsi coactum fecisse, quo consentire in Iudicem visus sit, quæ vis in alijs casibus regulariter locum facit actioni, quod metus causa, vt adnotat Menochius *in præludijs, de recuper. possess. num. 41.* Caballus *resolut. criminal. cent. 1. casu 95. num. 10. cum seqq.* in hoc verò speciali prorogationis de quo agimus, reddit actum merò iure nullum, iuxta commun. interpretum placitum.

1017 Neque obstat textus *in d. l. interdum,* nam Glossa ibi, *verb. restitutio.* Respondet, rationem diuersitatis in illo casu esse, quod ibi agatur de Iudice suo proprio, & competenti illius, qui compulsus est, qui per iurisdictionem innatam, & propriam compullit; verum *in d. l. 2. ff. de iudic.* agitur de Iudice alieno, qui per metum, & compulsionem volebat iurisdictionem adquirere; quam solutionem Glossæ approbat Baldus *in d. l. 2. in princ. 1. lect. num. 3.* Albericus *nu. 2.* Angelus *num. 2.* Paulus *nu. 8.* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num. 16. vers. redeundo* tametsi minus placeat Petro Barbosa *in d. art. 3. nu. 49.* qui tamen post *nu. 57. & 58.* vel inuitus descendit in eandem sententiam.

1018 Specialitatis autem rationem, cur in hoc casu metus ipso iure vitiet prorogationem, reddit Antonius Faber *in rationalibus ad prædictam l. 2.* quoniam quemadmodũ res digna est Prætore, & alio quolibet Magistratu, propriam iurisdictionem tueri, ac pœnali quoque si opus sit, iudicio defendere, *l. 1. ff. si quis iusdicen. non obtemper.* ita nihil indignius, quam si aliquid per vim, aut iniuriam faciat, præsertim ad vindicandam sibi, & arrogandam iurisdictionem, quam nõ habeat, cum ad eius officium maximè pertineat vim, & iniuriam, quæ ab alijs fiat coercere; *l. vltim. in fin. ff. quod met. caus. l. non est singulis, 176. ff. de regul. iur.* potuit adiungere, *l. meminerint, 6. C. vnde vi.* Quo eodẽ recurrit ratio, quã reddit Fortunius Garcia *tract. de vltimo fine iuris num. 423. & 424. tom. 1. tractat.* qui tamen præteritam supplet. Nam cum hæc ratio solum procedat in casu, quo Iudex compellit litigantes, de quo duntaxat agit textus *in d. l. 2.* non verò vbi metus à priuato illatus est, quo compellatur litigans in Iudicem non suum consentire, addit ille etiam in hoc casu prorogationem nullam esse. Quoniam cum Prætor promittat se per metum gesta, rata non habiturum referens se ad iudicia, *l. 1. ff. quod met. caus.* idest ea, quæ inuenerit metu esse facta non obseruaturum, nec ex illis iudicium daturum, postulat recta ratio, vt si metus in ipsis iudicialibus inferatur, actus non valeat. Etenim si cæterorum metu gestorum Prætor cum ad iudicium acceditur nullam rationem habet; quæ ad iudiciũ pertinent, si metus interueniat irritabuntur, quasi iudiciũ, quod valida infirmat, in se liberius, & purius ab omni vi, & metu esse debeat. Hæc ferè Fortunius *d. n. 424.* addit Barbosa *in d. art. 3. ex num. 50.* cum Iudex cogit prorogare litigantes iurisdictionem suam in effectu iubet se fieri Iudicem, quod lege Iulia de iudicijs erat prohibitum, *l. sed etsi in seruum, 9. §. si quis Iudex, ff. de recept. arbitr. l. Prætor, 4. ff. de offic. Prætor, leg. Præses, 5. ff. de offic. Præsid. l. Prætor, 4. ff. de tutor. & curator. datis ab his.* Cuius legis Iuliæ iudiciariæ meminerunt Gellius *libr. 14. noct. atticar. cap. 2.* Macrobius *lib. 1. saturnaliorum, cap. 10.* Duarenus *in tit. de iudicijs, sub rubr. de varijs iudiciorum preceptis,* Cuiacius *ad l. 1. & 2. ff. de iudic.* & Calumus *de legibus Romanis*. Lege autem prohibente nulla potest quæri iurisdictio metũ inferenti, *l. non dubium, C. de legibus.* Imò vero etiam si non Iudex, sed alius metum inferat, quò in Iudicem consentiatur non valebit prorogatio, *l. si qui ex consensu,* iuncta Glossa vltima ibi *C. de Episcop. audient.* quoniam Iudex ipse, qui postea ratum habet

bet factum vim inferentis, perinde est, ac si à principio mandasset, *l. vltim. C. ad Senatusconsult. Macedonian.* & sic reincidit eadem ratio. Hactenus de consensu, tàm tacito, quàm expresso, necessario ad prorogationem, in quo consistit primum requisitum.

1019 Secundò, ad prorogationem est necessarium requisitum, vt vltra consensum partes Iudici se subijciant, & eius iurisdictioni se submittant; qua submissione, & subiectione consensui adhibita prorogatio redditur firma, & efficax, & irretractabilis, & post à præstito consensu recedi non licet. Ita probat textus *in l. 1. ff. de iudic.* ibi, *si se subijciant aliqui iurisdictioni, & consentiant.* Ex qua *d. l. 1.* videtur esse limitata, *d. l. si conuenerit*, in qua solùm agitur de nudo consensu, & conuentione in dicta autè *l. 1.* de consensu, & conuentione, cui superaddita, & adiuncta sit subiectio, vt rectè interpretatur Cuiacius *tract. 7. ad Africanum, ad d. l. si conuenerit.*

1020 Reliqua est igitur dubitatio, per quos actus videantur partes se subijcere, & submittere Iudici, quibus reddatur prorogatio per consensum mero iure facta efficax, & irreuocabilis; ita vt non liceat per dissensum, & mutationem voluntatis ab illa recedere: simulque agemus de limitationibus prædictæ, *leg. si conuenerit*, quæ eodem recurrunt.

1021 In primis autem (vt tractemus de actibus extraiudicialibus) per stipulationem solennem aditam nudo pacto de iurisdictione proroganda non fit prorogatio irretractabilis. Quoniam tametsi stipulatio pactum regulariter confirmet, & actionem producat, ex qua peti possit interesse ab eo, qui mutata voluntate à priori pacto recederet, *l. diem proferre, §. fin. ff. de recept. arbitr.* tamen non ita confirmat pactum de iurisdictione proroganda, vt ei præcisè standum sit, & ab eo recedi non liceat: imò verò etiam stipulatione interueniente licet pœnitere ante subiectionem, & submissionem Iudici factam, idque ex communi omnium sententia. Nam cum obligatio facti vniuersim non obliget præcisè ad factum, sed liberetur quis soluendo interesse, *l. stipulationes non diuiduntur, 72. in princip. vers. Celsus*, vbi Bartolus *num. 12. & nu. 36. cum seqq. ff. de verbor. obligat.* & communem sententiam dicit Ias. *in l. si quis ab alio, 13. §. si quis promiserit, ex num. 1. ff. de re iudic.* obseruant idem Ias. *in §. actionum, num. 46. & 47. instit. de action.* Parladorius *lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 6. §. 2. num. 1.* Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. conuention. libr. 14. titul. 32. nu. 1.* vbi ait idem seruandum esse attento iure canonico, Antonius Gomez *2. tom. variarũ, cap. 10. num. 22.* Bernardus Diaz *regul. 506.* Gratianus *regul. 184.* Guttierrez *de iuram. confirm. 1. par. cap. 39. ex nu. 1.* Mattienzus *in l. 2. titul. 16. libr. 5. recopilat. gloss. 6. num. 1.* Couarruuias *in capit. quamuis pactum, 1. par. §. 4. nu. 11. de pact. in 6.* cum plurimis omissis consulto: stipulatio autem de litigando coram aliquo Iudice plane factum contineat, ex vi, & natura stipulationis ipsius non obligat præcisè ad factum, sed poterit ex sententia communi ab ea recedi, ita vt non præcisè impleatur, neque suum consequatur effectum, si ambo contrahentes, aut ipsorum alter mutet voluntatem, antequam Iudex adeatur, & antequam se illi iudicialiter subijciat. Iste enim duntaxat modus statuitur à iure confirmandi pactum de proroganda iurisdictione, & reddendi illud irreuocabile, nempè per actus iudiciales, aut concernentes iudicia; vt in *d. l. 1. & 2. in princ. ff. de iudic.* non per actus extraiudiciales, quales sunt contractus, inter quos stipulationes enumerantur. Itaq; inter omnes Doctores communiter conuenit, paciscentes, seù nudo pacto, seù stipulatione vallato, continente etiam expressè pœnam, & interesse, de iurisdictione proroganda, posse muta voluntate ab eo pacto recedere, & pactum non implere. Quod optimè animaduertit Angelus *in l. 1. num. 4. ff. de iudic.* & Decius *in cap. 1. 1. lect. nu. 114. vers. ista opinio efficaciter probatur, de iudic.* Difficultas autem, & controuersia solùm in eo versatur inter eos, an sicut cum pacto nudo in iudicem à litigantibus consentitur, attento iure ciuili licet vni recedere inuito altero iuxta *d. l. si conuenerit*, impunè sine metu pœnæ, aut interesse, quæ nulla actione peti possunt, quippè cùm ea pacto nudo nõ quæratur, *d. l. iurisgentio, §. sed nulla, ff. de pact.* ita etiam liceat cum pactum, vel vallatur stipulatione, vel cohærenti contractus vestitur.

1022 Et illi qui existimant, *d. l. si conuenerit*, continere specialitatem, non obformam conuentionis; quoniam inquam in illa agatur de pacto nudo; sed ob materiam illius, videlicet, quia conuentio, de qua ibi, versatur circa prorogationem iurisdictionis, quorum sententiam retuli supra num. 1007. censent conuentionem de proroganda iurisdictione, etiam si solenni stipulatione vallata eiusmodi esse, vt ab ea possit impunè recedi ex vnius partis dissensu, neque pœnitentia incurri vllam obligationem pœnæ, aut interesse, eodem prorsus modo, quo si conuentio solùm nudum pactum contineret. Imò verò etiam si regulare sit ex pacto nudo oriri exceptionem, *l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pact.* ex hoc pacto nudo, neque exceptionem oriri muta alterius paciscentium, vel vtriusque voluntate. Ita sentiunt Cynus *in d. l. si qui ex consensu, nu. 9.* post Petrum de Bellapertica, *C. de Episcop. audient.* Io. Andreas *ad Speculatorem lib. 2. tit. de compet. Iudic. adition. §. 1. num. 9. ad verbum, conuenerit, & num. 19. ad verbum, Bononiæ*, Bartholomeus Socinus *in d. leg. si conuenerit, num. 20.* Ias. *nu. 28.* Alciatus *in cap. 1. num. 29. de iudicijs*, Couarruuias *in cap. quamuis pactum, part. 1. §. 4. num. 13. de pactis in sexto*; & in disputando probabilem sententiam credit Decius, tametsi postea ab ea recedat, *in d. cap. 1. 1. lectur. nu. 114. de iudicijs*, eam tamen amplectitur *in eodem cap. 1. in 2. lect. num. 76.* Ratio verò huius sententiæ ea expenditur ab Alciato, quoniam *d. l. si conuenerit*, loquitur per verbum generale conuentionis, quod non solùm pactum nudum, sed etiam stipulationem complectitur. Ergo generaliter est accipienda non limitatè. Addit Decius, quod si stipulatio de proroganda iurisdictione committeretur ad interesse, nihil speciale contineret prædicta *l. si conuenerit*, quippè cùm à quauis etiam stipulatione factum continente recedi possit, mutata volũtate alterius contrahentium, soluto tamẽ interesse, cum reus non compellatur præcise facere, sed habeat facultatem soluendi interesse, quo se à faciendi obligatione liberet: aliquid verò speciale videatur in ea lege contineri circa pœnitentiam iurisdictionem prorogantium, quam eũ lex permittat, qui facultate à lege indulta vtitur pœna, aut interesse mulctari non debet, *leg. Gracus, Codicis ad leg. Iul. de adulter.* Accedit, quod non ideò, quia ex pacto nudo actio non oriatur licitum est, & honestum, per pœnitentiam ab eo recedere, imò pacta seruari oportet, cùm obligationem saltem naturalem producant, *l. iurisgentium, 7. §. Prætor ait, ff. de pact.* & hac ratione etiam in eis implendis pœnitentiæ locum non esse animaduertit Bartholomeus Socinus *in rubr. nu. 24. circa finem, ff. de verbor. obligat.* Ergo aperta permissio pœnitentiæ specialis est in ista conuentione, in qua cum contineatur publicum ius, non solùm pactum, sed neque stipulatio efficax esse potest, *d. l. iurisgentio.*

gentio, §. si paciscatur, §. & generaliter, in vers. etsi stipulatio, ff. de pact. l. illud, 5. in princ. & in §. 1. ff. de pact. dotalib. Cæteras rationes referunt Socinus, Decius, & Alciatus.

1023 Qui verò existimant prædictam l. si conuenerit, dumtaxat agere de conuentione pacto nudo facta, (quorum sententiam retuli supra num. 1010.) dicunt si pacto nudo de proroganda iurisdictione accedat confirmans stipulatio, vel vestimentum contractus cohærentis, teneri eum, qui voluntatem mutauerit ad interesse, ad quod petendum ex stipulatione, vel pacto vestito cohærentia contractus actio quæritur. Imò vero ex pacto nudo quæri exceptionem, tametsi actio non competat, d. §. sed cum nulla, quæ poterit etiam vtilis esse, vt expendit Barbosa in d. l. 1. art. 3. ex numer. 95. ad 97. ff. de iudic. & proinde partes tenebuntur stare conuentioni causatiuè, quamuis non præcisè. Ita sentiunt Bartolus in d. l. si conuenerit, nu. 4. Albericus ante num. 1. Baldus in 2. lectur. nu. 2. Angelus nu. 3. Paulus nu. 2. Fulgosius num. 11. Alexander nu. 3. Decius nu. 10. Ias. num. 27. Oroscius num. 2. & 6. Speculator lib. 2. tit. de compet. Iudic. adit. §. 1. num. 19. Butrius in cap. 1. nu. 37. Panormitanus nu. 20. Decius 1. lectur. num. 111. & 114. in fine. Ripa nu. 55. de iudicijs, Marianus in d. cap. significasti, nu. 46. vers. tertia opinior de foro competent. Guttierrez de iurament. confirmat. 1. par. cap. 28. nu. 4. Cartarius decis. 6. num. 7. & 8. Barbosa d. artic. 3. ex nu. 99. & in l. hæres absens, 19. §. proinde, ex nu. 48. ff. de iudic. Et probatur ex l. aliens proferre, 27. § final. ff. de recept. arbitr. Deindè quoniam regulare est stipulationem valere, & à contractu non recedi inuito altero ex contrahentibus l. sicut, C. de actio. & obligat. l. ex placito, C. de rer. permut. in hoc autem casu nihil inuenitur speciale, quoniam d. l. si conuenerit, agit de pacto nudo, non de stipulatione, vt expendimus supra, dicto numer. 110. Cæteras rationes referunt Doctores.

1024 Ex qua posteriori sententia infertur primò, cum de iure canonico ex pacto nudo oriatur actio, capit. 1. de pactis, idem quod dictum est de prorogatione iurisdictionis per stipulationem facta, vt ex ea possit agi ad interesse, si non impleatur, dicendum esse de progatione per nudum pactum, attento eodem iure canonico. Qua ratione iuxta idem ius Pontificium non habere locum, & limitandam esse d. l. si conuenerit, tradunt Fulgosius ad eam, num. 15. vers. vigesimasecunda, Alexander num. 5. Decius num. 17. tametsi non firmiter, Socinus num. 24. & 25. Ias. num. 28. Oroscius num. 2. & 3. Marianus in d. cap. significasti, nu. 46. vers. tertia opinio, idem Decius in cap. 1. 1. lect. nu. 110. & 116. de iudic. Couarruuias in capit. quamuis pactum, 1. par. §. 4. num. 13. de pactis in sexto, & Guttierrez de iurament. confirmat. 1. par. d. cap. 28. nu. 5.

1025 Secundo infertur, idem prorsus ob similem rationem dicendum esse, attento iure Castellæ: nam cum eo iure ex nudo pacto detur actio, l. 2. titul. 16. lib. 5. recopil. non procedet iuxta illud decisio, d. l. si conuenerit, neque licebit impunè pœnitere post factam nudo pacto prorogationem, quin possit pars, cuius intererit, agere ad interesse, vel pœnam pacto contentam aduersus alteram, quæ pactum non seruauerit, vt obseruat, Oroscius vbi supra, num. 3. & Guttierrez d. cap. 28. num. 5.

1026 Si verò inter has oppositas sententias nostrum iudicium expectas, censemus vtramque esse satis verisimilem, & sustineri posse, & vtriusque fundamentis satisfaciunt ex vtraque parte Socinus, & Decius supra relati, qui vtramque sententiam probabilem iudicant, & ferè ad æquilibrium rem reducunt, nisi quod in priorem ego magis inclino.

1027 Retenta tamen posteriori sententia, quæ proculdubio est magis communis, an interesse commissum ob non impletam promissionem possit peti apud Iudicem prorogatum, à cuius iurisdictione per dissensum recessum est; disputant, & declarant Barbosa in d. artic. 3. nu. 103. cum seqq. qui post Gulielmum, Albericum, Iacobum, Antonium, Panormitanum, Imolam, Decium, & Antonium de Mattheis, affirmat, & Marianus in d. cap. significasti, nu. 46. vers. sed circa prædicta, Ripaq; in cap. 1. nu. 56. de iudicijs, qui negant verosimilius iudicio meo.

1028 Et an idem dicendum sit de pœna, quod de interesse dicitur, negat Barbosa vbi supra, ex nu. 109. reddens rationem discriminis.

1029 Ex prædictis colligitur primò, quid dicendum sit, vbi in contractu adijcitur pactum à contrahentibus, vel in instrumento clausula, quod reus possit vbicunque conueniri, vel vbicunque reperiatur conueniri, & an per hoc pactum, & clausulam censenda sit facta prorogatio efficax, & irreuocabilis iurisdictionis Iudicis loci, vbi reus inuentus fuerit, qui possit virtute eius de causa cognosceret, & non possit declinari. Et dicendum est ex hoc pacto vel clausula iudici mero iure prorogationem Iudicis cuiuscunque loci, vbi reus fuerit inuentus, & re vera reddi competentem, & legitimum, reuocabiliter tamen, nam ab ea prorogatione mutata voluntate, licet contrahentibus recedere antequam Iudex adeatur, vel antequam soperaddatur aliquid, quo ipsi contrahentes Iudici se subijciant quo reddatur prorogatio efficax, & irreuocabilis iuxta textum in d. l. 1. & 2. ff. de iudicijs. Nam etiam si verbotenus dicant se subijcere, & submittere vni, vel omnibus Iudicibus, hæc verbalis subiectio, & extraiudicialis submissio, nihil aliud operatur, quam expressus in Iudicem consensus, à quo per pœnitentiam mutata volũtate receditur, & quo non obstante à Iudice opposita exceptione fori declinatoria discendi potest. Ita docent Bartolus in l. non vtique, 3. §. si quis ita, nu. 3. ff. de eo quod certo loco, & in d. l. si conuenerit. nu. 4. ff. de iurisdict. omn. Iudic. vbi Fulgosius num. 11. Alexander nu. 17. Socinus nu. 15. Romanus nu. 2. Ias. nu. 36. & 37. Decius num. 29. 30. & 31. Oroscius nu. 6. Angelus in l. cum res. 49. nu. 2. ff. de legat. 1. Marianus Socinus in cap. dilecti, num. 30. de foro competenti, idem Decius in cap. 1. 1. lectur. num. 169. Ripa ibi nu. 73. de iudicijs, Speculator lib. 2. tit. de compet. Iudic. adition. §. 1. nu. 18. & 19. vbi Io. Andreas ad verbum, Bononia, & nu. 20. in fine, & nu. 21. Baldus ibidem in additionibus, vers. sub tribus modis, Cartarius decis. 6. num. 5. Gratianus decis. 180. in additione, nu. 9. & 10. Minsingerius singular. obseruation. centur. 1. obseruat. 88. num. 1. & 2. Rodericus Suarez in l. post rem, ff. de re iudicat. in declaratione l. Regni, §. circa Iudicem, seù quæstione 5. nu. 18. Cardin. Tuscus liter. C. conclus. 294. ex num. 15. & liter. F. conclus. 437. numer. 8. & 9. & conclus. 438. num. 5. Peregrinus de fideicommissis, artic. 53. num. 4. Federicus Martini de iure censuum, capit. 6. ex num. 320. ad 322. & num. 332. Riccius collect. 750.

1030 Secundo colligitur, quid dicendum sit, cum quis adijcit instrumento clausulam, vel contractui pactum, quo promittat se responsurum coram quocunque Iudice, & in quocunque loco, quem actor elegerit. Nam si dicat simpliciter, respondere, vt significat idem quod litigare, idem dicendum erit de hoc pacto, quod de præcedenti, cum verba idem prorsus significent, & pactum sit in substantia idem, notat Barbosa in d. l. 1. artic. 3. ex num. 129. ff. de iudicijs, cum alijs, quos refert. Si verò dicat, se responsurum de pecunia, quod verbum indicat obligare,

se

ponitur renunciatio, est verior.

1607 *Postquàm Iudex est aditus, non admittitur pœnitentia consensus in Iudicem.*

Aditus censetur Iudex, si ipso præsente litigantes in ipsum consentiant.

6108 *Lite contestata omissa declinatoria non admittitur pœnitentia.*

1069 *Propositio exceptionum dilatoriarum præter declinatoriam, post consensum in Iudicem, facit prorogationem irreuocabilem.*

1070 *Ratio cur requiratur ad prorogationem reddendam irreuocabilem aliquis actus subiectionis.*

In corporalibus requiritur traditio, & non sufficit conuentio, ad transferendum dominium.

In corporalibus autem requiritur aliquid vice traditionis.

1071 *Ad prorogationem requiritur ex parte Iudicis, vt ille iurisdictionem habeat.*

1072 *Regulariter ad prorogationem non requiritur consensus Iudicis prorogati, & limitatur.*

1073 *An requiratur consensus superioris, eius, qui iurisdictionem prorogat, vt prorogatio sit firma, proponitur quæstio.*

1074 *Statuitur regula generalis negatiua.*

1075 *Limitatur primo, in Clericis, qui sine consensu suorum superiorum non possunt iurisdictionem, alieni Iudicis, etiam Ecclesiastici, prorogare.*

1076 *Clerici iurisdictionem Iudicis laici cum licentia, neq; sine illa, prorogare non possunt.*

1077 *Superior, cuius licentia requiritur in prorogatione Clerici, est Episcopus Diœcesanus.*

In exemptis est Papa.

1078 *Difficile est inuenire rationem huius limitationis, et plures adducuntur, & num. seq.*

1079 *Clericus magis subiacet Episcopo, quam laicis suis superioribus.*

1080 *Iurisdictio Ecclesiastica emanauit à Deo, & cōcessa est Ecclesiæ, & eius supremo pastori, & ab eo deriuata in cæteros Pontifices.*

Laica profecta est à Deo, concessa populo, à populo autem in suos superiores transfusa.

1081 *Decisio c. significasti, de foro comp. non procedit ex speciali subiectione Clericorū erga Episcopos, sed ex speciali modo iurisdictionis Episcoporum erga Clericos sibi subditos, qui habent iurisdictionem priuatiuam.*

1082 *Princeps supremus potest prohibere, ne subditi prorogent iurisdictionem alienorum Iudicum.*

1083 *Clericus tacite sine consensu sui superioris potest prorogare iurisdictionem alieni Iudicis Ecclesiastici, si contrahat, solutionem destinet, vel delinquat in territorio alterius.*

1084 *Contraria sententia quoad forum, dumtaxat destinatæ solutionis, & reijcitur.*

1085 *Clericus mutato domicilio in aliam Diœcesim subijcitur Episcopo illius.*

Clerici sine sui Episcopi licentia non possunt mutare domicilium extra Diœcesim.

1086 *Clericus conuentus coram Iudice competenti mero iure, sine consensu sui superioris potest omittere declinatoriam fori ex priuilegio, vel alia ratione.*

1087 *Clericus primæ tonsuræ potest prorogare iurisdictionem Iudicis alieni sine licentia sui Episcopi, iuxta quorundam sententiam.*

Ordines minores non imprimunt caracterem, neque sunt sacramenta, sed sacramentalia.

Tonsura non est ordo.

Ordines solum sunt septem.

1088 *Reijcitur prædicta sententia, & ostenditur, decisionem cap. significasti, de foro competenti, procedere in Clericis tonsuratis.*

Sub nomine Clericus comprehenditur tonsuratus.

Tonsuratus non gaudens priuilegio fori, potest prorogare sine consensu Episcopi.

1089 *Clerici tonsurati, etiam si illis caracter non imprimatur, censentur res spirituales.*

Ordines minores imprimunt caracterem ex sententia Diu. Thomæ.

Non rectè ducitur argumentum affirmatiuè, neq; negatiuè à caractere ad priuilegium fori.

1090 *Laici in spiritualibus sacramentalibus non possunt prorogare iurisdictionem Iudicis, non sui, seù alieni Parrochi, sine licentia sui proprij Iudicis.*

1091 *In spiritualibus non sacramentalibus non potest fieri prorogatio in Iudicem Ecclesiasticum alienum, sine consensu sui superioris.*

Non potest prorogari illud, quod non venit, nisi solùm à Deo.

1092 *Contraria sententia refertur quæ probabilis est.*

1093 *Vassalli feudatarij non possunt prorogare iurisdictionem alterius Iudicis sine consensu Dominorum directorum.*

1094 *Id tamen procedit, cum controuersia est de re feudali, aut iuribus Domini directi, secus si controuertatur, de iuribus ad feudum non pertinentibus: nam ad prorogationem non requireretur consensus Domini directi.*

1095 *Vassalli burgenses an possint prorogare iurisdictionem Iudicum extraneorum sine consensu Baronum.*

1096 *Vassallos burgenses non posse prorogare iurisdictionem Iudicis extranei sine sui Baronis consensu, multorum sententia in Regno Neapolitano continua praxi confirmata.*

1097 *Vassallus subditus Domino secundum nudum vsum iurisdictionis, potest prorogare inscio, aut inuito Domino; subditus verò vltra nudum vsum iurisdictionis, non potest consentire in alienum Iudicem sine consensu Domini.*

Vassalli burgenses subduntur Baronib. vltra nudum vsum iurisdictionis.

1098 *Vassalli burgenses non possunt prorogare iurisdictionem alieni Iudicis præter Baronem, cum agitur de oneribus, & muneribus ipsi debitis, secus cum in lite nullum versatur interesse Baronis.*

1099 *Spectato iure communi feudali, vassalli burgenses prorogant sine consensu Baronis in litibus, in quibus non versatur interesse Baronis.*

1100 *Cum iurisdictio conceditur in inuestitura feudali, cum clausulis priuatiuis, abdicatiuis, & decreti irritantis, non potest fieri prorogatio sine consensu Baronis.*

Concessio iurisdictionis annexa feudo censetur fieri priuatiuè, & non cumulatiuè.

Priuilegia Baronum non obseruantur in tàm ampla forma, quàm sonant verba priuilegij.

Concessio, quæ tribuit priuatiuè iurisdictionem, non comprehendit casum prorogationis.

Ad impediendam prorogationem oportet, vt specialis inhibitio interueniat.

De extra voluntate Principis denegantis facultatem prorogandi, constat ex clausulis abdicatiuis, & decreti irritantis.

In Regno Neapolitano regulariter in inuestituris inserūtur istæ clausulæ, ex quo vsus obtinuit, vt causæ vassallorum remittantur ad Barones ipsis petentibus.

1101 *Vassalli non possunt tacitè prorogare iurisdictionem alieni*

In-

Iudicis, etiam si possint Clerici.
Vassalli burgenses in Regno Castellæ liberè possunt prorogare iurisdictionem quorumuis Iudicum, & in eo Domini vassallorum non petunt remissionem causarum suorum vassallorum.

SECTIO SECVNDA,

Quænam sint ad prorogationem necessaria.

968 QVæ hac sectione dicenda sunt, concernunt examen naturæ prorogationis, ac ideò post definitionem prorogationis oportuit ea subijcere, & ante cætera examinanda præmittere, quæ viam etiam post dicendis apertura, & munitura sunt. Sunt autem quinque requisita ad prorogationem, de quibus hac sectione agendum est. Duo ex parte prorogantium, duo verò ex parte Iudicis prorogati, alterum tandem ex parte superioris eorum, qui iurisdictionem prorogant.

979 Igitur ad prorogationem primo requiritur consensus iurisdictionem prorogantium, & se submittentium Iudici, cuius iurisdictio est proroganda. Probat textus *in d.l.1.& in l.2.in princ.ff.de iudicijs, et in l.si per errorem,* 15. *& in l.si conuenerit,* 18.*ff.de iurisd.omn.Iudic.l.si qui ex consensu,*7.*C.de Episc.audient.cap.de causis,*4.*de offic.et potestat. Iudic.delegat,* & illis locis notant Doctores.

980 Et cum consensus duplex sit, tacitus, & expressus, ad prorogationem non est necessarius consensus expressus, sed satis est tacitus, vt notaui supra, num.976.& probat textus *in cap.cum olim. el primo,* vt eum expendit, Panormitanus ibi *nu.*3, *de offic.delegat,* & docet idem Panormitanus *in d.cap.P. et G.*40.*num.*20.Imola ibi *nu.*56.*eod.tit.* idem Panormitanus *in cap.significasti,nu.*18.Marianus *nu.*37.Felynus *nu.*5.*de foro compet.* Decius *in cap.*1.*nu.*103. *de iudicijs,*Parisius *cons.*15.*nu.*4.*libr.*4.Bartolus *in d. l.* 1. *nu.*12.Sapia *nu.*12.*ff.de iudicijs,*Alexander *in l.vltima,nu. 6.in fin.de iurisd.omn.iudic.* Maranta *in praxi,* 4. *par. d. distinct.*12.*nu.*11.Menochius *de præsumptionibus, lib.* 2.*præ. sumpt.*19.*nu.*1.Barbosa *in d.l.*1.*art.*3.*ex nu.* 4. & est communis sententia. Quæ ex eo probatur, quoniam taciti, & expressi idem est in iure iudicium, & par virtus, *l. cum quid,*3.*ff.si cert.petat.* vbi Doctores notant.

981 Quamuis autem hoc regulare sit, limitandum est ex communi sententia in prorogatione, quæ fit de loco ad locum: nam in hac non sufficit tacitus consensus partium, sed necessarius est expressus, iuxta apertum textum *in d. cap.statutum,*11.*§.in nullo, de rescriptis in* 6.vbi notant Io. Andreas, Antonius Butrius, Dominicus Geminianus, Philippus Franchus, Petrus Ancharanus; Panormitanus *in c. cum olim Abbas n.*32.*num.*3.*& in cap.P.& G. num.*14. *de offic.deleg.*Marianus *in d.cap.significasti,nu.*37. *vers. aduerte,circa finem de for.compet.*Vaotius *de nullitatibus,tit.quib. mod.sentent.nulla defendi possit.nu.*79.Maranta, & Barbosa in eandem rem relati paulò ante sectione præcedenti nu. 977.circa finem, tametsi nullus eorum reddat rationem specialitatis huius prorogationis.

982 Paulus tamen Castrēsis *in leg.consensisse,*2.*§.sed si Iudex,num.*1.*& 2.ff.de iudicijs,* & Imola *in d.cap.P.& G.num.* 62. & Menochius *cons.*340.*num.*56.*lib.*4.extendunt hanc limitationem, vt locum habeat etiam in prorogatione de tempore ad tempus, vt ad eam etiam sit necessarius expressus consensus. Imò verò id etiam credit extendendum Paulus ad prorogationem de re ad rem: ex quo paulatim videtur esse in contraria sententia, videlicet non satis esse ad prorogationem, quamuis consensum tacitum, sed expressum esse necessarium. Quam etiam defendit Andreas Siculus, quem refert Barbosa *d.art.*3. *nu.*5.

983 Reddunt verò Paulus, & Imola eam rationem, cur tàm prorogatio de loco ad locum, quàm de tempore ad tempus, requirat expressum cōsensum. Quoniā cum vtroque modo prorogatur iurisdictio opus est, vt Iudici sit nota, qui scit, vel scire debet, lapso tempore contento in rescripto, aut extra locum in eodem rescripto contentum se non esse Iudicem. Quare si prorogationem ignoret, non poterit vltra tempus, & locum præfixum validè iurisdictionem exercere, cum acta valere non possint, si se non esse Iudicem credat: sed si consensus prorogationis non est expressus, non potest esse Iudici notus, qui non potest scire id, quod partes habent in corde. Ergo istis casibus requiritur expressus consensus.

984 Secundò, probat Andreas Siculus id omni prorogationi commune esse, vt requirat expressum consensum, *ex l.*1.*ff.de iudicijs,* vbi dicitur, *si se subijciant, & consentiant.* Ergo nè superfluet verbum, *consentiant,* significat expressum consensum partium, nam tacitus satis continebatur in verbo præcedenti, *se subijciant.*

985 Sed neque est recedendum à priori sententia, neque approbanda specialitatis ratio considerata à Paulo; non enim dicimus tacitum consensum in mente retentum, & in corde occultum, cuius nullum appareat externus vestigium sat esse ad prorogationem. Quis vnquam id cogitauit? sed tacitum consensum manifestatum per exteriores actus, qui non sint verba: nam cum paria sint facto, vel verbo aliquid significare, *l.de quibus, ff.de legibus,* eundem habebit effectum quòad prorogationem cōnsensus per verba patefactus, & per actus, vel positiuos, vel negatiuos, videlicèt omissiones, declaratus. Quò fit, vt non minus possit ad notitiam Iudicis deuenire prorogatio, quæ fit factis ipsis apertè manifestantibus voluntatem, quàm ea, quę verbis expressis facta est. Quod etiam significauit Ioannes de Imola *in dicto cap. P. & G. num.*62.*in fine.*

986 Rationem verò specialitatis prorogationis, quæ fit de loco ad locum eam reddere possumus, quod sit tàm aduersa iuris rationi, vt eam possibilem esse negauerit Baldus *in l.si qui ex consensu, numer.*9.*&* 10. *C.de Episcop. audient.*& Bartolus *in d.lege consensisse, in principio,num.*7. *ff. de iudicijs;* ideò fortassis in ea requiritur consensus expressus, nam Pontifex, qui repugnante iuris ratione eam concessit *in dicto §. in nullo,* rectè illam ita coarctauit, vide Rotam *decision.*15.*alias* 380.*si Iudex in nouis, de officio delegati.* Quod si hæc displiceat cum non omnium, quę à maioribus constituta sunt ratio reddi possit, *lege non omnium, ff. de legibus,* quia mihi alia non occurrit eam libenter ab alijs discam.

987 Addo fortassis in nullo alio casu locum habere decisionem textus *in dicto §. in nullo,* quàm in illo, de quo ibi agitur. Tractat textus de delegato Pontificis, qui non propria, sed Pontificis iurisdictione vtitur, *l.*1.*§ qui mandatam, ff. de eo, cui mandat. est iurisdict.* quæ nullo loco coarctatur ex natura sua, *cap. cuncta per mundum,* 9. *quæst.*3. ac per consequens, quod ad ipsum attinet, posset vbicunque exerceri; est autem fauor impetrantium rescriptuos, vt non possent extrahi à loco in illo expresso, cui fauori, & beneficio si renuncient consentientes expressè, vt delegatus cognoscat de causa in alio loco, iurisdictio ipsa ex se, & natura sua ad omnem locum extenditur, vt dicebam supra quæst.1.num.29. Quare Pontifex in eo casu ne quod concessum est ob fauorem

conuertatur in odium, quod permitti non debet, *l. quod in fauorem, C. de legibus*, laxat iurisdictionis habenas, vt eo excurrat, quo consentiunt litigantes: at in alijs casibus, in quibus exercetur iurisdictio territorio adhærens, & limitata, illiq; adiacens, & illius coarctata limitibus, crederem, conformius esse iuri, vt non possit de loco ad locum iurisdictio prorogari. Quod præsensit ex hac eadem ratione Marianus Socinus *in dicto cap. significasti, numer. 35. versic. tertiò limitatur*. Inde fit, vt decisionem illius textus *in dicto §. in nullo*, limitandam credant Butrius, & Ancharanus ibi; imò verò, & ipse textus videtur loqui limitatè, dùm ait: *in nullo quoque casuum prædictorum*. Frustra ergo quærimus rationem diuersitatis inter prorogationem de loco ad locum, & cæteras, si illa in illo solo casu, & cum illis conditionibus, & circumstantijs permittenda est, quod in cæteris non contingit. Addo videndum Scacciam post hæc scripta editum, *de sententia, & re iudicata, cap. 1. gloss. 7. quæstion. 4. spec. 2. ex numer. 573.* Verum est, quantum ad prorogationem iurisdictionis de tempore ad tempus, occurrere specialem rationem, (quæ tamen est noua consideratio, quam nulli acceptam refero, quia à nullo audiui, apud neminem vidi,) quoniam illud huic prorogationi peculiare est, vt seruet vitam iurisdictionis, alioqui perituræ, nam iurisdictio, quæ quouis alio modo prorogatur, exclusa prorogatione viuit, existit in rerum natura, & permanet tametsi limitata; at iurisdictio de tempore ad tempus prorogata, si prorogationem secludas, extinguenda est, perit, & moritur; cum igitur in hoc casu prorogatio tàm insignem producat effectum, vt vitam iurisdictionis, alioqui extinguendæ conseruet, mirum nõ est, si requirat voluntatem magis apertam, explicatam, & expressam, & vt sic dicam, magis enixam.

988 Ad secundam rationem Andreæ Siculi respondendũ est verbum illud, *se subijciant*, coniunctum *in leg. 1. ff. de iudicijs*, cum verbo, *consentiant*, non referri ad consensum expressum, neque item verbum, *consentiant*, additum verbo, *se subijciant*, denotare solùm consensum expressum, vt Siculus autumat. Etenim verbum illud, *consentiant*, satis excludebat sub generali sua significatione vtrunq; consensum, tùm tacitum, tùm etiam expressum prorogationem requisitum: sed referri ad aliquid aliud, quod consensui debet superaddi, quò reddatur efficax, & irreuocabilis, & producat prorogationem irretractabilem: illud verò esse subiectionem, & submissionẽ Iudici factam, præter consensum ipsum, qua ipse consensus, qui alioqui facili negotio reuocaretur, redditur firmus, & irreuocabilis, & subijcit Iudici efficaciter litigantes, vt ex doctrina Aretini, & Socini respondet Barbosa *in d. art. 3. num. 7.*

989 Actus verò, ex quibus elicitur consensus tacitus ad prorogationem tacitam necessarius, & sufficiens, multi sunt, vt optimè explicat Butrius *in dicto cap. P. & G. num. 21. de offic. delegat.* Decius *in cap. 1. numer. 170. & 171. cum seqq. de iudicijs*. Quidam sont actus extraiudiciales, exemplum, si quis alienæ iurisdictionis delinquat, vel contrahat in territorio Iudicis non sui: nam tunc quòad contractum, aut delictum prorogat iurisdictionem alieni Iudicis, vt supra tetigimus num. 976. & latè prosequitur Antonius de Martheis *de prorogatione iurisdictionis, ex num. 63.* & hæc prorogatio est irretractabilis, & in ea non habet locum pœnitentia, (quam in expressa prorogatione sæpiùs locum habere inferiùs declarabimus,) vt notarunt *in leg. si conuenerit, ff. de iurisdictione omnium Iudicum*, Albericus *numer. 1.* Angelus *numer. 1.* Decius *num. 22.* Iaso *num. 23.* Salycetus *in l. nullum, num. 3. C. de testibus*, idem Decius *in dicto cap. 1. 1 lectur. num. 171. de iudicijs*, Syntagma communium opinionum *lib. 3. tit. 11. num. 10.* quoniam prorogatio facti fortior est quam prorogatio verbi, vt probat textus *in cap. dilecti, de foro competenti*, & Alciatus *in dicto cap. 1. num. 29. de iudicijs*. Alij autẽ sunt actus iudiciales, qui aut sunt citra litis contestationem, aut ipsa litis contestatio, & vlteriores; & isti omnes actus sunt positiui. Alij sunt negatiui, vt omissiones, aut in alleganda exceptione declinatoria, aut in respondendo, & veniendo ad iudicium post vocationem, ex quo incurritur contumacia, & de singulis, quam vim habeant ad inducendam tacitam prorogationem videndum est.

990 Quod attinet ad actus iudiciales, inclusa litis contestatione, ex illa, & illis inducitur consensus sufficiens ad prorogationem irretractabilem. Nam si quis coram alieno Iudice litem contestaretur, prorogat eius iurisdictionem, & non est locus pœnitentię, vt sentit Glossa *in d. l. si conuenerit, 18. verb. adiretur, ff. de iurisdict. omn. iudic.* & ibi Bartolus *num. 3.* Albericus Fulgosius, Paulus, Socinus, Alexander, Iaso, Decius Oroscius, per textum ibi à contrario sensu.

991 Quòd verò ad alios ante litis contestationem, in primis si quis proponat coram Iudice quamuis exceptionem dilatoriã, quæ ante litis contestationem proponenda est, *cap. inter Monasterium, 20. de re iudic.* & omittat exceptionem fori declinatoriam, dubitant Doctores, an inducatur tacita prorogatio pœnitentia irretractabilis. In qua difficultate Bartolus *in d. l. si conuenerit, num. 2. & 3. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. quidam consulebant, 57. num. 9. & 10. ff. de re iudic. & in l. vltima, per textum ibi, Cod. de exception.* Alexander *in d. l. quidam consulebant, num. 22.* & Baldus *in d. leg. si conuenerit, nu. 1.* Angelus, *nu. 1.* Paulus *num. 3.* Socinus *nu. 28.* Decius *nu. 24.* Iaso *num. 33. & seqq.* Oroscius *n. 5.* Cagnolus *num. 18.* Innocentius *in d. cap. inter Monasterium, num. 2.* Baldus *nu. 5.* Panormitanus *ex num. 5. & nu. 8. & seqq.* Felynus *ex nu. 4.* idem Decius *in cap. 1. 1. lect. nu. 179. de iudicijs*, Maranta *in praxi, 4. par. distinct. 12. num. 11.* Menochius *de præsumptionibus, lib. 2. præsumpt. 19. num. 11.* Vantius *de nullitatibus, tit. quib. mod. sententia nulla defendi possit, nu. 80.* Paz *in praxi, 1. tom. 1. par. 5. temp. nu. 22. & 23.* Azeuedus *in l. 1. num. 17. cum seqq. tit. 5. lib. 4. recopilat.* Guttierez *de iuram. confirm. 1. par. cap. 28. num. 1.* Surdus *cons. 280. num. 15, & 16. lib. 2.* Tuscus *liter. P. conclus. 926. nu. 8.* Barbosa *in d. l. 1. art. 3. num. 69. ff. de iudicijs*, & communiter Doctores censent, inducere consensum in Iudicem, & subiectionem, submissionemq; ipsi factam, ita vt non possit litigans à iudicio per pœnitentiam vlterius recedere, propositionem cuiuslibet exceptionis, etiam dilatoriæ, omissa declinatoria. Probant ex textu *in l. sed etsi susceperit, 52. in princ. ff. de iudicijs*, præsupposito ad inductionem, quòd non per solam litis contestationem, sed etiam ante ipsam dicitur quis actionem, & iudicium suscipere, vt notat Alexander *in d. l. si conuenerit, nu. 17.* & post ipsum Decius *in c. 1. 1. lect. nu. 179. de iudicijs*, reprobato Fulgosius *in eadem l. si conuenerit, nu. 5.* contrarium dicente. Item probant ex textu *in l. vltima, C. de exception.* & ratione, quoniam qui coram Iudice proponit exceptiones videtur petere, Iudex super eis pronunciet, quapropter in eius iurisdictionem videtur consentire, eique se subijcere, ex quo fit, vt qui, quamcumque exceptionem dilatoriam proponit ante declinatoriam fori, præcludat sibi viam ad eandem declinatoriam post proponendam, quoniam videatur in Iudicem consensisse, &

eius

eius iurisdictionem efficaciter prorogasse.

992 Contrariam tamen sententiam quinimò per propositionem exceptionum dilatoriarum non esse efficaciter prorogatam iurisdictionem Iudicis, neque induci consensum, & subiectionem in eum efficacem, quin possit post declinari, sentit Fulgosius *in d. l. si conuenerit, n. 5.* Imola *in d. l. quidam consulebant, nu. 19. cum seqq. ff. de re iudic. & in d. cap. inter Monasterium, 20. extra eod. tit. num. 7.* & in eam satis inclinat Felynus *numer. 4. ibidem.* Antonius de Matheis *de prorogatione iurisdictionis, nu. 12. §. videamus, circa finem, in vers. dubium est*, pro qua Bartholomeus Socinus *in dicto l. si conuenerit, num. 28.* refert, Glossam, Iacob. de Arer. Cynum, Io. Andream, Speculator. Baldum, Angelum, & Franciscum Aretinum; ac proinde erit hęc sententia communis contra communem. Quæ probatur primò, quia vsque ad litis contestationem potest opponi declinatoria contra Iudicem, *leg. apertissimi, C. de iudic. leg. nemo, C. de iurisdict. omn. iudic. Authent. offeratur, C. de litis contest.* Ergo dum lis non est contestata, quamuis aliæ exceptiones fiant propositæ, nondum elapsum est tempus proponendi declinatoriam. Secundò, quia omnis exceptio, quæ opponitur ante contestationem, videtur opponi fine repellendi iudicium, & licet quantum ad cognitionem illius exceptionis, videatur prorogata iurisdictio; non tamen debet videri prorogata quoad causam principalem, quia inducta ad vnum finem, non debent operari contrarium, *l. quod fauore, C. de legibus, cap. quod ob gratiam, de regul. iur. in sexto.* Tertiò, quia qui approbat Iudicem super dilatorijs, quæ sunt parui momenti, non approbat eum necessario super causa principali, quæ affert grauius præiudicium; hoc enim est arguere de minori ad maius affirmatiuè, quod argumentum non valet, vt notatur *in c. cum in cunctis, de election. & in Authent. multo magis, C. de sacrosan. eccles.* Quartò quia tacitus consensus in aliquibus actibus iudicij, non porrigitur ad alios actus, qui sequuntur, vt notatur per Glossam *in clement. sæpe, de verbor. significat. verb. partibus*, approbatam à Doctoribus ibi, & Panormitano *in cap. quoniam contra, nu. 37. in fin. de probationibus*; consensus enim limitatus limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de adquir. rer. domin.* & consensus tacitus limitatur, iuxta actum ex quo colligitur, *l. vltima, C. ne uxor pro marito*, dixi supra eadem disputatione num. 381.

993 Nihilominus non est recedendum à priori sententia, quę verior, & communior est, neque obstat argumenta proposita. Nam ad primum respondetur, textum *in d. l. apertissimi, cum similibus*, esse intelligendum regulariter, dummodo ante litis contestationem non sit factus alter actus, ex quo inducatur consensus in Iudicem; nam si eiusmodi actus fiat, exinde, etiam si lis contestata non sit, nō poterit declinari iurisdictio, ita respondet Decius ex sententia Alexandri, & Panormitani *in d. cap. 1. 1. lect. num. 175. de iudicijs, & in d. l. si conuenerit, nu. 24.* Ad secundum dicendum est, exceptionem quæ ante litem contestatam opponitur, tendere ad excludendum iudicium, non omninò, & simpliciter, sed eo respectu, quo obijcicitur, videlicet respectu libelli, vel respectu Procuratoris, vel respectu actoris, sed non respectu Iudicis, contra quem cum nihil opponatur, censetur eius iurisdictio approbata, siquidem coram eo excipitur, & ab eo petitur super exceptione pronunciari, *d. l. sed & si suscepit, in princ. ff. de iudicijs*, vnde, inducta ad vnum finem vno respectu, alio respectu in consequentiam, contrarium quoque operantur, *l. denique, §. interdum*, vbi Bartolus per illum textum, *ff. de peculio legat.* Decius *in cap. intelligimus, nu. 29. de iudicijs*, ita respondet idem Decius *in d. cap. 1. 1. lect. nu. 176. & in d. l. si conuenerit, nu. 24. in fin.* Ad tertium, & quartum dicendum est, consensum qui colligitur ex oppositione dilatoriarum coram Iudice, tametsi videatur limitatus circa exceptiones ipsas propositas, non esse limitatum circa personam Iudicis, contra quam nihil opponitur; ac per consequens eius iurisdictio approbatur; ideo qui Iudicem approbat in præparatorijs, non potest illum in causa principali recusare, *l. ordinarij* vbi Baldus *num. 2. C. de rei vindicat.* ita respondet idem Decius *in d. cap. 1. ex num. 179. & in d. l. si conuenerit, num. 25.*

994 Retenta igitur prædicta priori opinione limitatur. Primò, vt non procedat quando exceptio proposita respicit personam Iudicis, & eius iurisdictionem; nam tunc ei denegetur iurisdictio, etiam si petatur pronunciatio super exceptione, nō videtur approbata persona Iudicis in causa principali, neq; facta submissio, quin possit postea idem Iudex declinari, vt probat textus *in C. super literis, 20. de rescrip.* Hanc limitationem tradit Panormitanus *in c. inter Monasterium, nu. 20.* Felynus ibi, *n. 6. de re iud.* Baldus *in l. non videtur, 33. in 1. lect. ff. de iud.* Decius *in d. l. si conuenerit, nu. 25. ff. de iurisd. omn. iud. & in c. 1. nu. 181. & 182. de re iud. in 1. lect.*

995 Limita secundò, si quis proposita exceptione protestetur se non consentire in Iudicem, quoniam protestatio conseruat ius protestantis. Hãc limitationem tradit Decius *in d. c. 1. 1. lect. nu. 187. de iudicijs*, Felynus *in d. c. inter Monasterium, n. 8.* Barbosa *in d. l. 1. art. 3. num. 16. ff. de iud.* vbi alios refert.

996 Limita tertiò, vt non procedat, etiã si Iudex formaret inquisitionem contra aliquem in casu prohibito: tunc enim etiam si inquisitus proponeret coram ipso quaslibet exceptiones dilatorias, non fieret prorogatio, quin posset quandocunque declinare iurisdictionem eius: Ratio est, quia per exceptionem declinatoriam iudiciū redderetur retro nullum. Hãc limitationem tradunt Baldus *in l. licet, 24. num. 6. C. de Proc.* Alexander *in l. quidam consulebant, 57. nu. 21. ff. de re iud.* Socinus *in d. l. si conuenerit, num. 28. in fine*, Decius *nu. 26. & in d. c. 1. nu. 183. cum seq.* Alias limitationes vide apud Felynum *in d. c. inter Monasterium, ex num. 5. de re iud.*

997 Quod ad cæteros actus iudiciales positiuos citra litis contestationem pertinet, si quis petat copiam libelli non videtur in Iudicem consentire, neq; prorogat iurisdictionem eius, *l. non videtur, 33. ff. de re iud.* vbi omnes. Imò potius videtur petere, vt deliberet, *vt in l. 1. ff. de edendo, & in Auth. offeratur, C. de litis contest.* & notat Bartolus *in d. l. si conuenerit, num. 2.* Orosc ius *num. 10.* Cagnolus *nu. 18.* idem Bartolus *in d. l. quidam consulebant, numer. 10.* Imola *num. 18.* Alexander *num. 24.* Butrius *in d. cap. P. & G. num. 21.* Imola *ibidem numer. 110. de offic. delegat.* Panormitanus *in d. cap. inter Monasterium, numer. 6. & 9.* Felynus *nu. 9.* Maranta *in praxi, d. distinct. 12. numer. 11.* Item nec per satisdationem de iudicio sisti, quia in illa subintelligitur conditio, nisi Iudex postea ex legitima causa declinaretur, aut recusaretur, vt notat Bartolus *in d. l. si conuenerit, num. 2.* Romanus ibi *numer. 1.* & cæteri modo relati ex textu *in Auth. offeratur, C. de litis contest.* & Fulgosius *in eadem l. si conuenerit, nu. 12. vers. quarta limitatio est*, vbi limitat. Item nec per satisdationem de re iudicando soluendo, vt notat idem Bartolus *in l. vir bonus, 18. num. 4. ff. iud. solu.* Socinus *in d. l. si conuenerit, num. 29.* Oroscius *nu. 59.* Cagnolus *num. 18.* Imola *in d. l. quidam consulebant, 57. nu. 19.* Alexander *num. 24.* qui limitat, Addendi sunt Marianus Socinus *in d. cap. significasti, num. 47. de foro compet.*

Marsilius *sing.* 127. *per dationem*, Menohc. *de præsumptionibus, lib. 2. de præsumpt.* 19. *ex num.* 7. Decianus *tractat. crimin. libr.* 4. *cap.* 13. *n.* 19. Tuscus *liter.* P. *conclus.* 926. *nu.* 10. Nec per confessionem rei coram incompetenti prorogatur iurisdictio, neque inducitur tacitus consensus, & subiectio, seu submissio, quia nō spontè sed compulsus illam videtur facere, docet Fulgosius *in d. l. si conuenerit, nu.* 15. *in fin. vers. vigesimaquinta*, Socinus *consil.* 108. *numer.* 20. *vol.* 4. qui probat optimis rationibus, Maranta *in praxi*, 4. *part. d. distinct.* 12. *nu.* 13. Farinacius *in praxi, q.* 7. *numer.* 4. *vers. sublimitando*, Auendañus *respons.* 40. *nu.* 6. *vers. secus verò*, Bossius *titul. de foro comp. num.* 179. Decianus *d. cap.* 23. *num.* 15. & *nu.* 16. omnino videndus, tametsi contra sentiat Gregorius *in leg.* 15. *tit.* 2. *p.* 7. *gl.* 2. & Angelus *in l.* 1. *n.* 3. *ff. de confessis*, Angelus Aretinus *de maleficijs, verb. comparuerunt dicti inquisiti, et confitentur totum, numer.* 4. *et* 5.

998 Cæterum tacitus iste consensus idoneus ad prorogationem, non semper elicitur ex actibus positiuis, sed quādoque etiam præsumitur ex negatiuis, vt ex omissione, patientia, & taciturnitate: nam si partes patiantur aliquem Iudicem procedere in causa, & decernere tanquam Iudicem aliquid contra eos, nihil opponentes, neque iurisdictionem declinantes, is tacitus consensus sufficit ad inducendam prorogationem, vt probat textus in *lege sed etsi susceperit, in princip. ff. de iudic.* & *in leg. vltim. C. de exception.* & notat Alexander *in l.* 2. *nu.* 18. Ias. *nu.* 39. *ff. si quis in ius vocat. non ier.* Menochius *de præsumptionibus, libr.* 2. *præsumpt.* 19. *num.* 6. Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 3. *nu.* 8. quemadmodum ex parte Iudicis satis videtur acceptata prorogatio, si patiatur partes coram eo in iudicium venire, & actiones suas proponere, tanquam coram Iudice, vt notat idem Alexander *in d. l. si conuenerit, n.* 7. Oroscius *num.* 8. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Felinus *in cap. causam quæ*, 14. *num.* 10. *in fin. de re iudic.* Imola *in d. cap.* P. & G. *nu.* 62. *in fin. de offic. del.* Menochius *cons.* 340. *nu.* 57. *libr.* 4. Barbosa *vbi supra, num.* 9. qui *numer.* 10. reijcit sententiam contrarium sentientium.

999 Verùm an iste tacitus consensus semel præstitus, & ex ista omissione, & patientia elicitus, inducat prorogationem limitatam respectu illius iudicij solum, & instantiæ, in qua adhibetur; ita vt, qui sic tacitè consensit in Iudicem, & eius iurisdictionem prorogauit, si iudicium redderetur retro nullum, aut perimeretur instantia, possit in iudicio nouo denuò inchoando dissentire, & Iudicem declinare; an verò arguat prorogationem diuturnam & durabilem, respectu causæ, etiam nouo iudicio discussæ, ex qua, qui semel Iudicem approbauit, amplius reprobare non possit, & præcluserit sibi viam, ad proponendam deinceps declinatoriam in eadem causa, tractant Baldus *in d. l. si conuenerit*, 1. *lect. n.* 4. Angelus *nu.* 3. Paulus *nu.* 6. Alexander *nu.* 21. Socinus *nu.* 31. Decius *in dicto cap.* 2. 1. *lect. ex n.* 95. Alciatus *nu.* 27. & 28. *de iudicijs*, Romanus *singul.* 145. *vltimo dico tibi*, Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num.* 12. *circa finem, vers. hic venit inferendus casus*, Hippolytus Riminaldus *in repetit. cap.* 1. *ex nu.* 99. *de iudicijs*. Et communis resolutio est non præcludi viam declinatoriæ in alio iudicio, saltem in casu cōsensus taciti, qui videtur esse limitatus solum ad præsentem instantiam iudicij, & ad futurum non extendi.

1000 Oportet tandem hac in re animaduertere, quamuis ad prorogationem satis sit præsumptus consensus, qui tacitè elicitur ex prædictis actibus, seu positiuis, seu negatiuis, vt dictum est, non sat esse ad prorogationem cōsensum fictum, & interpretatiuum, inductū per legem; vnde licet contumax interpretatiuè habeatur pro consentiente, *l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. action.* tamen iste fictus consensus non est idoneus ad inducendam prorogationem. Quare licet Iudex procedat contra non subditum absentem tanquam contumacem, & sic se gerat pro Iudice; absēs autem taceat, & se iudicio non sistat, neque compareat, allegans declinatoriam: poterit quidem procedere contra eum ad mulctam, iuxta notata *in leg. si quis ex aliena, ff. de iudicijs*; non tamen censebitur verè prorogata eius iurisdictio, & ideò alia gesta per eundem Iudicem erunt inualida, & irrita. Quod videtur probari *in l. si quis ex consensu*, 7. *C. de Episcop. audient.* vbi notat Baldus *num.* 7. Fulgosius *in d. l. si conuenerit, num.* 12. *vers. nota limitatio, cum num.* 13. *sequent.* Panormitanus *in d. cap.* P. & G. *nu.* 21. *de offic. deleg.* Marianus Socinus *in d. cap. significasti, nu.* 37. *vers. aduerte tamen, de foro compet.* Franchus *in cap. si duobus*, 7. *in princ. nu.* 30. *de appellationib.* Ias. *in l.* 2. *nu.* 39. *ff. si quis in ius vocat. ier.* Romanus *consil.* 48. *num.* 1. *ad fin.* Afflictis *decis.* 133. Thomas Grammaticus *vot.* 27. *nu.* 2. & 3. Maranta *in praxi*, 4. *par. d. distinct.* 12. *num.* 16. Follerius *in practic. criminal.* 4. *par.* 3. *par. rubr. & si confitebuntur, num.* 24. Tuscus *liter.* P. *conclus.* 926. *num.* 6. Caravita *q.* 205. *nu.* 5. Surdus *decis.* 26. *num.* 14. Farinacius *in praxi, q.* 7. *num.* 4. *vers. sublimita secundò*, Bossius *tit. foro competent. num.* 180. Capiblancus *in pragmatic.* 8. *part.* 1. *numer.* 105. & 106. *de Baronibus*, Cancer *variarum resolutionum, part.* 2. *cap.* 2. *numer.* 196. Barbosa *in dicto articul.* 3. *ex num.* 11.

1001 Quæ tamen conclusio, vt per contumaciam non inducatur prorogatio, limitanda est ex mēte prædictorum, vt procedat, quoties Iudex cognoscens de causa contumacis est ipso iure incompetēs; secus si esset incompetēs ope exceptionis, quam posset allegare reus comparens, cui competeret fori præscriptio, seu priuilegium. Nam cum per contumaciam amittatur exceptio fori declinatoria, & ei videatur renunciatum, vt dixi supra quæst. 6. sect. 7. nu. 600. cum plurimis Doctoribus, quos retuli, & ex Innocentio notat Franchus *in d. cap. si duobus, in principio, n.* 29. & 30. *de appellation.* semel contumax non poterit postea effugere iudicium. Hæc tamen re vera non est prorogatio iurisdictionis, cum non sit augmentum iurisdictionis Iudicis competentis, sed potius non diminutio resultans ex amissione exceptionis, seu remotio obstaculi, vt rectè notat Baldus *in d. l. si conuenerit, in* 1. *lect. num.* 2. *in fin. ff. de iurisdict. omn. iud.* & Io. Faber *in l. si qui ex consensu, in princip. C. de Episcop. audien.* Tametsi, vt verum fatear, hæc doctrina eam difficultatem patiatur, quòd non incurritur contumacia cum Iudex est incompetens mero iure, cum citatio eiusmodi Iudicis non arctet citatum, vt rectè Follerius, vbi supra animaduertit.

1002 Si verò Iudex incompetens pronunciaret se competentem contra contumacem, qui per contumaciam redderetur inhabilis ad appellandum, non posset postea declinatoriam opponere, neque dicere iurisdictionem non esse prorogatam, vt docet Bartolus *in repet. l. ex quacunque*, 2. *nu.* 6. *ff. si quis in ius voc. non ier.* cuius doctrinam sequitur Fulgosius *in d. l. si conuenerit, nu.* 12. *vers. septima limitatio*, Gregorius Lopez *in l.* 15. *tit.* 22. *part.* 3. *gloss.* 1. Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num.* 16. *vers. tertiò limitationem intellige*, Afflictis *decis.* 354. *nu.* 15. Barbosa *d. art.* 3. *n.* 20. latè examinat, & declarat Marianus *in d. cap. significasti nu.* 37. Decius *consil.* 18. *n.* 5. qui limitat in casu, quo iurisdictio non est prorogabilis. Hactenus de consensu tacito, ex quo inducitur prorogatio.

1003 Veniamus iam ad consensum expressum. Qua in re

Indu-

indubitatum est, si litigantes expressè conueniant inter se, vt certus Iudex, cui non sint subditi, de causa aliqua cognoscat, ex eo cōsensu eius iurisdictionem censeri prorogatam, vt possit de ea causa cognoscere; vt continetur in textu expresso *in l. si conuenerit.* 18. *ff. de iurisd. omn. iudic.* isque consensus sine vllo alio adiuncto, sat est ad inducendam mero iure prorogationem, donec prorogantium voluntas mutata non fuerit, & legitimandam iurisdictionem Iudicis, in quem litigantes cōsenserunt, vt possit procedere in causa ad decretum citationis, quod est prima sententia interloquutoria, iuxta rectè notata à Ioanne de Imola *in d. l. quid tu consulebant*, 57. *nu.* 23. *ff. de re iudic.* quemadmodum egregiè adnotarunt Io. Andreas *ad Specul. tor lib.* 2. *tit.* 1. *de competent. iudic. addition.* §. 1. *num.* 9. *ad verbum conuenerit*, idem Imola *in d. cap.* 3. *P. & G. nu.* 112. *de offic. delegat.* Alexander *in d. l. si conuenerit, nu.* 8. *in fin.* Socinus *ibi num.* 5. *& nu.* 27. qui dicit communem sententiam Legistarum, & Canonistarum idem Decius *in c.* 1. 1. *lect. num.* 145. *de iudic.* Seraphinus *de priuilegijs iuramenti priuileg.* 74. *nu.* 183. non iiure reprehensi à Barbosa *in d. artic.* 3. *num.* 123. qui non distinguit inter prorogationem reuocabilem, & irreuocabilem, quasi ad adquirendam etiam reuocabiliter iurisdictionem in prorogantes, requiretur preter consensum, vt se iudici subijcerent, in qua eadem sententia videtur esse Antonius Faber *in rationalib. ad eandem l. si conuenerit verb. mutata voluntas*, quod est planè falsum, & contra textum *in d. l. si conuenerit.*

1004 Isto verò expresso consensu in Iudicem, cōuentione litigantium declarato, tametsi mero iure inducatur prorogatio iurisdictionis, non tamen oritur prorogatio firma, & irreuocabilis, nisi partes in eadem voluntate perseuerent; imò verò reuocabilis per pœnitentiam, vsquequo Iudex adeatur; vt probat expressè textus *in d. l. si conuenerit*, in prima sui parte, quæ statuit non esse compellendos stare conuentioni, qui conuenerunt, vt alienus Iudex adiretur, si prius quam adeatur, mutata voluntas fuerit.

1005 An autem mutatio voluntatis, quę prorogationem reuocat, & dissoluit, debeat interuenire ex vtraque parte consentiente; an verò satis sit vnius dissensus, vt euanescat cœpta prorogatio, difficultas est. In qua sunt, qui sentiunt pœnitentiam illam, qua conuentio, & consensus de Iudice dissoluitur, ex vtraque parte intercedere debere, alioqui vnius partis dissensu conuentionem non dissolui, neque consensum reuocari; regulare enim esse, vt quæ duorum consensu gesta sunt, eorum dissensu retractentur, iuxta regulam textus *in §. hoc amplius, instit. quib. mod. tollit. obligat. & in l.* 1. *C. quando liceat ab empt. disced.* Huius sententiæ meminit Albericus *in d. l. si conuenerit, ante nu.* 1. credens eo sensu legem accipi posse, & nullam pati difficultatem; eamque amplectitur Decius *ibidem num.* 1. *& cap.* 1. 1. *lect. num.* 92. Alciatus *ibi nu.* 25. *de iudicijs & lib.* 2. *paradoxorum, cap.* 17. Corrasius *libr.* 4. *miscellan. cap.* 5. Couarruuias *in cap. quamuis pactum*, 1. *par.* §. 4. *n.* 13. *de pact. in* 6. Federicus Martini *de iure censuum, cap.* 6. *numer.* 323.

1006 Nihilominùs communior, & verior sententia affirmat ex dissensu vnius & eius solius penitentia irritari, & infirmari conuentionem de Iudice inter duos priuatos factam, dummodo contingat dissensus, antequā Iudex adeatur. Ita sentiunt Cynus *in d. l. si qui ex consensu, nu.* 9. *C. de Episcop. audient.* Bartolus, Albericus, Baldus *in* 1. *lect.* Angelus, Paulus, Fulgosius, Socinus, Alexand. Iaso, Oroscius, *in leg. si conuenerit*, 18. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* omnes *nu.* 1. præsupponentes eam conuentionem non obligare paciscentes, quin ab ea, antequam Iudex adeatur, possint recedere, Guido Papæ *decision.* 77. *num.* 1. Cuiacius *ad Africanum tract.* 7. *ad d. l. si conuenerit*, Antonius Faber *in rationalibus in pandect. ad eandem legem*, & Anastasius Germonius *lib.* 2. *animaduersionum, cap.* 2. Etenim si lex de mutata voluntate vtriusque paciscentium exponenda esset, quam potuisset habere rationem dubitandi, vt de ea re quæsitus fuisset Africanus Iurisconsultus eius legis author *in lib.* 7. *quæstionum*? Mouebat autem dubitandi rationem vt rectè considerat Bartolomeus Socinus, vbi supra, quòd cum pactum illud, neque esset aduersus leges, neque aduersus bonos mores videbatur esse seruandum, & ab eo vnius pœnitentia recedi non licere *leg. iurisgentium*, 7. §. *ait Prætor, ff. de pact. l. sicut, C. de action. & oblig.*

1007 Rationes verò decidendi eius legis diuersas reddunt Doctores, vt sentiunt diuersis sensibus esse accipiendam. Etenim qui credunt speciale esse in pacto de iurisdictione proroganda, vt vnius dissensu dissoluatur, inter quos sunt Socinus *in d. in d. l. si conuenerit*, Iaf. *nu.* 1. Cagnolus *nu.* 29. rationes decidēdi dicunt esse. Primò, quia hoc pactum versatur circa iurisdictionem, quæ publici iuris est, *l.* 1. §. *huius studij, ff. de iustit. & iur.* & ideò non subiecta pactis priuatorum, *d. l. iurisgentium*, 7. §. *si paciscar, et* §. *& generaliter, l. ius publicum*, 39. *ff. de pactis, leg. priuatorum, C. de iurisdiction. omn. iudic. cap. si diligenti*, 12. vbi glossa prima optima *de foro competent.* Inde fit, vt hoc pactum sit minus efficax, quam cætera, & non solùm non producat actionem, quod omnibus nudis commune est, *dicta l. iurisgentium*, §. *sed cum nulla, in fine*; sed neque exceptionem, quod est peculiare. Secundò, quia durissimum est, quem inuitum coram suspecto Iudice litigare, *l. apertissimi, C. de iudic.* Tertiò quia per hanc penitentiam recurritur ad ius commune, idest ad iurisdictionem ordinariam, quę fauorabilis est, atque ita facilè negotio res reuertitur in suam pristinam naturam, *leg. si vnus*, 27. §. *pactus ne peteret, vers. quod et in specie, ff. de pactis.* Quartò addit Antonius Faber *in prædictam lege si conuenerit in rationalibus*, competens Magistratus iurisdictionem habet in inuitum, *l. inter stipulantem*, 83. §. *si stycum, ff. de verbor. obligat. l. nemo, C. de iurisdiction. omn. iudic.* sed qui est incompetens non potest habere nisi in volentem, *leg. si quis filio*, 6. §. *quid si quis, ff. de iniusto, rupto irritoque fact. testamen.* volens autem intelligitur, non qui voluit, sed qui vult eo precisè tempore, quo exercetur primus actus iurisdictionis. Quod idem dixerat Iulius Pacius *legum conciliatarum cent.* 1. *ex tit. de iurisdictione, q.* 60.

1008 Ripa tamen *in cap.* 1. *num.* 48. *de iudicijs* has & alias rationes reijcit, & impugnat, quamuis ipse nullam reddat. Hæc autem interpretatio ideò displicet Petro Barbosæ *in dicto articul.* 3. *numer.* 85. quia in ea recurritur ad specialitatem, quod Glossa *in leg. filium, quem habentem, verb. hæreditaria parte prædij, in principio, C. famil. hercifcund.* vocat refugium miserorum. Sed non potest censeri refugium miserorum recursus ad specialitatem, cum redditur specialitatis ratio; quemadmodum in hoc casu reddunt Doctores, & ego in has rationes decidendi magis inclino.

1009 Ex quibus decidendi rationibus colligitur, decisionem *dicta lege si conuenerit*, ampliandam esse, vt procedat, non solùm cùm consensus in Iudicem continet pactum nudum, sed etiam si contineat stipulationem, & pœnam: nam nihilominùs poterit à contractu impunè recedi, quia cum lex vtatur generali conuentionis verbo, quod

Thomæ Carleualij de Iudicijs. T 3 com-

comprehendit tam pactum, quam stipulationem, *l. 1. §. conuentio, ff. de pactis*, & sub eodem verbo generali pœnitentiam permittat, & recessum à priori voluntate antequam Iudex adeatur; quod fit lege permittente, pœnam non meretur, *l. Grachus, C. ad leg. Iul. de adulterijs*; & in hoc conuentionis genere id voluit lex esse speciale, ob id, quod versetur circa iurisdictionem, quæ vtpotè ad ius publicum spectans priuatorum pactis subdita non est, vt probaui num. 1007. antecedenti. Est autem regula non valere stipulationem interpositam de his, pro quibus pacisci non licet, *dict. l. iurisgentium, §. & generaliter, versicul. & si stipulatio, ff. de pactis*. Similiter idem dicendum erit, attento iure Canonico, & Regio Castellæ, iuxta quæ regulariter actio datur ex pacto nudo, *cap. 1. cap. 3. de pactis, l. 2. titul. 16. libr. 5. recopilation.* non esse dandam nihilominùs actionem ad interesse, aut pœnam, ex hàc conuentione; quoniam et cùm ius in illa mutationem voluntatis permittit, ne omninò priuatorum pactionibus, attinentia ad iurisdictionem subijciat, ob quam eandem rationem, neque ex pacto oritur exceptio mutata voluntate, quemadmodum neque ex stipulatione actio efficax, quoniam mutata voluntate, & pactum, & stipulatio redduntur omninò inefficacia.

1010 Verùm Bartolus *in d. l. si conuenerit*, Albericus, Fulgosius, & Paulus ibidem, omnes *num. 4.* Butrius *in cap. 1. num. 37. 38. & 39.* Zabarella *num. 5.* Panormitanus *nu. 20. de iudicijs* Io. Imola *in dicto cap. P. & G. numer. 106. de offic. delegat.* Marianus Socinus *in dicto cap. significasti, num. 46. de foro competent.* Cuiacius *tractat. 7. ad Africanum ad eandem leg. si conuenerit*, Iulius Pacius *legum conciliatarum, centur. 1. tit. de iurisdictione, dicta quæst. 60.* Fachineus *libr. 1. controuersiarum, cap. 61.* Gutierrez *de iuram. confirm. 1. par. cap. 28. num. 2.* Barbosa *d. art. 3. nu. 87. & 88.* Additio Ferrerij *ad Guidonem Papæ decis. 77.* existimant textum *in d. l. si conuenerit*, esse interpretandum, vt agat solum de pacto nudo, & cum ex pacto nudo non detur actio, *d. l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pactis*, non discedendo à communibus regulis iuris, neque recurrendo ad specialitatem, dicitur in eo textu neminem compelli eiusmodi conuentioni stare mutata voluntate, quod regulare est in quouis pacto nudo, non speciale in pacto de iurisdictione proroganda. Quare in hoc casu nonnulli Doctores non rectè vtuntur nomine pœnitentiæ, quod cadit solùm propriè in contractus innominatos qui producunt actionem, *l. naturalis, ff. de præscript. verb.* à quibus re integra pœnitentia receditur, *leg. si pecuniam 5. in principio, ff. de conditione causa data*: at cùm ex pacto nudo actio non oriatur, *dict. §. sed cum nulla*, pœnitentiæ verbum in eo non rectè cadit, iuxta Glossam *in l. si cum fundum, 37. verb. possideret, ff. de pactis*. Lucidis tamen in hac interpretatione illa difficultas, quoniam si generale est, vt ex pacto nudo actio non oriatur, & nemo illi stare compellatur, nulla videtur fuisse ratio dubitandi, *in dict. l. si conuenerit*.

1011 Quidquid sit, illud est indubitatum, pactum de proroganda iurisdictione non esse eius naturæ, vt ab eo recedi non possit mutata voluntate, nisi quid aliud eidem superaddatur, quo reddatur firmum, efficax, & irretractabile, vt planè probat textus *in dict. leg. si conuenerit*.

1012 Ex huc vsque dictis infertur, cum ad prorogationem sit necessarius consensus, ea omnia quæ consensui aduersantur, repugnare prorogationi, eamque tollere. Quæ inter alia prorogationis impedimenta enumerat Cynus *in l. si qui ex consensu, nu. 10. Cod. de Episcop. audient.* Didacus Perez *in l. 1. titul. 4. libr. 3. ordinamenti, versic. error, col. mihi 890.*

1013 In primis error, vt impedit consensum, impedit prorogationem, *l. si per errorem, 15.* vbi communiter interpretes, *ff. de iurisdictione omnium Iudicum, l. consensisse, 2. in principio, ff. de iudicijs, l. 15. titul. 22. part. 3.* & ibi Glossa secunda, & Glossa tertia *in l. 15. titul. 1. part. 7.* Error enim consensum tollit, & nihil tàm contrarium consensui, quàm error, *l. cum testament. cum l. consequenti*, vbi notat Bartolus *ff. de iuris, & fact. ignor.* vbi dicitur: *voluntatem, & consensum errantis nullum esse*. Nihil quippè volitum est, quin præcognitum, iuxta Philosophorum axioma, quod assumit Baldus *in l. certi iuris, num. 2. C. de locato, & in l. qua fortuitis, num. 2. C. de pignorat. action.* & ideò errorem consensui repugnare docent vnanimi consensu Philosophi post Aristotelem, *lib. 3. moralium ad Nichomacum, cap. 1. & 2.* quem commemoraui supra num. 366. & Theologi post Magistrum sententiarum *in quart. distinct. 30.* Diuus Thomas *prima secundæ, quæst. 6. artic. 8.* Sanchez *de matrimonio, libr. 7. disputat. 18. ex num. 1.* Cardinal. Tuscus *litera C. conclusione 754.* & in proposito tradunt Marianus Socinus *in dicto cap. significasti, numer. 38. de foro compet.* Bartholomeus Socinus *regul. 265.* qui adijcit: *5. limitationes, alias litera I. regul. 38.* idem Card. Tuscus *litera P. conclus. 926. nu. 12. & 13.* Duenas *regul. 257.* Maranta *in praxi, quarta parte, dicta distinct. 12. nu. 21.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. cap. 23. nu. 13.* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. nu. 16. vers. tertiò limitatur*, Iulius Pacius *legum conciliatarum, d. cent. 1. ex tit. de iurisdictione, q. 59.* Barbosa *d. art. 3. ex nu. 21.* qui rectè extendit eandem conclusionem, vt similiter ac error, dubitatio prorogationem impediat, & vbi interuenit dubitatio excludatur consensus ad prorogationem necessarius, ex Bartolo, Baldo, Paulo: notat etiam Decianus *d. nu. 13.* Et procedit, siuè erret vtraque pars, siuè altera tantùm, siuè error contingat ante, siue post litem contestatam, siue sit error iuris, siuè facti, vt docet Glossa *in d. l. si per errorem, verb. qui errant*, Didacus Perez *in d. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamenti, col. 890. vers. error.* & Barbosa *ubi supra, d. art. 3. nu. 22. & 23.* quidquid contrarium de errore iuris sentiat Isernia *in constit. statuimus, in fine de offic. Magistr. Iustitiar.* & ibidem Afflictus *num. 44.* illum sequutus. Nam consensus, qui elicitur ex errore iuris, iuxta *l. non fatetur, ff. de confess.* est interpretatiuus, qui non satis est ad prorogationem, vt superius animaduerti num. 1000. Cæterum consensum, tum expressum, tùm præsumptum, & tacitum, tollit planè error iuris, & ex consequenti impedit prorogationem, Errorem autem, & ignorantiam in dubio præsumi, si quis in Iudicem non suum consentiat, notant Speculat. *lib. 2. tit. de compet. Iudic. addition. §. 1. num. 7. vers. sed nunquid*, Iaso *in d. l. si per errorem, num. 10.* Socinus *cons. 108. numer. 20. lib. 4.* Natta *cons. 82. numer. 12. & 13. lib. 1.* Menochius *de præsumptionibus, lib. 2. præsump. 19. num. 12.* Tuscus *liter. P. concl. 926. num. 14.* Gambara *cons. 77. num. 25.* quorum doctrinam examinat, declarat, & prosequitur Barbosa *d. art. 3. ex num. 26.* omninò videndus, & approbat Syntagma communium opinionum *lib. 3. tit. 11. num. 116.*

1014 Secundò, etiam consensum impedit violentia, & coactio, quæ eatenus impedimento est prorogationi. Quare si per vim, & metum, quis compellatur, aut in Iudicem consentire, aut actum facere, quo eius se iurisdictioni subijciat, nulla erit prorogatio, neque Iudex adquiret iurisdictionem aliquã in prorogantem. Ita probat textus *in l. 2. in princip. ff. de iudicijs, & in l. si qui ex consensu, 8. C. de Episcop. audient.* iuxta interpretationem, Gloss. ibi, *scho-*

lio

lio. vltima, & in l. 15. *tit.* 22. *p.* 3. ex quibus receptum est, metu irritari ipso iure prorogationē iurisdictioni. Notat Paulus *in l. in criminali, nu.* 7. *C. de iurisdict. omn. iudic.* Imola *in d. cap. P. & G. num.* 58. *de offic. deleg.* Rolandus à Valle *conf.* 2. *nu.* 85. *&* 86. *volum.* 1. *& conf.* 57. *ex nu.* 53. *vol.* 3. Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num.* 16. *vers. quintò principaliter limitatur*, Decianus *tract. crimin. libr.* 4. *cap.* 23. *num.* 14. Sarmiento *de redditib. ecclesiast.* 1. *par. cap.* 4. *num.* 8. Antonius Faber *in rationalibus ad l.* 2. *in princip. verb. viribus prætura compulsus, ff. de iudicijs*, Balthassar Mogollon *tract. de ijs, quæ vi, metusuè causa fiunt, cap.* 9. *num.* 18. Et cum regulare sit gesta per metum mero iure valere, tametsi rescindenda sint per restitutionem, seu actionem, quod metus causa, *l. si mulier,* 21. *§. si metu, ff. de eo, quod met. caus.* Sanchez *de matrimonio, libr.* 4. *disput.* 8. *ex num.* 4. qui refert omnes: tamen speciale esse in prorogandâ iurisdictione, vt prorogationem metus ipso iure nullam reddat, sensit Glossa prima circa finem *in cap. Abbas, 2. de ijs, quæ vi*, vbi Panormitanus *nu.* 12. *& in d. cap. P. & G. num.* 22. *in fine*, & ibi Imolam *nu.* 59. item Glossa *in d. l. si mulier*, 21. *§. si dos, verb. vlla esse, in fine scholij, & in l.* 1. *§. vltimo, in verb. non valet, ff. de auctor. tut.* Bartolus *in l.* 2. *ante num.* 1. *ff. de iud.* Baldus *in d. l. si quis ex consensu, num.* 7. Marianus *in d. cap. significasti, num.* 39. Barbosa *in l.* 1. *art.* 3. *nu.* 45. *ff. de iudic.* Et vniuersim si quis per metum alium in superiorem recognoscat, recognitionem ipso iure nullam esse, neque quæri iurisdictionem metum inferenti, sentit idem Bartolus *in tract. de tirania, num.* 14. Panormitanus *in cap. licet de vitanda,* 6. *num.* 12. *de elect. & conf.* 3. *n.* 3. *vers. videntur autem*, 2. *par.* conferunt, quæ tradit Decius *conf.* 690. *num.* 14. *cum seqq.*

1015 Vt verum fatear, communem istam sententiam non videtur nimis vrgenter probare textus *in d. l.* 2. *in princ. ff. de iudicijs*; cui facilè posset responderi, eum, de quo ibi, viribus præturæ compulsum pati, non agere, ac per consequens nullum in ea passione eius consensum intercessisse, siue tacitum, siuè expressum, ex quo etiam mero iure induci possit prorogatio. Ex actibus enim consistentibus in passione nullus inducitur consensus; notat Innocentius *in cap. olim,* 17. *nu.* 2. *de restitut. spoliator.* Antonius Butr ius *in cap. gratum,* 10. *num.* 21. *vers. nota limitationem, de offic. delegat.* Imola *ibidem. nu.* 16. Felynus *in cap. cum M. Ferrariensis,* 9. *numer.* 80. *in fin. de constitut.* At si fecisset aliquid, & consensisset, quamuis consensu coacto, valuisset saltem mero iure prorogatio, licet veniret rescindenda per actionem, quod metus causa, vt valet susceptio iudicij, ad quam Prætor compullerat, *in l. interdum, §. quod falsus auctor.* ad quam rescindendam restitutione opus fuit, atque ita nihil in hoc articulo reperiri speciale, aut extraordinarium, sed obseruandam esse communem regulam, vt valeant mero iure, quæ metu gesta sunt, iuxta textum *in d. l. si mulier, §. si metu.*

1016 Aliquid tamen dandum est communi persuasioni, cui tametsi aduersari videatur textus *in d. l.* 2. *in principio*, dum verbum, *resistere*, ibi positum, significat factam à Prætore vim aliqua expulsiuam, ablatiuam, aut inquietatiuam, quibus resisti solet, & qui resistit agit, qui verò vincitur, & patitur, nihil agit: atque ideo eas sustinet sine consensu aliquo ex parte sua, ex quo possit etiam mero iure inferri prorogatio; tamen idem textus eidem ex alia parte fauet, dum adiungit verbum, *viribus præturæ compulsus est*, quod significat vim compulsiuam, qua quis compellitur facere, quod spontè aliàs minimè esset facturus; significat igitur Vlpianus, metu præturæ compulsum eum, de quo agit, actum aliquem, tametsi coactum fecisse, quo consentire in Iudicem visus sit, quæ vis in alijs casibus regulariter locum facit actioni, quod metus causa, vt annotauit Menochius *in præludijs, de recuper. possess. num.* 41. Caballus *resolut. criminal. cent.* 1. *casu* 95. *num.* 10. *cum seqq.* in hoc verò speciali prorogationis de quo agimus, reddit actum merò iure nullum, iuxta communem interpretum placitum.

1017 Neque obstat textus *in d. l. interdum*, nam Glossa ibi. *verb. restitutio.* Respondet, rationem diuersitatis in illo casu esse, quod ibi agatur de Iudice suo proprio, & competenti illius, qui compulsus est, qui per iurisdictionem innatam, & propriam compullit; verum *in d. l.* 2. *ff. de iudic.* agitur de Iudice alieno, qui per metum, & compulsionem volebat iurisdictionem adquirere; quam solutionem Glossæ approbat Baldus *in d. l.* 2. *in princ.* 1. *lect. num.* 3. Albericus *nu.* 2. Angelus *num.* 2. Paulus *nu.* 8. Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num.* 16. *vers. redeundo* tametsi minus placeat Petro Barbosa *in d. art.* 3. *nu.* 49. qui tamen post *nu.* 57. *&* 58. vel inuitus descendit in eandem sententiam.

1018 Specialitatis autem rationem, cur in hoc casu metus ipso iure vitiet prorogationem, reddit Antonius Faber *in rationalibus, ad prædict. im l.* 2. quoniam quemadmodū res digna est Prætore, & alio quolibet Magistratu, propriam iurisdictionem tueri, ac pœnali quoque si opus sit iudicio defendere, *l.* 1. *ff. si quis iusdicen. non obtemper.* ita nihil indignius, quàm si aliquid per vim, aut iniuriam faciat, præsertim ad vindicandam sibi, & arrogandam iurisdictionem, quam nō habeat, cum ad eius officium maximè pertineat vim, & iniuriam, quæ ab alijs fiat coercere, *l. vltim. in fin. ff quod met. caus. l. non est singulis,* 176. *ff. de regul. iur.* potuit adiungere, *l. meminerint, C. vnde vi.* Quo eodē recurrit ratio, quā reddit Fortunius Garcia *tract. de vltimo fine iuris num.* 423. *&* 424. *tom.* 1. *tractat.* qui tamen præteritam suppleт. Nam cum hæc ratio solum procedat in casu, quo Iudex compellit litigantes, de quo, dumtaxat agit textus *in d. l.* 2. non verò vbi metus à priuato illatus est, quo compellatur litigans in Iudicem non suum consentire, addit ille etiam in hoc casu prorogatiorem nullam esse. Quoniam cum Prætor promittat se per metum gesta, rata non habiturum referens se ad iudicia, *l.* 1. *ff. quod met. caus.* idest ea, quæ inuenerit metu esse facta non obseruaturum, nec ex illis iudicium daturum, postulat recta ratio, vt si metus in ipsis iudicialibus inferatur, actus non valeat. Etenim si cęterorum metu gestorum Prætor cum ad iudicium acceditur nullam rationem habet; quæ ad iudiciū pertinent, si metus interueniat irritabuntur, quasi iudiciū, quod valida informat, in se liberius, & purius ab omni vi & metu esse debeat. Hæc ferè Fortunius *d. n.* 424. addit Barbosa *in d. art.* 3. *ex num.* 50. cum Iudex cogit prorogare litigantes iurisdictionem suam in effectu iubet se fieri Iudicem, quod lege Iulia de iudicijs erat prohibitum, *l. sed etsi in seruum,* 9. *§. si quis Iudex, ff. de recept. arbitr. l. Prætor,* 4. *ff. de offic. Prætor, leg. Præses,* 5. *ff. de offic. Præsid. l. Prætor,* 4. *ff. de tutor. & curator. datis ab his.* Cuius legis Iuliæ iudiciariæ meminerunt Gellius *libr.* 14. *noct. atticar. cap.* 2. Macrobius *lib.* 1. *saturnaliorum, cap.* 10. Duarenus *in tit. de iudicijs, sub. rubr. de varijs iudiciorum præceptis.* Cuiacius *ad l.* 1. *&* 2. *ff. de iudic.* & Caluinus *de legibus Romanis.* Lege autem prohibente nulla potest quæri iurisdictio metū inferenti, *l. non dubium, C. de legibus.* Imò vero etiam si non Iudex, sed alius metum inferat, quò in Iudicem consentiatur non valebit prorogatio, *l. si qui ex consensu*, iuncta Glossa vltima ibi *C. de Episcop. audient.* quoniam Iudex ipse, qui postea ratum habet

gentio, §. *si paciscar*, §. *& generaliter*, *in Vers. etsi stipulatio*, *ff. de pact. l. illud*, 5 *in princ. & in* §. 1 *ff. de pact. dotalib.* Cæteras rationes referunt Socinus, Decius, & Alciatus.

1023 Qui verò existimant prædictam *l. si conuenerit*, dumtaxat agere de conuentione pacto nudo facta, (quorum sententiam retuli supra num. 1010.) dicunt si pacto nudo de proroganda iurisdictione accedat confirmans stipulatio, vel vestimentum contractus cohærentis, teneri eum, qui voluntatem mutauerit ad interesse, ad quod petendum ex stipulatione, vel pacto vestito cohærentia contractus actio quæritur. Imò vero ex pacto nudo quæri exceptionem, tametsi actio non competat, *d. §. sed cum nulla*, quæ poterit etiam vtilis esse, vt expendit Barbosa *in d. l. 1. art. 3. ex numer. 95 ad 97 ff. de iudic.* & proinde partes tenebuntur stare conuentioni causatiuè, quamuis non præcisè. Ita sentiunt Bartolus *in d. l. si conuenerit, nu.* 4. Albericus *ante num.* 1. Baldus *in 2. lectur. nu.* 2. Angelus *nu.* 3. Paulus *nu.* 2. Fulgosius *num.* 11. Alexander *nu.* 3. Decius *nu.* 10. Ias. *num.* 27. Oroscius *num.* 2. *&* 6. Speculator *lib. 2. tit. de compet. Iudic. adit.* §. 1 *num.* 19. Butrius *in cap.* 1. *nu.* 37. Panormitanus *nu.* 20. Decius 1. *lectur. num.* 111. *&* 114. *in fine*, Ripa *nu.* 55. *de iudicijs*, Marianus *in d. cap. significasti*, *nu.* 46. *vers. tertia opinior de foro competent.* Guttierrez *de iurament. confirmat.* 1. *par. cap.* 28. *nu.* 4. Cartarius *decis.* 6. *num.* 7. *&* 8. Barbosa *d. artic.* 3. *ex nu.* 99. *& in l. hæres absens*, 19. §. *proinde*, *ex nu.* 48. *ff. de iudic.* Et probatur ex *l. diem proferre*, 27. § *final. ff. de recept. arbitr.* Deinde quoniam regulare est stipulationem valere, & à contractu non recedi inuito altero ex contrahentibus *l. sicut*, *C. de actio. & obligat. l. ex placito*, *C. de rer. permut.* in hoc autem casu nihil inuenitur speciale, quoniam *d. l. si conuenerit*, agit de pacto nudo, non de stipulatione, vt expendimus supra dicto numer. 110. Cæteras rationes referunt Doctores.

1024 Ex qua posteriori sententia infertur primò, cum de iure canonico ex pacto nudo oriatur actio, *capit.* 1 *de pactis*, idem quod dictum est de prorogatione iurisdictionis per stipulationem facta, vt ex ea possit agi ad interesse, si non impleatur, dicendum esse de progatione per nudum pactum, attento eodem iure canonico. Qua ratione iuxta idem ius Pontificium non habere locum, & limitandam esse, *d. l. si conuenerit*, tradunt Fulgosius *ad eam*, *num.* 15. *vers. vigesimasecunda*, Alexander *num.* 5. Decius *num.* 17. tametsi non firmiter, Socinus *num.* 24. *&* 25. Ias. *num.* 28. Oroscius *num.* 2. *&* 3. Marianus *in d. cap. significasti*, *nu.* 46. *vers. tertia opinio*, idem Decius *in cap.* 1. 1 *lect. nu.* 110. *&* 116. *de iudic.* Couarruuias *in capit. quamuis pactum*, 1. *par.* §. 4. *num.* 13. *de pactis in sexto*, & Guttierrez *de iurament. confirmat.* 1. *par. d. cap.* 28. *nu.* 5.

1025 Secundo infertur, idem prorsus ob similem rationem dicendum esse, attento iure Castellæ: nam cum eo iure ex nudo pacto detur actio, *l.* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *recopil.* non procedet iuxta illud decisio, *d. l. si conuenerit*, neque licebit impunè pœnitere post factam nudo pacto prorogationem, quin possit pars, cuius interierit, agere ad interesse, vel pœnam pacto contentam aduersus alteram, quæ pactum non seruauerit, vt obseruat, Oroscius *vbi supra*, *num.* 3. & Guttierrez *d. cap.* 28. *num.* 5.

1026 Si verò inter has oppositas sententias nostrum iudicium expectas, censemus vtramque esse satis verisimilem, & sustineri posse, & vtriusque fundamentis satisfaciunt ex vtraque parte Socinus, & Decius supra relati, qui vtramque sententiam probabilem iudicant, & ferè ad æquilibrium rem reducunt, nisi quod in priorem ego magis inclino.

1027 Retenta tamen posteriori sententiâ, quæ proculdubio est magis communis, an interesse commissum ob non impletam promissionem possit peti apud Iudicem prorogatum, à cuius iurisdictione per dissensum recessum est; disputant, & declarant Barbosa *in d. artic.* 3. *nu.* 103. *cum seqq.* qui post Gulielmum, Albericum, Iacobum, Antonium, Panormitanum, Imolam, Decium, & Antonium de Mattheis, affirmat, & Marianus *in d. cap. significasti*, *nu.* 46. *vers. sed circa prediSta*, Ripaq; *in cap.* 1 *nu.* 56. *de iudicijs*, qui negant verosimilius iudicio meo.

1028 Et an idem dicendum sit de pœna, quod de interesse dicitur, negat Barbosa *vbi supra*, *ex nu.* 109. reddens rationem discriminis.

1029 Ex prædictis colligitur primò, quid dicendum sit, vbi in contractu adijcitur pactum à contrahentibus, vel in instrumento clausula, quod reus possit vbicunque conueniri, vel vbicunque reperiatur conueniri, & an per hoc pactum, & clausulam censenda sit facta prorogatio efficax, & irreuocabilis iurisdictionis Iudicis loci, vbi reus inuentus fuerit, qui possit virtute eius de causa cognosceret, & non possit declinari. Et dicendum est ex hoc pacto vel clausula iudici mero iure prorogationem Iudicis cuiuscunque loci, vbi reus fuerit inuentus, & re vera reddi competentem, & legitimum, reuocabiliter tamen, nam ab ea prorogatione mutata voluntate, licet contrahentibus recedere antequam Iudex adeatur, vel antequam superaddatur aliquid, quo ipsi contrahentes Iudici se subijciant quo reddatur prorogatio efficax, & irreuocabilis iuxta textum *in d. l.* 1. *&* 2. *ff. de iudicijs.* Nam etiam si verbotenus dicant se subijcere, & submittere veni, vel omnibus Iudicibus, hæc verbalis subiectio, & extraiudicialis submissio, nihil aliud operatur, quam expressus in Iudicem consensus, à quo per pœnitentiam mutata volũtate receditur, & quo non obstante à Iudice opposita exceptione fori declinatoria discendi potest. Ita docent Bartolus *in l. non vtique*, 3. §. *si quis ita*, *nu.* 3. *ff. de eo quod certo loco*, *& in d. l. si conuenerit. nu.* 4. *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* vbi Fulgosius *num.* 11. Alexander *nu.* 17. Socinus *nu.* 15. Romanus *nu.* 2. Ias. *nu.* 36. *&* 37. Decius *num.* 29. 30. *&* 31. Oroscius *nu.* 6. Angelus *in l. cum res.* 49. *nu.* 2. *ff. de legat.* 1. Marianus Socinus *in cap. dilecti*, *num.* 30. *de foro competenti*, idem Decius *in cap.* 1. 1 *lectur. num.* 169. Ripa *ibi nu.* 73. *de iudicijs*, Speculator *lib.* 2. *tit. de compet. Iudic. adition.* §. 1 *nu.* 18. *&* 19. vbi Io. Andreas *ad verbum*, *Bononia*, *& nu.* 20. *in fine*, *& nu.* 21. Baldus ibidem *in additionibus*, *vers. sub tribus modis*, Cartarius *decis.* 6. *num.* 5. Gratianus *decis.* 180. *in additione*, *nu.* 9. *&* 10. Minsingerius *singular. obseruation. centur.* 1. *obseruat.* 88. *num.* 1. *&* 2. Rodericus Suarez *in l. post rem*, *ff. de re iudicat. in declaratione l. Regni*, §. *circa Iudicem*, *seù quæstione* 5. *nu.* 18. Cardin. Tuscus *liter. C. conclus.* 294. *ex num.* 15. *& liter. F. conclus.* 437 *numer.* 8. *&* 9. *& conclus.* 438. *num.* 5. Peregrinus *de fideicommissis*, *artic.* 53. *num.* 4. Federicus Martini *de iure censuum*, *capit.* 6. *ex num.* 320. *ad* 322. *& num.* 332. Riccius *collect.* 750.

1030 Secundo colligitur, quid dicendum sit, cum quis adijcit instrumento clausulam, vel contractui pactum, quo promittat se responsurum coram quocunque Iudice, & in quocunque loco, quem actor elegerit. Nam si dicat simpliciter, *respondere*, vt significet idem quod litigare, idem dicendum erit de hoc pacto, quod de præcedenti, cum verba idem prorsus significent, & pactum sit in substantia idem, notat Barbosa *in d. l.* 1. *artic.* 3. *ex num.* 229. *ff. de iudicijs*, cum alijs, quos refert. Si verò dicat, se responsurum de pecunia, quod verbum indicat obligare

se

se contrahentem ad solutionem, & eo sensu accipi verbum, *respondere*, animaduertit Paulus *in dicta leg. si conuenerit, num.* 5. Socinus *num.* 15. *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Decius *in l. si quis in conscribendo, num.* 22. *C. de pactis.* Felynus *in cap.* 1. *num.* 7. *de iudicijs*, Barbosa latè *in d. l.* 1. *art.* 3. *ex num.* 227. *ad finem articuli, ff. de iudicijs*, vel alijs indicijs colligitur verbum *respondere*, accipi pro soluere, seù satisfacere; idem dicendum erit, quod de promissione de soluendo vbique locorum, & solutione destinata in omnia loca, diximus latè agentes supra quæst. 4. ex nu. 253. atque ad hunc locum, qua ex parte ad eum pertinet, reseruauimus num. 258.

1031 Tertiò tandem colligitur decisionem *d. l. si conuenerit*, quæ loquitur in casu pacti nudi, extendendam, & ampliandam esse ad casum pacti cohærentia contractus vestiti vel stipulationis contractæ, vt istis etiam casibus, tametsi prorogatio mero iure valeat, dùm prorogantium voluntas eadem perseuerauerit, atque item fortassis valeat; vt committi possit stipulatio ad interesse, si non impleatur; nihilominùs possint partes mutata voluntate Iudicem, in quem consenserunt, declinare, forique præscriptionem, seù exceptionem declinatoriam opponere, & prorogationem retractare.

1032 Hæc tamen conclusio, seù decisio *d. leg. si conuenerit*, primò, limitanda est, si consensui in Iudicem seù prorogationi adhibeatur iuramentum nam eo adhibito prorogatio redditur efficax, & irreuocabilis, & nō poterit iurās à conuētione recedere. Ita sentiunt Ancharanus *cons.* 192. *in auxilium veritatis, num.* 4. *vers. dixi tertiò, & num.* 5. Felynus *in cap.* 1, *num.* 6. Decius *ibi* 1. *lect. nu.* 127. *cum seqq.* Ripa *ex nu.* 57. Alciatus *nu.* 30. *de iudicijs*, Angelus *in d. l. si conuenerit, num.* 1. Paulus *nu.* 2. Alexander *nu.* 2. Fulgosius *nu.* 12. Decius *ex nu.* 3. Socinus *nu.* 7. Iaso *nu.* 6. Oroscius *nu.* 8. Guido Papæ *decis.* 77. Franciscus Marcus *decis.* 276. *nu.* 5. *par.* 1. Couarruuias *in cap. quamuis pact.* 1. *par.* §. 4. *num.* 12. *cum seqq. de pact. in* 6. *& in practic. cap.* 10. *num.* 6. Ant. Gabriel *lib.* 2. *communium, tit. de iureiurando, concl.* 9. *num.* 12. Guttierrez *de iuram. confirm.* 3. *par. cap.* 16. *num.* 5. *&* 6. *&* 1. *par. cap.* 28. *nu.* 9. Ant. de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num.* 12. *vers. dùm secundò.* Natta *cons.* 426. *nu.* 23. *tom.* 2. Fachineus *lib.* 1. *controuersiarum, cap.* 61. Seraphinus *de priuilegijs iuramenti, priuileg.* 74. *ex num.* 165. *ad nu.* 194. vbi rem ex professo copiosissimè, & doctissimè disputat, vt ferè nihil addi possit, & tandem dicit hanc sententiam magis communem, & veriorem, Benehendorfius ad eundem Seraphinum *priuileg.* 105. *num.* 3. Et eandem sententiam, vt sibi consentiant, amplexuri sunt quicunque credunt rationem decidendi *in d. l. si conuenerit*, consistere in eo quòd agatur in illa de pacto nudo, nō de pacto stipulatione vallato, vel vestito coherentia contractus: quippè cùm iuramentum fortius confirmet pactum quam stipulatio, cùm ex iuramento compellatur quis præcisè facere, vt notat Decius *in cap.* 1. 1. *lect. nu.* 128. *de iudicijs*; & Antonius Gabriel qui quamplurimos refert *lib.* 2. *communium, tit. de iureiurando, conclus.* 8. Seraphinus *dicto priuil.* 74. *nu.* 2. Guttierez *de iurament. confirmat.* 1. *par. cap.* 39. *ex num.* 6. quod stipulatione non fit, *l. stipulationes non diuiduntur*, 72. §. *Celsus, ff. de verbor. obligat.* & tradunt præter Doctores ibi, supra dicti locis citatis. Ratio limitationis est, quia cùm iuramentū seruari potest, sine dispēdio salutis æterne, vt in hoc casu contingit, præcisè seruandum est, *cap. cum contingat, de iureiurando.* Secundò, quoniam interueniente iuramento partes non possunt à conuentione recedere, sed cogendæ sunt illam præcisè adimplere, iuxta glossam receptam *in l. si pecuniam*, 5. *in principio, verb. nec esse habeat, ff. de condictione causa da*[ta], quam singularem dicit Iaso *in* §. *actionum, numer.* 47. *instit. de action.* & doctrinam nuper relatam.

1033 Contrariam tamen sententiā huic primæ limitationi, quinimo etiam si conuentioni de prorogranda iurisdictione, & consensui de Iudice, adhibeatur iuramentum, nihilominùs posse ab eis recedi pœnitentia litigatorum, seù alterius eorum, amplexi sunt Antonius Butrius *in cap.* 1. *num.* 40. & ibi Panormitanus *num.* 22. *de iudicijs* Romanus *in d. l. si conuenerit, nu.* 2. Alciatus *in l. si quis in conscribendo, num.* 9. *C. de pactis*, Natta *consil.* 381. *num.* 5. *tom.* 2. In quam satis inclinant Decius, & Seraphinus, relati pro priori sententia. Probatur ex eo, quoniam iuramentum sortitur naturam actus, cui adhæret. Ergo si actus, cui iuramentum adhibetur, natura sua est reuocabilis, per iuramentum non efficietur irreuocabilis, vt in genere de actu reuocabili loquentes tradunt idem Decius *in dicta l. si conuenerit, num.* 4. Iaso *num.* 5. Seraphinus *dicto priuilegio* 74. *num.* 192. *versicul. quartò allegatur*, Natta *consil.* 607. *numer.* 2. *tomo tertio*, in specie autem de testamento iurato, Couarruuias *in rubrica de testamenti*, 2. *part. nu.* 44. Menchaca *de successionibus, tomo primo, libr.* 3. §. 29. *num.* 26. *& tomo tertio lib.* 1. §. 1. *num.* 1, *cum sequentibus.* Guttierez *de iurament. confirmator.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 2. *versic. secunda opinio*, de donatione causa mortis, idem Couarruuias *dicto num.* 44. Guttiertez *de iurament. confirmat.* 1. *par. cap.* 12. *nu.* 9. Seraphinus *priuileg.* 71. *num.* 48. Menchaca *de successionibus, tom.* 1. *lib.* 2. §. 15. *num.* 102. *&* 103. Molina *de primogen. libr.* 4. *cap.* 2. *num.* 40. *&* 45. Natta *dicto consil.* 607. *tom.* 3. de maioratu iurato, idem Molina *dicto cap.* 2. *num.* 56. *&* 57. de statutis iuratis, idem Guttierez post multos, quos allegat, *de iurament. confirmat.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 4. Cùm igitur consensus in Iudicem, & conuētio de illius iurisdictione proroganda natura sua sit reuocabilis, etiam si iuramentum accedat manebit reuocabilis. Huic sententiæ adstipulatur etiam ratio decidendi prior quam prædictæ *l. si conuenerit*, assignare multos dixi supra numer. 1007. quòd videlicèt conuentio de qua ibi, versetur circa iurisdictionem, quæ publici iuris est, & habet retractabilitatem, magis ex materia, in qua versatur quam ex forma, & quia sit pactum nudum, cum idem dicendum foret, etiam si conuentio illa per stipulationem fieret. Rationes tām pro hac sententia, quàm pro contraria expendunt Decius, & Seraphinus supra citati, & illis satisfaciunt, & vtramque est satis probabilis.

1034 Quidam sunt, qui inter has sententias media via incedendum credunt: nam præsupponentes ex consensu solo iurisdictionem non prorogari, nisi accedat aliquis actus, quo se litigatores Iudici subijciant, existimant ex iuramento consensui adhibito, non fieri quoque prorogationem irreuocabilem. Quoniam per iuramentum litigatores non se magis subijciunt Iudici, quàm per consensum; ac per consequens sicut per consensum nudum litigatorum non adquiritur Iudici iurisdictio, ita neque per iuramentum adquiritur eidem irreuocabiliter iurisdictio: nihilominùs ob iuramenti reuerentiam compellendos, qui iurauerint proroganda iurisdictione stare conuentioni eamq; præcisè adimplere. Ita sentit Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 3. *ex num.* 115. *ff. de iudicijs*, & eius fundamento apertè fauet Panormitanus *in dicto capit.* 1. *numer.* 18. *de iudicijs*, & Imola *in cap. significantibus, num.* 25. *de offic. delegat.*

1035 Verùm non placet hoc diuerticulum: nam existimo præsuppositum esse falsum, videlicèt, non fieri proroga-

rogationem mero iure ex solo partium consensu antequã per actum aliquem se Iudici subijciant. Quoniam submissio, & subiectio Iudici facta, eum effectum habet, vt pœnitentia non admittatur, & prorogatio reddatur irreuocabilis, quæ solo consensu ipso iure facta fuerat, tametsi reuocabiliter; non vt prorogatio fiat, vt notaui supra nu. 1003. cum sequenti. Quare qui sibi persuaserint conuentionem super iurisdictione proroganda non esse natura sua retractabilem; sed reuocabilitatem eius oriri, ex eo, quod fiat pacto nudo dicturi sunt consequenter ex iuramento adhibito conuentionem fieri irreuocabilem, & pœnitentiam non esse admittendam in prorogatione ex pacto iurato facta cui compellendi sunt litigatores præcisè stare, ac proinde deinceps excludendi sunt à declinatoria.

1036 Limita secundò decisionem *d.l. si conuenerit*, vt non procedat si quis se obliget ad prorogandum seù consentiendum in Iudicẽ per instrumentum guarentigiatũ: nam tenebitur præcisè stare contractui, neque tunc admittetur pœnitentia. Ita sentiunt Decius *in cap.1. 1 lect. nu.* 158. *&* 129. *de iudicijs*, Io. Bernardus Diaz *regul.642. fallent.* 12. Antonius de Matheis *de prorogatione iurisdictionis, num.12. vers. dum secundo loco dixit*. Ratio limitationis est, quia obligatio guarentigia æquiparatur sententiæ obtinenti auctoritatem rei iudicatæ, vt notat Benedictus de Barzis *tractat. de guarentigia, 2. par. principali, q.* 2. & obligatus ex illa ad factum, quemadmodum ex sententia, tenetur præcisè facere, nec liberatur soluẽdo interesse, vt notant Baldus *in l. vnica, num.62. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest*, Decius *vbi supra, d. nu.* 129. Parladorius *lib.1. rerum quotidianarum, cap.6. §.2. nu.8.* atque fortassis in eum sensum accipiendi sunt, Couarruuias *in d. cap. quamuis pactum, 1. p. §.4. n.13.* & Guttierez eum sequutus *de iurament. confirmat. 1. par. cap.28. num.10.* dùm asserunt in praxi admittendam non fore responsionem Iurisconsulti *in d.l. si conuenerit*, si quis post pactum prorogãdæ iurisdictionis alicuius Iudicis, quæ prorogari potuisset, etiam ante litem contestatam pœniteret; ideò fortassis, quod in Hispania id effici soleat in instrumentis publicis, & guarentigijs, alioqui contra aperta iura loquuturi.

1037 Limita tertiò, vt non admittatur pœnitentia iurisdictionem prorogantium, si renunciatum fuerit, *d.l. si conuenerit*, cuius renunciatio in istrumentis tabellionum vulgatissima est, præsertim in Castella, vt apud Monterosum *in practica, tract.7. titul. declaracion, y practica, de las fuerzas, de las obligaciones, y contratos, y porque se llaman guarentigias*. Etenim iuri suo cuiliber licitum est renunciare, *l. si quis in conscribendo, penultima, C. pactis*. Hanc limitationem tradit Albericus *in d.l. si conuenerit. num.5. & 6.* Decius *nu.15. in fin.* Oroscius *nu.9.* idem Decius *in cap.1. 1 lect. num.142. de iudicijs*, Guttierrez *de iurament. confirmat. 1. par. cap.28. num.6.* Duarenus *in tit. de iurisdictione, cap.6. vers. septimò Magistratus*, Sintagma communium *lib. 3. tit.11. nu.110.* Guido Papæ *decis. 77. num.2.*

1038 Sed subsistendum est, quoniam contrariam huic limitationi sententiam, quinimo non posse renunciari prædictæ *leg. si conuenerit*, & ex consequenti renunciationem eius nullius momenti esse, neque vllum effectum habere docuit Baldus *in d. cap. P. & G. nu.16. de offic. delegat.* ex eo, quod in ea lege contineatur ius publicum pactis priuatorum non subditum. Quam eandem sequuntur Decius *in d.l. si quis in conscribendo, 29. nu. 19. cum seqq.* Alciatus ibidem *ex nu.5.* & proprie *nu.7. C. de pactis*, Ias. *in d. leg. si conuenerit, nu.25.* & ibi idem Decius *nu. 15. & 16. & in cap.1. 1 lect. nu.140. & 142. de iudicijs*, Barbosa *in d.l. 1. tr. art.3. nu.98. ff. de iudicijs*. Et vrgentissimè probatur, quoniam decisio *d.l. si conuenerit*, aut nititur ei fundamento, quòd in conuentione, de qua ibi, versatur ius publicum, cui pactis priuatorum, neque renunciari, neque præiudicari potest, vt dicebat Bal. paulò ante relatus; aut potius ei, quòd ex pacto nudo non detur actio, vt expendebã superius n.1010. At priuati neque consensu, neque pacto, neque renunciatione sua efficere possunt, vt ex pacto nudo detur actio, vt pluribus prosequitur Hieronymus Butigella *in repetit. rubr. ff. de verbor. obligat. ex nu.23.* & Decius *in d.l. si quis in conscribendo, nu.19. in fine*, Alciatus ibi *num.52.* quemadmodum neque possunt efficere, vt in contractibus innominatis non detur pœnitentia, idem Decius *nu.20.* & Alciatus *ibidem nu.53.* neque item possunt efficere, vt ex pacto citra traditionem trãsferatur dominium, *l. non statim, 8. ff. de pecul. l. traditionibus, C. de pactis*; neque item possunt immutare in alijs articulis iuris generales dispositiones, & statuta. Ergo renunciari non potest dispositioni *l. si conuenerit*, & si renunciatum fuerit, nihilominùs integer manebit illius effectus, vt quoniam ex pacto nudo actio non datur, possit ab eo recedi.

1039 Neq; satisfaciet, qui dixerit, ideò valere reuocationem *d.l. si conuenerit*, quòd in ea contineatur pactum geminatum: alterum videlicèt conuentionis consensus in Iudicem, alterum renunciationis pœnitentiæ, quæ stante sola prima conuentione locum erat habitura, ex qua geminatione nudorum pactorum poterit dari actio, vt vniuersim de pacto geminato docent Raphael Cumanus *in rubr. nu.8. ff. de verbor. obligat.* & ibidem Alexander *nu.15.* Alciatus *in 2. lect. nu. 20.* Hieronymus Verius *in repetit. eiusdem rubrica, ex num. 113. ad 136.* latissimè examinans, Matthesilanus *singul. 36.* quia voluntas geminata, & reiterata arguit maiorem deliberationem; quo pacto geminato interposito, & orta ex eo actione, locum habere non poterit decisio *d.l. si conuenerit*, cuius ratio non est alia, nisi quod ex pacto nudo non detur actio.

1040 Nõ inquam satisfacit, primò quoniam verior est opinio contraria, videlicet ex pacto geminato actionem non dari, quam tuentur Decius *in l. legem, 10. ex nu.9. C. de pactis*, Ias. *in rubr. nu.11. & 12. ff. de verbor. obligat.* Ripa ibi *nu.3.* Hieronymus Buttigella *in repet. eiusdem rubricæ, ex nu.23.* latè, & benè, Baldus Nouellus ibidem *num.46.* Io. Crottus *nu.6. cum seqq.* Bulgarinus *ex nu.10.* Lancellotus Galiaula *ex num. 78.* Iacobus de Nigris *ex num. 41.* Beringutius *circa finem repetitionis, §. & licet Decius*, & insignis præceptor meus Franciscus Caldera *in eadem rubrica num.27.* Secundò, quoniam tametsi daremus ex pacto geminato oriri actionem, illud tunc contingeret ex communi sententia id asserentium, quando adijcitur ex interuallo, secus si in continenti adhibetur. Quare cum in casu, de quo agimus, statim adijciatur renunciatio prædictæ *leg. si conuenerit*, post consensum in Iudicem, nihil operari poterit iuxta concordem omnium sententiam. Tertiò, quoniam tametsi pactum geminatum valeret ad producendam actionem, tamen cum ex illo non resultet altera obligatio, quàm obligatio facti, cum plurimùm pacta geminata obligabũt ad interesse pactis nõ impletis non tamen fiet illis, vt quis maneat præcisè obligatus ad factum. Quòd si litigator, qui se responsurum coram aliquo Iudice promiserit, etiam interposita renunciatione *d.l. si conuenerit*, non est ad hoc factum præcisè obligatus, poterit factũ non implere, & soluto interesse reddibit ad declinatoriam, vt dixi supra num. 1021. continget, cum in prædicta conuentione interponitur stipulatio.

1041 Ex

1041 Ex quo facilè satisfit fundamento prædictæ limitationis ex eadem doctrina Baldi, & aliorum. nam *in d.l.si conuenerit*, non continetur ius priuatum; cui quis renunciare possit, iuxta *d.l.si quis in conscribendo, C. de pact.* sed ius publicum, cui priuatorum pactis non derogatur, *leg. ius publicum, 38. ff. de pactis, capit. si diligenti, 12. de foro competenti*, cùm agatur de proroganda iurisdictione, & Iudice constituendo, quæ prorogatio eam habet à iure naturam, vt antequàm Iudex adeatur, possit pœnitentia, & mutatione voluntatis reuocari. Neque ius huic consensui vllam vim voluit tribuere, ad compellendum paciscentes ei stare, nisi vterque eorum in eadem voluntate perseuerauerit, & se Iudici protogato subiecerit, vt planè dicitur *in d.l.si conuenerit, iuncta l.1. ff. de iudic.* Ita fit, vt *prædicta l.si conuenerit*, non fuerit correcta *ex d.l. si quis in conscribendo*, vt Duarenus ante relatus autumat: loquuntor enim de casibus diuersis.

1042 Sed adhùc Decius *in d.l.si conuenerit, nu. 15. in fine, & in cap. 1. lectur. nu. 142. de iudicijs* conatus conciliare prædictam tertiam limitationem cum Baldi sententia, sic eam explicat, vt quatenus prædicta *l.si conuenerit*, continet priuatum commodum paciscentis, cui permittitur pœnitentia post consensum, si paciscens permissa pœnitentia non vtatur, renunciare possit fauori suo; secus erit si dicat, quod in casu *leg. si conuenerit*, non habeat locum pœnitentia, quia eo modo renunciatio facta non valeret: nam quòd quis obligetur ex contractu, & quatenùs obligetur, pendet à potestate legis, non à voluntate hominis. Quod planiùs dixisset, facto posse renunciari prædictæ *l.si conuenerit*, non verbo.

1043 Verùm cur si potest quis pœnitentia non vtens renũciare fauori suo contento in prædicta *l.si conuenerit*, non possit etiam à principio renunciare, & non secus verbo, quam facto, quiuis actus fieri possit, *l. de quibus, ff. de legibus*, hoc Decius non explicat. Imò verò *in d. cap. 1. n. 142.* se inuoluit, dùm distinguit duos casus sub eisdem ferè verbis & in primo concedit renunciationem, in secundo negat, cùm tamen vnus non videatur ab altero differre, & res est satis inuoluta.

1044 Sed re attentius perspecta responderi potest, eum, qui ex facto pœnitentia non vtitur, re vera adijcere priori consensui id, quod ius requirit ad faciendam prorogationem irreuocabilem, quod non facit, qui verbotenus renunciat. Nam qui pęnitentia non vtitur, quid aliud facit, quam pati conueniri se coram Iudice omissa declinatoris non discedens à priori consensu, nec voluntatem mutans ante Iudicis additionem, quod licebat? Ergo se Iudici subijcit, qui postquàm aditus est ante mutationem voluntatis consentientium in eum, deinceps non potest declinari, neque iudicium eius subterfugi. Qui verò solis verbis pęnitentiæ renunciat, nihil magis facit, quò se Iudici subijciat, quod necessarium est ad prorogationem irreuocabilem reddendam, quàm priùs per consensum fecerat. Quare pęnitentiam in eo casu à lege permissam, à se non abijcit, neque effectus huius renunciationis dari potest, qui non sit contra ipsius iuris dispositionem, quod constitutionem Iudicis priuatorum pactis subijcere noluit. Sæpè autem accidit, vt quis facto sibi præiudicet, & iuri suo renunciet; non possit autem pacto id efficere, vt docet Io. Andreas. *in cap. si diligenti, 12. n. 6. de foro competent.* vbi Antonius Butrius *nu. 19.* Marianus Socinus *num. 18.* nam minor potest suo facto restitutioni in integrum renunciare, ea non vtens. *l. si Iudex. 42. ff. de minor.* non tamen potest pacto tollere sibi potestatem restitutionis petendæ. Alios casus similes retulit Glossa *in cap. inolita. 42. verb. Pontifice, 11. quæst. 1.* & ille ab illa omissus est satis ad rem. Peccator, quiuis si moriatur impenitens potest renunciare remedio pœnitentię, quę ad remissionem peccatorum à Deo prouisa est; verùm si pacisceretor etiam cum Diabolo se pęnitentia nõ vsurum, aut moriturum se impenitentem, pactum non valeret, quo renunciaret pęnitentiæ, & ab illa non maneret exclusus.

1045 Ego quidem, dùm hactenus tradita à Doctoribus circa prædictam limitationem mihi non satisfaciunt, quę sinuosam continent materiam, varijsque nodis implicatam, à nullo huc vsque benè dissolutis, ex quamplutimis, qui commentarijs suis prosequuti sunt dictam *leg. si conuenerit*, vt indicat varietas eorundem, quorum sententias retulit Nicolaus Genoa *in conciliatione legum, ad l. si quis in conscribendo, C. de pactis*, multa meditatus, inuenio pleraque non animaduersa, aut non intellecta, aut à nemine bene explicata. Primò, certissimè credendum est (quod nemo quem viderim explicuit) renunciationem, *l.si conuenerit*, & renunciationem fori, seu renunciationẽ exceptionis fori declinatoriæ, vel fori, idem prorsus esse, vnamq; & eandem renunciationem diuersis verbis conceptam. Quid enim aliud est fori renunciatio quam renunciatio exceptionis declinatoriæ, qua quis paciscitor se non vsurum exceptione declinatoria, sed passurum se conueniri coram aliquo Iudice non opposita exceptione declinatoria, neque mutatorum eam voluntatem, qua in Iudicem consensit? Quod expressis verbis docuit apud nos Hispanos, *l. 70. tit. 18. par. 3.* dùm formans instrumentum mutui, adijcit subsequentem clausulam: *E otro si le otorgo, e le prometio, que le pagaria aquellos dineros do quier que gelos demandase, e que non pornia ante si defension ninguna, e senaladamente aquella, que el lugar, do gelos demandase, no era de su fuero.* Ecce renunciationem fori. At quid aliud est renunciatio, *l.si conuenerit*? In ea statuitur, vt postquam quis in Iudicem consensit, ante quam eum adeat: possit mutare voluntatem, & forum declinare: planè, qui huic fauori renunciat, exceptioni fori renunciat; & si vna, & eadem est renunciatio, de vtraque idem debet esse ius, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio, 108. ff. de verb. obligat. § si igitur iussu, institut. quod cum eo*: non enim debet vna, & eadem res diuerso iure censeri, *l. eum, qui ædes, ff. de vsucap. cap. cum in tua, de decimis*.

1046 Ex quo infertur primò, quæmadmodum *d.l.si conuenerit*, non potest renunciari renunciatione generali, neque intelligitur compræhensa in renunciatione generali, sed necessarium est, vt illi renuncietur in specie, vt docet Albericus *in eadem l.si conuenerit, nu. 5. & 6.* ita exceptioni fori nunqoam intelligi renunciatum per renunciationem generalem, sed opus esse, vt illi renuncietur in specie, & expresè, vt docet Aretinus *in § idem iuris est, num. 47. institut. de exception.* Iaso *in dict. leg. si conuenerit, num. 25.* Decius *in cap. 1. 2. lect. num. 65. de iudicijs*, Auiles *in cap. 27. Prætorum, verb. entreguen. num. 20.* & probat textus *in leg. 1.* vbi notat Glossa *verb. specialiter, ff. si quis in ius vocat. non ier.* eamque significat planè textus *in d.l. 70. tit. 18. p. 3.* ibi *E senaladamente aquella*.

1047 Secundò infertur, quod attinet ad hanc renunciationem fori, & *d. l. si conuenerit*, reincidere difficultates supra tactas circa consensum in Iudicem: nam renunciatio ista fori, & *l. conuenerit*, institutæ sont ad conualidandum, & confirmandom consensum in Iudicem semel præstitum. Igitur spectandum est, an iste renunciationes fiant per pactum nudum, vt censeatur pactum nudum renunciationis, additum pacto nudo consensus; an vero fiant

per

per pactum nudum, vt censeatur pactum nudum renunciationis, additum pacto nudo consensus: an verò fiat per stipulationem. Item an adhibeatur renunciationi iuramentum, vel fiat in instrumēto guarentigio: his enim spectatis poterit definiri, an renunciationi præcisè sit standum, an causatiuè ob pœnā, & interesse, an impunè possit ab ea recedi, eodem prorsus modo, quo supra definita sunt illa omnia circa consensum in Iudicem. Quam animaduersionem video à Doctoribus prætermissam.

1048 Tertiò infertur, cùm ex renunciatione ista fori, & *l. si conuenerit*, redundet geminatum pactum, considerandum esse, an renunciatio fiat in continenti post consensum, an ex interuallo. Effectus enim erit, quòd primo casu, censebitur inefficax, & nullius effectus ex communi omnium sententia; secundò verò, ex multorum sententia danda erit illi efficacia stipulationis, quemadmodum illam habet pactum nudum geminatum, vt dicebam superiùs nu. 1039. & 1040. quod item video prætermissum.

1049 Quartò infertur renunciationem fori, & *l. si conuenerit*, eatenùs valere quatenùs valet consensum in Iudicem; videlicet vt legitimentur omnia acta ante pœnitentiam, seu mutationem voluntatis, vt dixi supra num. 1003. & 1004. non verò valere, aut eum habere effectum, vt excludatur pœnitentia, & præcludatur via exceptioni fori, si litigator antequam Iudici se subijciat, & patiatur se conueniri, voluntatem mutet, & Iudicem declinare velit; poterit enim non obstante renunciatione id efficere, & ita explicandus est Baldus, & cæteri Doctores eum sequuti, quos retuli num. 1038. & id expressim tradit Gutierez *de iurament. confirmat. 1. par. d. cap. 28. num. 1.* Probaturque argumento ineuitabili ducto à communi, & vera Doctorum resolutione, de qua supra num. 1029. & 1030. nam cùm quis facit pactum generalis submissionis, & cōsensus in omnes vniuersim Iudices adiecta clausula, vt possit vbilibet conueniri, vel promittit se vbicunque cōueniatur responsurum, non obstante hac clausula, vel pacto, interposita etiam fori renunciatione, quæ nihil supperaddit nisi consensum reiteratum, & magis explicitum; poterit nihilominùs fori declinatoriā obijcere, & à priori voluntate recedere. Quod expressius omnibus tradit Minsingerius *singular. obseruat. cent. 1. obseruat.* 88. Gratianus *decis.* 480. *in additione, num. 9.* Rodericus Suarez *in l. post rem, in declaratione legis Regni, quæst. 5. num.* 20. Caualcanus *decis. 1. num. 8. 1. par.* & Federicus Martini *de iure censuum, cap. 6. num.* 332. Ergo simili modo contingit in consensu speciali in particularem Iudicem, adiecta eadē renunciatione declinatoriæ, vt si pœnitentia ductus litigator voluntatem mutet; possit nihilominùs declinatoriam proponere, non obstante renunciatione, quemadmodum nō obstante priori consensu, nam ab vtroque æquè poterit recedere. Consequentia probatur, quoniam tantundem operatur dispositio generalis quòad omnia, quantum specifica quòad singula, *leg. si duo, in fine*, vbi Glossa vltima *ff. de administr. tut.* Ant. Gomez *tom. 3. variarum, cap. 7.* Pacladorius *libr. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 1. nu. 18.* Pelaez *de maiorat. 1. part q. 1. in antiquis, num. 31. in nouis, num. 89.*

1050 Quintò adijciendum est, pro perfecta explicatione prædictæ tertiæ limitationis, & concordia eius cum sententia Baldi commemorata, distinguendos esse duos casus in quibus fieri solet renunciatio fori, aut prædictæ *l. si conuenerit.* Primus, quando renunciatur exceptioni fori, aut *l. si conuenerit*, ad corroborandam iurisdictionem Iudicis non alioqui competenti, quàm ex consensu, & prorogatione paciscentium. In quo siue consensus sit generalis in omnes Iudices, siue specialis in aliquem, valet quidem mero iure renunciatio, verùm mutata voluntate inefficax redditur, & reuocatur, tam consensus, quàm renunciatio, vt ex communi sententia dixi numero præcedenti, & ita accipienda est sententia Baldi, & aliorum quos retuli num. 1038. & eatenùs est vera.

1051 Secundus casus est, cùm fit renunciatio exceptionis fori ad corroborandam iurisdictionem Iudicis iure communi competētis ex alio capite, quàm ex prorogatione. Exempli causa, si paciscatur quis cum aduersario promittens se responsurum, aut passurum se conueniri coram Iudicibus, domicilij, originis, rei, sitæ contractus, vel destinatæ solutionis vel competenti sibi, vt hæredi, vel priuilegij, vel delicti; apud quos, iuxta hactenus dicta quæst. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. quis forum sortitur; & addijciat renunciationem *d. l. si conuenerit*, & fori, seu exceptionis declinatoriæ sibi quomodolibet competentis, vel iure communi, aut ex speciali priuilegio, vt competit Scholari, Curiali, & similibus, quod re vera est pactum de non declinando Iudice, magis quàm de prorogando: & hoc casu concors est ferè omnium Doctorum sententia, renunciationem valere ab initio efficaciter, vt non sit locus pœnitentiæ, aut mutationi voluntatis, etiam antequàm Iudex adeatur, & ab ea recedi non possit quominùs qui in Iudicem consensit renunciato foro possit apud eundem conueniri; quo sensu accipienda est prædicta tertia limitatio, & eatenùs est vera, & amplectanda. Quæ sententia probatur *ex l. si quis in conscribendo, C. de pactis, & in cap. 1. de iudicijs*, quæ in eum sensum accipiuntur à Doctoribus, & approbatur apud nos Hispanos *in d. l. 20. tit. 21. lib. 4. recopilat.* cuius occasione hæc scripsimus; fuit autem sententia Glossæ *in l. 1. scholio vltimo, si quis in ius vocat. non ier. & in dict. l. si conuener. schol. vltim. ff. de iurisd. omn. Iudic.* quam sequitur Bartolus *ibidem num. 4.* Baldus *in 1. lect. numer. 3. & in 2. lect. num. 2.* Albericus *num. 1.* Paulus *num. 5.* Angelus *nu. 1.* Fulgosius *num. 11. & num. 15. vers. decimaquinta limitatio, & vers. vigesimaprima*, Romanus *num. 2.* Socinus *num. 14. 15. & 16.* Alexander *nu. 8. 9. & seqq.* Iaso *num. 29. & 35. cum seqq.* Decius *nu. 23. & num. 29.* idem Baldus *in l. si quis in conscribendo, 29. num. 2. C. de pactis*, idem Decius *in cap. 1. 1. lect. nu. 100. & ex num. 149. de iudicijs* vbi Ripa *nu. 65.* Alciatus *num. 31.* idem Romanus *singul. 283.* item Alexander *in addition. 1. ad Bartolum in l. 1. ante nu. 1. verb. si se subijciant, ff. de iudicijs*, Guido Papæ *decis. 77. nu. 2.* Couarruuias *in practicis, cap. 10. n. 5. & 6.* Gregorius Lopez *in l. 70. tit. 18. part. 3. gloss. 7.* relata ad textum ibi, Auiles *in cap. 27. Prætorum, verb. entreguen, nu. 19.* Bernardus Diaz *regul. 642. fallent. 1.* Tuscus *liter. F. conclus. 442. num. 9. cum seqq.* Riccius *collectan. 750.* Guttierrez *de iurament. confirmat. 1. par. cap. 28. nu. 8.* Felicianus cum multis, quos refert *de censibus, tom. 2. libr. 2. cap. 3. num. 13. vers. pro qua sententia*, Barbosa *in d. l. 1. art. 3. num. 224. cum seqq. vsque ad finem articuli, & in l. hæres absens, 19. §. 1. ex num. 43. ff. de iudicijs.*

1052 Ad eundem secundum casum pertinet pactum illud, de quo agit Iurisconsultus *in d. l. hæres absens, §. proinde, ff. de iud.* ibi: *nisi alio loco se se vt defenderet conuenit*, quod explicat Gl. *in verbo, vt defenderet conuenit*, conceptū esse negatiuè, quasi conuenerit, vt in loco contractus non teneretur se defendere, & in effectu continere quandam renunciationem fori contractus, quam valere existimat nō obstante decisione text. *in l. si conuener. ff. de iurisdict. omn. Iud. ex l. si quis in conscrib. C. de pact.* Quoniam tametsi pactum affirmatiuum de Iudice eligendo nō valeat efficaciter, quin possit mutata voluntate retractari, iux. prædictā

legem si conuenerit; cùm in eo agatur de danda iurisdictione, quæ publici iuris est: at pactum negatiuum de renunciando foro, & non adeundo aliquo Iudice particulari ex multis competentibus, valet ab initio efficaciter, & irreuocabiliter. Quam Glossam approbant ibi communiter Doctores, quos retuli, & sequutus sum supra, quæst. 4. num. 247. Nam cùm exempli causá contrahens non solùm sortiatur ex contractu forum in loco contractus, sed etiam in loco domicilij sui, *d. l. hæres absens, §. illud sciendum*, poterit renunciare foro domicilij efficaciter, vt conueniatur in foro contractus, aut foro contractus, vt conueniatur in foro domicilij, & ea renunciatio erit valida, & irreuocabilis.

1053 Rationem verò discriminis inter duos prædictos casus, cur in primo renunciatio fori, & consensus in Iudicem non valeat efficaciter, quin relinquatur locus pœnitentiæ; in secundo verò valeat ab initio efficaciter, & irreuocabiliter, reddit Glossa in prædictis locis, quòd cum agitur de prorogandа iurisdictione, & danda Iudici qui alioqui competens non est, negotium est graue, & magni momenti, tangiturq; res ad ius publicum pertinens, quod priuatorum pactis non subditur, *leg. ius publicum, 39. ff. de pactis*, nisi limitatè, & pedetentim, vt *in d. l. si conuenerit*: cum verò agitur de iurisdictione declinanda, res est leuis, & quæ in iure priuato consistit, cui quilibet renunciare potest, *d. l. si quis in conscribendo, C. de pactis*. Nam cum iura fecerint multos Iudices competentes in eodem negotio, mirum non est indulsisse facultatem priuatis eligendi, quem velint, vt re vera concesserunt actori facultatem eligendi quem velit inter multos Iudices competentes, apud quem reum conueniat, vt dixi supra num. 152. idque præsertim si Iudex, qui declinatur, est Iudex ex priuilegio, ex cuius declinatione redditur ad iurisdictionem ordinariam quæ fauorabilis est, & facilè res reuertitur ad ius pristinum, *leg. si vnus, 28. §. pactus. ne peteret, versic. quod & in specie, ff. de pactis*, notat Ioannes Andreas *in mercurialibus, in regula scienti, 27. nu. 5. de regulis iuris in sexto*, & Panormitanus *in cap. significasti, numer. 10. de foro competenti*.

1054 Sextè, ex prædictis colligitur cautè accipienda esse verba, *dicta l. 20. in fine, titul. 21. libr. 4. recopilationis*, dùm ibi dicitur: *Otrosi mandamos, que en virtud de las submissiones generales, que se suelen hacer, sometiendose à qualquier fuero, jurisdiction, y Iuez, ante quien fueren demandados, aunque aya renunciacion de fuero, y qualesquier otras clausulas, no se pueda proceder sino tan solamente hallandose la persona, o bienes en la jurisdiction del Iuez, ante quien se pidiere la tal execucion*, quæ eadem ferè verba habet Couarruuias *in practicis, cap. 10. numer. 6. versic. vndecimò ex his*, quo Præsidente in supremo Regio Consilio prædicta lex est condita, vt ipsemet testatur *in eodem cap. 10. num. 5. versic. sextò subdeducitur, in fine, in dicto autem versic. vndecimò ex his, in fine*, hæc habet: *Et ideò, qui simpliciter respondere promisit certo in loco, non poterit apud tribunal illius conueniri, nec in iudicium vocari, nisi ibi fuerit inuentus*. In quibus locis tàm vno, quàm altero, agitur de Iudice competenti ex sola prorogatione, non de Iudice competenti ex contractu, aut aliundè, in quem simul concurrat, tùm iurisdictio iuris communis, tùm adquisita ex prorogatione; & ex prædictis versiculis videntur constituendæ duæ regulæ. Prima negatiua, videlicet, virtute submissionis verbalis generalis, adiecta etiam renunciatione fori, non posse quem conueniri in omni loco, & foro. Quę regula negatiua cautè accipienda est, ita videlicèt, si is, qui se submisit per istam generalē submissionem, cum renunciatione proprij fori, & *d. l. si conuenerit*, pœnitentia ductus opponat declinatoriam, & petat se ad suum Iudicem remitti, & sic cæptam prorogationem, meroque iure consistentem reuocet. Etenim si non reuocet, & voluntatem non mutet, iure poterit procedere aduersus reum Iudex quilibet, cuius iurisdictio est prorogata, iuxta dicta supra num. 1003. & 1004. & hoc casu illa regula negatiua non procedet, & erit limitanda. Secūda regula affirmatiua, scilicèt virtute generalis submissionis, posse quem conueniri apud Iudicē prorogationis, dummodò inueniatur in loco eius iurisdictioni subdito, vel eius bona ibidem fuerint inuenta. Quæ item regula cautè accipienda est: quod enim attinet ad bona inuenta in territorio Iudicis prorogati, tunc locum habebit, cum reus sortitur fuerit forum apud Iudicem loci, vbi bona inueniuntur, tunc inquam, cum agitur actione reali circa illa bona, non cum sola personali, quæ in loco rei sitæ non potest in iudicium deduci, vt dixi supra quæst. 3. nu. 151. eo enim casu concurrit forus rei sitæ, cū foro prorogationis. Quod verò ad personam attinet tunc locum habebit prædicta affirmatiua regula, cum reus libēter judicium susceperit, & declinatoriam non opposuerit: nam si pœnitentia ductus declinatoriam exceptionem opponat, iustè petet causam ad suum Iudicem remitti, idque obtinere debebit, cum possit etiam præsens prorogationem, & submissionem verbalem reuocare, retractateque renunciationem fori semel factam, & ad declinatoriam redire, iuxta dicta supra, num. 1038. cum seqq. & num. 1049. cum seqq. nam ita *d. l. 20.* erit conformis iuri communi, & doctrinis Doctorum; quę certè ius commune non corrigit, neque se corrigere significat; alioqui ab illo deuiatura, cùm tamen correctioni locus dari non debeat, quantum fieri possit, *cap. cum expediat, 29. de elect. in 6.*

1055 Septimò, prædictâ tertia limitatio sic explicata, vt liceat renunciare foro si quis consentiat in Iudicem, aliàs competentem, & hæc fori renunciatio sit irretractabilis, habet non contemnendas sublimitationes. Nam in primis Clerici nō possunt suo foro renunciare, vt dixi quęst. 6. nu. 403. neque religiosi militares, vt dixi nu. 452. neq; milites, vt dixi nu. 464. neque miserabiles personę, vt dixi nu. 598. neque Neapolitani vt dixi nū. 675. neque Fiscus, vt dixi nu. 702.

1056 Exempti quoque non possunt suo foro, & exemptioni renunciare, vt tradunt Io. Andreas *in mercurialib. in regul. scienti, 27. ex num. 4. in quæst. de regul. iur. in 6.* Marian. Soc. *in d. cap. significasti, nu. 42. de for. compet.* Felynus *in cap. P. & G. nu. 13. de offic. deleg.* Fulgosius *in d. l. si conuenerit, num. 15. vers. decimasexta limitatio, cum vers. sequenti, ff. de iurisd. omn. iud.* Gail *obseru. pract. lib. 1. obseru. 40. nu. 3. 4. & 5.* Erasm. Cochier *tractat. de iurisdict. ordinar. in exemptos, tom. 1. par. 2. q. 7. num. 2. & 3.* eo quòd in exemptis non solùm versetur fauor ipsorum, sed etiam interesse eximentium, *cap. cum tempore, 5. de arbitris, cap. auctoritate, 4. de priuilegijs in sexto*, cui per subditos nō potest præiudicari. Id autē cōtingit cum exemptio indulgetur toti alicui ordini, *iuxta cap. si diligēti, de foro compet.* Secùs esset, si priuilegiùm exemptionis cōcederetur alicui singulari personæ ob ipsius solùm fauorem, non in fauorem, & gratiam eximentis, aut alterius; tunc enim posset priuilegio suo renunciare, *l. si quis in conscribendo, Cod. de pactis*, notauit Aretinus *in §. idem iuris est, nu. 49. instit. de exception.*

1057 Item Religiosi ob eandem rationem non possunt foro suo renunciare, vtpotè exempti. Docuit Marianus *in d. cap. significasti, nu. 42.* Felicianus *de censibus, tom. 2. lib. 2.*

cap. 3.

cap. 3. nu. 13. Emanuel Rodericus *tom. 2. regularium, q. 63. art. 10.* Præsertim cum exemptio Religionum concessa sit ob fauorem totius ordinis, & communitatis, & non singularum personarum, *d. cap. si diligenti*.

1058 Vassallus etiam burgensis non potest foro Baronis sui renunciare, cum iurisdictio concessa fuerit à Domino directò in fauorem Baronis, cuius ius in ea renunciatione vertitur, & cui per subditum præiudicari non potest: nam alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, *l. non debet alteri, 74. ff. de regulis iuris*. Ita sentit Gail *lib. 1. dicta obseruat. 40. ex num. 2.* & eandem sententiam amplectuntur quicunque dicunt non posse vassallos prorogare iurisdictionem alieni Iudicis, quos inferiùs referemus, vbi hanc doctrinam ex professo explicabimus ex num. 1093.

1059 Vnum illud hic aduertendum occurrit, tametsi renunciatio ista non valeat in præiudicium Baronum, sustineri tamen eam in præiudicium vassallorum burgensium in casibus, in quibus de iure valeret in cæteris, qui feudatarijs, subditi non sunt, vt ipsi non possint opponere exceptionem fori declinatoriam contra propriam renunciationem, & petere suam causam ad Barones remitti. Verum Baro poterit, etiam si ipsi vassalli in Iudicem extraneum consenserint, & omissa declinatoria litem côtestati fuerint, seu extraneus Iudex oppositam fori exceptionem reiecerit, liti se opponere, & petere causam vassalli ad se remitti. Quod sæpissimè in Sac. Cons. factum vidi, & post victos vassallos declinatoriam fori opponentes, obtinere Barones remissionem causarum eorum, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. Id animaduerterunt Antonius de Mattheis *de prorogatione iurisdictionis, num. 14. in fine, vers. sed ratio hæc* Afflictis *decis. 155. nu. 6.* & ibi Vrsillus *num. 3.* Surdus *cons. 47. num. 25. lib. 1.* Cancer *variarum resolutionum, 3. par. cap. 10. num. 31. 32. & 33.* Amadeus de Ponte *in quæstione, quis sit Iudex in causa feudi, nu. 20.* Caranita *ritu 205. nu. 6.* Marcellus de Calla *de modo articulandi, §. 1. gloss. 1. n. 77.* Petra *ad Capycium decis. 9. addition. 1. & 2.* Barbosa *in d. l. 1. art. 4. nu. 23. & nu. 61. cum seqq. vsque ad num. 65. ff. de iudicijs*, Capiblancus *in pragmat. 8. par. 1. nu. 123. & 124. de Baronibus*, & ego superius adnotaui quæst. 7. præcedenti num. 808. Qua in re etiam inter Clericos, & laicos differentiam agnoscit idem Carauita *ritu. 65. num. 4. & 5. iuncto dicto ritu 205. num. 4.* quod etiam ego tetigi supra num. 811. in fine.

1060 Tandem de iure Castellæ agricolæ non possunt suo foro renunciare, *l. 25. cap. 4. seu §. 4. tit. 21. libr. 4. recopilat.* iuncta *pragmatica anni 1619.* in fauorem agricolarum lata *capite seu §. 3.* qua restricta prædicta *l. 25.* quæ permittebat agricolis in quibusdam casibus renunciare suo foro, vniuersim constitutum est, ne deinceps vllo in casu possent suo foro renunciare, foro inquam domicilij.

1061 Octauò, & postremò, ex dictis elicitur, esse tàm affinem prorogationi iurisdictionis, renunciationem fori, seu renunciationem exceptionis declinatoriæ fori, tàmq; cognatam, aut potiùs cum illa connexam, vt possit statui regula affirmatiua, & negatiua. Nempè vt qui potest prorogare, possit renûciare exceptioni fori, & qui potest renunciare foro, seu declinatoriæ possit prorogare; atque item, qui non potest renunciare foro, non possit prorogare, & è contra, qui non potest prorogare, non possit renunciare: foro vt ex parte significauit Capib. *in pragmat. 8. par. 1. num. 110. de Baronibus*, idque iure optimo. Nam prorogatio est discessus quidam à Iudice proprio, accessusq; ad alienum, & semper fit per consensum in Iudicem alienum, non solum non declinando illum, seu opponendo oppositionem declinatoriæ, sed etiam positiuè se illi subijciendo, vt paulò inferiùs declarabo.

1062 Illa ramen hoc loco se se offert difficultas, demus aliquem sortiri plures foros multos quidem iure communi, aliùm verò, seu alios ex priuilegio, & hunc renunciare foro, seu declinatoriæ fori, dubitari poterit, cui foro cêseatur renunciatum, an foro priuilegij dumtaxat, quod facilius tollitur, *l. eius militis, 35. §. militia missus, ff. de milit. testam.* an omnibus foris etiam iure communi competentibus. Dubitationem facit, quod plura iura habens, & vni renuncians, alteri renunciare non videtur, *l. si domus, 20. ff. de seruit. vrbanor. l. si mihi 20. ff. de seruit. rusticor. cap. pastoralis, 19.* vbi Glossa vltima, *de priuilegijs*.

1063 Et refert quibus verbis sit concepta renunciatio, & ad quem finem. Nam primò, si renunciatum sit priuilegio fori, & renuncians non habeat forum ex priuilegio, sed solùm ex iure communi ei foro renunciatum censebitur, cuius renunciatio est necessaria ad eum effectum, ob quem ipsa renunciatio interponitur. Ratio est, quoniam verba sunt improprianda, iuxta subiectam materiam, ne reddatur inutilis dispositio, *l. quibus diebus, 40. §. Dominus, ff. de condit. & demonstrat.* Cardin. Tuscus *liter. V. conclus. 110. 111. & 112. tom. 8.* at si verba in hoc casu acciperentur propriè, inutilis maneret dispositio. Ergo ne id accidat debet intelligi renunciatum esse ei foro iuris communis, cuius renunciatio est necessaria ad effectū a contrahentibus intentum. Id etiam probatur ex textu *in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier.* ibi *nisi priuilegio suo specialiter renunciauerit*, iunctis verbis præcedentibus ibi *non suppositum iurisdictioni illius*, & adiecta Glossa ibidem, verbo, *pro non dato*, in quo ille, qui specialiter priuilegio renunciauit, nullum aliud forum sortiri videbatur, quam forum iuris communis. Quem expendit Decius *in dicto cap. 1. nu. 166.* Ripa *nu. 65. de iudicijs*, qui ita sentiunt, & Ias. *in eadem l. 1. num. 9.* quos sequitur Alciatus *de præsumptionibus, regul. 3. præsumpt. 36. num. 8.* & Menochius *de præsumptionibus lib. 6. præsumpt. 6. num. 7.*

1064 Secundò, si renunciatum sit simpliciter foro, seu exceptioni fori, non expresso, an foro priuilegiato, an foro iuris communis renuncietur, simili modo ex fine renunciationis cuius gratia adhibita est, colligendum est, quid actum sit: nam si ad eum finem, ob quem facta est renunciatio, est necessaria renunciatio fori iuris communis, non obstante illo axiomate, quod tollantur faciliùs, quæ iure speciali, quam quæ iure communi competunt, renunciatum censebitur foro iuris communis, ne alioqui eludatur mens, & voluntas contrahentium, quæ ratio præponderat. Ita videtur sentire Decius, & cæteris, vbi supra, significatq; Orosceus *in d. l. si conuenerit, num. 4.*

1065 Tertiò, si renuncietur priuilegio fori, & renuncians gaudeat foro priuilegiato, & alijs foris iuris communis, est maior difficultas, quo modo hæc renunciatio interpretanda sit. Et in hoc casu Decius *in d. cap. 1. nu. 166.* & Ripa ibidem *num. 65. de iudicijs*, existimant, renunciatum foro priuilegij, non foro iuris communis: eandem sententiam tuetur Ias. *in l. 1. nu. 9. ff. si quis in ius vocat. non ier.* Ratio est, quia cum verba verificari possint in foro priuilegij, quo gaudet contrahens, & id apertè sonent, in claris non erit opus coniecturis, *l. continuus, 131. §. cum ita, ff. de verbor. obligat.* neque tunc habebit locum doctrina, de qua in primo casu, nam hic renunciatio potest effectum habere sine verborum improprietate.

1066 Contrariam tamen sententiam, quinimo censeri renunciatum foro iuris communis, si id requiratur ad effectū, ob quem interponitur renunciatio, amplectitur Co- uarru-

Thome Carleualij de Iudicijs. V 2

uarruuias *in practicis, cap. 10. numer. 5. vers. septimò*, quem sequitur Molinus *de brachio sæculari, capit. 30.* & videtur consentire Menochius *de præsumptionibus, libr. 6. dicta præsumpt. 6. num. 7. & 8.* Exemplum sit, contrahit quis in loco aliquo, habet forum domicilij iure communi competens, præter forum contractus, & præterea forum priuilegij, subijcit se Iudici contractus, & renunciat foro priuilegij, eo fine, vt in foro contractus conueniri possit absque metu exceptionis declinatoriæ; sensebitur renunciasse foro domicilij, sine cuius renunciatione non potest obtineri finis intentus: nam si illi non esset renunciatum, sed solum intelligeretur renunciatum foro priuilegij, cum iste conueniretur in foro contractus, posset allegare exceptionem declinatoriam, ob forum domicilij, quæ illi salua remansisset, dùm non esse compræhensa sub renunciatione priuilegij fori; atque ita frustraretur alter contrahens intento fine: *Non enim*, vt rectè inquit Cicero *oratione 12. pro A. Cæcina, num. 52. & 53. ex verbis debet pendere ius, sed verba seruire hominum consilijs, & aucloritatibus: voluntas enim semper valet, quæ si tacitis nobis intelligi posset, verbis omninò non vteremur, quia non potest, verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem.* Cessat igitur ratio contrariæ sententiæ, nam effectus, quem contrahentes intendunt non obtinebitur, nisi verba improprientur, recurrimusq; ad doctrinam Gloss. *in d. l. 1. si verbo, pro non dato, ff. si quis ius vocat. non ier.* quam sequitur Decius relatus *in dicto 1. casu*: itaque verbum illud, *priuilegium fori*, non aliud significat, quàm fori præscriptionem, seu exceptionem, vt rectè interpretatur, vbi supra Couarruuias.

1067 Quartò limita decisionem *d. l. si conuener.* vt non admittatur pœnitentia, & recessus à priori voluntate, & consensu in Iudicem, postquàm Iudex est aditus. Quæ limitatio colligitur ex eadem lege à contrario sensu, vt rectè animaduertit Barbosa *in d. l. 1. artic. 3. ex num. 120. ff. de iudicijs*. Dicetur autem aditus primò, si præsente Iudice, & acceptante expresse, aut saltem non contradicente, facta sit conuentio inter litigatores, vt coram ipso actionem suam, & iudicium prosequantur: nam deinceps pœnitentia non admittetur. Ita sentiunt Angelus *in d. l. si conuenerit, num. 1.* Fulgosius *num. 7.* Paulus *num. 2.* Alexander *num. 6.* Decius *num. 13. & 14.* Iaso *nu. 18.* Barbosa *in d. art. 3. num. 64. & 65. cum seqq. & num. 122.* idem Decius *in cap. 1. num. 101. de iudicijs*, Imola *in cap. P. & G. nu. 108. de offic. delegat.* Belluga *in speculo Principum, rubr. 15. §. sed quid dices, num. 1. & 2.* Syntagma communium opinionum *lib. 3. tit. 11. nu. 110.* Matthesilanus *singular. 106. cum additione, & annotatione ibi.*

1068 Secundò, si lis sit contestata omissa declinatoria, nam post litem contestatam pœnitentia non admittitur, vt docet Glossa *in d. l. si conuenerit, verb. adiretur*, & omnes interpretes ibidem, Imola *vbi supra, num. 59.* Barbosa *d. art. 3. ex num. 62.*

1069 Tertiò, si propositæ sunt coram Iudice exceptiones aliæ dilatoriæ, præter declinatoriam, iuxta *l. sed etsi susceperit, 52. in princ. ff. de iudicijs*, idque iure optimo. Nam si disceptatio super exceptionibus inducit tacitum cõsensum sufficientem ad prorogationem irretractabilem, vt dixi supra nu. 991. & 993. multo maiori cum ratione, superaddita cõcẽsui expresso, faciet irreuocabilem prorogationem, & hoc loco repetenda sunt, quæ superiùs dixi de actibus, ex quibus elicitur tacitus consensus ad prorogationem necessarius. Nam si isti adijciantur supra consensum expressum, facient irreuocabilem prorogationem, & planum erit, non posse deinceps prorogationem mutata voluntate renouari. In istis enim, & similibus actibus consistit subiectio, & submissio illa, quam ius requirit, vt prorogatio censeatur efficax, & irreuocabilis, *in l. 1. & 2. in princ. de iudicijs*.

1070 Rationem autem optimam, cur requiratur ad prorogationem efficaciter, & irreuocabiliter inducendam, aliquis actus subiectionis, & submissionis, vltra consensum in Iudicem reddit Barbosa *d. artic. 3. ex nu. 75.* Nam quemadmodum in corporalibus requiritur tradditio, & non sufficit conuentio ad transferrendum dominium, *l. traditionibus, C. de pactis*, ita in incorporalibus requiritur aliquid vice traditionis, & huius loco sunt similes actus subiectionis, quibus, quis quasi tradit se Iudici, quò iurisdictionem mero iure prorogatam, & reuocabiliter adquisitam irretractabilem reddat. Quæ eadem fuit adnotatio Socini *in d. l. si conuenerit, num. 27.* Alciati *in l. si quis in conscribendo, nu. 5. C. pactis*, & in simili obseruat Guido Papæ *decis. 315. num. 1.* De cæteris limitationibus *d. l. si conuenerit*, nam omnia prosequi non possumus, videantur interpretes in eadem lege, *& in c. 1. de iudicijs*, vbi latè tractant. Hæc de duobus requisitis ad prorogationem ex parte prorogantium.

1071 Tertiò, ad proragationem requiritur ex parte Iudicis, vt ille iurisdictionem habeat, alioqui eius iurisdictio prorogati non poterit, vt animaduertit supra sect. 1. nu. 971. & notat Marianus *in d. cap significasti, num. 21. & nu. 40. vers. quintò, quæro*.

1072 Quartò, dubitari potest, an ad prorogationem requiratur consensus Iudicis, cuius iurisdictio prorogatur? Et dicendum est regulariter non requiri, *l. 2. §. conuenire, ff. de iudicis*, notat Speculator *lib. 2. titul. de compet. Iudic. adit. §. 1. num. 22.* Bartolus *in eadem l. 2. in principio, & nu. 1.* Baldus *in d. §. conuenire num. 1.* Albericus *num. 3. & 4.* Angelus *nu. 1.* Paulus *nu. 1.* & Cuiacius Iaso *in d. l. si conuenerit, numer. 21.* Antonius Butrius *in d. cap. P. & G. num. 20. vers. requiritur tertiò*, Panormitanus *num. 22.* Imola *nu. 62. & 124. de offic. delegat.* Marianus *in d. cap. significasti, num. 48. de foro compet.* Antonius de Mattheis *de prorogatione iurisdictionis, num. 13.* Dixi *regulariter*, quoniam in prorogatione, quæ fit de persona ad personam, consensus Iudicis non requiritur; at in prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, requiritur consensus Iudicis, vt probat textus *in d. l. 2. §. si & Iudex*, iuxta literam Florentinam, & ibi omnes interpretes: consentire verò intelligitur, qui scit, & non contradicit, vt expresse notant Butrius, Panormitanus, Imola, & Marianus, supra relati, & Barbosa *in l. 1. art. 2. n. 13. cum seqq. ff. de iudicijs*, vbi plurimos allegat. Argumento autem de tempore ad locum, idem dicendum erit in prorogatione, quæ fit de loco ad locum quoties illa locum habeat. Aduertendum tamen est iuxta communem Doctorum mentem, eatenùs requiri consensum Iudicis ad prorogationem, quatenùs requiritur notitia eiusdem, etenim notitia cum vsu inducit consensum, eatenusque ex defectu consensus vitiari prorogationẽ, quatenùs vitiantur acta iudicij ex ignorantia prorogationis. Igitur cum iurisdictio ritè exercetur sine prorogationis notitia, non est necessarius consensus Iudicis ad prorogationem: verùm cum Iudex ritè non vtitur iurisdictione, si prorogationem ignoret, tunc ad prorogationem requiritur consensus; meliùs Doctores dixissent notitiam prorogationis requiri. Rationem verò discriminis inter has prorogationes, reddit Angelus *in d. §. si & Iudex, nu. 1.* Nam iurisdictione ordinarij, quæ prorogatur de re ad rem, & persona ad personam, non est limitatum certum, & determinatum tempus, cum

duret

duret vsque ad aduentum successoris, ita vt eo etiam veniente, non extinguatur funditùs iurisdictio, *l. si fortè*, 17. *ff. de offic. Præsid.* notat Innocentius *in cap. cum dilecta*, 22. *num. 1. de rescript.* Ita fit vt quamuis Iudex ignoret factam prorogationem, erret solùm in qualitate iurisdictionis, non in substantia, cum se Iudicem sciat. At in iurisdictione delegata tempus est determinatum, quare delegatus cognoscens de causa post tempus suæ delegationis, errat circa substantiam iurisdictionis, cum eam exerceat tempore, quo scit se non esse Iudicem, nisi de prorogatione habeat notitiam. Itaque dùm prorogatur iurisdictio de persona ad personā ignorantia prorogationis cùm plurimùm inducit errorem in qualitate, qui actum non vitiat; dùm de tempore ad tempus, quod in delegata contingit, ignorantia inducit errorem circa substantiam, qui vsum iurisdictionis irritat: nam irritum erit iudicium, si iudicet is, qui credit se non esse Iudicem, argumento textus *in l. quæro, ff. de eo, qui pro tutor. negot. gess.* notat Bartolus *in d. l. 2. num. 2. ff. de iudicijs*; à quo hæc ratio desumpta est, quam omnes approbant. Idem seruari oportere in prorogatione, quæ fit de quantitate ad quantitatem, ob eandem rationem, notat Cuiacius *in d. l. 2. in fine*, cui adnotationi addenda sunt, quæ tradit Barbosa *in d. l. 1. artic. 2. ex nu. 7. ff. eodem titulo*. Et vniuersim idem dicendum erit in quauis prorogatione, in qua prædicta ratio locum habuerit.

1073 Quintò dubitari potest, an requiratur consensus superioris, eius, qui iurisdictionem prorogat, ad hoc, vt prorogatio sit firma. Ratio dubitandi est quoniam ad superiorem videtur attinere, eumq; tangit, quòd eius subditus alieno Iudici se subijciat, atque ita opus esse eius consensu argumento *cap. quod omnes tangit*, 29. *de regul. iur. in 6. l. non debet alteri* 74. *ff. de regul. iur.*

1074 Sed pro resolutione statuenda est regula generalis, non esse necessarium consensum superioris Iudicis, vt subditus possit prorogare iurisdictionem Iudicis non sui. Ita probat textus *in cap. significasti*, 18. *de foro competenti*, vbi hæc regula limitatur, per locum ab exceptione ad regulam, de quo Euerardus *in locis legalibus*, *loco* 9. *ab exceptione ad regulam*, *& per locum ab speciali*, *de quo idem loco* 99. *ab speciali*: nam exceptio firmat regulam in contrarium, *leg. nam quod liquidè*, *ff. de pœna legat.* Ita sentiunt Glossa *in cap. insolita*, 42. *verbo*, *Pontifice*, 11. *quæst.* 1. Bartolus *in l. 1. §. & post operis*, *num.* 8. Baldus *num.* 2. Paulus *num.* 6. Imola *num.* 26. Romanus *num.* 19. Alexander qui latè tractat *ex num.* 15. Ias. *ex num.* 11. *ff. de nou. oper. nunciation.* Isernia *in cap. imperialem*, *num.* 78. *de prohibit. feud. alienat. per Federicum*, Capycius *decis.* 9. *num.* 1. Afflictis *in constitut. Iustitiarij nomen*, *num.* 22. *lib.* 1. *rubric.* 42. Follerius *in eadem constitutione*, *num.* 11. *&* 114. Maranta *in praxi*, 4. *par. distinction.* 12. *numer.* 25. Barbosa *in d. l. 1. artic.* 3. *num.* 161. *ff. de iudicijs*, Antonius Butrius *in dict. cap. P. & G. num.* 20. *versicul. circa hunc consensum*, Imola *num.* 45. 71. *&* 97. *cum seqq.* Marianus Socinus *in dicto cap. significasti*, *nu.* 44. Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. uis, n.* 14. Federicus Martini *de iure censuum*, *cap.* 6. *nu.* 325.

1075 Limita primò prædictam regulam in Clerico, qui sine consensu sui superioris, non potest iurisdictionem alieni Iudicis, etiam Ecclesiastici prorogare. Hanc limitationem continet expressè textus *in d. capit. significasti*, vbi notant omnes Canonistæ, *& in cap.* 1. *in principio*, *de foro compet. libr.* 6. docet Bartolus *in d. l. 1. num.* 1. *ff. de iudicijs*, Aretinus in *§. idem iuris est*, *num.* 42. *Institut. de exceptionib.* Couarruuias *in practicis*, *cap.* 10. *numer.* 5. *versic. octauò* Antonius de Mattheis *de prorogatione iurisdictionis*, *num.* ... *Thoma Carleualij de Iudicijs*. *numer.* 14. Viuius *decis.* 125. *numer.* 1. Barbosa *dicto artic.* 3. *ex num.* 179. & ibidem *numeris sequentibus*, rectè animaduertit, sat esse tacitum consensum, qui elicitur ex scientia, & permissione, seu non contradictione, qui etiam superueniat ex post facto, tametsi ab initio non interuenerit.

1076 Dixi, *alieni Iudicis*, *etiam Ecclesiastici*, quoniam Iudicis laici iurisdictionem, Clericus nullatenus potest prorogare, neque cum licentia sui superioris, neque sine illa, *capit. si diligenti*, *de foro competenti*, notat Marianus *in dicto cap. significasti*. *numer.* 42. *in fine vers. solutio*, Aretinus *in dicto §. idem iuris est*, *num.* 42. & probat latè Barbosa *dicto artic.* 3. *ex num.* 173. etiam si tacitè se coram sæculari conuenire pateretur, non opposita exceptione fori declinatoria: nam nihilominus iudicium non subsistet, Iason *in l.* 2. *num.* 39. *ff. si quis in ius vocat. non ierit*, Couarruuias *in practicis*, *cap.* 33. *num.* 2. Azeuedus *in l.* 1. *numer.* 21. *titul.* 5. *libr.* 4. *recopilationis*, Barbosa *vbi supra*, *num.* 177.

1077 Quis autem esse debeat superior iste, cuius consensus requiritur in prorogatione à Clerico facta, tractat Marianus *in dicto cap. significasti*, *num.* 42. & ait, hunc superiorem esse Episcopum Diœcesanum, etiam si Clericus habeat alium superiorem immediatum, eumque sequitur Barbosa *dicto artic.* 3. *nu.* 210. Id autem limitat idē Marianus ex sententia Panormitani, quando vterque superior habet iurisdictionem subordinatam in Clericum: secus si Abbas, vel alius haberet iura Episcopalia, & iurisdictionem quasi Episcopalem: nam ad eum pertineret eo casu præstare consensum prorogationi à Clerico factæ, non ad Episcopum. Eodem in loco extendit prædictam primam limitationem, ad omnes Clericos cuiuscūque gradus, nam neque Episcopus, neque Archiepiscopus possunt prorogare iurisdictionem Iudicis non sui sine consensu suorum superiorum. Quod idem existimat dicendum esse de exemptis, non posse, inquam, sine licentia, & consensu Papæ, cui subduntur prorogare aliorum Iudicum iurisdictionem; idem dicit Gregorius *in l.* 7. *tit.* 9. *par.* 1. *glos.* 9. & Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 4. *num.* 43. *ff. de iudicijs*.

1078 Difficilè tamen est inuenire rationem huius limitationis, & cur in Clericis hoc sit speciale. Multas autem recenset Marianus *in dicto cap. significasti*, *num.* 45. examinatq; & reijcit Barbosa *in dicto artic.* 3. *ex num.* 186. Verùm Imola *in dict. cap. P. & G. nu.* 98. *de offic. delegat.* Alexander *in l.* 1. *dicto §. & post operis*, *num.* 19. *ff. de nou. oper. nunciation.* & Felynus *in dicto capit. significasti in principio*, *versicul. rationes differentiæ*, credunt nullam esse demonstratiuam, & concludentem, sed omnes censent persuasiuas, seù probabiles.

1079 Sed non displicet primò, ea quam adducit Marianus *dicto num.* 45. quòd Clericus, inquam, magis subiaceat Episcopo quàm laici suis superioribus; quippè cùm non solùm subdatur Episcopo secundum nudum vsum iurisdictionis, sed vltra etiam ratione ordinum susceptorum, & si habet beneficium, etiam ratione beneficij. Nam cum Clericus ordinem recipit, se totum Deo dedicat, *cap. Cleros*, 21. *distinct. cap. cui portio*, *cap. duo sunt*, 12. *quæst.* 1. *capit. cum secundum*, 16. *de præbend. & dignit.* ita fit, vt Clericus non possit sine sui superioris licentia prorogari: nam etiam laici sine superioris licentia prorogare non possunt, cum superiori subduntur vltra nudum vsum iurisdictionis; vt vasalli, qui subduntur ratione fidelitatis, & seruitij, vt statim dicemus. Ex qua radicali diuersitate oriuntur etiam quædam alia discrimina inter laicos, & clericos, quæ retulit Glossa notatione digna *in*

cap. inolita, 42. verb. Pontifice, 11. quæst. 1. Nam laicus potest iurare sine licentia sui superioris, sed Clericus nō potest, cap. inhærentes, de iurament. calumn. Item Clericus non potest ab alio Episcopo ordines accipere: ergo nec iudicium, quod maius est, cap. nullus primas, 9. quæst. 2. Item non potest ab alio, quàm à suo Prælato petere iudicium animę, quod est occultum, cap. placuit, de pœnitent. distinct. 6. cap. omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remission. ergo multo fortius, nec manifestum. Et re vera hæc fuit originalis sententia Innocentij, vt ex illo retulit Alexander in dicto §. & post operis, nu. 19. tametsi ego eam apud illum non inueniam in loco ab Alexandro relato. Quam rationem differentiæ approbarunt Panormitanus in dict. cap. P. & G. numer. 18. & in d. cap. significasti, num. 7. in fine, Dominicus de sancto Geminiano in cap. Romana, in principio, num. 4. & ibi Philippus Franchus num. 2. in fine, de foro competenti in sexto Romanus in dicto §. & post operis, num. 19. & 20. Iaso num. 11. & in eandem incidit Barbosa in dicto artic. 3. ex numer. 195. tametsi videatur velle nouum aliquid afferre.

1080 Secundam aliam rationem tribuit Alexander Dominico de sancto Geminiano, quæ similiter apud illum non reperitur, sed inuenitur apud Innocentiū in cap. de causis, 4. num. 3. & Baldum ibi, num. 31. de offic. deleg. (certè hac de causa commentaria antiquorum, quæ apud nos vulgo circumferuntur, valdè mihi suspecta redduntur, & incerta, quòd ea, quæ alij alijs attribuunt, relatis etiam eorum verbis, apud ea non inueniantur) agnoscit diuersitatem Dominicus inter Ecclesiasticam, & sæcularem iurisdictionem, quòd illa emanauit à Deo, & concessa est Ecclesiæ, & eius supremo Pastori, & ab eo deriuata in cæteros, Pontifices; at laica profecta est ab ipso populo, quem collectio singulorum constituit, cui immediatè à Deo concessa est, ab ipso autē populo in suos superiores transfusa. De quo discrimine rectè agunt Victoria relect. 1. de potestat. Eccles. sect. 5. & in relect. 3. de potestat. ciuil. ex num. 7. Molina de instit. tract. 2. disput. 21. §. habemus deinde, cum disput. seqq. Bellarminus tom. 1. vol. 1. controuers. 3. de Romano Pontifice, lib. 4. cap. 22. 23. & 24. & vol. 2. cōtrou. 5. lib. 3. cap. 2. & cap. 9. Ac per consequens mirū non est, si maior facultas concessa sit laicis prorogandi iurisdictionem laicam, quam ipsi dederunt, vt partes populi; quàm prorogandi iurisdictionem Ecclesiasticam subditis illius, quæ ab ipsis nullatenus emanauit. Quam rationem videtur approbasse idem Baldus in l. si qui ex consensu, num. 10. C. de Episc. aud. Quæ ratio non iure displicet Alexandro, neque ab eo impugnatur efficaciter.

1081 Tertiam rationem prædictæ limitationis excogitauit Follerius in constit. Iustitiarij nomen, nu. 115. quam dicit alibi non tactam, & quidem non contemnendam, videlicet decisionem d. cap. significasti, non procedere ex speciali subiectione clericorum erga Episcopos, sed ex speciali modo iurisdictionis Episcoporum erga Clericos sibi subditos. Quæ decisio communis etiam erit omnibus laicis, si habeant iurisdictionem erga subditos, simili modo qualificatam. Hæc autem qualitas in eo consistit, quòd Episcopus habet in Clericos sibi subditos iurisdictionem priuatiuam, comparatione aliorū Episcoporū, cap. nullus primas, cap. Episcopum, 9. q. 2. cap. 1. & cap. 2. de for. comp. inde prouenit, vt non possit Clericus sine sui superioris licentiá prorogare alieni Iudicis iurisdictionem; quod item in laicis contingit habentibus iurisdictionem priuatiuè supra suos subditos, vt inferius tangemus.

1082 Quartam rationem addit Isernia in constit. cum satis; quoniam Princeps supremus potest inhibere subditis ne litigent coram alienis Iudicibus, & eos cohibere à prorogatione Iudicis extranei, leg. 2. §. si Iudex, ff. de iud. quod ita iure fieri posse prosequitur Barbosa d. artic. 3. nu. 142. & nu. 139. cum seqq. notat sic factum esse à multis Regibus. Et in Regno Castellæ in l. 11. & 13. tit. 4. lib. 4. recop. prohibitum est, ne laici se subijciant Iudicibus Ecclesiasticis, aut declinent laicos; quod ea ratione fit ne minuatur iurisdictio prohibentiū. Id ipsum igitur factum est à Pontifice in cap. si diligenti, 12. & in d. cap. significasti, de for. compet. qui ne sua iurisdictio diminueretur, aut illi præiudicaretur, prohibuit ne Clerici consentirent in Iudicem laicum, atque ne minueretur Episcoporum iurisdictio, inter quos distributa erat potestas, designatis certis subditis, 9. q. 2. per totam, ne sine consensu proprij Episcopi, consentirent in Iudicem Ecclesiasticum. Quam rationem præsensit Panormitanus in d. cap. significasti, nu. 8. in fine, & est optima ratio.

1083 Quæ tamen prædicta prima limitatio sic probata, sublimitanda est primò, vt Clericus, etiam sine sui superioris consensu, possit prorogare iurisdictionem alieni Iudicis Ecclesiastici tacitè; videlicet, si contrahat, vel quod idem est, solutionem destinet, vel delinquat in territorio alterius. Ratio est, quia hæc prorogatio, non oritur ex sola voluntate, & consensu Clerici prorogantis, sed ex dispositione, & assistentia iuris, quod iubet, quem forum sortiri, vbi contrahit, vel delinquit, & ibi eum etiam inuitum respondere compellit, cap. dilecti, cap. vltim. de for. compet. cap. Romana, §. contrahent. eod. tit. in 6. cap. 1. de priuileg. in 6. & ego latissimè dixi q. 4. ex nu. 160. Hanc sublimitationem tradunt Speculator lib. 2. tit. de compet. Iud. addition. §. nu. 21. Panormitanus in d. cap. dilecti, nu. 4. Marianus num. 5. & 17. Ripa in cap. 1. nu. 67. de iudicijs, Decius in cap. Clerici, nu. 57. eod. titul. Angelus in l. 1. num. 5. Paulus num. 10. Alexander in additione ad Barthol. ibidem num. 2. Barbosa artic. 3. nu. 222. 225. & 226. ff. de iudicijs, idem Alexander cons. 89. num. 1. & 6. lib. 7. Maranta in praxi, 4. par. d. dist. 12. num. 24. Nauarrus in relectione, cap. accepta, de restit. spoliat. in solutione oppositionis, 8. nu. 5. tom. 3. Couarruuias in practic. cap. 10. nu. 5. vers. nonò, Marta de iurisdict. 2. par. cap. 6. num. 46. & 47. Carrocius decis. 52. num. 24. Eam autem sublimitationem extendit Barbosa vbi supra n. 223. vt si contrahat Clericus in aliquo loco, & renunciet foro, seù promittat se non vsurum declinatoria, etiam sine sui superioris licentia, possit absens quoque ibidem conueniri, quod inferius sectione vltima tractabimus num. 1252.

1084 Contrariam tamen sententiam huic sublimitationi quòad forum destinatæ solutionis duntaxat, quinimo nō posse Clericum sine sui superioris licentia prorogare iurisdictionem Iudicis loci, in quem solutio destinata est, amplectitur Speculator, vbi supra, quem sequitur Angelus in d. l. 1. nu. 5. ff. de iudicijs, & prædicta additio Alexandri ad Barthol. ibidem nu. 2. ad verbum, haberent feudum. Sapia in ead. l. 1. nu. 19. Decius in cap. 1. 1. lect. nu. 166. in fin. de iudicijs, conatus acutam rationem disparitatis inter hunc, & alios foros assignare, sed non solidam; cum iuris interpretatio ne quisque censeatur contrahere in loco, in quem contulit solutionem, l. 3. ff. de bonis author. Iud. possid. l. contraxisse, ff. de action. & obligat. quod explicat eleganter Ioannes Baptista de santo Seuerino in repetit. l. cunctos populos, num. 130. C. de summa Trinitate, fide catholica, & ego latè supra, dicta quæst. 4. num. 248. cum sequentibus. Quare iure optimo ab hac sententia recedunt cæteri paulò ante, pro contraria priori sententia relati, præsertim Couarruuias in practicis, d. cap. 10. num. 5. vers. nonò

ex

ex proximè, & eam refellit Barbosa dicto nu.216. ex textu quasi expresso in dicto cap. de lictis, de foro comp.

1085 Sublimita secundò prædictam primam limitationẽ principalem, si Clericus mutet domicilium in alium locum, quod iure communi permittitur, l. cum quædam, 19. ff. de iurisdict. omn. Iudic. notat Hostiensis in summa de foro competenti, numer. 10. nam post mutatum domicilium, incipit subiacere Episcopo noui domicilij, & in prorogatione denuò facienda indigeret consensu illius Episcopi, in cuius Diœcesi domicilium habet, non eius, qui eum ordinauit, & cui ante mutatum domicilium subiacebat: nam is ex dispositione iuris subrogatur loco illius Episcopi, qui clericum ordinauit: quemadmodum si iste mutans domicilium ordines suscipere deberet, additurus esset Episcopum noui domicilij, non antiqui mutati, cap. cum nullus, 3. de temp. ord. lib. 6. Hanc sublimitationem tradit Barbosa in d. ar. 3. n. 213. pro qua refert Imolam in d. c. P. & G. nu. 46. de offic. deleg. qui amuis ille non agat de foro externo, sed de foro interno pœnitentiali; verum ex illo desumitur argumentum ad externum; quo usa est Glossam in d. cap. molita 11. quæst. Circa quam tamen sublimitationem adnotare oportet, non posse Clericos, vt possunt laici sine sui Episcopi licentia domicilium mutare extra Diœcesim, capit. non oportet, cap. si qui verò, cap. si quis Presbyter, 23. capit. propter eos, 7. quæstion. 1. & istis locis notant Archidiaconus, & Geminianus, Hostiensis in summa, de foro competenti, nu. 14. Grassis de effectibus clericatus, effect. 25. nec possunt sine eiusdem licentia à sua Ecclesia abesse, cap. si quis in Clero, eadem causa, & quæstione; quare in quauis mutatione domicilij præsupponitur consensus Episcopi.

1086 Sublimita tertiò eandem primam limitationem, si Clericus conueniatur coram Iudice competente mero iure, à quo tamen posset subtrahere opposita exceptione declinatoria ex priuilegio, vel quauis alia ratione procedente de iure communi: nam poterit Clericus declinatoriam omittere, & finere se conueniri sine consensu sui superioris: hæc enim non est vera prorogatio, sed remotio obstaculi iurisdictionis, vt dicebam supra, num. 1001. Hanc sublimitationem tradunt Panormitanus cons. 25. num. 1. statim post principium, versic. sed dubium est numquid, 1. p. Ripa in c. 1. nu. 68. de iud. Antonius de Mattheis de prorogatione iurisdictionis, num. 14. vers. & hac de consensu, Barbosa d. art. 3. nu. 2 2 1.

1087 Quartò prædictam primam limitationem sublimitandam credit Barbosa d. art. 3. num. 216. vt non procedat in Clerico primæ tonsuræ, quem credit posse prorogare iurisdictionem Iudicis alieni, sine consensu proprij Episcopi. Quod ex eo probat, quia ex prima tonsura non imprimitur character, vt docent Theologi in 4. distinc. 24. vbi Dominicus Soto quæst. 1. art. 4. conclus. 7. existimat ordines, etiam minores infra subdiaconatum, non imprimere characterem, neque esse sacramenta, sed sacramentalia quædam ad sacramentum disponentia, & quæst. 2. artic. 1. ad quartum, ait, primam tonsuram non esse ordinem, referens in eandem sententiam Diu. Thomam, Bonauenturam, & Richardum. Diuus autem Thomas in additionibus ad tertiam partem, quæst. 37. art. 2. tonsuram inter ordines non enumerauit. Sunt enim solùm septem, videlicet, tres sacri, Sacerdotium, Diaconatus, Subdiaconatus; quatuor minores, Acoliti, Lectoris, Exorcistæ, Ostiarij, & non plures, & in 4. distinct. 24. quæst. 3. artic. 1. quæstiunc. 2. ait tonsuram non esse ordinem, nec per eam imprimi characterem, & Diuus Antoninus tertia parte summa, tit. 14. cap. 16. §. 6. ait primam tonsuram non esse ordinem, sed dispositionem ad ordines, item Diuus Isidorus in cap. Cleros, 21. distinct. omnes ecclesiasticos ordines recenset, tonsuræ nullam mentionem faciens; & idem Diuus Thomas in eisdem additionibus quæst. 39. artic. 2. expressè negat primam tonsuram esse ordinem; idem asserit Franchis dec. 189. num. 9. & statuit Vazquez in tertiam partem D. Thom. tom. 3. disputat. 238. cap. 1. num. 3. & seqq. & cap. 2. numer. 15. & seqq. ait solùm esse in Ecclesia septem ordines. Ex qua doctrina colligit Barbosa, tonsuratum non effici rem spiritualem, vt per ordines efficiuntur Clerici, ex quo prouenire existimat, vt sine Episcopi permissu non possint iurisdictionem alieni Iudicis prorogare.

1088 Sed ego de hac sublimitatione multo dubito: imò si accipienda, & intelligenda sit vniuersim, vt iacet, eam existimo falsam, salua doctissimi viri reuerentia; quin potius censeo decisionem d. cap. significasti, non solùm in Clericis, in sacris, & in minoribus ordinibus constitutis, sed etiam in tonsuratis recipiendam esse. Nam cùm textus Clericos nominet, & sub nomine, Clericos, comprehendatur etiam tonsuratus, c. vnico, de Cleric. coniug. in sexto, Trident. sess. 22. decreto de reform. cap. 1. & omnia priuilegia concessa Clericis, & statuta loquentia de Clericis, locum habeant in Clericis primæ tonsuræ, vt tradit Felynus in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 110. & ibi Decius expressè numer. 20. & seq. de constitution. & in cap. cum non ab homine, numer. 8. de iudicijs, non video cur limitandus sit textus in d. cap. significasti, sine auctoritate, & sine ratione vlla, vt non procedat in Clericis tonsuratis. Illud tamen existimo verissimum, illum textum non procedere in Clericis, etiam minorum ordinum, qui nõ gaudent priuilegio fori, eo quòd non seruent requisita à Tridentino sess. 23. decreto de reformat. c. 6. Ratio est manifesta, quia eiusmodi Clerici non subduntur foro Episcopi, sed laicorum, à quibus iudicantur, ac per consequens non indigent ad eligendum sibi Iudicem venia Episcopi, cuius foro non sunt subiecti, & a quo in iudicio non pendent; & hactenus vera erit traditio Barbosæ non vltra.

1089 Neque obstat eius fundamentum. Nam in primis Clerici, etiam tonsurati, eatenus censendi sunt res spirituales, quatenus diuino obsequio dedicantur, & in partem Domini hæreditatemque eius vocati segregantur a cæteris, vt docet D. Thom. in additionib. ad 3. par. quæst. 39. art. 2. & 3. & in 4. distinct. 24. quæst. 3. art. 1. quæstiunc. 2. ad secundum, etiam si illis non imprimatur character: quoniam vasa etiam sacra, & aqua lustralis, & alia sacramentalia spiritualitatem contrahunt ex benedictionib. vel consecratione Sacerdotum, & Episcoporum, etiam si illis character non imprimatur. Quid quod? quantum attinet ad ordines minores, D. Thom. in addition. ad 3. p. quæst. 35. art. 2. & in 4. distinct. 24. quæst. 1. art. 2. quæstiunc. 2. existimat per illos imprimi etiam characterem, cuius sententiam approbat Bellarminus tom. 2. controuers. 5. lib. 2. cap. 8. vbi addit minores ordines esse sacramenta; verum est tamen in illis non includi tonsuram. Sed quidquid sit, nescio, qua crassa, & sopina quorumdam Iuristarum ignorantia factum sit, vt dùm agitur de priuilegio fori, inuoluator tractatus de charactere, cũ nihil commune habeant character, & priuilegium fori. Imò verò, more dialecticorum loquendo, sint termini impertinentes, qui neque se inferunt, neq; sibi repugnant. Cui tamẽ errori ansam, & occasionem videtur præbuisse Nauarrus in repetit. cap. nouit, de iudicijs, notabil. 6. num. 30. & in eum paulatim lapsus est, doctissimus alioqui Franciscus

Sua-

iurisdictionem extraneorum Iudicum fine consensu Baronum: ac per consequens si litem moueant, aut patiantur apud Iudices Regios, aut aliorum Baronum, inuitis Baronibus, quibus subduntur, non possint Barones ipsis superiores petere remissionem earum litium, & causarum suorum vassallorum burgensium. Quod videtur præsensisse Romanus *in d.l.1.§.& post operis,nu.20.ff. de nou. oper. nunciat.* Huius autem consequutionis vsum contrarium videmus admissum continua, & communi praxi in hoc Regno Neapolitano, & planè consequutio falsa censenda est, & contra communem sententiam.

1096 Nam imo, neque vassallos burgenses posse prorogare iurisdictionem Iudicis extranei sine sui Baronis consensu, sentiunt Bartolus *in dicto l.1.§.& post operis,num.8.* Angelus *nu.2.* qui Bartolum approbat, Paulus *nu 6.* Cumanus *num.6.* Imola *num.26.* Romanus *num. 20.* Alexander *numer. 15.ff.de nou.oper.nunciat.* Baldus *in lege decernimus,15.num.4.C.de sacrosanct.eccles.& in dict.cap.imperialem,§.præterea si inter duos,num 19.* vbi Afflictis *num.2.& 10.de prohibit.feud.alienat. per Federicum,* Ancharanus *in cap.1.in principio,num.3.circa finem, de foro competenti in sexto,* Marianus Socinus *in d.cap.significasti,num. 45.* idem Afflictis *decis.265,num.35,* Vrsillus *ibi,num.37.vers.circa decimam tertiam,& num.38.& 39.& ad decis.155. ex nu. 3.* Guido Papæ *decis.77.num.4.* remittens se ad Baldum vbi supra, Capycius *decision.9.num.3.* Boerius *decis. 114. nu.4.& 5.& num.10.cum seqq.* Cacheranus *decis.78.num. 12.13.& 17.cum seqq.* Franchis *decis.417.nu.2.& decis. 529.* & ibi addentes, Gail *practicar.obseruation.libr.1. obseruat.40.num.2.& 6.* Laurentius Siluanus *consil.25.num. 40.* Fabius de Anna *consil. 107.num.12.lib. 2.* Menochius *cons.340.num. 55.lib.4.* Marta *vot.163.num.7.* Belluga *in speculo Principum,rubr.15.§.sed quid dices nu.7.& in rubr. 41.§.leges Regni, num.59.* Guillelmus Benedictus *in repetit. cap. Raynutius, verb.& vxorem nomine Adelasiam decision.2.num.54.de testament.* Curtius *de feudis,7.par. ex num.19.* Duarenus *in consuetud.feudor.cap.20.num.8.* Freccia *de subfeudis,libr.2. auctorit. 10.* Carauita *ritu 205.num. 6.* Amadeus de Ponte *in tit. quis sit Iudex in causa feudali, numer. 19.& 20.* Surdus *consil.47.ex num.34.lib.1.* Ponte *de potestat.Proreg.titul. 3.§.1.num.21.et 22.* Mastrillus *de magistratibus,lib.4.cap.16.num.61.et 62.* Marcellus Cala *de modo articulandi,§.1.gloss.1.numer. 77.et 107.* Federicus Martini *de iure censuum,cap.6.num.320.et 325.* Cancer *variarum resolutionum,par.3.cap.10.ex numer.30.* Petra *de potestat.Princ.cap.11.nu.7.et 8.* Capiblancus *in pragmat. 8 part.1.n.118.& 119.de Baronibus.* Et hæc sententia in Regno Neapolitano confirmata est, certa, & continua praxi, vt notat Franchis *d.dec.417.nu. 2.* ego autem aduerti supra, loquens de criminalibus, quæst.7.præcedenti, num.858.

1097 Neque satisfacies, si dixeris, quinimò hanc sententiã esse conformem limitationi supra traditæ num.1093.& rationi, qua ad eam, & hanc asserendam mouentur Doctores; nam ferè omnes post Bartolum distinguunt, an vassallus subdatur Domino solum secundum nudum vsũ iurisdictionis, vt in hoc casu possit, aut inscio, aut inuito Domino iurisdictionem prorogare; an verò subdatur aliquo alio modo vltra nudum vsum iurisdictionis, vt in eo casu non possit sine Domini consensu in alienum Iudicem consentire. Quod eleganter notauit Marianus *in d.cap.significasti, num.44.* Afflictis *in constitut. Iustitiary nomen,num.22.* Franciscus Marcus *decis.313.num. 3. 2.par.* at vassalli, etiam burgenses, Baronibus feudatariis subduntur vltra nudum iurisdictionis vsum, nam obligantur etiam ad subuentiones, & seruitia personalia Dominis impendenda, ad iurandam fidelitatem, ad angarias, & perangarias, munera gratiatus, Camerlingatus, & similia, multaq; alias operas obsequiales, vt constat in hoc Regno Neapolitano, tùm ex vsu, tùm etiam ex *constitut. quamplurimum,& constitut.Comitibus, & pragm.10.14.& 16.de Baronibus,* & ijs, quæ ad eas adnotauit Capiblancus, & Rouitus *in pragmat.64 num.31.de offic.Procurator. Cæsar.* & docuit Afflictis *in cap. imperialem, §. præterea si inter duos,num.10.de prohibit. feud. alienat. per Federicum,* vbi ait omnes habitantes in Terra Baronis iurare fidelitatem Baroni, etiam si non habeant feudum, quia saltem pro aere, terra, & aqua, & igne, quæ recipiunt de terra Domini, tenentur ad præstandam fidelitatem; consentit Capyeius *d.dec.9.num.5.& 6.* Franchis *d.decis.417.num. 2.* Guillelmus Benedictus *in cap.Raynutius, verbo,& vxorem,num.54.de testamentis,* præsenseratq; Baldus *in d.leg. decernimus,15.num.4.Cod.de sacros.eccl.* consentiunt item multi ex relatis à me numero præcedenti. Cùm igitur vassalli burgenses subdantur Baronibus vltra nudum vsũ iurisdictionis, non poterunt, iuxta communem sententiã, iurisdictionem alienam, sine consensu Baronum, quorum subditi sunt, prorogare.

1098 Non inquam satisfacies, quoniam dato hoc ita esse, incideremus in sublimitationem ante traditam n. 1094. vt tunc non possint vassalli burgenses prorogare iurisdictionem alieni Iudicis præter Baronem, cum agitur de oneribus, & muneribus ipsi debitis, ne sic defraudentur Baronum iura; quemadmodum ipsi Barones, & vassalli feudatarij non possunt prorogare iurisdictionem, & consentire in alienum Iudicem præter Dominum directum, cum tractatur de feudo, vel eius oneribus; at cum nullum versatur interesse Baronis, sed alterius vassalli burgensis priuati, aut etiam Baronis alieni, tunc aliena iurisdictio prorogari poterit. Quod idem obseruatur in litibus Baronum inter se, aut cum vassallis alienis circa iura ad feudum non pertinentia, vt in prædicta sublimitatione dicebamus, & expressè asseruerunt loquentes de vassallis burgensibus, Isernia *in d.c.Imperialem, §. præterea si inter duos,num.78.in fine,* Aluarottus *ibi, num.4.vers.nec obstat regula,in fine,* Præpositus *num.5.* Marianus *in d.c.significasti, num.44.* post Panormitanum, quem vocat Dominum suum, Angelus *in l.1.num.6.ff.de iudiciis,* Angelus Aretinus *in §.idem iuris est,num.45.instit.de except.* Maranta *in praxi,4.p.d.dist.12.num.25.* Capycius *d.dec.9.num. 7. & 8.* Follerius *in praxi censuali,verb.& submissionis cuicunque foro,nu.3.*

1099 Quid dicendum in re tàm controuersa? Certè amplectenda est ea sententia, vt dicamus, vassallos burgenses spectato iure communi, etiam feudali, posse prorogare iurisdictionem cuiusuis Iudicis extra suum Baronem, dummodò lis versetur circa iura diuersa à vassallagio, & iuribus Baronis. Quod nonnulli contra Paulum *in d.§.& post operis, num.6.* extendendum credunt, etiam, si Baro propter prorogationem vassallorum amitteret sportulas, vel aliud speratum lucrum. Inter quos sunt Imola *in d.cap.P.& G.numer.101.de offic.delegat.* Alexander *in d.§.& post operis,numer.20.* Capycius *dicta decision. 9.numer. 12.* Barbosa *in dicto artic.3. num. 148.* Resolutionem verò principalem amplectuntur relati numero præcedenti in fine, & plurimi ex ijs, quos superius num. 1094. retuli, qui dùm generaliter loquuntur, ita sunt intelligendi, & interpretandi, vt loquantur de omnibus vassallis.

1100 Verùm ea doctrina limitanda sit, cùm iurisdictio in inue-

inuestitura feudali conceditur priuatiuè, & abdicatiuè, respectu aliorum Iudicum, & cum clausula decreti irritantis, si aliter fiat. Nam tunc propter inuestituram, & priuilegium in ea contentum, non poterunt alij Iudices de causis vassallorum burgensium cognoscere, neque vassalli burgenses prorogare iurisdictionem Iudicis alieni, cum detrimento iurisdictionis Baronis proprij, sine eius consensu: quod si alij de causis vassallorum cognoscant, iure Barones petent, vt causæ suorum vassallorum burgensium ad suos Iudices remittantur. Dixi, *cum iurisdictio conceditur abdicatiuè, & priuatiuè, & cum clausula decreti irritantis*, quoniam alioqui sola concessio iurisdictionis annexæ feudo, censetur fieri priuatiuè, & non cumulatiuè, vt aduerti supra quæstione præcedenti, num. 794. At sola concessio iurisdictionis in inuestitura feudali non haberet hunc effectum. Tùm, quia priuilegia Baronum non obseruantur in tàm ampla forma, quàm priuilegij verba sonare, & importare videntur, nedum si non sonent, vt asserit Carauita *ad ritum* 205. *num.* 4. conferuntque, quæ adducit Natta *cons.* 614. *ex num.* 7. *tom.* 3. Tùm, quia prædicta concessio, quæ tribuit priuatiuè iurisdictionem, non comprehendit casum prorogationis, in quo mixtim ex voluntate subditorum, & assistentia iuris tribuitur Iudici iurisdictio, vt in eo extraneum Iudicem iurisdictione priuet, vt probat textus *in l. in sacris,* 13. §. *modum*, iuncta Glossa ibi, *verbo, eos, C. de proxim. sacrorum scriniorum, libr.* 12. & notat Isernia *in constit. statuimus, in fine*, & ibidem Afflictis *num.* 43. *de offic. magistr. Iustitiar.* Barbosa *in dict. leg.* 1. *artic.* 4. *num.* 60. *ff. de iudicijs*. Idque confirmatur ex doctrina Ioannis de Imola in simili casu *in d. cap. P. & G. num.* 47. *in fine, de offic delegat.* & mirabili doctrina Salyceti *in l. certa,* 5. *num.* 2. *in fine, C. quando prouocar. non est necess.* vbi ait ad impediendam prorogationem oportere, vt specialis inhibitio interueniat; in quam rem multa ibidem notatu digna congessit, consonat Barbosa *in d. leg.* 1. *artic.* 1. *num.* 111. *&* 112. *& seqq. &* 152. *cum seqq.* Atque ideò debet constare de enixa voluntate Principis infeudantis volentis denegare subditis facultatem prorogandi, vt illa videatur denegata. De ea autem videtur constare per istas clausulas geminatas, vt notat Capycius *in inuestitura feudali, sub titulo feudorum clausulæ, verbo, ita quod de illis nullus, pagina* 127. *column.* 2. Cùm verò in Regno Neapolitano in inuestituris regulariter inserantur istæ clausulæ abdicatiuæ, & decreti irritantis; inde fit, vt vsus obtinuerit attestante Vincentio de Franchis *dicta decis.* 417. *num.* 2. vt causæ vassallorum petentibus Baronibus ad eos remittantur. Id tamen non prouenit ex natura vassallagij, aut iurisdictionis priuatiuæ, sed ex virtute clausularum inuestituræ, vt doctè, & cum iudicio obseruat Follerius *in practica criminali*, 1. *par.* 2. *partis, verb. audiantur excusatores, num.* 63. & eleganter explicat, & prosequitur *in constitut. Iustitiarij, nomen. num.* 112. 113. *&* 115. quod ante notauerat Capycius *dicta decis.* 9. *num.* 15. *&* 16. *et seqq.* & ad eum notauit Petra ibi, *additione vltima, verb. clausula annullatiua*, Maranta *in praxi*, 4. *part. distinct.* 12. *num.* 26. Barbosa *in d. l.* 1. *artic.* 3. *num.* 153. *cum seqq. & artic.* 4. *ex num.* 48. *&* 51. sequiturq; Capiblancus *in pragmat.* 8. *part.* 1. *ex num.* 73. *latissimè, & num.* 118. *&* 119. *de Baronibus*. Quare cum casus occurrerit, accuratè inspicienda sunt priuilegij verba, & clausulæ, reuocando in memoriam doctrinam Carauitæ *in ritu* 205. *num.* 4. vbi ait, Barones in Regno non esse in possessione clausulæ regulariter insertæ in inuestituris, de qua ibi, neque eam obseruari, cuius obseruationis meminit Barbosa *in dicto artic.* 3. *num.* 135. eam approbans, & notata à Marco Antonio Natta *dicto cons.* 614. *ex nu.* 7. *tom.* 3.

1101 Illud etiam hic occurrit notandum, tametsi in Clericis etiam exemptis, & priuilegiatis licita sit tacita prorogatio in Iudices extraneos, quamuis fiat sine sui superioris consensu, veluti si contrahant in aliena Diœcesi, vel ibidem conferant solutionem, vel delinquant, *cap. delicti, de foro competenti, cap.* 1. *de priuilegijs in sexto*: nam tunc magis prorogatur forus à iure, quàm ex subditorum voluntate, vt aduerti superius nu. 1083. verùm tamen in vassallis strictiorem esse hanc facultatem; nam etiam si delinquant, vel contrahant in alieno territorio, aut in illud solutionem conferant, nihilominus quoties super istis contractibus, aut delictis, in iudicium vocati fuerint ab extraneis Iudicibus, poterit peti à Baronibus, vt ad eos remittantur, quod ego notaui supra num. 813. & 814. idque erit ita faciendum, si priuilegium ostendant, cuius virtute id fieri debeat, alioqui standum erit iuri communi. Quod videtur obiter adnotasse Amædeus *in dicta quæstione quis sit Iudex in causa feudi, numer.* 20. *& de laudemijs, quæstion.* 24. *num.* 49. *&* 50. vt vel sic intelligas, hanc facultatis prorogandi, & conueniendi sub alienis Iudicibus coarctationem, non tàm a subiectionis vassallorum burgensium natura prouenire, quàm à priuilegio inuestituræ Baronum, quod iuri communi derogat ex potestate, & voluntate Principis concedentis. Ideò vassalli burgenses in Regno Castellæ, vbi non conceditur iurisdictio Baronibus, seù Dominis vassallorum sub istis clausulis, & tenore inuestituræ, liberè possunt prorogare iurisdictionem quorumuis Iudicum, seù aliorum Baronum, seù Regiorum, & nusquam in eo Regno auditum est, Dominum vassallorum petijsse remissionem causarum suorum vassallorum, cum se alienis Iudicibus subiecerunt; ita obseruat quotidiana eius Regni praxis. Hęc dicta sint de quinque requisitis ad prorogationem necessarijs.

SVMMA SECTIONIS Tertiæ.

1102 *PRorogationem facere possunt, qui impedimentum non habent, quominus prorogent.*
Ille censetur permissus de iure prorogare, qui non est prohibitus.

1103 *Proponitur quis possit prohibere prorogationem.*

1104 *Prorogationem non posse prohiberi nisi à Principe supremo non recognoscente superiorem sententia quorundam refertur, & eius fundamenta.*

1105 *Refertur secunda sententia affirmans omnes superiores, quorum consensus ad prorogationem requiritur, etiam si non sint supremi Principes, posse prohibere prorogationem, & eius probatio.*

1106 *Conciliantur distinctis duobus casibus prædictæ sententiæ.*
Cum prorogantes non indigent consensu suorum superiorum, non possunt prohiberi prorogare, nisi à supremo Principe.

1107 *Cum prorogantes indigent consensu suorum superiorum, possunt prohiberi prorogare ab illis, quorum consensus ad prorogationem requiritur, etiam si non sint supremi Principes.*

1108 *Papa an possit prorogare, remissiuè.*

1109 *Imperator, & alij Principes sæculares non recognoscentes superiorem, possunt prorogare, & se subijcere inferioribus.*

1110 *Archiepiscopi, & Episcopi, non possunt prorogare, sine consensu sui superioris.*

1111 *Exempti non possunt prorogare sine consensu Papæ.*

1112 *Officiales Regij perpetui Regni Neapolitani, qui exempti sunt in criminalibus, non possunt prorogare iurisdictionem, etiam Proregis.*

1113 *Refertur contraria sententia, exemptos posse renunciare exemptioni, & prorogare iurisdictionem, saltem Ordinarij, sine licentia Papæ, & improbatur.*

1114 *Exempti tacitè possunt suo priuilegio renunciare, & Ordinario se subijcere sine licentia eximentis.*

1115 *Exempti destinantes solutionem in locum non exemptum tacitè se subijciunt Ordinario.*

1116 *Taxatur sententia Feliciani in casu frequenti.*

1117 *Religiosi non possunt prorogare iurisdictionem Ordinarij sine licentia Papæ.*

1118 *Vassalli non possunt prorogare iurisdictionem alieni Iudicis sine suorum superiorum licentia.*

1119 *Laici regulariter attento iure communi possunt prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, sine licentia suorum superiorum.*

1120 *Laici quoad causas spirituales, & ecclesiasticas sunt incapaces iurisdictionis, quoad temporales verò Clerici sunt prohibiti consentire in laicos.*

1121 *Iuxta iura municipalia Castellæ, Portugalliæ, Nauarræ, et Franciæ, non possunt laici prorogare iurisdictionem Iudicum Ecclesiasticorum.*

1122 *An possint vassalli vnius Regni prorogare iurisdictionem Iudicis alterius Regni, sine licentia sui superioris, proponitur quæstio, & refertur prima sententia negatiua.*

1123 *Contraria sententia affirmatiua verior approbatur.*

1124 *Explicatur tex. in c. per venerabilem, in vers. insuper, qui filij sint legitimi.*

1125 *Refertur prædictæ sententiæ affirmatiuæ limitatio ex sententia Barbosæ.*

1126 *Reijcitur.*

1127 *Distinguuntur tres casus.*
Prorogatio Iurisdictionis facta in Iudicem alterius Regni per solam conuentionem durat, et est valida, quatenus ambo prorogantes perseuerant in eadem voluntate.

1128 *Cum quis in extraneum Regnum destinat solutionem, præter pactum de consentiendo in Iudicem eiusdem Regni, vel ex alia causa in alio Regno sortitur forum, prorogatio est efficax, etiam sine licentia Regis loci, vbi sit contractus.*

1129 *Subditus vni Regi tacitè prorogat iurisdictionem alterius Regis, vel Iudicum eius, verbi gratia, contrahendo in Regno extraneo.*

1130 *Minores, vel pupilli sine tutoris, vel curatoris, auctoritate non possunt prorogare.*
Iudex competens quis sit ad curatorem minoribus litigantibus dandum.

1131 *Agricolæ, de iure Castellæ, non possunt renunciare foro sui domicilij, et prorogare iurisdictionem Iudicis alieni, præterquam Correctoris Regij proximioris loco vbi degunt.*

1132 *Refertur pragmatica Regis Philippi III. lata anno 1619. qua statutum est Agricolas, non sortiri forum in loco contractus, aut destinatæ solutionis.*

1133 *Prædicta pragmatica non tollitur, quin Agricola possit conueniri in loco rei sitæ.*

1134 *Stante lege antiqua Agricolæ poterant tacitè prorogare iurisdictionem alienorum Iudicum.*

1135 *Reijcitur sententia Iacobi Collantes negantis Agricolam sortiri forum in loco destinatæ solutionis, iuxta terminos antiquæ legis Castellæ.*

1136 *Reprehenditur Ignatius Villar.*

1137 *Reijcitur explicatio Narbonæ textus in cap. 1. de priuileg. in sexto.*

1138 *Quæ fuerint innouata per pragmaticam anni 1619. circa priuilegia Agricolarum.*

1139 *Proponitur quæstio, an stante noua pragmatica possit Agricola conueniri extra locum domicilij, si ibidem administrasset tutelam, vel patrimonium Vniuersitatis, vel Ecclesiæ, ad reddendam rationem administrationis.*

1140 *Quid esset dicendum iure antiquo.*

1141 *Agricolam stante etiam iure nouo ibi redditurum rationem, vbi tutelam administrauit.*
Vnius priuilegium non debet trahi in alterius damnum, et iniuriam.
Quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter exprimantur, videntur quasi neglecta.

1142 *Miserabiles personæ non possunt prorogare iurisdictionem alieni Iudicis.*
Perpetuum est, vt non possit prorogare, qui non potest renunciare.

1143 *Prorogatio non potest fieri per Procuratorem sine speciali mandato.*

SECTIO TERTIA,

A quibus possit fieri prorogatio.

1102 Prorogationem facere possunt, qui impedimentum non habent, quominus prorogent; hoc autem impedimentum, aut prouenire potest à iure, aut ab homine; videlicet si quis prohibitus esset prorogare à iure, vel ab homine. Quod autem attinet ad prius impedimentum à iure, ille censetur permissus prorogare, qui non est prohibitus argumento *l. mutus, 41. §. 1. ff. de Procurator lege nec non, 28. §. quod eis, ff. ex quib. caus. maior. cap. cum apud 23. de sponsalib. c. 1. de Procurator. in sexto*: nam cum regulariter quis prorogare possit, *l. 1. ff. de iudicijs*, qui non est prohibitus, permissus censendus est.

1103 Quod autem ad secundum impedimentum attinet, primo loco videndum est, quis possit prohibere prorogationem, quam regulariter iura permittunt.

1104 Prima sententia ait, prorogationem non posse prohiberi, nisi à Principe supremo nõ recognoscente superiorem. Ita sentit Baldus *in d. cap. imperialem, §. præterea si inter duos, num. 19.* & ibi Præpositus *numer. 5. vers. nec obstat*, tametsi subobscurè, *de probib. feud. alienat. per Federicum*, Petrus, & Cynus *in l. si qui ex consensu, num. 11. C. de Episcop. audient.* Albericus *in l. 1. num. 4. in fine, ff. de iudicijs*, Alexander *in l. 1. §. & post operis, num. 23. ff. de nou. oper. nunciat.* Panormitanus *in d. cap. P. & G. num. 19.* Imola *num. 97. de offic. deleg.* idem Panormitanus *in d. cap. significasti, num. 7.* Marianus *nu. 45. de foro competent.* Capycius *decis. 9. nu. 2.* Cacheranus *decis. 32. nu. 7.* Barbosa *in d. l. 1. artic. 3. ex nu. 142. & artic. 4. nu. 44. cum seqq. ff. de iudicijs*, Capiblancus *in pragmat. 8. par. 1. nu. 120. & 121. de Baronibus.* Probatur primò ex textu *in d. l. 2. §. si et Iudex, ibi: nisi specialiter principali iussione prorogatio fuerit inhibita, ff. de iudicijs*. Secundò ratione, quia facultas prorogandi à iure, & legibus concessa, non potest tolli, nisi per eum, qui legibus ipsis superior sit.

1105 Secunda sententia affirmat, illos omnes superiores, etiam

etiam si non sint Principes supremi, sed qui alios superiores recognoscāt, quorum consensus requiritur ad prorogationem, posse prohibere subditos, ne prorogent iurisdictiones alienorum Iudicum, & litigent apud eos, seù statuto generali, siuè præcepto peculiari. Ita sentiunt Boerius *decision.* 114. *num.* 2. Afflictis *in cap. imperialem.* §. *præterea si inter, n.* 10. *de probib. alien. feu. per Federicum.* Vrsillus *ad afflictis decision.* 155. *num.* 4. *& ad decision.* 265. *nu.* 39. Petra *de potestate Princip. cap.* 11. *nu.* 7. *&* 8. Freccia *de subfeudis, lib.* 2. *auctoritat.* 10. Gail *obseruation. practicar. lib.* 1. *obseruat.* 40. *numer.* 6. Cacheranus *decision.* 78. *numer.* 12. Franchis *d. decis.* 417. *num.* 2. Cancer *variar. resolut. par.* 3. *cap.* 10. *num.* 30. Mastrillus *de magistratibus, libr.* 4. *cap.* 16. *nu.* 62. & plurimi ex ijs, quos retuli supra num. 1096. Quę sententia probatur, quoniam is, cuius assensus in aliquo actu requiritur, potest actum prohibere, quemadmodum potest assensum non præstare, argumento *lege parietem,* 7. *ff. de seruit. vrban. & l. Sabinus,* 28. *in princip. ff. commun. diuid.* sed requiritur assensus Domini vtilis etiam recognoscentis alium superiorem, scilicet Dominum directum, in prorogatione laici vassalli, exempli causa, burgensis, vt superius dixi numer. 1100. & in prorogatione Clerici opus est assensu proprij Episcopi, *d. cap. significasti, de foro competenti,* etiam si Episcopus habeat sibi superiorem Archiepiscopum, & Papam. Ergo superiores quamuis non supremi poterunt inhibere subditos, ne prorogent extraneorum Iudicum iurisdictionem, aut coram alijs litigantes auocare.

1106 Ego medio distinctionis conciliandas existimo duas istas inter se diffidentes sententias. Duo enim casus sunt distinguendi. Primus est, cum illi, qui porogant non indigent consensu suorum superiorum; quo casu non possunt prohiberi, quominus prorogent, nisi à Principe supremo, & superiorem non recognoscente, qui poterit beneficium legibus concessum auferre subditis cum expedierit, & iuxta hunc casum interpretanda est prima sententia.

1107 Secundus casus est, cum illi, qui prorogant, indigent consensu suorum superiorum, vt sunt Clerici, vassalli; & isto casu possunt prohiberi ne prorogent ab illis, quorum consensus ad prorogationem requiritur, etiam si nō sint supremi Principes. Quoniam cum illis iura non concedāt simpliciter facultatem prorogandi, sed limitatam, & adstrictam consensui suorum superiorum, fit, vt illi nō præstando assensum, possint nullo subditis illato grauamine, eos coram alio Iudice litigantes auocare, & vt ad se remittantur petere, inhibereque ab initio, ne apud alios Iudices conueniant, aut conueniantur, saltem quatenus agitur de præiudicio ipsorummet superiorum: nam prorogatio quatenus infert subditis ipsis præiudicium, vero similius est ipso iure valere, vt dixi supra nu. 1059. post multos, quos retuli.

1108 Deueniamus iam ad examen propositę difficultatis, quænam, inquam, personę possint prorogare. Primò autem occurrit Papa, de quo an possit prorogare tractat Io. Andreas *in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, numer.* 5. *in fine, de constitution.* vbi Felinus *num.* 5. Decius *numer.* 62. *cum seqq.* idem Io. Andreas *in d. cap significasti, num.* 2. Antonius Butrius *nu.* 8. *&* 10. Marianus Socinus *ex num.* 10. Glossa per textum ibi *in cap. nos si competenter,* 2. *quæst.* 7. vbi Archidiaconus, & Geminianus, Panormitanus *in d. cap. P. et G. n.* 17. *de offic. delegat.* idem Decius *in l. est receptum,* 14. *num.* 2. *et* 3. Iaso *ex nu.* 2. *ad* 6. Oroscius *ex numer.* 3. *ad* 11. *ff. de iurisdiction. omn. Iudic.* Romanus *cons. vltim. quod est* 423. *et singular.* 144. *lex est,* Antonius de Mattheis *de prorogation. iurisdict. nu.* 10. & ijs, quæ Doctores dixerunt, nihil addendum occurrit.

1109 Secundò, Imperator potest se subijcere Iudicib. inferioribus; idem dicendum est de Regibus, & alijs Principibus sæcularibus non recognoscentibus superiorem, vt de Rege Hispaniæ, quem nullum superiorem recognoscere dixi supra quæstion. 2. num. 138. in fine, & de Rege Galliæ, quem similiter esse immunem ab Imperio, tradit apostilla marginalis ad Glossam *in capit. Adrianus,* 22. *verb. per singulas, distinct.* 63. & videtur probare per textum *in cap. per venerabilem,* 13. §. *videbatur autem, versic. insuper, qui filij sint legitimi.* Qui tamen non obstante eo quod sint supremi, possunt se subijcere inferioribus: idq; probatur ex textu expresso *in leg. est receptum,* 14. *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* vbi omnes Doctores docent; *& in l. ille à quo,* 13. §. *tempestiuum, ff. ad Senatusconsult. Trib.* Marianus *in d. cap. significasti, num.* 14. *de foro competenti,* Felynus *in dicto cap. Ecclesia sanctæ Mariæ,* 10. *numer.* 5. *de constitut.* Gregorius Lopez *in leg.* 7. *per textum ibi, titul.* 9. *par.* 1. *gloss.* 9. *& gloss.* 2. *in princ. in l.* 2. *tit.* 7. *part.* 3. Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num.* 10. *vers. Imperator.* Regens Rouitus *cons.* 90. *nu.* 14. *lib.* 2. vbi alios allegat. Quod tamen ita intelligendum est, vt possint isti supremi Principes se subijcere, quod etiam faciunt ex honestate, & decentia, non ex necessitate: nam possent de iuris rigore in suismet causis sibi ius dicere, vt notaui supra quęst. 7. prępcedenti numer. 786. propè finem, cum plurimis, quos retuli.

1110 Tertiò, Archiepiscopi, & Episcopi, quemadmodum cæteri Clerici non possunt prorogare iurisdictionē alieni Iudicis sine consensu sui superioris. vt dixi supra numer. 1075. quare ad prorogandum Archiepiscopus eget consensu Primatis, si illum habet, alioqui Papæ: Episcopus autem consensu Archiepiscopi: item Abbates suorum superiorum, notat Marianus *in d. c. significasti, nu.* 15. *&* 42. & Antonius de Mattheis vbi supra *d. nu.* 10.

1111 Quartò, exemptis non possunt prorogare iurisdictionem Iudicis non sui sine consensu Papæ, cui immediatè subduntur, etiam si sit proprius Episcopus; quemadmodum suo foro renunciare non possunt, vt dixi supra num. 1056. Notat Panormitanus *in quæst.* 7. *duo clerici di caractere, nu.* 14. 15. 16. *&* 17. *cum seqq.* optime tractans, *& in d. cap. significasti, ex num.* 9. Marianus *ibi, num.* 16. *&* 42. *de foro competenti,* Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 1. *libr.* 3. *ordinamenti gloss.* 1. *vers. vtrum autem, col. mihi* 777. Gail *obseruation. practicar. lib.* 1. *obseruat.* 40. *nu.* 2. 3. 4. *&* 5. Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. dicto num.* 10. *in fine,* Cochier *de iurisdictione ordinarij in exemptos, to.* 1. 2. *part. q.* 7. *ex num.* 4. vbi refert octo ampliationes huius conclusionis, *& ex num.* 18. Felicianus *de censibus, tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 13. *ex vers. contrarium verò,* qui eleganter disputat, & optimè probat, atque sententiam esse receptiorem, & crebriorem, Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 4. *num.* 43. *ff. de iudicijs,* Capiblancus *in pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 107. *de Baronibus,* Probaturq; ex textu *in cap. cum tempore,* 5. *de arbitris, & in cap. authoritate,* 4. *de priuileg. in sexto,* vt expenduntur a Feliciano, vbi supra. Ratione etiam, quoniā in exemptione non solùm versatur fauor exempti, sed etiam eximentis, *dicto c. cum tempore,* cui facto exempti subtrahentis se iurisdictione eximentis, præiudicari non potest.

1112 Ex quo rectè infertur, Officiales Regios perpetuos huius Regni Neapolitani, qui exempti sunt ex Regijs rescriptis, à iurisdictione, & cognitione omnium Iudicū inferiorum, etiam Proregis, in causis criminalibus, vt con-

constat ex rescriptis illis, quæ refert Regens Tapia *in decisionibus supremi Senatus Italiæ, decision.3.num.*148. *& nu.* 151.& omnibus, quæ ibidem ab eodem congesta sunt, traditisque à Surgente *de Neapoli illustrata, libr. 1. capit.* 17.*ex num.*40.Fuluio Constantio *in leg. vnica,C. de classicis,lib.* 11.*nu.*88.Boetio *dec.* 149.*nu.* 14. Gregorio Lopez *in l.*4.*tit.*24.*par.*2.*glossa* 3. & Io. Dominico Tassono post hæc scripta edito *in pragmatica de antefato, vers.*2.*obseruat.*4.*ex num.*38. qui ibidem *num.*40. refert alıud regium rescriptum, quod nunc continetur *in pragmat.* 1 t.*de officio Iudicum,in compilatione nouissima* iuxta antiquam legem Imperatoris Zenonis,*in l. vltima.C.vbi Senatores,vel clarissimi,*cuius meminit Ponte *decision.*13.*num.*2.*vers. in viris illustribus*, non posse prorogare iurisdictionem cuiusquam inferioris,etiam Proregis,qui est prorsus incompetens, à cuius iurisdictione expresse sunt exempti; quod recte adnotauit Capiblancus *in dicta pragmat.*8.*par.* 1.*num.* 107.*&* 108. *de Baronibus*, & colligitur ex traditis à Barbosa *in dicto l.* 1.*art.*4.*nu.*147.*&* 148. præsertim cum cognitio criminalis causarum ad istos ministros pertinentium sit de reseruatis Principi, in quibus etiam nō potest fieri prorogatio, vt dicemus inferius, numero 1128.& num.1233.

1113 Contrariam tamen sententiam quinimo exemptos posse exemptioni suæ renunciare, & prorogare iurisdictionem, saltem sui ordinarij, sine licentia Papæ, tam in foro pœnitentiali interno, quàm in externo, sequuti sunt Ioannes de Lignano, & Federicus de Senis, qui eum refert *consil.*14.Felinus *in cap.cum omnes,*6.*nu.*8.*vers.quartò probatur,& in cap.cum accessissent,*8.*num.* 6. *de constitution.* Nauarrus *cons.*13.*nu.*4.*de priuileg.*& Iaso *in l. si vnus,*27.*§. pactus ne peteret, numer.* 9.*ff.de pactis*, quorum fundamentis egregiè satisfacit Felicianus vbi supra, atque ideò à prædicta priori sententia recedendum non est.

1114 Qua retenta,eam limitabis,vt exempti tacitè possint suo priuilegio renunciare,& ordinario se subijcere sine licentia eximentis, veluti si delinquant, vel contrahant in loco non exempto, vt probat textus *in cap.* 1.*de priuileg. in sexto*, & notat Erasmus Cochier *de iurisdictione ordinarij in exemptos,tom.*1.2.*par.q.*45.*nu.*1.*& seqq.& num.*22. quod tamen ibi sublimitat *numer.*3.*& num.* 25. *& seqq.* Hæc enim prorogatio magis fit ex iuris assistētia, quam ex voluntate exemptorum.

1115 Hanc autem limitationem ego extenderem, si exēpti destinarent solutionem in locum non exemptum, quia iuris censura ibi contrahere intelligunt, quo solutionem conferunt, *leg.contraxisse, ff.action. & obligation.* quod ex eadem ratione supra diximus de Clericis *numer.* 1083.cum sequenti.

1116 Ex quibus dubia redditur decisio quæstionis propositæ & disputatæ à Feliciano *in dic.q.ex nu.*13.quoniam in illo casu vide tur posse ab Ordinario mandati executioni aduersus exemptos instrumentum contractus census, etiam si in prorogatione non interuenit consensus Papæ, aut eius Legati, si esset collata solutio censuum decursorum in locum non exem[illegible] nisi forte id impediuerit tenor pri[illegible] [illegible]mpt[illegible] quod ibidem non præsupponitur.

1117 Quintò, R[illegible] [illegible] eandem r[illegible] onem,quia exēpti non possunt [illegible] iurisdictionem Ordinarij sine licentia Papæ,vt notat Emanuel Rod[illegible] *tom.*2.*quæstionum regularum,q.*63.*art.*10.

1118 Sextò,quod ad laicos att[illegible] vassalli feudatarij, & [illegible]urgenses subditi feudatarij [illegible] prorogare iurisdictionem alieni Iudicis laici sine suorum superiorum licentia, iuxta dicta sectione præcedenti num.1093.cum sequentibus,vsque ad finem sectionis.

1119 Septimò, ijdem vassalli laici regulariter, & attento iure communi possunt prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici sine licentia suorum superiorum.Ita docent Antonius Butrius *in d.cap.significasti,num.*9.Marianus *nu.* 40.Io.Faber *in l.si quis,nu.*6.*C. de Episcop. audient.* Franciscus Marcus *decis.*196.*num.*5.1.*par.& dec.*544.*num.*1. 2. *part.*iuxta impressionem Lugdunensem anni 1585. nam hæc decisio deest in alia impressione recentiori anni 1587.Boerius *decision.*69.*num.*5.Cacheranus *decis.*78.*nu.* 1.*&* 2.Viuius *decision.*125.*num.* 2. Aufrerius *tract.de potestat.ecclesiast.super laicis,num.*25.Natta *consil.*413.*nu.*4. *tom.*2.Nauarrus *consil.*51.*nu.*2.*sub tit.de sentent.excommunicat.*Barbosa *in d.l.* 1.*art.*3.*nu.* 133.*ff.de iudicijs.*Probatur primò ex textu *in d.l.ex si qui consensu,*7.*l.Episcopale*, 8.*C. de Episc.audient.*& vtrobique notatis à Glossa, & Doctoribus. Secundò ratione, quia vassalli non egent consensu superiorum ad prorogandam iurisdictionem Iudicum alienorum, cum litigant super iuribus ad superiores non attinentibus, nisi impediantur priuilegio aliquo concesso illis, quibus subduntur, vt dixi supra num.1094. 1099.& 1100.cum sequenti.Ergo cum nullum impedimentum adsit, quominus laici prorogent iurisdictionem Ecclesiasticorum, illam possunt prorogare. Ex quo recte docuit Franciscus Marcus *decis.*1085.*nu.*3.1.*par.*non posse Iudicem sæcularem inhibere laico, ne respondeat coram Iudice Ecclesiastico.

1120 Neque obstat argumentum à simili, quod non possint laici prorogare iurisdictionem Ecclesiasticis, quemadmodum nec Clerici iurisdictionem laicis,*cap.si diligenti*,2. *de foro competenti*. Non inquam obstat; quoniam laici quoad causas spirituales,& Ecclesiasticas sunt incapaces iurisdictionis, *capit.decernimus*, 2.*de iudicijs*; quoad temporales vero Clerici sunt prohibiti consentire in laicum, *dict.capit si diligenti* : at secus est in Iudicibus Ecclesiasticis, qui capaces sunt iurisdictionis quoad causas sæculares, vt recte notat Oldradus *consil.* 83.*numer.*7.laici autem non sunt prohibiti subijcere se Ecclesiastico Iudici, imò permissi,*dict.l.si qui ex consensu, & l.Episcopale, C. de Episcop. audient.*

1121 Quam conclusionem sic probatam limita,vt attentis iuribus municipalibus multarum Prouinciarum, non possint laici, etiam vassalli burgenses Regi, prorogare iurisdictionem Iudicum Ecclesiasticorum: in illis videlicet Prouincijs, vbi vigent leges prohibentes, ne laici Iudicibus Ecclesiasticis se subijciant, & eorum iurisdictionem prorogent in causis merè prophanis.Quam limitationem in genere tradit Io.Faber *in d.l.si quis,numer.*6.*C. de Episcop.audient.*Habet autem locum in Regno Castellæ, in quo lata est *leg.*10.*&* 11.*titul.* 1. & ad eas notat A[illegible]uedus, *& leg.*23.*tit.*25.*libr.* 4. *recopilat.* quibus interdicitur ne laici Iudicibus Ecclesiasticis submittant, quarum meminit Orosc[illegible]s *in dicto leg.est receptum,*14.*num.*[illegible] *iurisdict. omn. Iudic.* Similis lex viget in Regno Portugalliæ,vt testatur Barbosa *in d.l.*1.*art.*3.*num.*139.& Pereira *de manu regia* 2.*part.cap.*35.*num.*1.*&* 2. & in Regno Nauarræ, vt tradit Nauarrus *consil.*51.*num.*3.*&* 4.*sub tit.de sentent.excommunicat.*& ibi *num.*5.asserit eas leges, & consuetudines esse iustas, consentit Menchaca *controuers. vsu frequent.cap.*14.*num.*35. post Angelum, & Paulum; idem probat Azeuedus *ad prædictam l.* 11. *ex num.* 1.*tit.*1. *libr.*4.*recopilation.*multis relatis. Idem seruatur in Regno Franciæ obseruant Gulielmus Benedictus *in cap. Raynutius*

tius, verb. & vxorem, decis. 2. num. 53. de testament. Aufrerius *tract. de potestate Ecclesiæ super laicis, numer. 23.* & in ea est similis constitutio apud Rebuffum *tomus 3. in constitut. reg. tit. vt laici non conueniantur coram Iudicib. Ecclesiasticis*, vbi ille *in glossa vnica nu. 9.* notat latam esse tuendæ regiæ iurisdictionis gratia. Idem testatur Franciscus Marcus *d. decis. 544. nu. 2. 2. part.*

1122 Octauo, an iidem vassalli possint prorogare iurisdictionem Iudicis extranei ab eo Regno, vel Republica, in qua degunt, & consentire in Iudicẽ alieni Regni vel Reipublicæ, sine licentia sui superioris, difficultatem habet. Exempli gratia, an possit Neapolitanus consentire in Iudicem Genuensem, Venetum, vel Romanum, seclusis Neapolitanorũ priuilegiis, vel Hispanus in Iudicem Gallum; aut e contra Gallus in Hispanum? in qua Paulus *in l. 1. §. & post operis, num. 6. ff. de noui oper. nunciat. & in l. 3. num. 4. C. vbi de crimin. agi oport.* videtur sentire, tametsi non multùm apertè loquatur, vassallos vnius Regni, vel Prouinciæ, non posse consentire in Iudices alterius Regni; vel Prouinciæ, vel prorogare iurisdictiones eorum, vbi dominia sunt distincta. Idem docet Aegidius Bellamera *cons. 11. nu. 3. & cons. 33. num. 43.* vbi considerat Prouincias omnes fuisse subditas Populo Romano; ideò potuisse eo tempore quemcunque prorogare iurisdictionem cuiuslibet Iudicis; cæterum hodie cum subsint diuersis Regibus, & iurisdictiones sint diuisę, subditum vni Regi non posse prorogare iurisdictionem Iudicis alteri Regi subditi, vtpotè cessante prædicta ratione. Eamque sententiam apertè amplectitur Gregorius Lopeź *in l. 15. tit. 1. par. 7. gloss. 2. in fine*, quam confirmat ex doctrina Baldi, quem sic interpretatur *in dicto l. si qui ex consensu, numer. 6. C. de Episcop. audient.* Paulus autem Castrensis allegat pro sua hac sententia textum *in capit. per venerabilem, 13. §. videbatur autem vers. insuper, qui filij sint legitimi.*

1123 Contrariam tamen sententiam, imò regulariter, & attento iure ordinario posse subditos vnius Regni prorogare iurisdictionem Iudicum alterius Regni veriorem existimat. Alexander *in leg. 1. dicto §. & post operis, numer. 20. ff. de nou. oper. nunciat.* Io. Faber *in d. l. si qui ex consensu, num. 6. C. de Episcop. audient.* Capycius *decis. 9. num. 3.* Barbosa *in d. l. 1. artic. 3. numer. 161. 163. & 164.* Quæ probatur ex generalitate textus *in leg. 1. & 2. ff. de iudiciis* & ex eo, quod superius asseruimus, regulariter non requiri consensum superiorum, vt laici prorogent iurisdictionem cuiuslibet Iudicis capacem prorogationis, nisi aliquo alio extrinseco impediantur, vt contingit in vassallis feudatariis, & eorum subditis burgensibus, præsertim in Regno Neapolitano; vt dixi supra num. 1099. & 1100.

1124 Neque obstat textus *in dicto cap. per venerabilem, versicul. insuper, qui filij sint legitimi*; quoniam vt respondet Alexander, & cæteri supra relati, eius decisio ex alio capite procedit. Ideò enim non potest ibi quoad legitimationem spuriorum prorogare iurisdictioné Papę subditus Regis Francorum, quoniam spuriorum legitimatio est de [illegible] Principis, *authent. quibus mod. [illegible]atur. effic. sui, §. final. collat. 7.* in quibus, vt inferius dicemus sect. 5. non potest fieri prorogatio, ne superioris reseruationi præiudicium inferatur.

1125 Hanc tamen sententiam limitandam credit Barbosa, vbi supra *ex nu. 165.* in illis Regnis, & Prouinciis, in quibus viget lex, & consuetudo prohibens prorogare laicos Ecclesiasticorum Iudicum iurisdictionem in quibus admittendam existimat opinionem Pauli Castrensis supra relatam, vt vassalli, etiam burgenses, non possint prorogare iurisdictionem Iudicum extraneorum à suo Regno, vel Prouincia, sine licentia Regis proprij, vt contingit in Regnis Castellæ, Portugalliæ, Nauarræ, & Galliæ, vt dixi supra numer. 1121. Ratione probat, quoniam in illis Regnis, prorogatio in Ecclesiasticos Iudices permissa iure canonico, ex textu *in dicto capit. significasti*, per locum ab speciali; ideò est prohibita, ne minuatur iurisdictio laicorum, vt in eodem prædicto numero in fine ego aduerti, & obseruat Nauarrus *dicto cons. 51. nu. 4. sub titul. de sententiam excommunicat.* Hæc autem ratio similiter vim habet in eo casu, quo subditus vnius Regis prorogat iurisdictionem Iudicis extranei Regni, quæ nullo iure, saltem expressè, inuenitur permissa. Ergo in vtroque casu idem ius statuendum est, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* Nam ex indentitate rationis etiam extenditur dispositio pœnalis, & odiosa, quamuis non quoad pœnam, *capit. in pœnis, de regul. iur. in sexto*, saltem quo ad dispositionem principalem, vt notat Panormitanus *in cap. 1. num. 10. de locat.* Cagnolus *in l. final. numer. 115. C. de pactis*, Farinacius *in fragmen. criminal. liter. E. num. 171.* Gammarus *tract. de extensionibus, ex nu. 181. tom. 18. tractatuum*, Ripa *de remediis ad conseruandam vbertatem, nu. 49. & 50.*

1126 Sed hæc limitatio, & eius fundamentum non placet; potest enim considerari vrgens ratio, cur laicis permittatur magis à Principibus supremis, prorogare Iudicum sæcularium extraneorum Regnorum iurisdictionem, quàm Ecclesiasticorum Iudicum, tametsi vtraque iurisdictio sit diuersa inuicem, & separata. Primo quoniam iurisdictio laica duorum Regnorum magis similis est, & symbola inuicem, quam laica, & Ecclesiastica vnius, & eiusdem Regni: & in symbolis facilior est transitus, *l. in rem, 24. §. item quæcunque, ff. de rei vindicat. lege sed cum patrono, 6. in principio, ff. de bonor. possession. l. an inutilis, 8. §. acceptum, lege si acceptolatum, 19. in principio, ff. de acceptilation.* Baldus *in l. Centurio, 15. num. 5. ff. de vulgar. & pupillar. substit.* Ancharanus *consil. 422. numer. 4.* Paulus *consil. 414. num. 3. 2. part.* Imola *in dicto cap. P. & G. numer. 86. de offic. delegat.* Cardin. Tuscus *liter. S. conclusion. 248.* Secundò, quoniam inter laicos fit quoad prorogationem permutatio; non verò inter laicos, & Ecclesiasticos. Dicam clarius; mirum non est, si Rex Hispanus permittat subditus suo prorogare iurisdictionem Iudicis Franciæ, siquidem Rex Franciæ vicissim permittit subdito suos vt proroget iurisdictionem Iudicis Hispaniæ. Quæ mutua subditorum prorogationis permissio est vtilissima, & ferè necessaria ad vsum commerciorum, quæ procedunt à iure gentium, *l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure*: ac [illegible] consequens ex ipso etiam videtur originem duxisse. [illegible]n ita contingit inter Ecclsiasticos, & sæculares, [illegible] superiores Ecclesiastici nõ permittunt subditos pro[illegible] iurisdictionem Iudicum sæcularium; imò prohi[illegible] *cap. si diligenti, de foro competenti*; quare vicissim Principes sæculares prohibent subditos suos prorogare iurisdictionem Ecclesiasticorum Iudicum in prædictis Prouinciis, ne minuatur eorum iurisdictio.

1127 Verùm nihilominus pro plena huius difficultatis resolutione, ego [illegible]mo d[illegible] tres casus. Primus est, c[illegible]s vnius [illegible]rogat iurisdictionem Iud[illegible] Regni [illegible] nuentionem extraiudicial[illegible]r am[illegible] utem dicendum est, pro[illegible] eatenus [illegible] validam, quatenus ambo pro[illegible]erseuerent: in eadem voluntate, alioquin [illegible] voluntate, antequàm Iudex [illegible]tur, proroga[illegible]t, vt dicebam superi[illegible] mero 10[illegible]m intra idem Regnum fit [illegible]

eugat[illegible]

rogatio, adiecta clausula in contractu, quod quis vbicunque conueniatur.

1128 Secundus casus est, cùm quis præter pactum de prorogando, & consentiendo in Iudicem extranei Regni, confert solutionem in locum eiusdem Regni: velut si quis contrahens Neapoli, vel Romæ, vel Madriti, conferat solutionem faciendam Parisijs, vel alia legitima causa in alio Regno sortiatur forum, vt ratione contractus, rei sitæ, originis, & cæt. Hoc verò casu dicendum est fieri prorogationem efficacem, etiam sine licentia Regis loci, vbi fit contractus. Ratio est primò, quoniam Clerici etiam qui sine suorum superiorum licentia non prorogant, hoc modo sine illa prorogare possunt, vt notaui supra numero 1083. Ergo simili modo laici, in quibus nullo iure expresso cauetur, ne sine licentia prorogent, imò generaliter, & indistinctè prorogare permittuntur, *l. si conuenerit, ff. de iurisdictione omnium Iudicum, l. 1. & 2. ff. de iudicijs.* Secundò, quoniam nullum infertur præiudicium superiorum iurisdictioni, inter quorum subditos vicissim, vt paulò ante dicebamus, fit prorogatio, nunc subijcendo se ex hoc Regno extraneo, nunc huic ex extraneo, videlicet nunc Hispanus Gallo, nunc Gallus Hispano se submittit, & quod ex vna parte aufertur, ex alia compensatur reciproca prorogatione ad commercia vtilissima, & ferè necessaria. Tertiò, quoniam hæc non est propriè prorogatio, cùm quis, etiam præciso prorogationis pacto, in extraneo Regno sortiatur forum, vt consideraui supra, numero 1083. & magis operetur pactum remotionem obstaculi, & renunciationem exceptionis, fori, quàm nouam fori constitutionem.

1129 Tertius casus est, cum quis subditus vni Regi tacitè prorogat iurisdictionem alterius Regis extranei, vel Iudicum eius. Exempli causa, si Neapolitanus nullo facto expresso pacto de prorogando, aut consentiendo in extraneum Iudicem, contrahat Romæ, aut eodem solutionem conferat, vel Romanus Neapoli, Hispanus Lutetiæ, vel Gallus Hispali. Quo casu planè dicendum est prorogationem posse fieri sine licentia Regum earum Prouinciarum; alioquin commercia cessarent, & sustineri non possent, consentit Barbosa *d. art. 3. n. 172.* & probat textus *in cap. ult. ... de foro compet.* vbi notat Panormitanus *nu. 4.* Idque ex eo etiam constat, quod Clerici hoc modo possunt prorogare sine suorum superiorum licentia, vt dixi supra nu. 1083. & 1084. & apertè deducitur ex ijs, quæ dixi de foro contractus, quæst. 4. ex n. 160. intelligendo tamen, & limitando ex ibidem dictis ex nu. 218.

1130 Nonò, minores 25. annis & pupilli non possunt prorogare iurisdictionem alieni Iudicis, aut suo foro renunciato sine authoritate curatoris, aut tutoris, quia non habent legitimam personam standi in iudicio, *l. 1. & 2. C. qui legitim. person. standi in iudic. ... C. de authorit. præst.* notat Speculator *lib. 1. tit. de actore §. 1. num. 9.* Et ex hac ratione hanc conclusionem tradit Angelus *in leg. 1. nu. 5. ff. si quis in ius vocatus non ier.* vbi eam ampliat, etiam si minor renunciet foro adhibito iuramento, quoniam in iudicijs non habet locum *Authent. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. & in leg. 1. num. 9. C. de iurisd. omn. Iudic.* Marianus Socinus *in d. cap. significasti, num. 19. de foro comp.* Eam tamen conclusionem limitat Baldus *in d. l. 1. nu. 6. C. de iurisdict. omn. Iudic.* si intersit minoris litigare coram alieno Iudice, cum tunc iudicium, & prorogatio valebit, argumento textus *in l. non eo minus, 14. C. de Procurator.* quam legem Baldus ibi *n. 1.* dicit locū habere in pupillo. Confirmatur ex doctrina Glossæ *in lege ... tutoris, 11. verbo,* interueniente, *C. eodem titulo, de Procurator.* quam approbat ibi Bartolus *num. 19. in fine, & in d. l. non eo minus,* quæ ait iudicium, & sententiam latam pro minore, cum Procuratore constituto ab ipso sine tutoris authoritate, valere. Limitatio nis exemplum adducit Baldus *in d. leg. 1. num. 6. C. de iurisdict. omn. Iudic.* in pupillo expulso de Bononia commorante Ferrariæ, qui petebat dari sibi tutorem per Iudicem Ferrariæ, qui videbatur incompetens: concludit nihilominùs cum expediat pupillo dari sibi tutorem, posse quoad id prorogari iurisdictionem Iudicis Ferrariensis. Baldum sequitur Marianus Socinus *in d. cap. significasti, numer. 19.* Angelus autem *in d. l. 1. numer. 7. C. de iurisdict. Iudic.* eodem ferè apposito exemplo videtur sublimitare limitationem Baldi, vt procedat tantùm in casu, quo pupillus ille haberet litem Ferrariæ, & in illa lite peteret sibi curatorem: nam tunc posset dari à Iudice Ferrariensi. De quo exemplo, & Iudice competenti ad curatorem dandum ad litem, vide latè Antonium de Amato *resolutionum variarum, resolut. 33.* Matantam *in praxi, 4. part. distinct. 11. num. 64.* Aymonem Crauettam *consil. 844. num. 7. & l. 1. C. vbi petant. tutor. vel curat.* & Bartolum *in l. pupillo, 27. ff. de tutor. & curator. dat. ab his.*

1131 Decimò, de iure Castellæ, Agricolæ non poterant prorogare iurisdictionem Iudicum extraneorum à suo foro, & ei renūciare; præterquàm si se subijcerent, & submitterent correctori Regio loci proximioris loco, vbi degunt; & in locis exemptis, Correctori loci capitis iurisdictionis, à quo exempti sunt *ex lege 25. cap. 4. tit. 21. lib. 4. recopilation.* & traditis à Io. Parladorio *in sesquicenturia quotidianarum differentiarum; different. 79. §. 1.* vbi prædictam legem commentatus est, *cap. 4.* Iacobo Collantes *commentar. in pragmatic. in fauorem rei frumentariæ, libr. 3. cap. 6. nu. 1. & seqq.* Ignatio Villat *in sylua responsorum, lib. 2. respons. 16. cap. 4. num. 1. & seqq.* Alphonso de Narbona *in tertiam partem recopilation. ad leg. 25. tit. 21. libr. 4. gloss. 17. ex nu. 1.* Ita enim statutum erat ob fauorem Agricolarum, ne vexarentur expensis litium in locis extraneis à suo domicilio, & ab eo multum distantibus, aut ab agricultura amouerentur, contra textum *in l. colonos nunquā, 15. C. de Agricol. & censit. libr. 11.* & adnotata à Renato Choppino *tractat. de priuilegijs rusticorum, lib. 1. part. 1. cap. 1. tom. 18. tractat.* à cuius artis exercitatione, & vsu pendet omnis Respublica, vtpotè à fonte alimentorum totius humanæ creaturæ, & in ea versatur ob eam rationem publicus fauor, & vniuersalis vtilitas.

1132 Superuenit ad hanc legem noua pragmatica Regis Philippi III. lata anno 1619. in cuius tertio capite facta mentione de prædicta *l. 25.* ita statuitur: *Que sin embargo, que por la dicha ley se les permite, someterse al Corregidor Realēgo mas cercano, y en los lugares eximidos al de la cabeza de la iurisdiction, de donde se eximieron; no puedan de aqui adelante hacer la dicha submission, ni otra alguna; sino que por las deudas, que contraxeren, ayan de ser conuenidos en el fuero de su domicilio, y no en otra parte.* Qua pragmatica inductum est, Agricolæ non solum non possint se subijcere, & submittere cuiuis alieno Iudici; sed etiam, vt non sortiantur forum in loco contractus, aut destinatæ solutionis; contra regulas iuris communis, & dicta à me supra, quæst. 4. num. 160. & num. 248. quod rectè aduertit Narbona *in dicto l. 25. gloss. 17. num. 248.* & est noua limitatio, addenda traditis in dicta quæst. 4. ex nu. 218. & propriè num. 280.

1133 Illud oportet animaduertere non tolli prædicta pragmatica, quin Agricola conueniatur in foro rei sitæ, in quo non conuenitur actione personali ex debito contra-

cto, sed actione reali, quę etiam locum habere potest, vbi nullum est contractum debitum, iuxta dicta supra, q. 3. n. 144. & 151. & iuxta *d. l.* 25. adnotauit Collantes *in pragm. rei frumentar. lib. 3. c. 7. num. 3.*

1134 Eadem etiam noua pragmatica stante, cessat antiqua difficultas, an Agricolæ possint tacitè prorogare iurisdictionem Iudicis extranei, contrahendo in territorio extrà suum domicilium, aut destinando solutionem in eundem extraneum locum; quæ difficultas stante prædicta *l.* 25. antiqua se se offerebat. Et re verà iuxta terminos prædictæ antiquæ legis dicendum erat, prorogationem tacitam, ea non obstante locum habuisse, & potuisse Agricolas tacitè prorogare iurisdictionem alienorum Iudicum, contrahendo in eorum territorijs, vel in ea conferendo, & destinando solutionem contracti debiti. Idq; planè probat textus *in cap. dilecti, de foro competenti. & in cap. 1. de priuilegijs in sexto*, quibus dicitur, posse exemptos tacitè prorogare iurisdictionem Iudicis ordinarij contrahendo; & apud eum de contractibus conueniri posse exemptione non obstante, etiam si expresse non possint prorogare iurisdictionem Ordinariorum. Quod ex eo etiam probatur, quòd Clerici prohibiti in alienos Iudices expresse consentire sine suorum superiorum licentia, *d. c. significasti*, possunt in eosdem tacitè consentire contrahendo in territorio ipsis subdito, vt notaui nu. 1083. prouenit autem ex eo, quod ista prorogatio, non tàm oriatur ex consensu, & voluntate prorogantis, quàm ex authoritate, & assistentia iuris. Ex quo satisfit argumento eorum, qui ex paritate taciti, & expressi, contrariam sibi sententiam persuaserunt. Atque ita, quod ad forum contractus attinet, rectè id adnotauit Collantes *in pragmaticam rei frumentariæ, lib. 3. d. c. 6. num. 3.* & non dissentit Narbona *in d. gl. 17. num. 7. 8. &* 10. attenta prædicta antiqua *l.* 25.

1135 Qua in re non consequenter idem Collantes *d. lib. 3. cap. 7. num.* 1. negauit, Agricolam iuxta terminos eiusdem *l.* 25. forum sortiri in loco destinatæ solutionis, & ibidem conueniri posse: siquidem eadem prorsùs ratio viget in loco destinatæ solutionis, quæ in loco contractus, cùm iuris censura locus destinatæ solutionis sit locus contractus, *l. contraxisse, 21 ff. de actio. & obligat. l. 3. ff. de bon. autor. Iud. possid.* & contrahens in alium locum conferens solutionem, non in loco contractus, sed in loco solutionis forum sortiatur: quod latius prosequutus sum quamplurimis in id relatis supra quæst. 4. ex num. 248. atque ita idem ius in vtroque casu vigere debeat, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.*

1136 Ignatius item Villar *dicto respons. 16. cap. 4. num. 2. & seqq.* tametsi magis consequenter loquutus videatur, magis errauit, dùm negauit Agricolam in vtroque casu contractus, & destinatæ solutionis posse conueniri in locis contractus, & solutionis: quasi lex, quæ expressam prorogationem sustulit: sustulerit etiam hanc tacitam. Nam planè loquitur contra textum *in d. cap. dilecti, de foro competenti, & in c. 1. de priuilegijs in sexto*, motus debili admodum fundamento, similitudinis taciti cum expresso, cui ex paulò ante dictis facilè satisfit.

1137 Neque satisfacit Narbona *in dicta gloss. 17. num. 14. & seqq.* dùm conatur euacuare difficultatem prædictorum textuum, quatenus confirmant sententiam Iacobi Collantes relatam num. 1134. dicens, agi in illis de priuilegio concesso aliquibus, eorum particulari fauore, vt nõ possint, nisi sub certo Iudice conueniri, cui tàm tacitè, quàm expresse renunciari potest, ex generali regula textus *in l. si quis in conscribendo, C. de pactis*, iuxta quam quilibet potest is, quæ pro se inducta sunt renunciare. Non inquam satisfacit, quoniam aperta diuinatio est adaptare textus, qui loquuntur in genere de priuilegio, & exemptione, ad priuilegium, & exemptionem concessa fauore particulari priuilegiatorum: præsertim cum textus *in d. cap. 1. de priuilegijs in sexto*, duos casus comprehendat, primum de exemptis, secundum de priuilegiatis: & quamuis in secundo videatur loqui de ijs, quibus peculiare priuilegium est indultum à sede Apostolica, vt non nisi coram certo Iudice conueniantur: in primo includuntur proculdubio exemptis omnes, vt Religiosi, & Monachi, vt sentiunt communiter interpretes ad eum locum, quibus non fauore particulari: sed fauore communi Religionis indulgetur exemptio. Quod indicat textus ipse, dùm facit mentionem de loco exempto: nam nunquam eximitur locus nisi cum alicui Religioni conceditur exemptio, & simul eximitur domus, & monasteria Religiosorum. Isti autem exempti non possunt priuilegio exemptionis renunciare, vt dixi supra, num. 1056. & 1057. & 1111. cum sequentibus quoniam in eorum exemptione versatur etiam fauor eximenti. Igitur non ex eo procedunt decisiones prædictorum textuum, quòd priuilegiati, & exēpti possint fauori suo renunciare: imò præsupponitur non posse renunciare expresse, & ex eo formatur ratio dubitandi iuxta communem Doctorum mentem.

1138 Istæ tamen resolutiones, quæ verissimæ essent, attenta *d. l.* 25. antiqua, sublatæ iam sunt per dictam nouam pragmaticam anni 1619. nam per illam statuitur, ne Agricola alibi, quam in foro domicilij conueniatur: quare neque in loco contractus, neque destinatæ solutionis, tametsi essent alioqui fori proprij, & non extranei eidem Agricolæ, conueniri potest, neque ibidem forum sortitur, quantumuis amplè se subijciat, & submittat, ex prædicto nouo priuilegio, cui renunciari nõ potest, vt cõtinetur in eadem pragmatica *capit. 6.* eatenusque approbandam censeo sententiam Narbonæ *in dicta gloss. 17. numer. 10. et 17. cum seqq.* Est autem hoc priuilegium multos amplius, quam si prohiberentur, prorogare iurisdictionem extranei Iudicis, quod non tolleret, quin possent Agricolæ coram Iudice loci contractus conueniri, si ibi inuenirentur, cum Iudex loci contractus non possit censeri extraneus, vt notaui supra nu. 1001. & 1051. sed hoc tollit ne possit etiam conueniri coram Iudice aliàs competenti, cum solùm in loco domicilij sit conueniendus.

1139 Illud tamen dubium reliquum est, an stante dicta noua pragmatica, si Agricola in loco extra domicilium administrasset tutelam, vel patrimonium alicuius Vniuersitatis, aut Ecclesię, vel priuati, & ageretur de reddenda ratione administrationis, possit conueniri in loco administrationis gestæ, vt regulariter faciendum esse dixi supra quæst. 4. num. 167. & 168. an verò ex huius pragmaticæ priuilegio, cuius verba generalia sunt debeat conueniri dumtaxat in foro domicilij.

1140 Et quamuis Collantes *in pragmaticam rei frumentariæ, lib. 3. cap. 7. n. 2.* resoluat, non obstante *d. l.* 25. antiqua Agricolam redditurum rationem in loco administrationis, & hæc resolutio non solum sit vera, sed neque videatur pati difficultatem, stante sola *d. lege* 25. at post dictam nouam pragmaticam, si expendantur eius verba vniuersalia negatiua, redditur difficilis: nam dùm lex prohibet, ne Agricola de debitis contractis possit alibi, quam in foro domicilij conueniri, omnes casus videtur exclusisse.

1141 Nihilominus dicendum est, Agricolam ibi redditurum

rum rationem, vbi tutelam administrauerit, vel aliam administrationem exercuerit iuxta *l. 1. & 2. C. vbi de ratiocinijs agi oport.* & adnotata à me supra dicta quæst. 4. nu. 168. Ratio enim illa contenta *in d. l. 2.* quòd non possint malè gesta probari, nisi in loco, in quo quis administrationē gerit, non solùm se extendit ad administrationē gestam ab Agricola, sed efficit, ne possit censeri Legislator, voluisse extēdere ad hunc casum priuilegium Agricolarum, cum damno minorum, Ecclesiarum, & Vniuersitatum, aut etiam maiorum, quorum patrimonia Agricola administrauerit. Primò, quoniā iniquum est, & fieri non debet, vt vnius priuilegium trahatur in alterius damnum, & iniuriam, aut alteri generet præiudicium, eiusque ius lædat, *l. impuberi, 41. ff. de administr. tut. l. cum filius, 28. ff. de milit. testament. l. debitor, 3. in princip. ff. de separat. l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. ex multiplici, 3. de decimis, cap. quamuis, 8. cap. si propter tua debita, 10. de rescriptis in sexto*, Molina *de primogen. lib. 2. cap. 1. num. 10. cum seqq.* Molina *de iustitia, tom. 3. disputat. 578. num. 6. vers. secunda item pars, in fine*, Peregrin. *de iure fisci, lib. 1. tit. 3. ex n. 21.* Riccius *collect. 1010.* Secundò, quoniam cum in prædicta pragmatica hic casus, in quo tàm specialis ratio viget, expressus non sit, succedit regula, vt quæ notabiliter faciunt, nisi specialiter exprimantur, videantur quasi neglecta, & excepta à dispositione, *l. item apud labeonem, 15. §. hoc edictum, ff. iniurijs, c. quamuis, 4. de prabendis in sexto*, Afflictis *dec. 265. n. 13. 15. & 22.* Collantes *in pragmaticam rei frumentaria, lib. 1. cap. 4. num. 6.*

1142 Vndecimò, miserabiles personæ non possunt prorogare iurisdictionem alieni Iudicis; tradit Baldus *in cap. de causis, 4. num. 49. de offic. & potestat. Indic. deleg.* Ratio est, quia non possunt suo foro renunciare, iuxta dicta supra n. 598. & n. 1055. Perpetuum vero est, vt prorogare, nō possit, qui non potest renunciare, vt obseruaui supra nu. 1061. quidquid contrarium adstruere conetur Barbosa *in d. l. 1. artic. 4. ex num. 67. ff. de iudicijs.*

1143 Duodecimò, tandem prorogatio non potest fieri per Procuratorem, cum fit de tempore ad tempus, nisi habeat speciale mandatum, vel generale, cum libera. Ita docet, & probat Innocentius *in dicto cap. de causis, 4. num. 1. in fine, de offic. delegat.* Panormitanus *in cap. cum olim Abbas, 32. num. 10.* per textum ibi, *eodem titulo*, Marianus *in dicto cap. significasti, num. 20. de foro competenti.* In cæteris autem prorogationum generibus Procurator nō prorogat sine speciali mandato; eo quod Iudicis noui constitutio, & electio, videatur res magni momenti, quam Procurator sine speciali mandato expedire non potest, *cap. qui ad agendum, 4.* vbi Glossa, *verbo, vel pacisci, & cap. qui generaliter, 5. de Procurator. in sexto*, sentiunt Marianus *dicto num. 20.* Angelus *in l. 1. num. 7. C. iurisdictione omnium Iudicum*, Guido Papæ *decision. 285. num. 2. & decision. 462. num 2.* Lanfrancus Balbus *decision. 66.* Franciscus Marcus *decis. 313. num. 4. 2. part.* Antonius de Mattheis *de prorogatione iurisdictionis, num. 11.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 4. libr. 3. ordinamenti, colum. 885. versic. dubitatur præterea.*

SVMMA SECTIONIS Quartæ.

1144 *QValibet iurisdictio ex natura sua potest prorogari, nisi quid aliud eam impediat prorogare.*

1145 *Iurisdictio putatiua potest prorogari.*

1146 *Iurisdictio competens in habito potest prorogari, vt reducatur ad actum.*

Habere iurisdictionem in habitu, quid sit, & afferuntur tria exempla.

Primum, in Iudicibus cartularijs.

Secundum, in Iudicibus, qui sunt extra territorium.

Tertium, in iurisdictione, quæ potest elidi opposita exceptione.

1147 *Refertur contraria sententia, non posse prorogari iurisdictionem, quæ est in habitu.*

Non potest prorogari iurisdictio non existens.

Parrochianus obtenta licentia à suo Parrocho, confitendi alieno Sacerdoti, debet confiteri alteri Parrocho, non Sacerdoti simplici.

1148 *Reijcitur prædicta sententia, & satisfit primo argumento contrariæ, explicaturque quid sit iurisdictio in habitu.*

1149 *Attento iure communi canonico, Parrochianus, qui obtinuit licentiam à suo Parrocho, confitendi alieno Sacerdoti, potest absolui à quolibet Sacerdote, etiam non habente curam animarum.*

1150 *Secus est attenta Constitutione Triden. sess. 23. decreto de reformatione c. 15.*

1151 *An possit prorogari iurisdictio Regiorum Consiliariorum Sacri Consilij Neapolitani consensu partium.*

Consiliarij Sac. Reg. Consil. Neapolitani, vt vniuersi habent iurisdictionem ordinariam supremam in toto Regno, tàm ciuilem, quàm criminalem.

1152 *In causis commissis à Præside Sacri Consilij, an vtantur iurisdictione ordinaria, an delegata? & refertur sententia eorum, qui credunt esse delegatam.*

Discrimen inter Regios Consiliarios ex vna parte, & Iudicis Mag. Cur. Vicar. Præsidentesque Cameræ Summariæ ex altera.

1153 *Repræhenditur, & reijcitur, ostenditurque Regios Consiliarios, vt singulos, vti iurisdictione ordinaria circa causa sibi commissas, non delegata.*

Iurisdictio ordinaria est, quæ datur à lege, vel consuetudine.

1154 *Iurisdictio Regiorum Consiliariorum, in causis sibi commissis, quam exercent, vt singuli, est annexa officio perpetuo.*

Quicunque habent officium perpetuum, censentur ordinarij.

Iurisdictio, quæ datur tanquam annexa officio, est ordinaria.

1155 *Commissio causarum facta à Præside S. Cons. non est delegatio, sed diuisio, & distributio causarum.*

Iurisdictio Regiorum Consiliariorum est similis iurisdictioni Sacerdotum, quæ illis datur in foro interiori tempore collationis ordinum.

Præses Sacr. Consil. non posset ipse per se de causis cognoscere, aut illas diffinire, neq. potest reuocare commissionem semel datam.

Non appellatur ad Præsidem Sac. Cons.

1156 *Respondetur ad fundamentum contrariæ sententiæ, & affertur exemplum de iure Castellæ, iuxta l. 7. tit. 18. lib. 4 recopil.*

1157 *Attentis communibus regulis iuris iurisdictio Regiorum Consiliariorum habitualis potest prorogari consensu partium.*

Iuxta pragmat. 79. de offic. Sacr. Reg. Consil. inter prætermissas, prorogatur iurisdictio Consiliarij cognoscentis de causa ob tacitum consensum litigatorum per spatium vnius mensis.

Ex mente pragmat. 41. cap. 6. de offic. Sacr. Reg. Consil. videtur

detur ista prorogatio inhibita, præterquam in casu dictæ pragm. 79. & quænam sit ratio.

Si tempore porrectæ supplicationis coram Præside S. Cons. litigatores in aliquem Iudicem consentiunt, ille debet dari, quem partes vnanimiter petunt.

Sententia ferenda est iuxta consensum litigatorum.

1158 *Iurisdictio non solùm contentiosa, sed etiam voluntaria potest prorogari, & quid sit iurisdictio voluntaria.*

1159 *Notantur duo discrimina inter iurisdictionem voluntariam, & contentiosam quòad prorogationem.*

Prorogatio iurisdictionis voluntariæ potest fieri extra territorium, & exerceri iurisdictio non impetrata licentia Iudicis, in cuius iurisdictione exercetur.

Iurisdictio contentiosa potest prorogari in parem, vel minorem prorogante, non autem iurisdictio voluntaria, & ratio huius discriminis.

1160 *Taxatur doctrina Petri Barbosæ.*

1161 *Non solùm prorogatur iurisdictio ordinaria, sed etiam delegata.*

1162 *Iurisdictio delegata non admittit prorogationem de persona ad personam, & quæ sit ratio.*

1163 *Traditur limitatio Afflictis.*

1164 *Iurisdictio delegati ad Vniuersitatem causarum admittit omne genus prorogationis.*

1165 *Explicatur præcedens doctrina.*

1166 *Iurisdictio competens ex iure spetiali, vel priuilegio, potest prorogari.*

1167 *Refertur contraria sententia.*

1168 *Iurisdictio concessa ad certam speciem, & qualitatem causarum, potest prorogari ad causas diuersæ qualitatis, & qui Doctores id senserint, & quo fundamento.*

1169 *Contraria sententia, & eius Authores, & fundamentum.*

1170 *Iurisdictio vnius speciei non potest prorogari ad aliam speciem, vt ciuilis ad criminalem, aut spiritualis ad temporalem.*

1171 *Iurisdictio ad causas certæ quantitatis potest prorogari ad causas maioris summæ.*

1172 *Qui fuerint in contraria sententia, & eorum fundamentum.*

1173 *Limitata iurisdictio ad certam summam, ex natura sua non comprehendit maiorem summam, sed sola limitatio non impedit prorogationem.*

1174 *Explicantur Doctores Hispani negantes prorogationem de causis minoris summæ ad maiorem, & agitur de leg. 7. tit. 18. lib. 4. recopilat. & de variatione illius, successu temporum.*

1175 *Iudices appellationis non habent iurisdictionem, nisi deuolutam per appellationem legitimam.*

Iure Castellæ legitima appellatio interponitur ad tribunalia Regia, nisi in causis minoris summæ.

Iudex appellationis non cognoscit, nisi de eo, de quo, cognouit Iudex à quo, inde fit, vt non possit fieri prorogatio ad maiorem quantitatem in casu d. l. 7.

1176 *Iurisdictio limitata ad causas certæ qualitatis, quæ requirat diuersum modum procedendi à modo aliarum, non potest prorogari ad causas diuersæ qualitatis, quoniam istæ causæ differerunt specie moraliter.*

1177 *Sub vno genere subalterno continentur diuersæ species.*

1178 *Iurisdictio tribus modis potest limitari, iuxta quos proponitur tres casus.*

1179 *Duæ difficultates quòad prorogationem notantur in quolibet prædictorum casuum, altera facti, altera iuris, et attendendum esse, an concedens iurisdictionem voluerit prorogationem impedire.*

1180 *Inhibitio ad Iudices relata, duobus modis fieri potest, altero fauore Iudicis, altero fauore subditorum, & referuntur exempla.*

1181 *Iurisdictio limitata quòad genus personarum, & non quòad genus causarum, capax est cuiusuis prorogationis ad alias causas, & ad alias personas.*

1182 *Iurisdictio limitata ad certum genus personarum, non solùm potest extendi ex consensu partium, ad personas diuersas eiusdem qualitatis, sed etiam ad alias personas diuersæ qualitatis.*

1183 *Iurisdictionem limitatam ad certum genus personarum, non posse prorogari ad personas diuersæ qualitatis, qui senserint, & quibus fundamentis.*

1184 *Reijcitur istorum sententia, eius fundamentis satisfit.*

1185 *Iurisdictio limitata ad certas singulares personas ad alias non nominatas, prorogari non potest.*

1186 *Iurisdictio limitata ad causas vnius generis personarum, adiectis clausulis abdicatiuis, & decreti irritantis non potest prorogari ad personas diuersæ qualitatis.*

Ex istis clausulis colligitur voluntas superioris prorogationem inhibentis.

Cùm idem est effectus non curamus de modo.

1187 *Ex diuersis coniecturis colligi potest voluntas inhibendi prorogationem.*

1188 *In Ciuitate Neapolitana non est admittenda prorogatio subditorum vnius Curiæ, in Iudices alterius Curiæ.*

1189 *Concordia diuersarum sententiarum de hac re.*

1190 *Iurisdictio limitata ad causas vnius materiæ, non facta limitatione personarum potest prorogari ad causas diuersæ materiæ ex natura sua.*

Iurisdictio ad causas vnius speciei non potest prorogari ad causas specie diuersas.

1191 *In contraria sententia, qui fuerint, & quibus fundamentis.*

1192 *Reijcitur prædicta sententia, & fundamentis satisfit.*

1193 *Cùm in concessione iurisdictionis limitatæ ad certas causas adijcitur clausula, abdicatiua, & decreti irritantis, non permittitur prorogatio.*

1194 *Quoties constat ex coniecturis superiores voluisse, separatas esse iurisdictiones, videtur inhibita prorogatio.*

1195 *Ex sola simplici diuisione iurisdictionum, non rectè colligitur, tacitè inhibitam esse prorogationem.*

1196 *Cùm iurisdictio est limitata ad causas, & personas ex se, & natura sua est prorogabilis, nisi coniecturis constet prorogationem esse inhibitam.*

1197 *Iurisdictione concessa priuatiuè circa causas aliquas non est impedita prorogatio.*

1198 *Cùm datur Iudex certus certis personis ob earum priuilegium, censetur datus priuatiuè, & eius subditi nihilominus possunt prorogare.*

1199 *Iurisdictio feudis annexa censetur concessa priuatiuè.*

1200 *Iurisdictio regulariter conceditur priuatiuè in fauorem subditorum, non eius, cui conceditur.*

1201 *Refertur contraria sententia ex concessione iurisdictionis priuatiuæ tolli facultatem prorogandi, & eius fundamenta.*

1202 *Reijcitur, & fundamentis satisfit.*

1203 *Cùm concessioni iurisdictionis priuatiuæ, adijciuntur clausulæ abdicatiuæ, & decreti irritantis, censetur inhibita prorogatio.*

1204 *Ex alijs etiam coniecturis concessa iurisdictione priuatiuè intelligitur inhibita prorogatio.*

1205 *Quando, & ex quibus censenda sit, concedi iurisdictio priuatiuè, & non cumulatiuè, remissiuè.*

1206 In-

1206 *Iurisdictionis aliena prorogatio facta in fraudem iurisdictionis Iudicis proprij non valet.*

Priuilegium adquisitum per fraudem adquirenti non prodest. Ex dolo, & fraude sua nemo commodum reportat.

1207 *Iurisdictio ex die, vel sub conditione, ante euentum diei, vel implementum conditionis, prorogari non potest.*

1208 *Iurisdictio ordinaria non potest prorogari per subditos, ita vt fiat arbitraria.*

1209 *Iuris ratio non patitur, vt ille, qui habet perfectum, & superius ius in re, adquirat ius inferius in eadem.*

1210 *Refertur & reijcitur contraria quorundam sententia.*

1211 *In ordinarium potest consentire à subditis, vt in arbitratorem, & amicabilem compositorem.*

1212 *An id habeat locum de iure nouiori Regni Castellæ, & resoluitur affirmatiuè.*

Lex generalis posterior non corrigit anteriorem legem specialem.

1213 *De iure canonico compromitti potest in Ordinarium, tanquam in Arbitrum Iuris.*

1214 *In Iudicem ordinarium, cui non sint subditi compromittentes, possunt compromittere tanquam in Arbitrum.*

1215 *Consentientes in Ordinarium, an censendi sint prorogare iurisdictionem eius ordinarium, an consentire tanquam in Arbitrum, remissiuè.*

SECTIO QVARTA.

Quorum Iudicum iurisdictiones possint prorogari?

1144 REgula generalis statuenda est, quamlibet iurisdictionem ex se, & natura sua prorogari posse, nisi quid aliud eam impediat prorogari, quod colligitur *ex l. 1. & 2. ff. de iudicijs, & ex in d. l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* vbi statuitur in genere in quemlibet Iudicem consentiri posse. Ex quo consequens est, vt omnis iurisdictio, tàm merùm imperium, quàm mixtum, & simplex iurisdictio, possit prorogari. Hanc regulam tradit Gloss. *in d. l. 1. schol. penultimo, & vltimo,* Paulus Castrensis ibi, *num. 18. & 19.* Barbosa *art. 1. ex num. 172. ff. de iudicijs,* Menchaca *quæstion. vsufrequent. cap. 14. ex num. 27.* quę regula amplianda est, seù potius exemplificanda, & declaranda in omnibus iurisdictionis speciebus, & formis. Eamq; significat Budeus *in eadem l. 1. in fin.* dùm ait, posse consentiri io quemuis Iudicem, siuè eius, qui tribunal habet, idest maioris, siuè eius, qui subselia, idest minoris, iuxta animaduersionem Reuardi *in libro singulari pro tribunalium, cap. 7.* & Duareni *ad titulũ, ff. de iudicis, sub rubrica de Iudice,* ex Alconio Pediano, & Caluini *in lexico, verb. subselia, & verb. tribunal.*

145 Amplia primò, vt etiam iurisdictio putatiua, & non vera, vt illa, de qua *in l. Barbarius, ff. de offic. Prætoris,* possit prorogari, quemadmodum sustinetur ob publicum, & communem errorem. Hanc ampliationem tradit Speculator *lib. 2. titul. de competentis Iudic. adition. §. 1. num. 9.* Paulus Castrensis *cons. 203. viso quodam saluo conducto, num. 1. 1. part.* Barbosa *d. art. 1. num. 173.*

1146 Amplia secundò, vt non solum possit prorogari iurisdictio competens actu, sed etiam competens in habitu, vt reducatur de habitu ad actum. Ita sentiunt Innocentius *in cap. prudentiam, 21. numer. 10. & 11. de offic. delegat.* Albericus *in l. Præses Prouinciæ, la prima, num. 5. ff. de offic. Præsidis,* Baldus *in l. si quis ex consensu, 8. num. 98. C. de Episcopal. audient.* Paulus *in d. l. 1. numer. 18.* Cagnolus *num. 5. & 40.* Barbosa *dicto art. 1. num. 189. ff. de iudicijs.* idem Paulus *cons. 84. num. 4. 1. par.* Imola *in dicto cap. P. & G. nu. 120. de offic. delegat.* idem Cagnolus *in l. vltima, num. 25. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Alciatus *in l. si is, qui pro emptore, nu. 148. ff. de vsucapionibus,* Ludouicus Burgesius *in repetit. d. l. 1. ex num. 88. & 89. ff. de iudicijs,* Afflictis *in constitut. Iustitiarij nomen, num. 20. & 21. lib. 1. rubr. 42.* Menchaca *controuersiar. vsufrequent. cap. 14. num. 26.* Cui ampliationi occasionem dedit Gloss. *scholio penultimo in d. l. 1.* dùm ait, posse prorogari iurisdictionem Iudicum carthulariorum, quam non habent in actu, cum aote consensum partium eam exercere oon possint, & per consequens solùm eam habent in habitu. Explicat verò Burgesius dicto nu. 89. quòd habere iurisdictionem in habitu, & non in actu sit, habere quidem dignitatem actu, cui tamen desit aliquid, vt eius administratio in actum reducatur. Exemplum primum in prædictis Iudicibus carthularijs, de quo vide, quæ scribunt Marianus Socinus *in dicto capit. significasti, numer. 27. de foro competenti,* Menchaca *controuersiar. vsufrequent. d. cap. 14. nu. 26.* Franciscus Marcus *decis. 488. nu. 9. 1. par.* Barbosa *d. art. 1. num. 174.* Exemplum secuodum in Iudicibus, qui sunt extra territorium, quorum iurisdictionem posse prorogari ab ijs, qui sunt extra Prouinciã, docent Imola *in d. cap. P. & G. num. 75. & 76.* Marianus *in d. cap. significasti nu. 22.* Alexander *in l. vltima, nu. 3. & 4. & 5.* Iaso *nu. 14.* Hippolytus de Marsilijs *num. 22. & 194. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* idem Iaso *in l. vltima, num. 10. ff. de iustit. & iur.* Maranta *in praxi, 4. part. distinct. 12. num. 3. in fine,* Barbosa *d. art. 1. num. 195.* qua tamen prorogatione debet interuenire consensus expressus Iudicis, in cuius territorio fit prorogatio, aut saltem tacitus, qui elicitur ex scientia, & patientia vsus iurisdictionis prorogatæ vt rectè notauit Angelus *in l. 1. nu. 6. C. de iurisdict. omn. Iudic.* Alexander *in d. l. vltima, num. 7.* Hippolytus de Marsilijs *num. 22. & 194. ff. de iurisdict. omn. Iud.* Panormitanus *in cap. nouit, nu. 4. de offic. legat.* Imola *in d. c. P. & G. num. 79. de offic. delegat.* Decius *in cap. cæterum, num. 40. & 41. de iudicijs,* Romanus *singul. 50.* alioqui iniuria fieret Iudici, in cuius territorio excerceretur iurisdictio, *cap. ex parte, 23. de verbor. signific. cap. Episcopi, 9. quæst. 2. cap. 1. de offic. ordinar. in sexto,* notat Baldus *in l. sicuti. §. Aristo, num. 2. ff. si seruit. vendic.* Chassenæus *in consuetud. Burgundiæ, rubr. 12. §. vnico, nu. 3.* Rebuffus *tom. 2. in constitut. regi. tract. de literis requisitorijs, in princip nu. 5.* Barbosa *d. art. 1. nu. 185.* turbaretur enim eius iurisdictio, iuxta tradita à Farinacio *in praxi crimin. q. 114. inspect. 1. ex nu. 21. & proprie nu. 60.* Tertium exemplum io iurisdictione, quæ potest opposita exceptione elidi, quæ nihilominùs interim prorogari, poterit, vt probat textus *in cap. si duobus, 7. in princ. de appellat.* tradit Innocentius *in c. pastoralis, 14. num. 3. in fine, de rescriptis,* Felynus *in d. cap. P. & G. num. 6.* Barbosa *d. art. 1. nu. 190.*

1147 Contrariam tamen sententiam huic secundæ ampliationi, quinimo non posse prorogari iurisdictionem, quæ est in potentia, seù habitu, sed solùm eam, quę est in actu tuetur Marianus *in d. cap. significasti, num. 21.* Et probatur primò, quia non potest prorogari iurisdictio non existens, quia iurisdictionem uon potest dare priuatorum consensus, *l. priuatorum, 3. C. de iurisdict. omn. Iudic.* & notatum est supra num. 971. & ideò necessarium esse, vt iurisdictio prorogationem admittat, vt comperat in essentia, & actu, & non in sola potentia, docet Bartolus *in l. si is, qui pro emptore, nu. 8. ff. de vsucap.* Secundò probatur ex doctrina celebri Glossæ *in capit. omnis vtriusque sexus, 12. verb. alieno Sacerdoti, de pœnitent. et remiss. & in clement. 1. in princip. verb. speciali, de priuilegijs,* quæ ait, si Parrochus concedat licentiam subdito, vt alteri Sacerdoti

doti confiteatur peccata; oportere, vt illi sit commissa actu cura animarum: nam si non esset commissa, & ita non haberet in actu potestatem absoluendi, sed solùm in habitu acceptam cum caractere Sacerdotali, etiam cum tali obtenta licentia non posset pœnitentiam absoluere, quia eius spiritualis iurisdictio, quæ in habitu tantum competit, non potest prorogari; cui sententię subscribunt Panormitanus *in dict. cap. omnis vtriusque sexus, nu. 14. & in d. cap. significasti, num. 5.* Marianus *num. 21. de foro compet.* Cappella Tholosana *q. 222.* & Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num. 7.* qui asserit hanc esse omnium sententiam.

1148 Sed nihilominus à prædicta ampliatione recedendum non est, quæ communior est, & verissima. Vereorque ne controuersia versetur magis circa voces, & modum loquendi, quam circa rem ipsam; videlicet in explicando quid sit iurisdictio in habitu, quid in actu; vt constabit ex solutione argumentorum aduersæ partis. Ad quorum primum respondendum est, non negare nos iurisdictionem, quæ prorogatur, debere competere in essentia, & actu, vt actus distinguitur à potentia remota qualem habet quilibet popularis, qui potest creari Iudex, antequam Iudicis dignitatem actu consequatur; sed existimandum est, sat esse, vt prorogetur, vt sit iurisdictio in habitu. Vocamus autem iurisdictionem in habitu illam, quæ tametsi vera sit, & actualis iurisdictio, suspensa tamen est ab actuali vsu, & administratione ob defectum materiæ, circa quam exerceatur, aut alterius extrinseci requisiti, ob quem caret effectu tametsi ipsa quantum est ex se, & natura sua posset in actum iurisdictionis prorumpere. Atque ita nihil hic dicimus aduersus doctrinam traditam dicto numer. 971.

1149 Ad secundum, doctrinam illam, quamuis celebrem Glossæ, non esse veram quinimo verius, & receptius esse, attento iure communi canonico antiquo, Parrochianum qui à suo Parrocho obtinuit licentiam generalem confitendi, alieno Sacerdoti, posse absolui à quouis Presbytero, etiam non habente curam animarum, cui fuerit confessus, vt sentiunt Hostiensis *in summa de pœnitentijs, & remissionibus, num. 14.* & mutata sententia Panormitanus *in clement. 1. num. 16. de priuilegijs.* D. Antonius *3. part. tit. 17. cap. 4. versic. tertius casus, & cap. 9. versic. quintus effectus,* Iaso *in l. si per errorem, 15. num. 8. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Aufrerius *ad Capellam Tholosanam, d. quæst. 222. nu. 2.* Angelus Clauas. *in summa, verbo confessio, 3. numer. 4.* Syluester *verb. confessor, 1. num. 5.* Caietanus *in summa, verb. absolutio pœnitentialis,* Nauarrus *in cap. placuit. 6. num. 53. de pœnitent. distinct. 6.* Dominicus Soto *in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 3. vers. his tamen non obstantibus,* Ioannes Medina *Codice de confessione, quæst. 34.* Franciscus Suarez *in tertiam partem D. Thom. tom. 4. disput. 28. sect. 3. num. 4. & seqq.* Gabriel Vazquez *in eãdem tertiam partem, tomo item 4. quæst. 93. art. 1. dub. 5. numer. 4.* qui in eodem *art. 1. dub. 2. num. 23. & 24.* explicat comparando iurisdictionem simplicis Sacerdotis collatam illi tempore ordinationis, & annexam potestati ordinis, & caracteri, cum iurisdictione Iudicum carthulariorum.

1150 Dixi, *attento iure communi canonico, antiquo,* quoniam hodie attenta Constitutione Concilij Tridentini *sess. 23. decreto, de reformation. cap. 15.* secùs est: non enim potest quis eligere confessorem Sacerdotem, quem velit, ex licentia obtenta à Parrocho; sed debet eligere Sacerdotẽ ab Episcopo approbatum. Non quidem ex eo, quod desit iurisdictio habitualis prorogabilis in Sacerdotibus simplicibus, quemadmodum erat ante Concilium; sed quoniam visum fuit expediens Ecclesiæ, prorogationem inhibere, quod superioribus licet, *leg. 2. §. si & Iudex, ff. de iudicijs,* & superius notaui numer. 1104. & num. 1106. quod etiam animaduerterunt Suarez, & Vazquez vbi supra.

1151 Ex his infertur, quid dicendum sit ad quæstionem, quam apud neminem vidi tactã, videlicet, an possit prorogari iurisdictio Consiliariorum Sac. Reg. Cons. Neapolitani, consensu partium? Ad cuius resolutionem præsupponendum est, Consiliarios Sacri Consilij Neapolitani, vt vniuersos, habere ordinariam iurisdictionem supremã in toto Regno, tàm ciuilem, quàm criminalem, sine vllo vlteriori recursu, vt constat *ex pragm. 2. 3. 4. & 5. capit. 4. de offic. Sac. Reg. Consil.* & ijs, quæ notant Bartolus *in l. præcipimus, 32. §. quòd si à duce, num. 1.* vbi Alexander *in additione, Cod. de appellat.* Baldus *in eadem l. præcipimus, ante numerum primum,* Afflictis *in constitut. summo periculo, nu. 2. in fine. libr. 2. rubric. 36.* Surgens *de Neapoli illustrata, lib. 1. cap. 17. ex num. 42.* Tapia *libr. 2. Iuris Neapolitan. rubric. 2. ex numer. 5.* Rouitus *in pragmat. in rubr. de offic. Sac. Reg. Consil. præsertim num. 4.* faciunt, quæ tradit Fuluius Pacianus *de probationibus, lib. 2. cap. 43. num. 71. cum seqq.* & in hoc nulla est difficultas, aut controuersia.

1152 Quam verò iurisdictionẽ habeant, vt singuli, cùm cognoscunt seorsim de causis sibi cõmissis à Præside Sacri Consilij, an illa sit ordinaria, an delegata, conuertunt practici. Credentibus multis, Consiliarios Sacr. Regn. Consil. circa cognitionem causarum sibi commissarum, vt singulos, vti iurisdictione delegata, non ordinaria; quia sine commissione Præsidis cognoscere non possunt de illis causis. In quo existimant versari inter Regios Consiliarios ex vna parte, & Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, Præsidentesque Cameræ Summariæ ex altera, maximum discrimen, quòd isti sint etiam, vt singuli, Iudices ordinarij, illi verò delegati. Ex istis sunt Afflictis, vbi supra, *& decis. 1. num. 8.* Surgens *d. cap. 17. num. 44.* Caranità *ritu 265. num. 18. & 29.* Rouitus *in pragm. 1. de causis dicendis, num. 3. & rubr. de offic. Sac. Reg. Consil. num. 4.* Petra *ad Grammatic. decis. 9. nu. 2.* & Didacus de Mari *ad eandem num. 3.* & sic Scribę solent in initijs actorum, seu decretorum dicere, *N. Regius Consiliarius huius causæ Commissarius delegatus.*

1153 Verum crassus iste pragmaticorum error, salua reuerẽntia, nullo iuris fundamento nititur, & indubitata est sententia contraria, videlicèt Regios Consiliarios, vt singulos, vti circa causas sibi commissas iurisdictione ordinaria, non delegata. Quod ita sentiunt Baldus *in d. l. præcipimus, ante num. 1. C. de appellat.* & clarius *in l. vltima, nu. 4. Cod. vbi Senator. vel clariss.* ad cuius sententiam se refert eam approbans Alexander *in l. more maiorum, 5. num. 18.* eadem sequitur Iaso ibidem *num. 52. ff. de iurisd. omn. Iud. & in l. ius ciuile, 6. numer. 8. vers. tertio limita, ff. de iustit. & iur.* Felynus *in rubrica, numer. 3. post. medium, de rescriptis,* Alciatus *in rubrica num. 21. de offic. ordinar.* Grammaticus *decis. 9. num. 1.* tametsi minus clarè, Barbosa *in l. cum Prætor. 12. §. 1. nu. 75. ff. de iudicijs,* Antonius Corsetus *tract. de potestate Regia, 5. part. nu. 56. & 57. tom. 16. tractatuum,* Oliuanus *de iure fisci, cap. 4. num. 48.* Parladorius *in sequiscenturia, different. 129. nu. 2.* & idem Rouitus mutata sententia re melius perpensa *in dicta rubrica, num. 6. in additione, de offic. Sacr. Reg. Consil.* Quæ sententia probatur primò, quoniam iurisdictio ordinaria, est quæ datur à lege, vel consuetudine, *l. more maiorum, 5. l. & quia, 6. ff. de iurisdict. omn. iudic. leg. cum Prætor. 12. §. Iudicem, & item his, ff. de iudicijs,* notat Glossa *in d. l. & quia, verb. nec ipsa lex, & in l. 1.*

in l. 1. verb. specialiter, vbi Paulus *num. 3. C. ne liceat potentioribus*, Bartolus *in d. l. more, num. 9.* Socinus *nu. 17.* Iason *in principio, ante num. 1.* Decius *num. 7.* & Cuiacius ibi, idem Paulus *in l. à Iudice, 5. num. 9. & 10. C. de iudicijs*, Antonius Burtius *in d. cap. P. & G. num. 27. & 28.* post Glossam ibi, *de offic. & potestat. Iudic. delegat.* idem Decius *in cap. cæterum, num. 10. de iudicijs*, Alciatus *in rubrica, num. 5. de offic. ordin.* Antonius Corsetus *singular. 325. verb. statutum, 16.* Barbosa *in d. l. 1. art. 1. nu. 221. ff. de iudicijs.* Sed Regijs Consiliarijs Neapolitanis à lege defertur iurisdictio, vt cognoscant, vt singuli, de causis sibi commissis, vt constat *ex pragm. 16. & pragm. 41. cap. 11. de offic. Sac. Reg. Consil.* Ergo eorum iurisdictio est ordinaria.

1154 Secundò, quoniam iurisdictio, quam habent Regij Consiliarij ad substatiandas causas, & decidenda incidentia, & emergentia; imò & ad definiendas lites paruæ quantitatis seorsim, & vt singuli, *iuxta pragm. 41. §. 11. de offic. Sac. Reg. Consil.* est perpetua, & annexa officio perpetuo creato à Rege ad administrandam in Regno institiam; ergo est iurisdictio ordinaria. Consequentia ex eo constat, quod quicunque habent officium perpetuum, censentur ordinarij, vt *ex l. iurisperitos, in principio, ff. de excusat. tutor.* notat Barbosa *in d. l. cum Prætor, 12. §. 1. nu. 75.* & eleganter probat ex doctrina Bartol. *in l. ambitiosa, num. 34. ff. de decret. ab ordin. faciend.* vbi ait, iurisdictionem, quæ datur, tanquam annexa officio, esse ordinariam. Quod prosequitur idem Barbosam *in eodem. §. 1. ex n. 29.* & notauerat Couarruuias cum multis, quos refert, *lib. 3. variarum, cap. 20. nu. 6.* & Cabedus *decis. 22. num. 5. 1. part.*

1155 Tertiò, quoniam commissio causarum facta à Præside Sac. Cons. non est delegatio, sed potius diuisio, & distributio causarum, vt expressè statuitur *in dicta pragm. 41. cap. 6. de offic. Sacr. Reg. Cons.* atque ita nullam nouam iurisdictionem tribuit Consiliarijs, quibus illa inest ratione officij, cui est annexa, data à Rege ex tempore collationis ipsius, vt rectè considerat Baldus, & Iaso, & omnium clarissime Felynus, supra relati; sed solùm designat materiam, circa quam iurisdictio competens in habitu prædictis Consiliarijs, reducatur ad actum, & in qua exerceatur: non secus quidem, ac Sacerdotibus, tempore collationis ordinum, datur potestas etiam iudicialis in foro interiori, & facultas absoluendi cum iurisdictione habituali, vt paulò ante dixi, num. 1147. Quare succedit doctrina Alciati *in rubrica num. 21. de offic. ordinar.* vt censeatur ordinarius Auditor, qui ante commissionem habet iurisdictionem saltem in genere: nam tunc commissio distribuit causas non delegat. Hoc autem in nostro casu ex multis colligitur. Primò quia Consiliarij Regij non vtuntur iurisdictione mandata à Præside Sac. Cons. vt vterentur si essent delegati, *l. 1. §. qui mandatam, ff. de eo, cui mandat. est iurisdict.* sed propriam Regiã iurisdictionem exercent: quia Præses Sacr. Consil. non posset ipse per se de causis cognoscere, aut illas definire, vt statuitur *in pragm. 9. §. 1. de offic. Iudicum*; ideo cùm eas committit, non delegat: nemo enim dat, quod non habet, *cap. nemo potest, de regul. iur. in sexto*; neque Præses Sacr. Cons. potest reuocare semel datam commissionem, *iuxta pragmat. 8. §. 3. de offic. magistr. Iustitiarij*, vt potest delegans delegationem, *l. iudicium soluitur, 58. ff. de iudicijs*, neque appellatur ad Præsidem Sac. Consil. vt appellatur à delegato ad delegantem, *leg. 1. §. 1. & vltimo, ff. quis, & à quo appellet. cap. super quæstionum, 27. §. porrò, de offic. deleg.*

1156 Ex quibus constat, qui respondendum sit ad fundamentum contrariæ sententiæ, nempè quod non possint Consiliarij cognoscere causa aliqua, nisi sibi committatur à Præside: nam commissio prædicta non est delegatio, sed diuisio, & distributio causarum, in quibus iurisdictio competens in habitu Regio Consiliario, & illi à lege delata, & officio annexa reducatur ad actũ, & exercitationem. Est appositissimum exemplum de iure Castellæ *iuxta l. 7. tit. 18. lib. 4. recopilat.* in Decurionibus Ciuitatum, & Villarum Regni, quarum Consilijs à lege delata est iurisdictio proculdubio ordinaria, in gradu appellationis à sententijs latis à Iudicibus ordinarijs in causis ciuilibus non excedentibus summam decem mille maravedinorum, de qua lege, & casu inferius iterum agemus. Qui Decuriones non possunt cognoscere de causa deuoluta per appellationem ad Concilium, nisi ab eodẽ Concilio nominentur, & eligantur, vt illam indicet. Concilium verò cùm illos nominat, & eligit, nullam tribuit iurisdictionem, sed illis nominatis illam lex defert. Scribarum autem errorem ortum ex contrariæ sententiæ persuasione, cuius meminit Afflictis *dicta decis. 1. num. 8.* ego sæpius emendari feci iubens, vt verbum illud, *delegatus*, deleretur, idq; semper faciendum est.

1157 Reliqua est igitur proposita difficultas, si Regijs Cõsiliarijs competit iurisdictio in habitu, & iuxta prædicta iurisdictio in habitu potest prorogari consentientibus litigatoribus, & ad actum reduci; an possit simili modo prorogari iurisdictio Regiorum Consiliariorum? Et proculdubio dicendum est, attentis cõmunibus iuris regulis in materia prorogationis, de quibus hùc vsque dictum est prorogationem valere, & posse partes litigantes consensu suo Regiorum Consiliariorum iurisdictionem habitualẽ prorogare, vt possint cognoscere de quauis causa in prima instantia, eodem modo, quo ijdem Consiliarij de illa cognoscunt in prima instantia per commissionem Præsidis Sacri Consilij, quod est prorogare iurisdictionem de habitu ad actum. Idque confirmatur ex eo, quòd à lege ipsa prorogetur consiliatum iurisdictio, vt non possint declinari, neque possit obijci exceptio incompetentiæ Commissarij, etiam si verè sit incompetens, ob tacitum litigatorum consensum, si Commissarius quiuis spatio vnius mensis in causa processit, vt statuitur *in pragmat. 79. de offic. Sac. Reg. Cons. inter prætermissas*, nunc *pragmat. 6. de dilationibus*, & melius *pragmat. 7. eodem titulo, in nouissima compilatione*; in qua statuitur tempus trium mensium præsentibus, sex autem absentibus. Ergo simili modo poterit prorogari per consensum partium expressum. Verùm cũ Principis inhibitione possit impediri prorogatio, *l. 2. §. si & Iudex, ff. de iudicijs*, existimo ex mente *prædicta pragmatic. 41. cap. 6. de offic. Sac. Reg. Cons.* tametsi minus apertè, hanc prorogationem esse inhabicam; dũm intelligas exceptam eam, quæ à posteriori prædicta *pragmat. 79. eodem titulo*, tunc *pragmat. 6. & 7. de dilationibus, in nouissima compilatione*, promissa est. Nam cùm iniungat officio Præsidis Sac. Cons. diuisionem, & distributionem causarum arbitrio suo, tàm inter aulas quàm inter Consiliarios Sac. Cons. si litigatores sibi Iudicem eligerent, facultati Præsidis, eiusque arbitrio, & dispositionis ex ante versione præiudicium fieret, oririque posset confusio, & perturbatio tribunalis, cuius euitandæ causa, prædicta pragmatica eam facultatem Præsidi Sacr. Cons. concessit. Igitur eius mens fuit, ne prorogationem, ex qua tot incommoda sequerentur, permitteret. Nihilominùs censeo, si tempore porrectæ supplicationis, coram Præside Sacr. Cons. litigatores in aliquem Iudicem consentirent, eumq; sibi dari peterent, eorum votis, & consensui annui opportere, eumque Iudicem dari, quem

partes

partes, vnanimi consensu voluerint, nisi quid aliud in commodum impedimento sit. Nam & si Iudex dari non possit ille, quem vnus ex litigatoribus petit, regulariter loquendo, *l. obseruandum, 47. ff. de iudicijs, l. 20. tit. 4. part. 3.* post tamen dari, quem ambo elegerint, vt notat Glossa *in eadem leg. obseruandum, schol. 1. & in cap. Iudices, 11. quæst. 1.* & dicit textus *in cap. super quæstionum, 27. §. verum, de offic. & potestat. Iudic. deleg. & in cap. cæterum, 3. de rescriptis*, & statuit *d. l. 20. tit. 4. par. 3.* præsupponiturque *in l. ex consensu, 23. ff. de appellat.* & antiquitus id seruari solitum obseruat Reuardus *in libro protribunalium, capit. 11.* Quemadmodum etiam sententia ipsa ferenda est, iuxta conuentionem, & consensum litigatorum, *l. si conuener. 36. ff. de re iudic.* nedum Iudex designandus.

1158 Amplia tertiò prædictam principalem regulam, vt possit prorogari iurisdictio, non solum contentiosa, sed etiam voluntaria. Est autem iurisdictio voluntaria, quæ inter volentes tantum exercetur; contraposita iurisdictioni contentiosæ, quæ redditur in inuitos, *l. inter stipulantem, 83. §. 1. ff. de verbor. obligat.* vt notat Glossa *in leg. omnes, 2. schol. 1. ff. de offic. Proconsul. & Legat.* & ibi interpretes, *& in l. vltima, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Igitur si communi consensu partes subijciant se habenti iurisdictionē voluntariam, cui alioqui non subduntur, eius iurisdictionem prorogabunt. Ita sentiunt Baldus *in l. secundum, 32. num. 3. C. de donationib.* Angelus *in l. 1. num. 5. & 6. C. de iurisdict. omn. Iudic.* Cagnolus *in l. vltima, num. 24. & 25. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Paulus Castrensis *cons. 84. num. 4. 1. par.* Angelus Aretinus *in §. præterea, nu. 3. instit. quib. mod. ius patr. potest. solu.* Decius *cons. 150. nu. 1.* Chassenæus *cons. 31. num. 17.* Antonius Burrius *in cap. pastoralis, 11. num. 4. de offic. ordinar.* Imola *in d. cap. P. & G. n. 94. de offic. deleg.* Marianus *in d. cap. significasti, num. 27. de foro compet.* Felynus *in cap. cæterum, 5. num. 2. vers. quintò limita, de iudicijs.* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num. 5. in fine, vers. prorogabilis est iurisdict.* Barbosa *in d. l. 1. art. 1. numer. 181. ff. de iudicijs*, Probatur ex textu *in l. emancipari, 36. §. 1.* vbi Glossa *schol. 1. & 2. ff. de adoption. & in l. omnes, 2. ff. de offic. Proconsul. & Legat. & in l. etiam, 15. §. vltimo, & in l. apud Proconsulem, 18. in princ. ff. de manumiss. vindict. & in l. 1. C. de emancip. liber.* Ratio verò esse videtur quoniam iurisdictio voluntaria non respicit certum genus subditorum, sed in omnes volentes exercetur; quare tametsi ij, qui sunt liberi à iurisdictione contentiosa eius, qui voluntariam quoque habet, in eum consentiat, voluntaria in eos exerceri potest; ideò Bartolus *in l. Modestinus, 23. nu. 3. ff. de donation.* tradit actum voluntariæ iurisdictionis posse exerceri in non subditum, si spontè se subijciat habenti iurisdictionem voluntariam. Et ob eandem rationem receptum est, posse extra territorium iurisdictionem voluntariā exerceri, citra voluntatem Iudicis eius territorij, vt notat Romanus *singul. 49.* & docent communiter interpretes *in d. l. extra territorium, vltima, ff. de iurisd. omn. Iudic.* & ex illis Couarruuias *lib. 3. variarum, d. cap. 20. nu. 8.* & Barbosa *d. artic. 1. num. 185.*

1159 Sunt verò inter iurisdictionem voluntariam, & contentiosam, quod ad prorogationem attinet, duo notanda discrimina, quæ expendit idem Barbosa *d. artic. 1. ex num. 184.* Primum, ortum ex prædicta doctrina, quòd prorogatio iurisdictionis voluntariæ potest fieri extra territorium, & iurisdictio prorogata extra territorium exerceri, non impetrata licentia Iudicis territorio Præfecti, quod in iurisdictione contentiosa locum non habet. Secundum, quòd iurisdictio cōtentiosa potest prorogari in parem, vel minorem, quàm sit prorogans, *l. est recept. 14. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & ego notaui supra nu. 1109. iurisdictio autem voluntaria non potest prorogari in parem illi, vel minorem illo, qui prorogat; vt probat textus *in l. apud eum, 14. in princ. ff. de manumiss. & in l. apud filium familias, 18. §. 1.* iuxta literam Florentinam, *ff. de manumiss. vind.* Cuius discriminis meminit Glossa *in d. l. est receptum. schol. 1.* quam approbant ibi Baldus *num. 2.* Angelus *num. 2.* Albericus *num. 3. & 4.* Fulgosius *num. 1.* Paulus *num. 4.* Alexander, *num. 4.* Iaso *num. 7.* Decius *numer. 6.* Oroscius *numer. 13.* Ratio autem diuersitatis inter istos casus, est quoniam in contentiosa iurisdictione nemo potest sibi ius dicere, *l. vnica, C. ne quis in sua causa iudicet, l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* quòd si posset de potentia absoluta, non potest de honestare, vt animaduerti quæstione præcedenti nu. 786. in fine, & hac eadem quæstione dicto nu. 1109. & ideò ad consequendum suū ius potest subijcere se alterius Iudicis iurisdictioni: est enim tàm honestum & decens, ne quis, tametsi supremus Princeps, sibi ius dicat, vt subiectio inferiori facta, non solum non dehonestet, & cōtemptui exponat maiestatem, sed potius eam extollat magis, & magis commēdabilem reddat, *l. dig. vox, C. de legibus.* Vt non omittam iurisdictionē ab initio lege Regia à populo Principi collatam, & deriuatam à Republica, eam secum in ipsa collatione conditionem tulisse, vt ei, & in eum data sit, *l. 1. ff. de constit. Princip.* id est, Imperium, & potestatem sic à populo in Principem translata fuisse, vt Principi iuris dicendi potestas sit, & aduersus Principem ius dici possit, quomodo populo, & aduersus populum potuit, vt acutè, & eleganter interpretatus est Oroscius *in d. l. est receptum, 14. num. 16.* argumento ducto à finalibus verbis eiusdem legis. In inferioribus verò illud est necessarium, vt alijs se subijciant, cum nullo modo possint suas inter causas iudicare; & sic necessitas ipsa, excusatio est in decentiæ submissionis. At in iurisdictione voluntaria secus est, nam eā ad eam attinentia possit Magistratus apud se metipsum expedire, *l. si Consul, 3. ff. de adop. l. 1. § Consules, ff. de off. Consul.* neque vlla subsit necessitas submissionis, ius non permittit, vt contra maiestatem iurisdictionis suæ possit se submittere, quod saluo illius honore fieri non posset. Quam rationem reddunt omnes, sed melius omnibus expendit Fulgosius, vbi supra.

1160 Cæterum tertium aliud discrimen, quod addit idem Barbosa *dicto artic. 1. num. 188.* non video, quomodo possit conciliari, cum dictis ab eodem nu. 182. nam cùm ibi dixisset, iurisdictionem voluntariam posse prorogari, postea eam posse prorogari negat. Verum est Baldum in *l. testamenta, 18. nu. 2. & 3. C. de testament.* Paulum ibidem *num. 3.* Iasonem *numer. 2.* quos ille pro se refert, dicere, nō propriè cadere prorogationem in negotio, in quo nō adest contradictor, qualia videntur esse attinentia ad iurisdictionem voluntariam. Tamen magis videtur esse controuersia de modo loquendi cùm ipsemet Baldus sæpè, & in specie *in l. repetita, 39. num. 1. C. de Episcopis, & Clericis*, quo loco refertur à Barbosa pro suo illo discrimine, expressè admittit prorogationē in iurisdictione voluntaria, & cæteris locis à me superius relatis.

1161 Amplia quartò, vt nō solùm possit prorogari iurisdictio ordinaria, sed etiam delegata. Et quod attinet ad ordinariam, res est certa, admittere prorogationem, *ex l. 1. & 2. in principio, ff. de iudicijs, & cap. P. & G. de offic. delegat.* & istis locis traditis à Doctoribus, qui id statuunt communi consensu. Admittit autem iurisdictio ordinaria omne genus prorogationis ex ijs, quæ enumeraui supra, num. 977. videlicèt, de persona ad personam, de re,

ad

ad rem, de tempore ad tempus, de loco ad locum, de casu ad casum, & de causa ad causam, vt explicant, & prosequuntur ij, quos eodem loco retuli. Et in specie quod ad prorogationem de tempore ad tempus, quæ iurisdictione ordinaria videtur habere difficultatem, videndus est Baldus in d.d.si quis ex consensu. num.9.C.de Episcop.audient. quoad prorogationem verò de loco ad locum, Bartolus in d l.2.in principio, num.7.ff.de iudicijs, & de vtraque Barbosa in d.l.1.artic.2.ex num.5.ff. eodem titulo.

1162 Quod verò attinet ad delegatam iurisdictionem, non admittit prorogationem de persona ad personam, dicto cap.P.& G.de offic.delegat. tradunt ibi Doctores, & Afflictis decis.227.ex nu.1. Gail observationum practicarum, lib. 1.observat.35.nu.3. Maranta in praxi, 4.par.distinct.12.nu. 20. Barbosa in d.l.1.art.1.ex num.204. & art.2.num.4. cæterarum autem prorogationum capax est, cap. cum olim, el primo, de offic.deleg.cap.statutum, § in nullo, de rescriptis, in sexto, docet Marianus Socinus in d.cap.significasti, nu. 25. de foro competent. Barbosa d.art.1.num.115. cum seqq. & art.2.numer.4.& nu.29. Antonius de Martheis de prorogatione iurisdictionis, nu.20. Franciscus Marcus decis.68.nu. 3.1.par. Menchaca quæstion. vsufrequ.cap.44.nu.29. Rationem verò, cur delegata iurisdictio non admittat prorogationem de persona ad personam, cùm eam admittat ordinaria, ea est, quam reddit Barbosa d.artic.1. ex num. 213. desumptam ex Mariano, vbi supra, quia illa competit alieno nomine, l.1.§.fin.ff.de eo, cui mandat. est iurisdictio, l.solet.16.ff.de iurisdict.omn.Iudic.& non vltra, quàm per delegantem conceditur, cap.cui de non Sacerdotali.17. de præbendis in sexto, qui autem committit causam certæ personæ aduersus certam personam, vel inter certas personas earum expressis nominibus, ad eas se restringit, ita vt alias censeatur excludere, ex doctrina Gloss. in l.si quis ita, 16.verb.quis si filio, & ibi Bartoli in ff.de testament tut. Ergo cum delegato tacitè denegetur iurisdictio respectu aliorum, & ipse nihil aliud habeat proprium, non erit locus prorogationi; quam rationem videtur præsensisse Panormitanus in d.cap.P.& G.num.5.

1163 Nihilominùs id, quod dicimus delegatam iurisdictionem non prorogari de persona ad personam, neque extendi limitat notabiliter Afflictis d.decis. 227.nu.2. quem refert, & sequitur Maranta in praxi, 6.part.titul.de laudatione quinto membro iudicijs, num.10. cùm processus contra personam in delegatione non comprehensam, venit in consequentiam primæ litis, & habet connexionem cum illa veluti si delegetur causa venditionis inter emptorem, & venditorem, poterit prorogari iurisdictio ad authorem laudatum; imò & sine prorogatione poterit aduersus ipsum procedi ex virtute primæ delegationis, atque ita ista non est vera prorogatio. Eandem planè limitationem tradit Marianus in dict.cap significasti, num. 25.verſic.item aduerte, & verſic.limita etiam, vbi ait delegatum ad causam principalem, posse procedere contra fideiussores, quos sequitur Barbosa in d.art.1.nu.223.& 224.cum seqq.

1164 Amplia quintò, vt iurisdictio delegati ad vniuersitatem causarum, admittat omnes genus prorogationis. Ita sentit Glossa in d.l.1.verbo, qui tribunali, ff. de iudicijs, quam probat Felynus in d.cap.P.& G.num.6. verſic.sextò fallit, de offic.deleg.at. Barbosa cum alijs, quos allegat in eadem l.1.artic.1.num.217.& artic.2.num.30.& 31. reprobans Panormitanum in d.cap P.& G. numer.5. Marianum in d.cap.significasti, num. 25.de foro competent. & Paulum in l.1.num.6. C.de iurisdict. omn.Iudic.& alios, qui contra sentiunt. Ratio ampliationis est, quoniam delegatus ad vniuersitatem causarum est instar ordinarij, & in omnibus exequatur ordinario, vt adnotabo iufra dist. 4.n. § 2.cum multis, quos allegabo, & præter eos notat Alxander consil.12.num.5. lib.6. Potest igitur prorogari ius iurisdictio, quemadmodum, & ordinaria.

1165 Ego verò pro concordia limitatem hanc ampliationem, vt tunc procedat, cum delegatio fit ad vniuersitatē causarum, & personarum, vel ad vniuersitatem personarum, etiam si sit limitata ad vnum genus causarum, vt succedit in delegatione facta ad administrationem gabellarum, quæ expediri solet in consilio Regij patrimonij Hispaniarum, in qua nulla est limitatio quoad personas, etiam si sit limitatio ad genus causarum ad gabellas pertinentium, & in eiusmodi alijs; secus esset, si limitaretur delegatio quoad certas personas, vt si expediretur commissio ad causas vertentes inter Titium, & Sempronium: nam tunc cum detur iurisdictio limitata ad illas personas tantum, non poterit prorogari ab extraneis; idque dumtaxat probant rationes adductę pro contraria sententia à Doctoribus eam amplectentibus.

1166 Amplia sextò, vt etiam iurisdictio competens ex iure speciali, vel ex priuilegio, possit prorogari. Ita sentiunt Marianus in d.cap.significasti, num.23.de foro compet. Sebastianus Sapia in d.l.1.nu.28. Barbosa art. num.197.ff.de iudicijs, Couarrunias lib.3.variarum, cap.20.nu.9.& videtur probari ex l.1.C.de iurisdict.omn.Iudic.

1167 Contrariam tamen sententiam, videlicèt iurisdictionem speciali iure, vel ex priuilegio competentem, prorogari non posse, tuentur Antonius de Butrio in d.cap.P.& G.numer.19.circa finem, verſ. prædicta sunt vera, Imola ibi, num.65. Panormitanus in cap. excommunicatis, 9.num. 5. in fine, de offic.Legat. Romanus singul. 49. Hyppolytus de Marsilijs in repetit.l.extra territorium, vltima, num. 195. cum seqq.ff.de iurisdict.omn. Iudic. Felynus in cap. cæterum, num. 1.de iudicijs, Maranta in praxi, 4. part. dicta distinct. 12.num.10. Huius sententiæ fundamenta refert Barbosa d.artic.1.nu.197.& illis benè satisfacit ex nu. 198.& resolutiō vera huius difficultatis colligenda est ex ijs, quæ in sequenti ampliatione latius dicenda, & explicanda sunt.

1168 Amplia septimò, vt possit etiam prorogari iurisdictio concessa ad certam speciem, & qualitatem causarū; nam si deputetur Iudex ad certam speciem, & qualitatem causarum, ex prorogatione partium, seu litigatorum poterit de alijs causis diuersæ qualitatis cognoscere. Ita sentiunt Paulus Castrensis in l.testamenta omnia, 18. num.5.& inclinat Iaso ibi num.1. Fulgosius num.2.C.de testament. Sapia in l.1.numer.2. Ludouicus Burgesius numer. 156.ff.de iudicijs Isernia in constitut.statuimus, propè finem, verſic.sed nunquid, & §.sed verius est, quem sequuntur ibidem Afflictis num. 43. Cabedus decis.22.numer.5.& ante eos idem docuit Glossa prima, iuncto textu in leg. si per errorem, 15.ff.de iurisdict.omn.Iudic. quatenus probat cessante errore posse causas ciuium iudicari à Prætore peregrino, & Glossa in verb. iurisdictionem, in fine, in d.l.1. ff.de iudicijs Glossa item secunda in leg.1.C.de pedan.iudic. idem Paulus in l. vltima, num. 10.& ibi Cagnolus num. 46.de iurisdict.omn.Iudic. atque iterum idem Paulus consil. 2.num 3.ad finem, part. & Afflictis decis.27.numer.3. vbi agit de prorogatione per conuentionem. Fundamentum huius sententiæ desumitur ex l.1.Cod. de iurisd. omn.Iudic. vbi Procurator fisci, qui iurisdictionem habet limitatam cognoscendi de causis inter fiscum, & priuatos, l.1.C.si aduersus fiscum, & eadem ratione inter priuatos competens Iudex esse non potest, l. 1.C. de pedan. d.c.& d.l. 1.C.de iurisdict.omn.Iudic. tamen de co... rigatorum est etiam competens Iudex inter

prohibita. Cui solutioni acquiescit Barbosa *dicto artic.* 1. *num.* 122. & ego dixi supra sect. 2. numer. 1100. diuersum quid esse, iurisdictionem à superiore non tribui, & prorogationem inhiberi, in qua mixtim ex litigatorum voluntate, & assistentia iuris prouenit iurisdictionis vsus. Quod verò expendit Baldus de vi limitationis, paulò post explicabitur commodiore loco, & pleniùs toti difficultatis satisfiet ex numer. 1181. & proprie ex numer. 1184.

1174 Neque verò ideò reprehendendi sunt Doctores Hispani ei sententiæ adhærentes. Quorum multi, tametsi agnoscant regulariter admittendam esse prorogationem de causis minoris summæ ad causas maioris, eam tamen doctrinam limitant iure optimo in speciali casu, *leg.* 7. *tit.* 18. *libr.* 4. *recopilation.* in cuius explicatione versantur. Concedit lex illa iurisdictionem Capitulis, seù Concilijs ciuitatum, & villarum Regni, vt possint in gradu appellationis cognoscere de causis ciuilibus, quæ non excedant summam decem mille marauedinorum, deuolutis ad ipsa Concilia per appellationem interpositam à Iudicibus ordinarijs earundem ciuitatum, aut villarum. Quæ Concilia eligunt duos ex Decurionibus, qui simul cum eodem Iudice ordinario, qui sententiam tulit, procedant ad reuidendam sententiam; statuiturque ne eiusmodi appellationes interponi possint ad superiora tribunalia. Hæc lex immutata est ex *leg.* 18. *eodem titulo, & libro, in Codice additionum*, in qua, summa decem mille marauedinorum extensa est ad quantitatem viginti mille marauedinorum. Quæ lex desumpta est, ex *capit.* 65. Curiarum Matritensium, cæptarum anno 1592. finitarum anno 1594. publicatarum anno 1604. ad petitionem 65. Sed salua Compilatoris reuerentia, (vt id etiam animaduertam) diuersissimum sensum habet lex compilata à capite, ex quo sumpta est. Supplicatum enim fuit Regi, vt in causis viginti mille marauedinorum licere appellationem interponere ad Concilia Decurionum; respondit, *fiat ut petitur*. Qua decretatione attenta, licebat appellationem interponere ad Concilia, sed non erat sublata facultas appellandi ad suprema tribunalia in illis causis viginti mille marauedinorum, quemadmodum per *dicta leg.* 7. sublata erat facultas appellandi ad suprema tribunalia in causis decem mille marauedinorum, & aliarum infra eam summam. Verùm attenta lege compilata, in qua relata *dict. leg.* 7. decernitur: *Ordenamos que la dicha quantia sea de veinte mil marauedis*, manet subiecta summa viginti mille marauedinorum eidem legi, quę lata erat super summa decem mille marauedinorum; ac per consequens, quemadmodum in causis illius quantitatis, & infra eam summam, non poterat appellari ad Regia tribunalia, ita modo in causis viginti mille marauedinorum, & infra. Quæ diuersitas est notabilis, & effectus eius maximè dānosus: cumque non constet Compilatori datam esse à Rege facultatem variandi, & mutandi, aut alterandi statuta, sed solùm compilandi, crederem standum esse potius capitulo Curiarum, & eius tenori, quàm tenori legis compilatæ, & tametsi liceret iuxta prædictum *capit.* 65. in causis viginti mille marauedinorum appellare ad Concilia, non esse tamen sublatam facultatem appellandi ad Chancellarias, & Regia tribunalia. Sed iam cessat hæc difficultas, nam superuenit regium rescriptum Regis Philippi III. D. N. impetratum à Regno, expeditum 28. Iunij die anni 1619. quo velut vniuersali lege extensa est quantitas viginti mille marauedinorum, contenta in dicto capite Curiarum, & *dict. leg.* 18. compilata, ad quantitatem triginta mille marauedinorum, & cautum iuxta prædictam *leg.* 7. vt non solùm concilia Decurionum cognoscat de causis eius quantitatis, & infra eam summam; verùm etiam, ne illis admittatur appellatio ad Regia tribunalia, quibus præcipitur, ne in eas causas se intromittant, & ab earum cognitione deinceps inhibeantur, & statuitur, vt illę ad prædicta Concilia omninò remittantur.

1175 Quibus legibus attentis tractant Doctores Hispani, an possit prorogari iurisdictio Conciliarium ad causas maioris summæ; & respondent, non posse prorogationem locum habere idque iure optimo. Rationem reddunt, quoniam in causis appellationis non admittitur prorogatio, cuius vim inferiùs examinabimus num. 1226. Verùm quiquid sit, quod ad propositum attinet ex eo redditur firma quoniam regula est, attento iure Castellæ neminem posse cognoscere de causis quibuslibet in gradu appellationis, etiam de partium consensu, nisi suprema tribunalia, *l.* 20. *tit.* 4. *l.* 1. *titul.* 5. *lib.* 2. *recopilat.* non enim est liberum litigatoribus, facere ad libitum Iudices superiores eos, qui non sunt superiores ijs, à quibus appellatum, est, vt docet Bartolus *in authent. & consequenter, num.* 15. *C. de sentent. & interloquut. omn. Iudic.* Non potest autem de appellatione cognoscere, nisi illi, qui fit superior Iudicis, à quo appellatum est, *cap.* 2. *de consuetud. in sexto. cap. Romana,* 3. *in princ. de appellation. eodem lib.* 6. quamuis consensu suo possint quemlibet Iudicem appropriare sibi, *d. l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. Iudic. d. l.* 1. *ff. de iudicijs.* alioqui ius publicum, quod in ea re maximè versatur, priuatorum voluntati subderetur, quod permittendum non est, *d. l. priuatorum, Cod. de iurisdict. omn. Iudic.* Ab hac autem regula dumtaxat excipiuntur causæ minoris summæ, in quibus à lege defertur iurisdictio Concilijs Decurionum, dùm ad ea appellatur à litigatoribus; in cæteris autem manet firma regula, vt ad ea non possint litigatores via appellationis adire: appellatio enim esset nulla. Appellatione autem irrita, quæ medium est, & via adquirendi iurisdictionem, iurisdictio quæri non poterit, quia vbi remouetur medium, quo finis adquiritur, finis non obtinentur, *lge. huic scripturæ,* 15. *ff. ad l. Aquil. leg. qui libertinus,* 37. *§. posthumo, ff. de operis libert.* notat Baldus *in l. benignius,* 17. *num.* 7. *ff. de legibus*. Cùm igitur illegitima appellatio non deuoluat causam ad superiores, etiam si accedat partium consensus, vt notant Auendanus *de exequend. mandat.* 1. *par. cap.* 1. *num.* 32. *versic. duodecima causa*, & Guttierrez *de iurament. confirmat.* 3. *part. capit.* 5. *numer.* 20. *post medium*, & Iudex appellationis nullam iurisdictionem habeat, nisi per deuolutionem, vt docet Baldus *in d. authent. & consequenter, num.* 12. neque possit cognoscere, nisi de eo, de quo cognouit Iudex, a quo, in prima instantia, vt docet Bartolus communiter receptus *in leg.* 1. *numer.* 3. *Cod. si aduersus libertat.* Baldus *in leg. per hanc* 4. *numer.* 18. per textum ibi, *Cod. de tempor. & reparat. appellat.* Afflictus *decision.* 53. *numerō* 2. Duenas *regul.* 48. *limitat.* 2. Maranta *in praxi, part.* 4. *distinction.* 6. *numer.* 25 Puteus *decision.* 180. *numer.* 2. & 3. *libr.* 2. Pistor *quæstionum iuris, libr.* 4. *quæstion.* 23. *ex numer.* 17. Hyppolytus de Marsilijs *singular.* 240. Ignatius Villar *in sylua, respons.* 15. *dicta quæstion.* 8. *numer.* 19. *in fine*, fit, vt in casu *dict. leg.* 7. non possit habere locum prorogatio. Quia si in prima instantia facta est prorogatio ad maiorem quantitatem, per appellationem ad Concilia Decurionum, vtpote illegitimam, causa non deuoluitur: si verò est facta in secunda instantia, & in prima non erat facta, Iudices appellationis non possunt co-

gnoscere, vtpotè de causa per appellationē nō deuoluta.

1176 Tertiò dicendum est, iurisdictionem limitatam ad causas certæ qualitatis, cum qualitas est eius naturæ, vt requirat in causa specialem modum procedendi diuersum, à modo procedendi in alijs causis, non posse extendi, & prorogari ad causas diuersæ qualitatis, in quibus ordo iudicandi, & procedendi immutandus est. Exemplum huius conclusionis oppositissimum desumitur ex doctrina Cyni, & aliorum, quos retuli supra num. 1169. vt si statuto constituatur aliquis Iudex mercatorum, ad cognoscendum de causis mercaturæ, istius iurisdictio non possit prorogari ad causas non attinentes ad mercaturam. Nam qualitas illa causarum ad mercaturam attinentium, desiderat diuersum modum procedendi in illis, ac in cæteris causis seruari solet. In causis enim mercatorum respicientibus mercaturam, & eorum Curia, proceditur ex bono, & æquo, & non ex rigore, neque ex apicibus iuris, & non attenduntur solennitates, sed sola facti veritas inspicitur, vt tradit Bartolus *in l. si fideiussor, 29. §. quædam num. 2. & in leg. Quintus Mutius, 48. ff. mandat.* Iaso *in l. 2. §. item si in facto, num. 17. ff. de verbor. obligat.* Angelus Aretinus *in §. item si quis in fraudem, nu. 21. institut. de action.* Negusantius *de pignoribus, 8. par. membr. 1. num. 19.* Mantica *de tacit. & ambigu. conuention. libr. 16. tit. 16. num 3.* Marcus Antonius Eugenius *consil. 89. num. 25. & 26. lib. 1.* Boerius *decision. 221 num. 14.* Benuenutus Stracca *tractat. de mercatura, 3. particul. vltimæ partis principalis, quomodo in caus. mercat. sit procedend. rubrica de exceptionibus, num. 5. & 6. & 14. cum seqq.* Cacheranus *decis. 1. numer. 1.* Maranta *consil. 57. num. 1. & in praxi, 4. par. distinc. 9. ex num. 48.* Cùm tamen in alijs causis pertinentibus ad eandem speciem iurisdictionis simplicis, quæ sunt diuersæ qualitatis regulariter attendantur solennitates iuris, & eius rigor sit seruandus, *l. Iudices, 9. C. de iudicijs, l. 1. C. de exequut. rei iudicat.* Hanc conclusionem amplectitur Barbosa *in dicta l. 1. artic. 1. ex nu. 126. ff. de iudicijs*, Probaturque; primò, quoniam etiam si accidentalis qualitas non mutet speciem, neque inducat diuersitatem in natura, vt notat Bartolus *in l. denunciasse, 17. §. quid tamen, num. 5. ff. ad l. Iul. de adulterijs*, cùm verò qualitas causæ est eiusmodi, vt habeat annexum diuersum modum procedendi, & definiendi, proculdubio alterat, & mutat naturam causæ in genere moris, & constituit diuersam speciem moralem. Causa enim istius qualitatis iure censebitur diuersa specie ab altera, quæ similem qualitatem non habeat, & in qua diuerso modo procedendum sit, vt planè significat Baldus *in l. heredes, palam, 21. §. sed & si notam, num. 4. ff. de testament.* & rectè alio in proposito animaduertit Suarez *in tertiam partem Diui Thomæ, tom. 3. disput. 2. sect. 4. §. vt verò distinguamus*, vbi qualitates, quæ immutant res in ordine ad vsum humanum, etiam si non inducant varietatem in specie physica, & naturali, notat causare diuersitatem specificam moralem. Et notum est circumstantias, quæ accidentia sunt actus humani, & non mutant speciem naturalem actus, inducere diuersitatem specificam in genere moris, vt docent Theologi Thomistæ post *Diuum Thomam, 1. 2. quæst. 7. artic. 1. & quæstion. 18. artic. 3. & 5. & 10.* prosequitur Gabriel Vazquez *tom. 1. disput. 53. & 54. & 55. per totas, & disputat. 56. capit. 2.* Franciscus Suarez *ad primam secundæ Diui Thomæ, tract. 3. disput. 7. sect. 8. num. 9. & 10.* ex quo receptum est, eiusmodi qualitatem aduenientem rei, ita illam afficere, vt ipsam reponat in diuersa specie; notat Hippolytus de Marsilijs *singular. 520. qualitas adueniens*, Natta *consil. 139. num. 5. & 6. tom. 1.* & deducitur ex doctrina Bartol. *in l. ius ciuile, ff. de iustit. & iur.* & ex textu *in l. si cui lana, 70. in principio, & in l. hæres meus, 100. §. duæ statuæ, ff. de legat. 3. & in cap. licet canon, 14. iuncto capit. statutum, 22. de election. in sexto*. Eodem tendit, quod Alciatus docet *lib. 6. parergon, capit. 17.* iudicium non esse idem, sed diuersum, si cum prius ordinariè ageretur, post agatur summariè; rectè notat decius *in l. vnica, in 1. lectur. numer. 13. & 14. & in 2. lectur. numer. 46. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest*, quidquid sit apud Dialecticos, apud Legistas tamen ex parua, & leui differentia, species constitui secundum quod iura loquuntur, licèt in quidditate, & essentia non videantur differre. Succedit igitur conclusio, de qua supra num. 1170. vt si causæ istæ specie diuersæ sint, non possit ex iurisdictione vnius ad alteram fieri prorogatio, quia videretur facta ad actum nouum, qui virtute iurisdictionis præexistentis non posset expediri, in quo casu prorogatio deneganda est, iuxta doctrinam Glossæ, & Doctorum, quos copiosè retuli supra num. 973.

1177 Confirmatur, quoniam tametsi causæ ciuiles videantur pertinere ad idem genus subalternum; sub eo autem continentur diuersa inferiorum genera, seu species infimæ, quæ secum inuicem comparatæ diuersæ item sunt. Quam doctrinam ex Bartoli, & Baldi traditionibus rectè expendit, & exornat Barbosa *dict. artic. 1. ex numer. 136.* Causæ autem mercaturæ, etiam si comprehendantur sub genere ciuilium, multum differunt ab alijs ciuilibus causis, vt modo diximus. Ergo iurisdictio limitata ad eas, non potest prorogari ad alias, cùm ob eandem rationem non possit prorogari iurisdictio ex vna specie ad aliam, qua non potest prorogari de vno genere ad aliud.

1178 Quartò dicendum est, reliquam esse, quod ad hoc attinet, maximam difficultatem, cùm iurisdictio alicui Iudici concessa est, limitatè ad certum genus causarum, quę neque specie differunt ab alijs causis, si iurisdictionem ipsam spectes, neque in eis seruatur diuersus procedendi modus, quia certa earum qualitas id non exigit; exempli gratia, si designaretur Iudex ad causas pupillorum, & viduarum, vel ad causas peregrinorum, vel mercatorum, vel ad causas mutui, vel matrimoniales, aut beneficiales, an possit eius iurisdictio prorogari, ad causas diuersæ materiæ, non obstante limitatione iurisdictionis. Oportet autem distinguere tres casus: primus, cùm iurisdictio limitatur quòad certum genus personarum, nō quòad genus causarum. Exempli gratia, in hac ciuitate Neapolitana Curia Admiratiæ habet iurisdictionem quòad omnes causas, tàm ciuiles, quàm criminales, inter personas viuentes de arte maris, sed non potest in causis aliorum iurisdictionem exercere. Similiter Curia artis serici in omnes officiales, & mercatores artis serici matriculatos. Curia artis lanæ in personas viuentes de arte lanæ. Curia Raguseorum in omnes causas Raguseorum. Curia Catalanorum in omnes Causas Catalanorum, & sic de cæteris. Et Rector scholarium Academiæ Complutensis in Hispania, aut scholasticus Salmaticensis, habet iurisdictionem in omnes causas scholasticorum, iuxta dicta supra quæstione octaua, numer. 498. Et antiquo iure Prætor peregrinorum cognoscebat de omnibus causis peregrinorum, *leg. 2. §. post aliquot deinde annos, ff. de origin. iur.* notat Fenestella *de Magistratibus Roman. capit. 19.* Pomponius Letus *de Magistrat. Roman. titulo de Prætoribus*, Claudius Præuocius *commentario de Magistrat. Roman. capitul. 7.* Caluinus *in libello de Magistrat. Roman. verbum Prætor*

tor

tor peregrinus, Rofinus *de antiquitat. Roman. lib. 7. cap. 11.* Secundus casus, cùm iurisdictio est limitata ad certum genus causarum, non ad personas vt si designaretur Iudex ad causas matrimoniales, aut ad causas restitutionis in integrum, aut ad causas publicationis testamenti, vt *in l. testamenta omnia, 18. C. de testament.* aut ad insinuationem donationum, vt *in l. in hac, 30. l. secundum, 32. C. de donationibus*; & in Hispania conceditur iurisdictio de legatis administratoribus gabellarum ad causas gabellarum inter quascunque personas. Et Procuratori Cæsaris est concessa iurisdictio ad causas fiscales indistinctè, nulla excepta personarum conditione, *leg. 1. & 2. l. ad fiscum, 5. C. vbi causæ fiscales, leg. 2. C. si aduersus fiscum.* Tertius casus est, cùm iurisdictio limitatur ad certum genus personarum, & causarum, vt concessa erat antiquo iure illis, qui preerant Collegio professionis, aut negotiationis alicuius ad causas illius negociationis, & personas illius Collegij, *leg. periniquum vltima, C. de iurisdiction. omn. Iudic.*

1179 In omnibus autem istis casibus occurrit duplex difficultas circa prorogationem, altera ad factum, altera ad ius spectans. Quæ ad factum ea est, an iurisdictionem concedens limitatam, prorogationem inhibuerit, eoque fine limitatum vsum iurisdictionis concesserit, vt subditos prorogare prohiberet. Duobus autem modis prorogationis effectus potest impediri à superiore iurisdictionem certam dante. Primò, si subditos ipsos prorogare vetet, *iuxta dict. l. 2. §. si & Iudex, ff. de iudicijs*, & superius numer. 1121. diximus in Regnis Castellæ, Portugalliæ, Nauarræ, & Galliæ inhibitam esse laicis prorogationem in Iudices Ecclesiasticos. Secundò, si ipsos Iudices prorogatos iurisdictione prorogata vti prohibeat, iubens ne in talibus, vel talibus causis se intromittant, sed eas statim remittant ad Iudices competens. Vtroque modo impeditur prorogationis effectum, sed hoc interest inter vnum, & alterum, quod primo modo prorogatio ipso iure impeditur, impedito eius ortu, & natiuitate, secundo modo non impeditur ipso iure, quoniam non impeditur origo, & natiuitas, sed duntaxat effectus; nam Iudex prohibetur vti iurisdictione prorogata. Atque ita etiam si daremus processum factum coram prorogato valere, dùm à Iudice competente non est inhibitus, potest tamen Iudex prorogatus, à superiore, vel altero competente, ad quem ex destinatione Principis causa spectat, inhiberi, & requiri, vt eam remittat. Discrimen verò ex eo colligitur, quòd prorogatione impedita secundo modo, cùm verba legis, vel rescripti non diriguntur ad inferiores prorogantes, sed ad ipsum Iudicem, in quem consentitur, cui iniungitur ne de illis causis iudicet, ad quas alter Iudex destinatus est, prohibitio non afficit prorogantes, sed Iudicem ipsum prorogatum.

1180 Hæc autem inhibitio ad Iudices relata, duobus item modis fieri potest. Primò, ita vt fauore Iudicis, cui iurisdictio conceditur, cæteri Iudices circa causas isti commissas, & concessas inhibeantur; vt cùm conceditur iurisdictio alicui, cum clausula abdicatiua, & decreti irritantis: exempli causa, si diceretur, de talibus causis tu solus cognoscas, & nullus alius in easdem se intromittat, aut possit intromittere, sed eas debeat ad te remittere, & quidquid aliter fiat, sit nullum, & irritum. Atque eo modo solet in hoc Regno concedi iurisdictio Baronibus, iuxta supra tradita numer. 1100. Huiusmodi autem inhibitio semper censetur facta fauore eius, cui iurisdictio conceditur, magis quam fauore subditorum, nisi id alijs indicijs manifestetur, vt si iurisdictio ista priuatiua concederetur alicui, non ratione suæ personæ, sed ratione vniuersitatis, cui præest, cui superior velit priuilegium, & immunitatem concedere præposito illi certo Iudice, vt contingit in Iudicibus Monachorum, Scholasticorum, & Militum. Secundo modo fit inhibitio, non fauore Iudicis, sed magis subditorum, cùm adijcitur non ad priuilegiandam, sed potius limitandam eius iurisdictionem, vt respiciat magis fauorem Iudicum extraneorum, quibus reseruantur causæ exceptæ à iurisdictione ista, quæ limitatur. Exemplum fit, si diceretur, tu cognoscas de talibus causis, & in alias te non intromittas, sed eas remitte ad competentes: vel per modum legis generalis directæ ad aliquem Iudicem, vel tribunal, prohibendo ne ille Iudex, vel tribunal cognoscat de talibus causis, sed eas debet ad alios Iudices remittere, vt de iure Regni Neapolitani *in pragmatic. 61. cap. 8. cum sequentibus, & pragmatic. 63. de offic. Procurator. Cæsar.* statuitur, ne tribunal Regiæ Cameræ Summariæ se intromittat in causas, in quibus fiscus non habet interesse, sed eas ad Sacrum Consilium remittat. Et de iure Castellæ statuitur *in l. 10. titul. 5. libr. 2. recopilation.* vt omnes causæ litium inter partes remittantur ad Regia auditoria, & in illas non se intromittat Regium Supremum Consilium. Et in eo rescripto Regio, cuius memini supra nu. 1174. cautum est ne Regia suprema tribunalia Castellæ se intromittat in causas quantitatis triginta mille marauedinorum, & infra eam summam, sed earum cognitionem omninò remittant ad Concilia Decurionum ciuitatum, & villarum Regni. Item *in l. 22. titul. 5. dicto lib. 2. recopilationis*, inhibentur Regia Auditoria circa certas causas, quæ remitti iubentur ad Regium Supremum Consilium. Quæ à nemine video animaduersa clarè, cùm prædictæ distinctiones sint necessariò diligenter attendendæ ad diiudicandum, an, & quando, prorogatio sit inhibita, aut admittenda, & quoties de ea re controuersum fuerit, oporteat tùm ea omnia scrutari, tùm sigillatim expendere verba, quibus iurisdictio concessa est, & causas ob quas est limitata.

1181 Secunda verò difficultas, quæ in iure consistit, tribus conclusionibus enodanda est, quæ respondent tribus propositis casibus. Prima conclusio, iurisdictio limitata quoad genus personarum, & non quoad genus causarum, capax est prorogationis cuiusuis in alias causas, & ad alias personas. Hanc amplectitur Bartolus *in dict. leg. 1. numer. 8. ff. de iudicijs*; dùm ad explicandos casus prorogationis, de quibus agitur in eadem lege prima, vtitur exemplo iurisdictionis Doctoris, quam habet limitatam ad scholares suos, *Authent. habita, C. ne filius pro patre*, & tamen eam posse prorogari docet in qua eadem sententia fuit Panormitanus *in capit. 1. num. 37. in fine, & num. 38. de mutuis petitionibus* Barbosa *in d. l. 2. art. 1. num. 118.* Et probatur primo ex textu *in d. l. 1. C. de iurisdiction. omn. Iudic.* vbi iurisdictio Procuratoris Cæsaris, quæ limitata est quoad personas eorum, qui cum fisco controuersiam habent, & non est limitata ad causas, permittitur prorogari. Secundò, quoniam si iurisdictio limitata, quoad personas prorogationem non admitteret, nulla iurisdictio prorogari posset, quippe cum omnis iurisdictio limitata sit ad personas subditorum ex traditis *in l. vltima, ff. de iurisdict. omn. Iudic. & in cap. 2. de constitut. in sexto.*

1182 Amplia tamen hanc conclusionem, vt iurisdictio limitata ad certum genus personarum, non solùm possit extendi, & prorogari ex consensu partium ad personas

diuersas eiusdem qualitatis sub ea non comprӕhensas; sed etiam ad alias personas diuersæ qualitatis. Exemplum sit, Iudex Curię serici huius ciuitatis Neapolitanæ, qui cognoscit de causis mercatorum serici ciuium, potest cognoscere de consensu partium inter mercatores serici Auersanos, aut Sulmonenses, vel Brundusinos: atque item de consensu poterit cognoscere de causis eorum, qui non sint matriculati in arte serici, vt inter mercatores artis lanæ, vel alios, etiam non mercatores. Item si quis esset Iudex causarum pupillorum, aut viduarum, posset cognoscere de causis aliarum personarum, quæ neque sint viduæ, neque puppilli, si in eum consentirent. Hæc ampliatio quoad primam partem nullam patitur difficultatem, & eam tradit Imola *in d.cap. P. & G. num. 88. de offic. delegat.* & eum sequutus Barbosa *in d.l. 1. art. 1. nu. 145. ff. de iudicijs*, quæ manifestè probatur ex secunda ratione adducta pro prædicta prima conclusione. Quoad secundam verò partem, eam amplectuntur Cabedus *dicta decis. 22 num. 51. part.* & idem Barbosa *d. artic. 1. nu. 151.* & desumitur ex Bartolo & Panormitano, relatis numero præcedenti.

1183 Sed contrariam sententiam huic ampliationi quoad secundam partem, quinimò iurisdictionem Iudicis limitatam ad certum genus personarum, vt ad causas mercatorum pupillorum, & viduarum, non posse prorogari de consensu partium ad personas diuersæ qualitatis, videlicèt ad causas eorum, qui non sint mercatores, pupilli, aut viduæ, tuetur Baldus *in cap. de causis, 4. num. 48. & in d. cap. P. & G. 40. nu. 10. de offic. & potest. Iud. deleg.* Felynus ibi *num. 12.* Marianus *in d. cap. significasti, num. 30. vers. tertiò probatur. de foro compet.* Vantius *de nullitat. tit. de nullitat. ex defectu iurisdict. ordinar. ex numer. 51. & 52.* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num. 5. post medium, vers. idem si est alterata respectu causarum.* Et probatur primò, quoniam causa limitata, limitatum producit effectum, *leg. in agris, ff. de adquir. rer. domin.* Ergo limitatio iurisdictionis à superiore facta, eum effectum debet operari, ne possit Iudex de alijs causis cognoscere, quam de comprehensis sub iurisdictione limitata eidem concessa. Secundò, quia quando certa qualitas est fundamentum iurisdictionis, & est causa dandi iurisdictionem alicui Iudici, de illa qualitate debet ante omnia constare, vt Iudex possit iurisdictionem suam exercere, *cap. cæterum. 5. de iudicijs, cap. si Clericus laicum, 5. de foro compet.* Sed qualitas viduitatis, aut pupillaris ætatis, aut negociationis mercaturæ præsupponuntur ad hoc, vt quis sit subiectus Iudici viduarum, aut pupillorum, aut mercatorum. Ergo ille, cui illæ qualitates non insint, non potest subdi Iudici illorum.

1184 Nihilominùs non est recedendum à secunda parte prædictæ ampliationis, quæ verissima est, si iurisdictio etiam limitata spectetur quoad suam naturam, & essentiã. Neque obstans contraria argumenta, nam ad primum respondetur, limitationem concessionis iurisdictionis, cum effectum habere, ne Iudex possit cognoscere ex vi iurisdictionis suæ, & aduersus inuitos, de alijs causis, quã in concessione contentis; at ex vi prorogationis factæ de litigatorum cõsensu hæc iurisdictio limitata ad alias personas potest extendi: hæc enim extensio, nisi speciali inhibitione prohibita sit, communi iure conceditur, vt dixi supra num. 1100. ex doctrina Salyceti, & aliorum, & num. 1173. Ad secundum, conceditur qualitatem, quæ est fundamentum iurisdictionis præsupponi; tunc verò qualitas illa subditorum est requisita, cùm Iudex procedit aduersus inuitos: nam tunc procedit ex vi iurisdictionis sibi concessæ; cùm verò de consensu litigatorum, & ex vi prorogationis, qualitas præsupposita ex parte Iudicis est iurisdictio præexistens, ex parte autem litigatorum consensus, quibus præsuppositis processus factus ex vi prorogationis sustinendus est, & alias qualitates non requirit.

1185 Prædictam verò primam conclusionem limitabis primò, vt procedat in casu, quo iurisdictio limitata est ad certum genus personarum: secus esset si iurisdictio limitata sit ad certas singulares personas; nam hæc iurisdictio ad alias personas non nominatas prorogari non potest. Ita sentit Cabedus *dicta decis. 21. numer. 2. 1. part.* & esse communem sententiam dixi supra, num. 1162. & 1165. loquens de prorogatione iurisdictionis delegatæ, quæ ideò ad diuersas personas non extenditur quia limitatè inter certas personas est concessa.

1186 Limita secundo, si in concessione iurisdictionis limitatæ ad causas vnius generis personarũ, adijceretur clausula abdicatiua, & decreti irritantis. Exempli gratia, si diceretur, talis Iudex cognoscat de causis viduarum, & in alias causas, vel in causas aliarum personarum non se intromittat, nec intromittere possit; sed eas remittat ad alios Iudices competentes, & quidquid secus factum fuerit sit nullum, irritum, & inane; tunc enim non habebit locum prorogatio. Hanc limitationem docent Baldus *in l. repetita, 39. num. 1. C. de Episcop. & Cleric. & in l. cùm eorum, 5. num. 8. C. de sentent. & interloquut. omn. Iudic. & in authent. habita, num. 58. C. ne filius pro patre*, Paulus Castrensis *cons. 2. num. 3. in fine, 2. part.* Ludouicus Burgesius *in repetit. l. 1. num. 159.* Barbosa ibi *art. 1. ex num. 103. ad 107. & artic. 4. ex num. 46. ff. de iudicijs*, Marianus Socinus *in d. cap. significasti, nu. 30.* Gamma *decis. 219.* Et apertè probatur ex textu *in d. l. repetita, & in l. testamenta omnia, 18. & in l. consulta, 23. C. de testament. & in l. secundum, 32. C. de donation.* constatq; ex dictis supra dicto numer. 1100. nam ex istis clausulis manifestè colligitur, voluntatem superioris iurisdictionem concedentis esse, ne Iudex ita creatus, vtatur iurisdictione prorogata, etiam si verba rescripti, vel statuti non dirigantur ad subditos, prohibendo ipsos prorogarem. Idem enim est effectus, etiam si diuersus sit modus, de quo curandum non est *l. mulier, 22. in princip. ff. ad trebellian. l. cùm seruus, 104. ff. de de verbor. obligat. l. fideicommissa, 11. §. si cui ff. de legat. 3.* Tiraquellus *in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, numer. 142. C. de reuocand. donation.* Raudensis *decis. 4. numer. 26.* Sarmiento *de redditibus ecclesiasticis, 1. par. cap. 2. numer. 16.* Menochius *cons. 35. num. 22. lib. 1.* Hondedeus *cons. 82. numer. 1. vol. 2.* Euerardus *in locis legalibus, in loco ab æquipollentibus, 101. num. 8. in fine*, Alexander *in l. 1. §. lex falcidia, numer. 9. ff. ad l. falcid.* quid enim interest, an subditi prohibeantur prorogare, vel Iudex vti iurisdictione prorogata?

1187 Limita tertiò, si ex coniecturis alijs colligi possit, superiorem iurisdictionem concedentem, & creantem diuersos Iudices ad causas diuersarum personarum diuidentemq; diuersas iurisdictiones, id fecisse (vt ferè semper fieri solet) ob fauorem earundem personarum, quibus specialem Iudicem concedit; & quoniam publicè interest iurisdictiones esse diuisas, seorsim ad rectiorẽ Reipublicę gubernationem, & ne causę, & processus confundantur; nam tunc ex coniecturata mente eiusdem colligitur, noluisse permittere prorogationem, ex qua omnia confunderentur, & sic censendum est eo casu prorogationem locum non habere. Hanc limitationem planè significat Baldus *in d. cap. P. & G. 40. numer. 10. de offic. delegat.* dùm

negans

negans locum esse prorogationi, si iurisdictiones Iudicum sint taxatæ, & limitatæ, reddit rationem ne iurisdictiones, & processus Iudicum confundantur, & ita interpretandus est idem Baldus, & alij, quos refert Barbosa *in d.l.1. art.5. num.155. ff. de iudicis*, & Natta *cons.82. num. 7. & 8. lib.1.* Baldum sequutus, & Regens Fuluius Constantius postea visus *in l. vnica, num.78. C. de classicis, lib.11.* & eadem ratione ego supra quæstion.8. sect.9. num. 702. notaui non posse fiscum prorogare iurisdictionem Iudicum extraneorum. Ratio autem huius limitationis est, quoniam planè prorogationis permissio esset contra finem à superiore intentum, dum iurisdictiones diuisit, siquidem prorogatio efficit, vt Iudex extendat iurisdictionem suam vltra metam, & taxam præscriptam à Legislatore, & sic, vt processus, & causas alieni tribunalis tractet, quod est iurisdictiones diuisas confundere.

1188 Ex qua limitatione infertur in hac ciuitate Neapolitana, vbi diuisæ sunt Curiæ, & iurisdictiones, vt vigentium de arte maris, de arte lanæ, de arte serici, &c. non esse permittendam prorogationem, si artifices, vel mercatores lanæ prorogarent iurisdictionem Consulum, & Iudicis artis serici, vel Curiæ Admiratiæ, neque permittuntur litigatores in causis, quæ ad fiscum non pertinet prorogare iurisdictionem tribunalis Regiæ Cameræ Summariæ, & apud eam litigare, stante inhibitione facta *in pragmat.62. & 63. de offic. Procur. Cæsar.* & clarius *in pragmat.37. de offic. Sac. Regn. Cons.* vbi hæc eadem ratio exprimitur, ne inquam iuris ordo confundatur. Quod tunc maximè locum habet, cum Iudices prorogati cognoscunt de causis ex consensu partium non opponentium exceptionem declinatoriam, sed spontè adeuntium extraneum forum, verùm inhiberentur à Iudicibus legitimis, & competentibus requirentibus, vt causas suorum subditorum ad se remittant. Tunc enim proculdubiò causa remitti debet, & Iudices prorogata iurisdictione vtentes à superioribus inhiberi, ne confusioni causarum, & tribunalium detur locus, & ne item inferiorum prorogatio superiorum iurisdictioni præiudicio sit, quod esse non debet, iuxta adnotata à me supra, num.808. & numer.1059.

1189 Secundò ex prædictis limitationibus infertur conciliatio, & concordia diffidentium sententiarum, quas supra retuli, num.1168. & num.1169. atque item numeris proximè præcedentibus 1182. & 1183. quæ facta casuum distinctione iuxta istas limitationes ad vnum, & eundem sensum reducendæ sunt.

1190 Secunda conclusio, iurisdictio limitata ad causas vnius materiæ, vt mercantiles, matrimoniales, beneficiales, gabellarum, aut restitutionis, nulla tamen facta limitatione personarum ex se, & ex natura sua spectata, potest prorogari ad causas diuersæ materiæ. Dixi, *ad causas diuersæ materiæ*, non ad causas diuersæ speciei, quoniã indubitatum, & incontrouersum est apud omnes, vt superius dixi, numer.1170. iurisdictionem ad causas vnius speciei, non posse prorogari ad causas specie diuersas; hoc enim magis esset iurisdictionem de nouo dare, quod fieri non potest, *l. priuatorum, Cod. de iurisdict. omn. Iudic.* quàm prorogare. Diuersæ autem materiæ causarum nõ faciunt causas specie diuersas, neque inducunt inter iurisdictiones diuersitatem specificam, sed solùm materialem, & accidentalem, ex quo fit, vt iurisdictio ex se, & ex natura sua, possit ad alias causas extendi. Idque planè probat *d.l.1. Cod. de iurisdict. omn. Iudic.* vbi Procuratoris Cæsaris iurisdictio ad solas causas fiscales data consensu partium, potest prorogari ad causas non fiscales. Hanc conclusionem amplectuntur Doctores à me relati supra numer.1188. pro illa septima ampliatione iuxta istam conclusionem interpretandi. Quæ conclusio ex eo item confirmatur, quoniam iurisdictio etiam limitata ad certum genus causarum sine limitatione personarum, præsertim si est annexa alicui officio, aut à lege vel statuto delata, re vera est iurisdictio ordinaria, aut saltem delegata ad vniuersitatem causarum, vt docet Baldus *in l. solet. 16. nu.2.* Alexander *num.9.* qui dicit esse sententiam communem, *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Socinus *in l. more maiorum, num.40. ff. eodem titulo*, Decius *in cap. causam matrimonij, num.43. de offic. delegat.* Barbosa *in l. cum Prætor, 12. §.1. num.48. ff. de iudicijs.* Iurisdictio autem ordinaria admittit prorogatione de re ad rem, vel de causa ad causam, vt ex communi sententia dixi supra num.1161. ampliatione quarta, & de iurisdictione delegata ad vniuersitatem causarum indubitatum est, admittere omne genus prorogationis, vt dixi etiam supra numer.1164. ampliatione quinta. Ergo iurisdictio limitata ad causas vnius materiæ, sine limitatione personarum admittit prorogationem ad alias causas. Secundò, quoniam si limitatio obstaret, quominus posset prorogari iurisdictio prorogari posset, quoniam omnis inferiorum iurisdictio limitata est, tùm quòad territorium, tùm quòad subditos; & tamen nihilominùs capax est prorogationis. Ergo limitatio cum prorogatione non repugnat.

1191 In contraria tamen huic conclusioni sententia sunt illi Doctores, quos retuli num.1169. qui sentiunt iurisdictionem limitatam ad causas vnius materiæ non posse prorogari ad causas diuersæ materiæ. Quibos item fauent, quos retuli, num.972. & 973. dum asserunt, iurisdictionem prorogatam debere esse eandem natura, & qualitate cum ea, quam exercet Iudex in proprios, & inuoluntarios subditos. Probatur primò, quoniam limitatio ad certos casus, & materias nihil operaretur, si ea non obstante posset fieri prorogatio ad causas, & materias dissimiles. Secundò, quoniam quemadmodum Iudex causarum ciuilium non potest etiam ex consensu partium extendere iurisdictionem suam ad causas criminales, quia non habet iurisdictionem criminalem ita qui habet iurisdictionem ad casus limitatos, & circa limitatam materiam, vt ad causas matrimoniales, exempli gratia, non habet iurisdictionem ad causas mutui, aut emptionis, & venditionis. Ergo consensus priuatorum non potest illi dare iurisdictionem, quam non habet, *l. priuatorum, C. de iurisdict. omn. Iudic.*

1192 Nihilominùs non est recedendum à prædicta secunda conclusione. Neque obstant argumenta contra eam adducta. Nam ad primum respondendum est, limitationem iurisdictionis ad certos casus operari, ne Iudex ex vi iurisdictionis suæ primitiuæ, & aduersus inuitos possit extra illos casus cognitionem extendere, sed non tollere, quin ex prorogatione, vbi adest consensus litigatorum, & assistentia iuris Iudex procedat extra casus in sua primitiua, & propria iurisdictione compræhensos. Ad secundum dicendum est, quoties iurisdictiones ex se, & ex natura sua in se ipsis spectatæ sunt specie diuersæ, non posse admitti prorogationem ex vna ad aliam, quia Iudex, qui habet vnam, non habet aliam, & non potest consensus priuatorum dare illi iurisdictionem, quam non habet, vt dixi paulò ante numer.1190. secus est, cum iurisdictiones non specie, & essentia differunt, sed solùm per accidens, & pœnes, materiam, circa quam versantur; nam cùm iurisdictio circa causas vnius materiæ, non sit diuersa à iurisdictione circa causas alterius materiæ, po-

test ex vna ad alteram fieri prorogatio. Ex quo intelligitur; cùr ex iurisdictione ciuili ad criminalem, vtpote inter iurisdictiones specie diuersas; non admittatur prorogatio; admittatur verò ex iurisdictione ad causas matrimoniales ad iurisdictionem ad beneficiales; vel ex iurisdictione ad causas mutui; ad iurisdictionem ad causas venditionis, aut permutationis.

1193 Qua conclusione retenta, eam limitabis primò, vt non procedat; quoties in concessione iurisdictionis limitatæ ad certas causas adiecta fuerit in statuto, vel rescripto, clausula abdicatiua, & decreti irritantis: nam eo casu, etiam si subditi nō prohibeantur expressè prorogare, Iudices prohibeantur iurisdictione prorogata vti; vt in simili dixi supra num. 1186. & deducitur ex traditis numer. 1100.

1194 Limita secundò, si constet ex coniecturis, hanc diuisionem causarum à superioribus factam fuisse, vt sint separatæ causæ, processus, & tribunalia, & eorum iurisdictiones, & vnus Iudex non se intromittat in causas ad alium Iudicem attinentes, quoniam id exigat recta Reipublicæ gubernatio; tunc enim tacitè censenda est inhibita prorogatio, ex qua fit, vt Iudex prorogatus in alienas causas manus mittat, & ex prorogationis permissione processus, causæ, & iurisdictiones confunderentur, quod permitti non debet. Quam rationem rectè expendit Caldas *in d.l.si curatorem, in princ. nu. 20. C. de integr. restit. minor*, & Barbosa *in d.l. 1. artic. 4. num. 47. ff. de iudicijs*, & in simili illis vsi sumus in tertia limitatione primæ conclusionis nu. 1187.

1195 Circa quam tertiam limitationem, ne quis etiam otiosam esse suspicetur, animaduertendum occurrit, nō rectè elici ex sola simplici diuisione iurisdictionum, & distinctione Iudicum, mentem statuti, aut superioris Iudices distinguentis fuisse, prorogationem tacitè inhibere; sed id alijs coniecturis, & iudicijs superadditis, & aliunde, quam ex diuisione petitis colligendum, & arguendum esse: alioquin nunquam iurisdictio posset prorogari; cùm ea locum habere non possit; nisi cùm ex aliena, & diuisa iurisdictione subditus, in alienum Iudicem consentit, *d.l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & notum sit diuisam fuisse iurisdictionem Procuratoris Cæsaris, ab ordinariorum Iudicum iurisdictione, ex quo proueniebat, vt illa circa causas subiectorū iurisdictionis ordinariæ ad fiscum non pertinentes esset incompetens Iudex; & nihilominus eius iurisdictio poterat prorogari, *l. 1. C. de iurisdict. omn. Iudic.* Ergo iste animus prorogationem inhibendi, ex alijs indicijs debet coniecturari; vt ex clausulis creationis, aut vsu antiquo: & ex istis conciliabis contrarias quoad hoc relatas Doctorum sententias.

1196 Tertia conclusio, cùm iurisdictio est limitata ad causas, & personas, simili modo dicendum est, ac dictum est in duabus conclusionibus præcedentibus, videlicet ex se, & natura sua esse prorogabilem: verùm prorogationem impediri, si aut adiecta sit clausula abdicatiua, & decreti irritantis, aut aliundè ex coniecturis constet, ex partitione iurisdictionis voluisse superiorem, prorogationem inhibere; ne oriatur iurisdictionum confusio, vt in superioribus conclusionibus dictum est.

1197 Amplia octauò principaliter prædictam regulam principalem, vt iurisdictione etiā concessa priuatiuè circa causas aliquas, nihilominus prorogatio non sit impedita, sed permissa; & possint, aut subditi illius Iudicis, cui concessa est priuatiuè iurisdictio respectu certarum causarum, prorogare iurisdictionem Iudicum extraneorum circa easdem causas, aut subditi extraneorum Iudicum prorogare iurisdictionem Iudicis priuatiui ad causas diuersas qualitate, & materia dùm species & essentia non differant. Ita sentiunt Bartolus *l. in sacris, 13. num. 1. post glossam ibi, verb. eos, C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12.* Barbosa *in d.l. 1. art. 4. num. 52. cum seqq. ff. de iudicijs*, Capiblancus *in pragmat. 8. par. 1. nu. 112. de Baronibus*, & alij, quos retuli supra nu. 1100. Ratio, est ea, quā ibidem expendi, quia cōcessio, quæ tribuit priuatiuè iurisdictionem solum prohibet tacitè, ne alij Iudices in illas causas propria authoritate se intromittant aduersus inuitos, nō tollit autem potestatē subditis, vt si velint sponte adeant, quem velint Iudicem; neque inhibet prorogationem, in qua mixtim ex assistentia iuris, & voluntate litigatorum tribuitur Iudici vsus iurisdictionis, vt probat textus *in d. l. in sacris, iuncta glossa ibidem, in verb. eos*. Secundò probatur ex textu *in l. si quis in conscribendo, 29. C. de pactis*, vbi Bartolus *numer. 1. in vtraque lectura*; & Gozzadinus *ibidem, in principio*; & alij adducunt exemplum casus illius textus in milite, & scholari, quos præsupponunt suo foro posse renunciare, & sic coram alijs Iudicibus conueniri. Quod tradiderat idem Bartolus in *d.l. si conuenerit, 18. num. 1. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & Baldus *in l. si quis in conscribendo, 49. num. 7. C. de Episcop. & Cleric.* & colligitur *ex l. 1. iuncta glossa ibi, verb. militarem, C. ad l. Cornel. de sicarijs*. Ex quo consequens est, vt isti, quibus ob eorum priuilegium Iudices dati sunt, possint prorogare. At quando Iudex certus datur certis personis ob earum priuilegium, censetur datus priuatiuè, ita vt alij Iudices non possint in illarum causas se intromittere, vt probat textus *in l. nec quicquam, in princ. vers. sanè si fiscalis, ff. de offic. Proconsul. & Legat.* traditq; Baldus *in l. Vnica, §. vbi autem, num. 7. C. de cadac. tollend.* Paulus Castrensis *in l. si quis cùm Procurator, 31. §. Iulianus ait, nu. 2. ff. de Procurator.* Felynus *in cap. Pastoralis, 11. nu. 2. versic. limita quintò, de offic. Iudic. ordinar.* Afflictis *decis. 41. num. 3.* Io. Garcia *de nobilitate, gloss. 1. num. 5. vers. item facit*, qui allegat Aretinum *cons. 102. num. 2.* Barbosa *in d. l. 1. artic. 4. numer. 56. num. 134.* Franchis *decis. 417. num. 7.* Menochius *de præsumptionibus, l. 2. præsump. 18. num. 17.* Ergo de primo ad vltimum, concessa iurisdictione priuatiuè non censetur inhibita prorogatio.

1199 Tertiò probatur, quoniam iurisdictio feudis annexa censetur concessa priuatiuè, & non cumulatiuè, vt dixi post multos, quos allegaui quæstione præcedenti n. 794. nihilominùs subditi feudatariorum possunt prorogare, attento iure feudorum, iurisdictionem Iudicum extraneorum, & in eos consentire, vt dixi section. 2. nu. 1099. Ergo ex concessione iurisdictionis priuatiuæ nō censetur sublata prorogandi facultas.

1200 Quartò, quoniam regulariter iurisdictio conceditur priuatiuè in fauorem subditorum, vt ex Ruyno tradit Barbosa *d. art. 4. num. 65.* & non in fauorem eius, cui conceditur. Succedit igitur regula textus *in d.l. si quis in conscribendo, 29. C. de pactis*, vt rectè expendit idem Barbosa *in d. art. 4. ex num. 23. ad 28. & ex nu. 61. ad 66.* videlicet, vt quamuis subditus non possit præiudicare iuribus superioris sui, & renunciare ijs, quæ eiusdem superioris fauore concessa sunt; possit tamen præiudicare sibi, & suo fauori renunciare; & quod consequens est, etiam si subditus sit superiori habenti priuatiuam iurisdictionē, prorogare iurisdictionem alterius in sui præiudicium, quod adnotaui, loquens de subditis Baronum in fortiori casu, quo iurisdictio concessa sit abdicatiuè, & cum clausulis decreti irritantis, supra nu. 808. & nu. 159.

1201 Sed contrariam sententiam huic ampliationi, quinimò

imò concessa priuatiuè iurisdictione circa causas aliquas tolli facultatem prorogandi, vt non possint alij Iudices cognoscere de illis causis ex consensu litigatorum, & ex vi prorogationis, amplectitur Cabedus *decis. 22. n. 2. 1. part.* & Gamma *decision. 219.* & sibi contrarius Barbosa *in d. l. 1. art. 1. nu. 105. ff. de iudicijs.* Et probatur ex textu *in l. repetita, 39. C. de Episcop. et cleric. in l. testamenta omnia, 18. et in leg. consulta, 23. C. de testament. et leg. secundum, 32. C. de donat.* Secundò, quoniam prorogatio non potest fieri contra prohibitionem Principis, *leg. 2. §. si et Iudex, ff. de iudicijs*, cum autem Princeps concedit priuatiuè iurisdictionem circa certas causas, videtur cæteris Iudicibus inhibere, ne in illas causas se intromittant. Ergo de illis causis etiam de litigatorum consensu alij Iudices cognoscere non possunt.

1202 Sed non est recedendum à proposita octaua ampliatione, & non obstant fundamenta sententiæ contrariæ. Nam ad primum argumentum respondendum est, omnes illos textus ibidem relatos agere de casu, quo non solùm concessa est priuatiuè iurisdictio, sed etiam adiecta clausula abdicatiua, & decreti irritantis, quo limitandam esse prædictam ampliationem statim dicemus. Ad secundum dicendum est, Principem cum concedit iurisdictionem priuatiuam circa causas aliquas, solùm prohibere ne quis alius authoritate propria, & aduersus inuitos de illis cognoscat, præter Iudicem à se designatum, quod etiam extendendum est, quamuis in concessione iurisdictionis adsit dictio taxatiua, *tantum*, vt eleganter explicat, & prosequitur Barbosa *in dict. art. 1. n. 111. & 112. cum seqq.* verùm non auferre litigatoribus potestatem prorogandi iurisdictionem aliorum Iudicum in similibus causis, quæ nisi speciali, & aperta inhibitione non censetur prohibita, vt dixi dicto nu. 1100.

1203 Qua ampliatione retenta eam limitabis primò, vt non procedat, cùm concessioni iurisdictionis priuatiuæ adijcitur clausula abdicatiua, & decreti irritantis, ex qua declaratur voluntas Principis inhibentis prorogationem, aut eius vsum, vt superius in simili dixi n. 1186. & num. 1193. cui limitationi assentitur Capiblancus *in pragm. 8. par. 1. num. 113. de Baronibus*, & in eundem sensum accipiendus est Barbosa *in dicto art. 1. num. 105.* nec sibi videatur contrarius; tametsi ille, vt verum fatear, videatur inducere differentiam inter duos casus, videlicèt, si Princeps iurisdictionem concedens dicat in lege, aut statuto, *talis Iudex cognoscat de talibus causis, & alij non possint de illis cognoscere, aut se in cognitionem earum intromittere*; & si dicat lex, vel statutum, *talis Iudex cognoscat de talibus causis tantummodo*, & in primo casu prorogationem negat, in secundo admittit. Sed cum dictio taxatiua, *tantum*, resoluatur, & exponatur per duas propositiones, *tu cognoscas, & nullus alius cognoscat*, non videtur inter hos casus inducenda differentia, & vtrinque resolutio reducenda est ad hanc limitationem, vt quoties clausula abdicatiua, & decreti irritantis, iurisdictioni concessæ adijcitur, censeatur inhibita prorogatio, si non adijcitur, permissa. Idq; sit intelligẽdum, non solùm, cum subditi huius Iudicis prorogant iurisdictionem Iudicum extraneorum, sed etiam cum subditi extranei prorogant iurisdictionem huius Iudicis, ad dissimiles causas, ab ijs, de quibus ipse per priuatiuam iurisdictionem cognoscit.

1204 Secundò limita, cum ex coniecturis, & indicijs colligitur, factam esse concessionem iurisdictionis priuatiuæ ob rationes respicientes regimen publicum, ad segregãdas causas concessas Iudici priuatiuo ab alijs tribunalib. ne causæ confundantur, misceanturq; iurisdictiones. Quoniam inde colligitur, tacita prorogationis inhibitio, vt dixi paulò ante in similibus casibus num. 1187. & numer. 1194.

1205 Quoniam verò celebris est, non minus, quàm ardua illa quæstio, quando, & ex quibus censenda sit concedi iurisdictio priuatiuè, & non cumulatiuè, de illa videto Doctores *in l. quod in rerum, 24. §. si quis post, ff. de legat. 1. & in l. testamenta omnia, 18. Cod. de testament.* Gregorium Lopez *in l. 24. tit. 9. par. 2. gloss. 6.* & Menochium *de præsumptionibus, lib. 2. præsumption. 18.* Ioannem Garciam *de nobilitate, dicta gloss. 1. numer. 5. ex vers. hic tamen incidit*, Cancer *variarum resolutionum, 2. part. cap. 2. ex num. 199.* Iateq; & optime disputantem Petrum Barbosa *in dict. l. 1. artic. 4. ex num. 73. ff. de iudicijs*, cum alijs, quos copiosè cumulaui quæstione præcedenti sect. 1. nu. 794.

1206 Regulam autem principalem prædictam sic ampliatam, & declaratam, limitabis primò, vt non valeat iurisdictionis alienę prorogatio facta in fraudem iurisdictionis propriæ, seu eius, cui subijcitur prorogans, & eius nulla ratio habenda sit. Hanc limitationem tradit Baldus *in l. si qui ex consensu, 8. num. 6. C. de Episcop. audient. & in cap. de causis, 4. num. 52. de offic. & potestat. Iudic. delegat.* Angelus *in dicta leg. 1. num. 11.* Paulus *num. 20. ff. de iudicijs*, Imola *in dicto cap. P. & G. num. 104. de offic. delegat.* Marianus *in dicto cap. significasti, num. 57. de foro compet.* Gregorius Lopez *in l. 15. tit. 1. part. 7. gloss. 2.* Barbosa *in eadem l. 1. art. 4. num. 30. & in leg. si quis postea quàm, 7. num. 29. cum seqq. ff. de iudicijs.* Et videtur desumi ex ijs, quæ ex Innocentio, docet idem Baldus *in d. cap. de causis, num. 18.* quod si quis per collusionem accusatus fuerit coram aliquo Iudice, coram quo se conueniri reus patiatur poterit de eodem delicto, iterum accusari coram Iudice loci delicti, *cap. 2. de collus. detegen. l. 3. ff. de præuaricator.* Confirmatur quoniam priuilegium adquisitum per fraudem adquirenti non prodest, *l. hos accusare, 12. in principio, ff. de accusat. l. si maritos, 15. §. legis Iuliæ, ff. ad l. Iul. de adulterijs, l. vltima, ff. de re militar. l. 1. Cod. qui milit. possunt, lib. 12.* ne quis ex dolo, & fraude sua commodum reportet contra regulam textus *in cap. ex tenore, 16. de rescriptis.* Conferunt quę dixi supra n. 863. 888. & 908. vbi pro hac eadem doctrina copiosè retuli Doctores.

1207 Limita secundò, vt non possit prorogari iurisdictio ex die, vel sub conditione ante aduentum diei, vel implementum conditionis. Hanc limitationem tradit Marianus Socinus *in d. cap. significasti, num. 21.* Imola *in d. cap. P. & G. num. 84. & 85.* Antonius de Mattheis *de prorog. iurisdict. num. 5. circa medium, versic. exemplum est si delegatus*, Barbosa *in dicta l. 1. art. 1. num. 22. & 45. cum seqq.* vbi sublimitat. Ratio huius limitationis est, quoniam vt iurisdictio prorogetur debet actu existere, vt dixi supra sect. 1. num. 971. & sequentibus, & hac eadem sectione n. 1148. alioqui creabitur de nouo magis quam prorogabitur. Sed iurisdictio ex die, vel sub conditione data ante aduentum diei, vel implementum conditionis non existit actu, sed solùm est spes illam habendi, *leg. cedere diem, 213. ff. de verbor. significat.* adnotarunt *gloss. vltim. circa medium, in cap. cum plures, 8. de offic. & potestat. Iud. deleg. in sexto.* Socinus *cons. 99. num. 10. lib. 3.* & multis relatis, Vantius *de nullitatib. tit. de nullit. ex defect. iurisdict. delegat. num. 91. & 92.* Ergo ea Iurisdictio tunc prorogari non potest.

1208 Limita tertiò prædictam regulam principalem, vt iuris-

iurisdictio ordinaria non possit prorogari per subditos, ita vt fiat arbitraria, neque possint subditi consentire in Iudicem ordinarium, & in eum compromittere tanquam in arbitrum. Ita sentit Glossa *schol. 1. in leg. 1. ff. de iudicijs.* cuius sententiam approbant Paulus *ibi num. 11.* Cagnolus *nu. 33.* Barbosa *art. 1. nu. 230.* Antonius Faber *in rationalibus ibidem ad verbum, est iurisdictio*, eamque limitationem amplexum est ius Castellæ *in l. 24. tit. 4. par. 3.* eam expressè statuens, vbi notat Gregorius *gloss. 8. & 9. & in l. 13. & in l. 17. tit. 5. lib. 2. recopilat. & in l. 9. tit. 6. lib. 3. eiusdem recopilat.* item ius Neapolitanum *in pragmatic. 2. cap. 13. de Commissarijs, & Exequutoribus.* Et probatur hæc limitatio ex textu *in l. sed & si in seruum 9. §. si quis Iudex, ff. de recept. arbitr.* vbi dicitur lege Iulia prohibitum esse, ne ordinarius iudicet ex cõpromisso, lege inquã Iulia de Iudicijs, cuius hoc erat vnum caput, vt notat Caluinus *in legibus Romanis, verb. Iulia, de iudicijs.* Eandem limitationem tradiderunt Bartolus, Albericus, Baldus, Fulgosius, *in d. §. si quis Iudex*, & Romanus *in l. 1. §. & post operis, num. 5. ff. de nou. oper. nunciat.* Marcus Antonius Blancus *tract. de compromissis inter coniunctos, quæst. 2. ex numer. 41.* vbi huius limitationis reddit decem rationes, Olanus *in concordia Antinomiarum, lit. I. n. 64.* Borrellus *de compromissis, §. 2. gloss. 4. nu. 49.*

1209 Ex rationibus autem hanc limitationem probantibus, quas Blancus adducit, Barbosa vbi supra nu. 236. magis approbat tertiam, & decimam desumptam à Baldo, quam etiam reddit Auiles *in cap. 9. Prætorum, verb. cõpromissos, num. 1.* nempè quod iuris ratio non patitur, vt ille, qui habet perfectũ, & superius ius in re, in eadem re adquirat ius inferius, vt probat textus *in leg. si hæres institutus, 70. in princip. ff. ad trebell.* quo ad id probandum vtitur Socinus *in l. si filius, qui patri, num. 16. ff. de vulgar.* & Iaso *in l. possideri, 3. §. ex pluribus, nu. 44. ff. de adquir. possess.* Si autem Iudex ordinarius fieret eiusdem causæ arbiter descenderet, & non ascenderet: ergo id ei permittendum non est. Accedit, quod ego addo, officium Iudicis datum esse illi à Rege, vel Republica ob publicam causam ad administrandam inter litigatores iustitiam; officium verò arbitri deferri ab ipsis litigatoribus: æquius verò esse, decentius, & rationi congruentius, vt Iudex in dijudicandis causis satisfaciat officio publico iniuncto sibi à Rege, vel Republica, quam muneri arbitri imposito à priuatis.

1210 Contrariam sententiam huic limitationi, quinimò ordinarium posse consensu litigatorum fieri arbitrum, tuentur Decius *in l. & si Prætor, 3. num. 5. de offic. eius, cui mand. est iurisdict.* Lodouicus Burgensius *in repetit. l. 1. ex nu. 56. in fin. cum seqq.* Petrus Calefatus *ibidem ex nu. 40. ff. de iudicijs.* Sed non est recedendum à prædicta limitatione, quæ verior est, & receptior, & habet vrgentiora fundamenta.

1211 Qua dicta limitatione retenta sublimita eam primò, vt nihilominus possit consentiri in ordinarium, vt arbitratorem, & amicabilem compositorem. Ita docet Glos. *in dicto §. si quis Iudex, in verb. in se*, quam sequuntur ibi communiter Doctores, et alij relati pro prædicta limitatione principali, & Angelus *consil. 218. numer. 1.* Cagnolus *in d. l. 1. num. 35. ff. de iudicijs*, Guido Papæ *dec. 69. num. 1.* Franciscus Marcus *decis. 464. nu. 2. 1. part.* Grammaticus *decis. 9. n. 1.* Barbosa *d. art. 1. n. 240. & 241.* Borrellus *de compromissis, §. 2. dicta gloss. 4. nu. 52.* & hanc sublimitationem statuit expressè apud Hispanos *d. l. 24. in fine, tit. 4. par. 3.* vbi notat Gregorius *gloss. 10.* sentit Messia *in l. Toleti, 1. par. fundament. 10. nu. 49.*

1212 Quæ tamen sublimitatio an locum habitura sit de iure nouiori Regni Castellæ *in d. l. 9. tit. 5. lib. 3. recopilat. l. 13. & l. 17. tit. 5. lib. 2. eiusdem recopil.* controuersia est inter Castellanos Doctores. Nam Auendañus *in Dictionario, verb. Alnedriadores, vers. hodie tamen*, Auiles *in cap. 9. Prætorum, verbo, compromissos, numer. 1. vers. & licet sit illa communis opinio*, Olanus *in concordia, liter. I. num. 64.* existimant de iure nouiori sublimitationem locum non habere, & non posse Iudices ordinarios constitui arbitratores; eo quod nouæ leges caueant verbis generalibus, ne Iudices compromissa recipiant; sub quibus verbis tam videntur contineri compromissa tanquam in arbitros, quam compromissa tanquam in arbitratores, & quoad hoc correctam esse eodem nouiori iure prædictam *l. 24. tit. 4. par. 3.* Verùm Azeuedus *in d. l. 9. nu. 4. tit. 6. libr. 3. recopilat.* cui ego magis assentior opinatur ex verbis generalibus eiusdem *leg. 9.* & similibus non esse correctam antiquam legem Partitæ, & sic prædictam sublimitationem locum habere, attento iure hodierno, Iudicesque ordinarios posse esse arbitratores, quamuis non possint esse arbitri. Quod in primis indicat Gregorius *in dicta gloss. 10.* dum diuersam multo rationem esse ait inter casum arbitrij & arbitramenti. Deinde probatur ex celebri doctrina Glossæ *scholio 1. in l. Decurionibus, 3. C. de Silentiarijs, libr. 12.* quam commendat, & sequitur Bartolus *in lege sed, & posteriores, 27. ff. de legibus*, eidem assentitur Dynus *in regular. generi, 34. num. 10. de regul. iur. in sexto*, Decius *in l. in toto iure, 80. num. 7.* Cagnolus *num. 10. ff. de regul. iur.* videlicèt, legem generalem, tametsi posteriorem, non derogare anteriori legi speciali, aut eam corrigere; imò potius manere limitatam, & derogatam in casu speciali anteriori lege speciali definito. Ergo lex recopilationis, quæ generaliter loquitur de compromissis, non corrigit legem Partitæ specialiter loquentem de arbitramentis; præsertim quia verbum illud, *compromissos*, significat magis arbitrium iuris, quàm arbitratum, vt constat *ex l. 1. ff. de recept. arbitr. iuncta l. Item Pomponius, alias l. si de re sua, 14. §. recepisse, eodem titulo*, & notatis à Nebrisensi *in vocabulario iuris, verb. compromissum, & compromittere*, & Caluino *in lexico eodem verbo*, dicta verò *l. 9. tit. 6. libr. 3. recopilat.* vtitur eodem verbo recipiendi compromissa, quod inuenitur *in d. §. recepisse.* Potius autem est tolerãda superfluitas, quàm legum correctio, vt rectè considerat Azeuedus in loco relato, ne quis obijciat, videri leges nouas superfluas, quæ veteribus nihil adderent.

1213 Sublimita secundò, vt prædicta limitatio non procedat de iure canonico, quo attento comprimitti potest in ordinarium tanquam in arbitrum iuris. Ita probat text. *in c. cum tempore, 5. c. cum olim, 7. c. cum à nobis, 13. de arb. & in c. nisi essent, 21. de præb.* sentit Bart. *in leg. sed & si in seruum. 7. §. si quis Iudex. ff. de recep. arb.* Paul. *in l. 1. n. 14. ff. de iudicijs*, Alexander *in l. 1. §. & post operis, n. 5. ff. de nou. oper. nunciat.* Franciscus Marcus *decis. 464. num. 2. 1. part.* Marcus Antonius Blancus *tractat. de compromissis, quæst. 2. ex num. 47. tom. 3. tractat. 1. par.* Baptista à sancto Blasio *in tract. contradictionum iuris canonici cum iure ciuili, vers. vndecimò tom. 1. tract.* Cagnolus *in d. l. 1. num. 34.* Barbosa *ibidem, art. 1. nu. 243. ff. de iudicijs*, Auiles *in cap. 19. Prætorum, verb. compromissos, nu. 1. vers. tertia opinio*, Azeuedus *in d. l. 9. nu. 4. tit. 6. libr. 3. recopilat.* Borrellus *de compromissis, §. 2. dicta glos. 4. nu. 50.*

1214 Sublimita tertiò, vt in Iudicem ordinarium cui non sint subditi compromittentes, possint subiecti alienæ iurisdictioni compromittere tanquam in arbitrum, quia respectu non subditorum cessant rationes superius addu-

ctæ.

&æ. Hanc sublimitationem probat textus *in l. si qui consensu, 8. C. de Episcop. audient.* iuxta primam interpretationem Glossæ *ibi schol. in princip.* & amplectitur Bartolus *in d. l. 1. numer. 4.* post Glossam *ibidem schol. 1. post medium*, Barbosa *in d. artic. 1. num. 239. ff. de iudicijs*, Alexander *in d. §. & post operis, num. 2.* Marcus Antonius Blancus *d. q. 2. num. 42.* Borrellus *de gl. 4. num. 51.*

1215 Consentientibus autem non subditis in Iudicem aliquem ordinarium, an censeantur in eum consentire tanquam in Iudicem prorogando iurisdictionem eius ordinariam, an tanquam in arbitrum, & ex quibus id discernendum sit, vide Glossam *in d. l. 1. verbo, consentiant, ff. de iudicijs*, & ibidem Bartolum, Paulum, & alios, & Barbosam, qui optimè explicat *in d. art. 1. ex num. 246.*

SVMMA SECTIONIS Quintæ.

1216 *Regulariter in omnibus causis admittitur prorogatio.*

1217 *In causis criminalibus habet locum prorogatio.*

1218 *Prorogatio in criminalibus fit in Iudicem habentem merum imperium, non in habentem simplicem iurisdictionem, aut imperium mixtum.*

1219 *Prorogatio iurisdictionis licet non valeat de vna specie ad aliam, valet intra eandem speciem ex infimo gradu ad supremum.*

1220 *In criminalibus valet prorogatio, cum proceditur per viam accusationis, non per viam inquisitionis.*

1221 *Adnotatio necessaria circa hanc doctrinam.*

1222 *Prorogatio in criminalibus etiam via inquisitionis admittitur, cùm reus consentit in Iudicem contra ipsum inquirentem.*

1223 *Prorogatio in criminalibus valet in præiudicium prorogantium, non in præiudicium Iudicis competentis.*

1224 *In causis appellationum non admittitur prorogatio.*

1225 *Qua ratione motus id asseruerit Baldus, & reijcitur. Appellatio non mutat naturam prioris causæ.*

1226 *Refertur verum fundamentum prædictæ conclusionis.*

1227 *Casus in quibus limitatur superior conclusio.*

1228 *In causis reseruatis Principi, non habet locum prorogatio.*

1229 *Reseruata Principi esse in duplici genere.*

1230 *Iniuriam infert Principi, qui ea, quæ ipse sibi reseruauit, absque eius consensu, in alium transfert.*

1231 *In ijs, quæ Princeps sibi reseruare, vult, & ad se aduocat tacitè videtur inhibita prorogatio.*

1232 *Exempti non possunt prorogare, sine licentia Papæ, quia causas exemptorum sibi reseruauit.*

1233 *Officiales Regij perpetui Regni Neapolitani, non possunt prorogare iurisdictionem Iudicis inferioris, etiam Proregis, sine licentia Domini nostri Regis, quia eorum causæ criminales sunt de reseruatis Principi.*

SECTIO QVINTA.

Quæ causæ prorogationem admittant, quæ non item?

1216 Regulariter in omnibus causis admittitur prorogatio, vt planè colligitur ex latè traditis sectione præcedenti; & probatur ex generalitate textus *in d. l. 1. & 2. in princ. ff. de iudicijs, & in d. l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. Iud.* & per locum ab speciali *in d. c. significasti, de foro competenti*, nisi specialiter inueniatur in aliqua causa prohibita, argumento item ducto ex textu *in l. nec non, 28. §. quod eis, ff. ex quib. caus. maior. l. mutus, 43. §. 1. ff. de Procurator. l. 1. ff. de testibus, cap. cum apud, 23. de sponsalibus, cap. 1. in princ. de Procurator. in sexto.* Sumus enim in materia, in qua quod non est prohibitum censetur permissum, & concessum; notat ex Ruyno Barbosa *in dict. l. 1. art. 4. num. 1. ff. de iudicijs.* Solùm occurrit hoc loco tractandum de tribus articulis, qui specialem difficultatem videntur continere, videlicet de causis criminalibus, de causis appellationis, & de causis Principi reseruatis.

1217 Prima conclusio, in causis criminalibus habet locum prorogatio. Hanc probat textus *in l. 1. C. vbi de crimin. libus agi oport.* iuncta Glossa ibi, *verb. inchoata, & in l. 1. C. ad l. Cornel. de sicarijs*, iuncta Glossa ibidem, *verb. militarem, & in l. non valet, 4.* iuncta Glossa *in principio scholij, C. ad leg. Flauiam, de plagiarijs.* Approbat Io. Andreas *in additionibus ad Speculat. libr. 2. titul. de competentis Iudicis aditione, §. 1. num 14. ad verbum, sensu*, Baldus *in additionibus ad eundem locum, vers. quod in criminali, & in l. si qui ex consensu, 8. num. 6. C. de Episcop. audient.* Panormitanus *in d. cap. P. & G. num. 15.* Imola *ex num. 48.* Felynus *num. 9. de offic. delegat.* Marianus *in d. cap. significasti, nu. 36.* Bartolus *in d. l. 1. nu. 9.* Paulus *num. 20.* Cagnolus *num. 46.* Barbosa *art. 4. ex num. 2. ff. de iudicijs*, idem Bartolus *in l. inter conuenientes, 28. ff. ad municipal. & de incol.* idem Paulus *in d. l. 1. num. 4. C. vbi de crimin. agi oport.* idem Baldus *in cap. de causis, 4. num. 17. de offic. delegat.* Decianus *tractat. crim. libr. 4. cap. 23. num. 2.* Gail *de pace publica, lib. 1. cap. 12. ex numer. 10.* Iulius Clarus *libr. 5. sentent. §. fin. quæst. 42. ex num. 1.* qui dicit hanc esse communem opinionem Didacus Perez *in leg. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamenti, colum. 884. vers. quid autem.* Menchaca *quæstion. vsufrequent. cap. 14. num. 30.* Natta *consil. 82. num. 5. tom. 1.* Follerius *in constit. Capitaneorum, num. 78.* Capiblancus *in pragmat. 8. part. 1. num. 105. de Baronibus*, Cancer *variar. resolut. par. 2. cap. 2. nu. 194.* Et in Hispania hæc conclusio est approbata per *l. 15. tit. 1. par. 7.* vbi notat Gregorius *gloss. 2.* & ad ea, quæ contra hanc sententiam obijci possent rectè respondet Barbosa *dicto artic. 4. ex num. 3.*

1218 Hanc autem primam conclusionem limita primò, vt procedat cùm prorogatio fit in Iudicem habentem merum imperium, & iurisdictionem criminalem; secus esset, si prorogatio fieret in Iudicem eiusdem habentem solam simplicem iurisdictionem, aut mixtum imperium. Ita animaduertit Gregorius Lopez *d. glossa 2.* & plurimi ex relatis pro dicta prima conclusione, & Barbosa, qui alios refert *d. art. 4. num. 18.* & ex eo manifestè probatur, quoniam iurisdictio non potest prorogari ad causas diuersæ speciei, vt dixi sectione præcedenti n. 1170. sed debet fieri prorogatio intra eandem speciem iurisdictionis alioqui esset noua concessio iurisdictionis non antiquæ, & præexistentis extensio, vt expendebamus sect. 1. nu. 971. cum duobus sequentibus.

1219 Cui tamen limitationi addenda est adnotatio Barbosæ *d. art. 4. numer. 21.* vbi ait tametsi non valeat prorogatio de vna specie iurisdictionis ad aliam diuersam, tamẽ intra vnam, & eandẽ speciem valere ex infimo gradu ad supremum eiusdem iurisdictionis, allegat Bartolum, Paulum, & Cagnolum, qui minus expressè loquuntur; & ego id latius non examino, videtur tamen hæc doctrina tantisper difformis ijs, quæ tradidi sect. præcedenti num. 1176. & 1177.

1220 Limita secundò, vt prædicta prima conclusio locum habeat, cum proceditur contra reum per viam accusationis; secus si per viam inquisitionis, nam in ea non fit pro-

protogatio, neque valebit processus inquisitionis factus ab incompetente prætextu prorogationis factæ à reo. Ratio huius limitationis est, quia ad prorogationem opus est consensu partium, vt dixi latè sect. 2. num. 979. sed consensus non datur in eo, contra quē fit inquisitio, & si aliquis colligitur ex eius taciturnitate, & ex eo, quòd se non sistat, & non obijciat exceptionem fori est, fictus, & interpretatiuus, qui non sat est ad prorogationem, vt dixi numero 1900. cum sequentibus. Ergo facto processu via inquisitionis non fit prorogatio. Ex quibus hanc limitationem tradunt Baldus *in d. l. 1. num. 10. C. vbi de crim. agi oport. & in l. 1. num. 2. C. ad l. Cornel. de sicarijs*, Alexander *consil. 216. num. 16. libr. 6.* Socinus *consil. 108. num. 21. lib. 4.* Felinus *in cap. ad petitionem, 22. num. 6. circa finem, vers. & istis adde Baldum, de accusationibus*, Natta, *dicto consil. 82. num. 5. tom. 1.* Gregorius Lopez *in d. leg. 15. titul. 1. par. 7. gloss. 2.* Iulius Clarus *libr. 5. sentent. §. fin. dicta quæst. 42. num. 3.* Decianus *tractat. crimin. libr. 4. d. cap. 23. num. 4.* Barbosa *in d. l. 1. art. 3. num. 14. & art. 4. ex num. 15. ff. de iudicijs*.

1221 Adnotauit tamen circa hanc limitationem Barbosa *dicto artic. 4. nu. 17.* quod si contra delinquentem via accusationis procedat Iudex prorogatus, & alter Iudex competens velit contra eundem procedere via inquisitionis, non valebit processus Iudicis competentis, iuxta regulam *cap. de his de accusationibus*, quæ procedit etiam, quando contra iam accusatum proceditur de nouo per viam inquisitionis, vt adnotauit Paulus Castrensis *in d. l. 1. num. 20. in fin. ff. de iudicijs*, Iulius Clarus *dicto §. fin. quæst. 57. numer. 7.* Quæ tamen adnotatio ita generaliter accepta est falsa, sed cautè accipienda est, iuxta distinctionem a me traditam, quæst. 7. præcedenti, sect. 2. num. 810. vt videlicèt tunc locum habeat, cùm protogatio facta est in criminibus priuatis, in quibus non potest Iudex competens procedere via inquisitionis, nisi ex instantia, & petitione offensi, vt animaduertit Ioan. Andreas post Guidonem de Suza in additione ad Speculator *lib. 2. titul. de competent. Iudic. adition. §. 1. num. 14. ad verbum, sensu*, & Marianus *in d. cap. significasti, nu. 57. de foro compet.* Decianus *d. cap. 23. num. 4.* & confirmat apud Hispanos *l. 4. tit. 10. libr. 8. recopilation.* Eo enim casu, cùm ex ipsius offensi voluntate facta sit in alium Iudicem prorogatio neque Iudicis competentis iurisdictioni, neque iuri Reipublicæ malo exemplo læsæ fit præiudicium, si cesset inquisitio; secus esset si crimina essent publica, & Iudex competens posset ex officio, & non instante offenso formare inquisitionem; tunc enim, neque accusator, neque reus poterunt voluntate sua iuri Reipublicæ læsæ, & offensæ, aut iurisdictioni competenti obesse, quominus procedant ad puniotionem delicti, & satisfactionem damni, & iniuriæ, quod rectè adnotauit Iulius Clarus *dict. quæst. 42. numer. 3. in fine*, & clarius Gregorius *in d. l. 15. titul. 1. part. 7. gloss. 4.* & iam statim dicam in tertia limitatione principali.

1222 Sublimita prædictam secundam limitationem, vt tunc non procedat, & admittenda sit in criminalib. prorogatio, etiam in processu facto per viam inquisitionis, cùm reus expressè, vel tacitè, indubitatis tamen iudicijs, consenserit in Iudicem contra ipsum inquirentem. Quod ex eo probatur, quia tunc cessat ratio limitationis, videlicet defectus consensus. Neque mouere debet, quod non adsit in inquisitione duplex consensus actoris, & rei, qui videtur ad prorogationem necessarius, iuxta dicta num. 979. Nam tunc requiritur consensus duorum ad prorogationem, cum de vtriusque præiudicio tractatur; cum verò de vnius præiudicio agitur: sat est ad prorogationem vnius consensus, quemadmodum cùm prorogatur iurisdictio voluntaria; cùm igitur in inquisitione de solius rei præiudicio agatur, eius solus consensus satis erit ad prorogationem. Hanc sublimitationem tradit Salycetus *in l. 1. nu. 6. C. vbi de crimin. agi oport.* Marianus *in d. cap. significasti, nu. 34.* sequitur Felynus *in d. cap. P. & G. n. 9.* Iulius Clarus *d. §. fin. quæst. 42. nu. 3.* Follerius *in consilit. Capitaneorum num. 38.*

1223 Limita tertiò principaliter prædictam primam conclusionem, vt prorogatio in criminalibus valeat, & teneat in præindicium prorogantium, non tamen, vt ex ea inferatur præiudicium Iudici competenti, & ille impediatur, quominus aduersus, delinquentem procedat ad eum puniendum, & resarciendum ius Reipublicæ offensæ malo exemplo delicti. Pro hac limitatione faciunt, quæ latè adduxi quæstione præcedenti sect. 2. ex num. 808. & num. 1059. Ratio autem eius est manifesta, quam paulò ante tetigi, quoniam voluntate priuatorum prorogantium non potest præiudicari iuri publico, *l. iurisgentium, 7. §. si paciscar, ius publicum, 38. ff. de pactis*; at ius publicum in puniendis maleficijs versatur, *leg. ita vulneratus, 51. ff. ad leg. Aquil. l. locatio, 9. §. quod illicitè, ff. de publican. & vectigal.* Hanc limitationem tradunt Paulus Castrensis *in d. l. 1. num. 20.* Cagnolus *num. 46.* Calesatus *numer. 81.* Barbosa *artic. 4. num. 23. ff. de iudicijs*, Baldus *in l. si qui ex consensu, 8. num. 6. C. de Episcop. audient.* Panormitanus *in d. cap. P. & G. num. 15.* Imola *nu. 102. cum seqq. de offic. deleg.* Marianus *in d. cap. significasti, nu. 57. de foro compet.* Io. Andreas *ad Speculator libr. 2. tit. de compet. Iudic. adition. §. 1. num. 24. ad verbum, sensu*, Gregorius Lopez *in d. l. 15. tit. 1. part. 7. gloss. 4.* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. au. 15. vers. ad secundum dictum*, Decianus *tractat. criminal. libr. 4. cap. 23. num. 2. 4. & 5.* Iulius Clarus *dicto §. fin. quæst. 42. num. 3.* Maranta *in praxi, 4. par. dicta distinct. 12. nu. 14.* Gail *de pace publica, libr. 1. cap. 12. num. 15.* Neque mirum videatur, si possint subditi prorogatione præiudicare sibi, non Reipublicæ, neque Iudici superiori, siquidem possunt etiam facere conuentiones in sui præiudicium, non in præiudicium superiorum, vt adnotauit Curtius Iunior *in l. debitorum, num. 4. C. de pactis*, quem refert, & sequitur Barbosa *vbi supra, numer. 28.* & Felynus *in cap. ad petitionem, 22. num. 6. circa finem, vers. & ad intellectum tex. tus hic in fine*, ait, licèt pars non possit tollere iurisdictionem tributam Commissario à Papa, posse consentire in sui præiudicium, vt alius de causa cognoscat non in præiudicium Iudicis. Faciunt tradita à Carauita *ad ritū 166. ex n. 73.* & Marcello Cala *de modo articulandi, §. 1. gloss. 1. num. 61.*

1224 Secunda conclusio in causis appellationum non admittuntur prorogatio. Ita sentiunt Baldus *in cap. 1. versic. hoc quod nos num. 21. de pace constantia, & in cap. de causis, 4. nu. 51. & in cap. P. & G. 40. nu. 11.* Panormitanus *nu. 15.* Imola *num. 85.* Felynus *nu. 7. de offic. deleg.* Marianus *in d. cap. significasti, num. 35. de foro compet.* Ancharanus *consil. 345. in fin.* Natta *cons. 82. num. 7. & 8. tom. 1.* Maranta *in praxi, 4. par. dicta distinct. 12. num. 22.* Auendaño *de exequend. mandat. 1. par. cap. 1. nu. 31. vers. vndecima causa, & in cap. 6. nu. 1. eadem 1. par. & respons. 26. nu. 10.* Guttierez *de iurament. confirmat. 3. par. cap. 5. nu. 20.* Azeuedus *in l. 7. num. 25. & 26. titul. 18. libr. 4. recopil. & in additionibus ad Curiam Pisanam, lib. 4. cap. 6. num. 32. & 82.* Bouadilla *libr. 3. politic. cap. 8. num. 193. gloss. A.* Ignatius Villat *in sylua responsorum, respons. 154. 8. nu. 6.* Cancer *variar. resolut. 2. p. cap. 2. nu. 193.* additio *ad Bartol. in l. 2. numer. 1. verb. consensisse*,

sensisse, ff. de iudicijs, Barbosa *in d. l. 1. art. 1. nu. 165. & 166. ff. eodem titulo*, Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. num. 5. circa finem, vers. nec prorog ibilis est iurisdictio Iudicis appellationis*.

1225 Fundamentum huius conclusionis illud tradit vbique Baldus, quòd causæ appellationis sint meri, aut saltem mixti imperij, quæ imperia prorogari non possunt; sed hoc iustæ reprehensioni subiacet, tanquam falsum, & inefficax. Falsum, quoniam appellatio non mutat naturam prioris causæ, vt docet Inocentius *in cap. cùm speciali, 61. num. 7. de appellationib.* notat Franchis *decis. 520. n. 1.* & Decius *in cap cùm te, numer. 5. & 6. de offic. delegat. & in cap. cæterum, nu. 7. de rescriptis, & in cap. Pastoralis, num. 20. eodem titulo*. Primæ autem causæ non semper pertinent ad merum, aut mixtum imperium, sed interdùm ad iurisdictionem simplicem. Ergo neque omnes causæ appellationis pertinebunt ad imperium mixtum, aut merum. Inefficax verò, quoniam non rectè infertur, non posse fieri prorogationem in causa, quoniam sit meri, vel mixti imperij quippequm in causis meri imperij, videlicet criminalibus, dictum sit conclusione prima, prorogationem locum habere; & in causis mixti non sit ratio, quæ prorogationem excludat. Quòd si Baldus, dùm ait, causas appellationis esse meri, vel mixti imperij, significet, vt re vera credo eum significare, non posse cognoscere de causis in gradu appellationis Iudicem, qui solùm habeat simplicem iurisdictionem, quales sunt minores Magistratus, sed qui habeat merum imperium, aut mixtum, tametsi id regulare sit, quamuis non perpetuum, & necessarium, nihil inde colligitur, quod ad propositæ conclusionis probationem faciat.

1226 Vera igitur eius ratio est, quoniam non potest appellari ad Iudicem, qui non sit superior appellati, *capit. 2. de consuetud. in sexto, capit. Romana, in principio, de appellationibus in sexto*, & ibi Glossa *verb. ad se ipsos*, Bartolus *in l. 1. num. 3. in fine, ff. de appellation.* nam appellatio gradatim facienda est. Et quamuis litigatores suo consensu possint subijcere se iurisdictioni illius Iudicis, cui aliàs subditi non erant, vt superiùs probatum est, non tamen possunt efficere proprio consensu, vt qui non est superior Iudicis a quo appellatum est, sit superior eius; quemadmodum neque possunt suo consensu efficere, vt Iudex superior, ad quem interposita est appellatio, retineat causam principalem, non iustificata causa appellationis, *cap. vt debitus, 59. in fine, de appellation.* neque vt Index, ad quem lapsis fatalibus appellatum est, & ad quem ideò causa non est deuoluta, sit Iudex causæ, Ancharanus *dicto consil. 345. num. 1. & 2.* Cacheranus *decis. 7. nu. 6. & 7.* Ponte *consil. 64. ex nu. 8. & nu. 14. volum. 1.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 32.* Scaccia *de appellationib. quæst. 15. artic. 10. nu. 196. & 197. cum seqq.* Barbosa *in d. art. 1. nu. 171.* Quò fit, vt si quis appellet ad Iudicem, qui non sit superior Iudicis, a quo appellatum est, quamuis aduersarius taceat, & declinatoriam non opponat, & ideò sequatur condemnatio, processus appellationis non valeat, vt rectè animaduertit Marianus *in d. cap. significasti, nu. 35.* Idque iure optimo, quoniam ius publicum, quod maximè in distributione iurisdictionis versatur, & dispositione ordinis monarchici, nō debet esse subiectum priuatorum voluntati, & libidini, vt dicebam supra num. 1175.

1227 Ex qua ratione fundamentali rursus colligit Marianus *dicto num. 35.* & illum sequutus Barbosa *dicto nu. 166.* cùm illa cessauerit, limitandam esse prędictam secundam conclusionem, & admittendam prorogationem in causa appellationis, si contingere potuerit, litigatores appellare ad verum superiorem Iudicis à quo. Exempli gratia, si quis contra regulas iuris ciuilis omisso medio appellaret ad supremum Iudicem, quamuis non esset appellandum ad ipsum tanquam mediatum, & pars aduersa, nihil opponeret, prorogatio valeret, & processus sustineretur, *leg. 1. §. si quis in appellatione, ff. de appellationibus*. Eodem tendit secundum aliud exemplum, apud Mattheum de Afflictis *decision. 155. num. 6.* dum ait, lata sententia in causa appellationis à Sacr. Consil. in possessorio, planè remittendam fuisse causam petitorij ad Baronem, ratione priuilegij primarum causarum, ex doctrina Baldi *in leg. si de proprietate, num. 20. C. si à non competent. Iudic.* dicentis, Iudicem, qui de possessorio cognouit, non posse cognoscere de petitorio, si per hoc alterius iurisdictioni, & cognitioni præiudicium fiat; verùm, quia partes prorogarunt consensu suo iurisdictionem Sacr. Consil. & voluerunt, vt sententia possessorij executioni mandata, ageretur de proprietate in eodem Sacro Consilio, & huic prorogationi Baro, de cuius præiudicio agebatur, non contradixit, processum esse ad causam proprietatis. Et Vincentius de Franchis *decision. 529.* agnoscit prorogationem in Sacro Consilio in causa appellationis fieri posse à vassallis Baronum; verùm si Baro contradicat causam esse ad eum remittendam; quod ego notaui quæstione præcedenti numero 858. Nunc autem animaduerto, in his exemplis non cerni propriam prorogationem, cum prorogantes, etiam prorogatione seclusa, semper sint subditi Iudici prorogato, & duntaxat inuertatur in processu, & disturbetur gradualis illa ascentio obseruari solita, dùm per saltum ab inferiori ad supremum proceditur omisso medio. Repugnareque aliam iuris regulā supra numero 1175. traditam, scilicèt, Iudicem appellationis non posse cognoscere, nisi de eo, de quo cognouit Iudex à quo, cum nulla alia cognitio, nisi ista ad ipsum deuoluatur, quam etiam apertè tradit Couarruuias *in practicis, cap. 9. numer. 2. & 3.* Tametsi vt verum fateat, in supremis tribunalibus ea regula non semper obseruetur, cùm possint etiam causas ab inferioribus euocare, quod idem Couarruuias *eodem numer. 3.* animaduertit; & in hoc Sacro Regio supremo iustitiæ consilio Neapolitano, in quo cognoscitur sola facti veritate inspecta, sæpius vidi hanc subtilitatem insuper haberi, cùm & ipsum possit causas ab inferioribus, iustis rationibus euocare. Quò etiam videtur respicere textus *in cap. 1. §. post hoc, de appellationib. in sexto*, expensus, & optimè explicatus à Barbosa *dicto articul. 1. ex numer. 24. ad numer. 32.*

1228 Tertia conclusio, in causis reseruatis Principi non habet locum prorogatio, neque potest subditus consensu suo iurisdictionis vsum in alium etiam parem transferre, eique se subijcere. Hæc conclusio probatur ex textu *in cap. per venerabilem, 13. §. insuper, qui filij sint legitimi*, iuncto textu *in §. finali, in Auth. vt naturales effeciat sui, collation. 7.* Ex quo textu *in dicto §. insuper*, dicit Panormitanus *in eodem capit. per venerabilem, num. 11.* colligi manifestè, & alibi non ita benè, non posse patrem in legitimatione filij subijcere se iurisdictioni alterius, sine consensu sui Domini. Et ex eo textu prædictam conclusionem amplectitur Imola *in dicto cap. P. & G. numer. 105.* Alexander *in leg. 1. §. post operis numer. 20.* Iaso *numer. 14. ff. de noui operis nunciatione*, Baldus *in cap. imperialem, §. præterea si inter duos, numer. 19.* Aluarottus *num. 4. vers. sed intelligas*, Præpositus *numer.*

5. ver-

5. *versicul. nec obstat, de probib. feud. alienat. per Federicum*, Ancharanus *consil.* 320. *numer.* 3. Decius *consil.* 150. *num.* 5. Rolandus *consil.* 88. *numer.* 35. *volum.* 1. Socinus Iunior *consil.* 100. *num.* 30. *libr.* 2. Chassenæus *consil.* 31. *num.* 20. Hieronymus Gabriel *consil.* 29. *num.* 8. *&* 9. *libr.* 1. Capycius *decision.* 9. *num.* 4. *& num.* 14. Couarruuias *de sponsalib. & matrimon.* 2. *part. cap.* 8. §. 8. *num.* 43. *&* 44. Peregrinus *de fideicommissis, artic.* 23. *num.* 17. Barbosa *in dicta leg.* 1. *artic.* 3. *num.* 136. *&* 137. *& artic.* 4. *ex num.* 333. *ad* 43. *ff. de iudicijs*, Capiblancus *in pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 105.

1229 Ad explicationem autem huius conclusionis oportet aduertere reseruata Principi esse in duplici genere. Alia sunt reseruata in signum supremæ potestatis incõmunicabilis, & inamissibilis, quam habet in subditos iuxta *l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *recopil.* vt est recursus quærelæ, & appellationis vltimæ, ius cognoscendi de causis miserabilium, & alia huiusmodi, quæ non possunt à dignitate Principis separari: alia sunt reseruata Principi in signum dignitatis Regalis, quę nulli alij competunt, quàm Regi, vt impositio vectigalium creatio tabellionum, spuriorum legitimatio, & his similia, vt rectè distinxit, post alios Couarruuias *in cap. possessor, par.* 2. §. 2. *num.* 10. *&* 11. *de reg. iur. in sexto*, Regnerus Sextinus *de regalibus, c.* 2. *num.* 1. qui adnotauit vocari illa, regalia maiora, hæc minora; & maiora enumerat ibidem *ex num.* 8. *ad* 44. minora autem *ex num.* 45. Petra *de potestate Principis ex c.* 3. latissimè, & Feudistę *in tit. quæ sint regalia*. Cùm igitur dixi in prædicta conclusione, prorogationem, non posse fieri à subditis in causis Principi reseruatis, loquor de causis vtriusque generis, vt conclusio prædicta omnes istiusmodi causas complecti censenda sit.

1230 Ratio eius fundamentalis est, quam reddunt Couarruuias *de sponsalibus* 2. *part. cap.* 8. §. 8. *dicto num.* 43. & Peregrinus *de fideicommissis, art.* 23. *num.* 17. quibus assentitur Barbosa *d. art.* 4. *num.* 35. quoniam maximam iniuriam infert Principi, qui ea, quæ ad ipsum propriè pertinent, & quæ ipse in signum sui supremi dominij sibi reseruauit absque eius consensu in alium transfert, estq; hæc maxima irreuerentia, vt planè indicat textus *in d. §. insuper*.

1231 Amplia prædictam tertiam conclusionem, vt procedat etiam in ijs, quæ natura sua non sunt Principi reseruata, tamen Princeps ex voluntate ex accidenti ea sibi reseruare vult, & ad se priuatim aduocat: nam in eis censenda est tacita inhibita prorogatio, & locum habere non potest obstante ista tacita inhibitione. Hanc ampliationem probat textus *in c. vt nostrum*, 56. *de appellat.* & ex eo eam asserit Felynus *in d. cap. P. & G. num.* 6. *in fine, vers. si verò Papa*, & refert pro eadem Innocentium, & Baldum,, Socinus *cons.* 87. *num.* 3. *libr.* 3. Rolandus *cons.* 88. *num.* 21. *volum.* 1. Maranta *in praxi*, 4. *p. dicta distinct.* 12. *num.* 26. Barbosa *in dicto art.* 3. *num.* 170. & *art.* 4. *num.* 42. Capiblancus *in pragm.* 8. *par.* 1. *num.* 106. *&* 107. *de Baronibus*.

1232 Ex quo rectè infert idem Barbosa *dicto art.* 4. *numer.* 43. exemptos non solum, quia Clerici sunt, vel personæ Ecclesiasticæ, ex regula generali textu *in dicto cap. significasti, de foro competenti*, non posse sine licentia Papæ, superioris sui prorogare iurisdictionem alieni Iudicis; sed etiam quia Papa reseruat suæ cognitioni causas exemptorum, & sic eorum causæ sunt de reseruatis Principi.

1233 Secundò infertur officiales Regios perpetuos Regni Neapolitani, videlicet Regentes Collateralis Consilij, Præsidem Sacri Consilij, Locumtenentem Regiæ Cameræ Summariæ, Consiliarios eiusdem Sacr. Reg. Consil. & Præsidentes Regiæ Cameræ, in causis criminalibus non posse consensu suo prorogare sine licentia Regis Domini nostri, iurisdictionem alterius inferioris Iudicis, etiam proregis. Quoniam eorum causæ criminales sunt de reseruatis Principi, vt constat ex Regio rescripto, quod refert Regens Tapia *in decisionibus supremi Italiæ Consilij, decsi.* 3. *ex num.* 151. nunc *ex pragm.* 12. *de offic. Iudicum*, in compilatione nouissima, adnotauit Capiblancus *in dicta pragmat.* 8. *par.* 1. *num.* 107. *&* 108. & ego animaduerti supra nu. 1112. vbi vide. Quod si ex reseruatione prouenit, vt voluntaria prorogatio exemptorum cedat in magnam Principis irreuerentiam, & iniuriam, vt expendunt Couarruuias, Peregrinus, & Barbosa, paulò ante relati; quanto maiorem irreuerentiam committere, & iniuriam inferre reseruationi Regiæ censendus est, qui aduersus eos inuitos, & reluctantes, præsertim innoxios, & immerentes procederet, eosq; calumnijs persequeretur, molestijsq; & vexationibus afficeret? Res est, quæ tangit Regiam authoritatem, & quæ postulat exemplarem, & solennem animaduersionem, si quis tàm audacter, & potenter, ne dicam inuerecundè, se gerat, vt regia præcepta contemnens, authoritatem regiam, à Principe supremo sibi reseruatam, vsurpet, non secus, ac si titulos Principi reseruatos arrogaret sibi, aut regijs cæremonijs vteretur, quod olet, & sapis læsæ maiestatis crimen, iuxta tradita ab Aymone Crauetta *consil.* 28. *num.* 2.

SVMMA SECTIONIS
Sexta.

1234 F*acta prorogatione, potest successor in officio vti iurisdictione prorogata.*

1235 *Iurisdictio prorogata non transit in successorem, cum fit contemplatione personæ.*

1236 *Prorogatio facta, in Iudicem non habentem successorem, extinguitur, extincta eius iurisdictione.*

1237 *Sententia lata in causa à Iudice prorogato, appellatio interponitur ad Iudicem superiorem prorogati, non ad superiorem prorogantium, si sit diuersus.*

Appellatio semper est interponenda gradatim.

Si prorogatio fiat in Iudicem, à quo non potest appellari, non poterunt appellare prorogantes.

Si non potest appellari à Iudice proprio prorogantium, & potest appellari à prorogato, poterunt prorogantes appellare à sententia prorogati.

1238 *Prorogatus potest mandare exequutioni sententiam aduersus prorogantes, si potest sententiam suam exequutioni mandare aduersus subditos proprios.*

1239 *Si iurisdictio Iudicis talis est, vt ad exequutionem egeat auxilio alterius iurisdictionis, prorogata eiusdem iurisdictio, eodem auxilio indigebit in prorogata causa.*

Prorogatio non immutat iurisdictionis naturam.

In Regno Castellæ, non possunt Ecclesiastici Iudices sententias latas contra laicos subditos exequi quòad personas, aut bona, nisi implorato auxilio à sæcularibus.

Decisio l. Episcopale, in fine, C. de Episcopali audientia hodie cessat.

1240 *Iudex prorogatus compelli potest sententiam ferre, si prorogationi consensit.*

1241 *Iudex prorogatus potest causam, in qua prorogatus est, delegare, sicut cæteras causas propriæ iurisdictionis.*

1242 *Coram Iudice prorogato sortitur quis forum legitimum, & competens, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

1243 Cum

1243 *Cum sortitur quis forum, ex sola prorogatione ante litis contestationem potest à foro electo discedere.*

1244 *Id locum habet, etiam si suo foro renunciaret.*

1245 *Reus absens à loco Iudicis prorogati non compellitur in iudicium venire in loco prorogationis.*

1246 *In foro prorogationis, deducta in iudicium sola actione personali, reus absens conueniri non potest, etiam si habeat bona in eo loco.*

1247 *Attento iure communi potest reus citari à Iudice prorogato legitimè.*

1248 *De iure Regni Castellæ virtute submissionis generalis in quemcunque Iudicem, etiam cum renunciatione declinatoriæ non potest procedi ad executionem contra reum peritum, nisi reus sit præsens, vel bona reperiantur in loco Iudicis, coram quo petitur executio, quod limitatur, vt ibi.*

1249 *Cum forus prorogationis concurrit cum alio, modo sortiendi forum, distinguendum est, an renuncietur declinatoriæ, an non renuncietur.*

1250 *Prorogatio concurrens cum alio foro, non renunciata declinatoria, facit, vt non possit forus declinari, sed Iudex eo casu procedit, eodem modo, quo potest Iudex loci contractus: & hoc casu non potest peti remissio rei à Iudice loci, vbi est præsens.*

Vbi non adest renunciatio declinatoriæ fori, non potest ex contractu peti remissio rei ad locum contractus.

1251 *Vbi concurrunt forus legitimus, & forus prorogationis, & adijcitur renunciatio fori, Iudex non solum non potest declinari, sed potest etiam compellere reum absentem coram se comparere, & petere, à quocunque Iudice, remissionem rei, ad suum tribunal.*

In hoc casu limitatur regula generalis, in contractibus non esse locum remissioni.

1252 *Clericus contrahens, extra locum domicilij, renuncians foro, sine sui superioris licentia, remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum loci contractus.*

1253 *Explicatur l. 20. tit. 21. lib. 4. recop. & proponuntur quatuor exempla in ea contenta.*

SECTIO SEXTA.

Qui sint effectus prorogationis.

1234 PRimus effectus prorogationis est, vt facta in Iudicem prorogatione, possit successor in officio eadem iurisdictione prorogata vti. Ita sentiunt Paulus in d. l. 1. nu. 3. Cagnolus ex num. 11. Barbosa art. 1. ex num. 169. vers. his ita explicatis, cum num. 170. ff. de iudicijs. Socinus in d. c. significasti, num. 59. de foro compet. Menchaca quæst. vsufrequen. cap. 14. num. 23. & 24. Maranta in praxi. 4. part. dicta distinct. 12. num. 9. Franciscus Marcus decision. 73. num. 10. 1. part. Decianus tractat. criminal. libr. 4. cap. 23. num. 12. Ratio est, quoniam cum ex parte Iudicis ad prorogationem sit necessaria iurisdictio, prorogatio semper videtur facta magis contemplatione iurisdictionis, quam personæ Iudicis; quo fit, vt iurisdictio prorogata transeat in successorem, argumento regulæ textus in cap. quoniam Abbas, 14. de offic. delegat. vbi omnes notant, & in l. 47. in fine, tit. 18. par. 3. vbi Gregorius gloss. 8. Alexander in l. more, 5. num. 9. in fine, ff. de iurisdict. omn. Iud. Decianus tractat. crim. lib. 4. cap. 25. num. 45. Euerardus in locis legalibus, loco 122. à vi subrogationis, num. 3. & 4. Bonadilla lib. 2. politic. cap. 20. num. 39. Probat ille textus, & Doctores isti, delegatione facta in aliquem ratione, contemplatione, & nomine dignitatis, transire in successorem dignitatis; idem igitur dicendum est de prorogatione.

1235 Limita tamen prædictum primum effectum, si constiterit prorogationem factam fuisse contemplatione personæ habita ratione qualitatis eius, videlicet scientiæ, vel integritatis, & ideò prorogatio facta fuerit sub nomine proprio: nam tunc prorogatio non transibit in successorem. Quæ limitatio colligitur ex d. cap. quoniam Abbas, eamque tradit Speculator lib. 2. tit. de compet. Iud. addition. §. 1. num. 8. Cagnolus in d. l. 1. num. 12. Calefatus num. 20. Barbosa art. 1. num. 171. ff. de iudicijs, & ad eum sensum reducendus est Marianus in d. c. significasti, nu. 59. versicul. primo casu, in fine, de foro comp.

1236 Secundus effectus est, qui colligitur ex hac limitatione primi, vt si prorogatio facta fuerit in Iudicem, qui successorem non habeat, vt in delegatum, & eius iurisdictio finiatur, quia fuerit reuocata, vt in Iudicium soluitur, ff. de iudicijs, vel aliter fuerit extincta, tunc etiam iurisdictio prorogata expiret, & omninò cesset. Ita sentiunt Speculator lib. 2. tit. de compet. Iud. addition. §. 1. num. 9. Antonius Butrius in d. cap. P. & G. numer. 30. de offic. delegat. Albericus in d. leg. 1. num. 10. Barbosa d. art. 1. nu. 69. ff. de Iudicijs, Marianus in d. cap. significasti, num. 59. vers. secundo casu, & vers. concludit, Decianus tract. crim. libr. 4. dicto cap. 23. num. 8. Ratio est, quia prorogatio iurisdictionem non dat, sed præexistentem præsupponit, & in ea fundatur, neque eius naturam immutat, aut alterat; accidens autem destruitur destructa substantia, ædificium corruit, diruto fundamento, & cum principalis causa non subsistit accessoria permanere non possunt, l. cum principalis, 139. ff. de reg. iur. c. accessorium, de reg. iur. in sexto.

1237 Tertius effectus est, vt prorogatione facta, & sententia lata in causa à Iudice prorogato, appellatio sit interponenda ad superiorem Iudicis prorogati, ad quem ordinarij subditi ipsius prorogati appellare solent, non autem ad Iudicem superiorem prorogantium, si ille sit diuersus. Ita sentit Speculator vbi supra nu. 12. Marianus in d. c. significasti, num. 58. Ratio est, quoniam appellatio semper est interponenda gradatim, l. præcipimus, 32. Cod. de appell. l. Imperatores, 21. ff. eodem titulo, cap. dilecti, 52. de appellationibus. Sed Iudex superior appellantium, si est diuersus a superiori Iudicis, a quo appellatum est, non facit illi gradum, ergo ad illum non debet appellari. Deinde, quia iurisdictio prorogata est eadem iurisdictio, & eiusdem naturæ cum præexistente, vt dixi supra num. 972. sed cum Iudex exercet iurisdictionem suam in proprios subditos, interponitur ab eo appellatio ad suum superiorem. Ergo ad eundem debet interponi, cum vtitur iurisdictione prorogata. Ex quo prouenit, vt si prorogatio fiat in Iudicem, à quo non potest appellari, non possit tunc appellari à sententia lata ab eodem Iudice inter prorogantes, vt probat textus in l. Episcopale, 9. vbi ex ipso notat Bartolus, & Baldus num. 1. C. de Episcopal. audient. Romanus singul. 11. Panormitanus in cap. causam, 14. nu. 2. in fine de re iud. Imola in d. cap. P. & G. num. 67. Marianus in d. cap. significasti, num. 48. versic. assumo nunc, Paulus in d. leg. 1. num. 4. Cagnolus num. 6. Barbosa art. 5. nu. 13. & 14. ff. de iudicijs, Decius consil. 3. num. 8. Gamma dec. 222. num. 11. & 12. Antonius de Mattheis de prorogation. iurisd. num. 77. & vers. & si talis. Et è contra si prorogantes non possent appellare à sententia Iudicis proprij, sed inferiores ordinarij prorogati possunt ab eodem appellare, poterunt quoque appellare prorogantes; vt notat Albericus in eadem l. 1. nu. 10. ff. de iudicijs, Marianus in d. cap. significasti, num. 58. Gamma dec. 222. num. 10. 9. &

12. Decianus *tract. crim. lib. 4. dicto c. 23. num. 7.* Quoniam videlicèt iurisdictio prorogata est eiusdem naturæ cum præexistente, & per prorogationem non alteratur iurisdictio.

1238 Quartus effectus est, vt facta prorogatione, & lata sententia à Iudice prorogato, ipse idem, si iurisdictio eius inter subditos est talis naturæ, vt suas sententias possit mandare exequutioni, possit eam etiam vi prorogationis exequutioni mandare. Ita sentiunt Speculator *lib. 2. tit. de compet. Iudic. adition. dicto §. 1. num. 13.* Antonius Butrius *in d. cap. P. & G. num. 30.* Imola *ex n. 130. de offic. delegat.* Marianus *vbi supra num. 52.* Alexander *in l. d. Diuo Pio, §. sententiam Romæ, num. 6. in fine, ff. de re iudicat.* Decius *in l. cum quædam, 19. in princ. numer. 7.* Cagnolus *numer. 26. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Barbosa *in dicto l. 1. art. 5. num. 29. cum seqq. ff. de iudicijs,* Antonius de Mattheis *de prorogatione iurisdictionis, numer. 77. vers. sequitur prterea,* Guido Papæ *decision. 77. numer. 4.* qui dicit hoc seruari de stilo, Decianus *tractat. criminal. libr. 4. dicto cap. 23. num. 11.* Capiblancus *in pragmatic. 8. part. 1. numer. 104. de Baronibus.* Ratio est, quia iurisdictio ex prorogatione adquisita est eiusdem naturæ, & eadem cum iurisdictione innata, propria, & naturali, vt modo dixi. Ergo si iurisdictio propria est idonea ad exequēdū suas sentētias inter subditos, erit quoque potens, & sufficiens prorogata ad exequendas sententias inter prorogantes.

1239 Limita tamen istum effectum, si iurisdictio, quæ prorogatur, possit inter subditos suos exequi per se ipsam suas sententias, sed eas debeat exequi, inuocato auxilio alterius iurisdictionis: nam tunc prorogatio iurisdictionis non efficiet, vt Iudex possit suas sententias exequi, sed egebit ad exequendam suam sententiam alterius Iudicis brachio, & auxilio per literas requisitorias, aut hortatorias inuocato. Ratio est eadem modò notata, quoniam prorogatio non immutat iurisdictionis naturam, & conditionem; & quemadmodum non minuit eius potestatem, eam non auget, sed iudicatur secundum vires, & similitudinem iurisdictionis prorogatæ, vt ait Bartolus *in d. l. Episcopale, num. 1.* & Paulus *num. 1. in fine, C. de episcop. audient.* Hæc limitaio probatur ex textu *in eadem l. Episcopale, 9. in fine,* presupposito ad inductionem, quod ibi notat Baldus *nu. 2.* Paulus *num. 3.* Barbosa *d. art. 5. num. 32. in fine,* Bernardus Laurentius *in tractat. Iudex sæcularis, in quibus potest imponere manus in personas Clericorum sine metu excommunicationis, numer. 18. tom. 11. tractat. 1. part.* scilicèt Episcopos tempore illius legis nullum habuisse territorium quòad temporalia, neque familiam, per quam possent exequi suas sententias, & ideò tunc necessarium erat eas exequi per alios, inuocato auxilio, & brachio sæculari. Quemadmodum & hodie in Regno Castellæ non possunt ecclesiastici Iudices exequi sententias latas contra laicos, etiam sibi subditos, quòad personas, bona aut eorū, nisi implorato auxilio à sæcularibus, vt statuitur *in leg. 14. & 15. titul. 1. libr. 4. recopilat.* vbi notat, & explicat Auezedus, qui alios allegat, & Couarruuias *in practicis, cap. 10. n. 1. & 2.* & in simili notat Panormitanus *in cap. si quis contra, 4. numer. 31. de foro compet.* loquens de sententia Doctoris, aut Rectoris scholarium, qui eadem ratione, quòd careant territorio, & familia, non possunt sententias suas exequutioni mādare, sine auxilio alterius Iudicis ordinarij. Decisio tamen *d. l. Episcopale, in fine,* hodie cessaret, cùm Episcopi iam habeant territorium, & familiam, etiam quòad temporalia, *cap. 1. de offic. ordinar. cap. cum contingat, 13. de foro compet.* & notat Barbosa *vbi supra nu. 33.* Atque in sensum huius limitationis accipiendi sunt iuxta eam intelligendi, & ad eam reducendi, Alexander *in d. l. cum quædam, 19. in princip.* Iaso *num. 5. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Felynus *in d. cap. P. & G. nu. 8. de offic. deleg. & in cap. postulasti, 14. nu. 11. vers. contrarium sensit, de foro compet.* Guido Papę *dec. 77. nu. 4.* Maranta *in praxi, 4. part. dicta distinct. 12. nu. 19.* & apertiùs omnibus loquutus Antonius de Mattheis *vbi supra nu. 77. dicto vers. sequitur præterea,* dùm negant sententiam latam à Iudice prorogato, posse ab eodem exequutioni mandari; id enim ita demum verum erit, si Iudex prorogatus sententias latas inter suos subditos ex iurisdictione propria non posset exequutioni mandare.

1240 Quintus effectus est, vt Iudex prorogatus compelli possit, si semel prorogationi consensit, eamque expressè, aut tacitè admisit, causam ad se per prorogationem delatam lata sententia diffinitiua terminare, sicut in cæteris causis, de quibus vi iurisdictionis propriæ sine prorogatione cognoscit, *l. de qua re, 74. in princ. ff. de iudicijs, l. Prætor, 13. §. si post causam, ff. de vacat. & excusat. muner.* Probatur ex textu *in l. sancimus, 6. C. de aduocat. diuers. iudic. & in l. munerum, 18. §. iudicandi, ff. de muner. & honor.* iuncto textu *in l. 3. §. tamesi, ff. de arbitr.* Ita sentit Speculator *dicto §. 1. num. 13. & 22.* Antonius de Butrio *in d. c. P. & G. 40. num. 20. versic. requiritur tertiò,* Imola *numer. 124. de offic. deleg.* Marianus *in d. cap. significasti, nu. 51. de foro compet.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. d. cap. 23. num. 10.* Barbosa *in d. l. 1. art. 2. num. 27. ff. de iudicijs,* Antonius de Mattheis *de prorogat. iurisdict. nu. 77. vers. insuper sequitur, & vers. quod verum putat.*

1241 Sextus effectus est, vt Iudex prorogatus possit causam, in qua prorogatus est delegare, sicut posset causas propriæ iurisdictionis, Ratio est, quia iurisdictio prorogata est eiusdem rationis, & naturæ cum iurisdictione propria, & præexistenti, vt sępius dixi. Ergo si Iudex potest delegare causas ad propriam iurisdictionem pertinētes, vt *in l. à Iudice, 5. C. de iudicijs:* poterit etiam delegare causā, in qua est prorogatus, nisi natura illius delegationem non admittat. Ita sentiunt Speculator *lib. 2. titul. de compet. Iudic. adition. d. §. 1. num. 12. in fine,* qui tamen exigit, vt lis sit contestata, sed ante litem etiam contestatam, & indistinctè prorogati delegationem admittit, Socinus *in d. cap. significasti num. 50.* potiori ratione, & Abbas Panormitanus *cons. 61. nu. 3. 1. par.* Gamma *decis. 222. nu. 12.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. d. cap. 23. n. 9.* Barbosa *in d. l. 1. art. 5. nu. 2. ff. de iudicijs.*

1242 Septimus tandem effectus prorogationis est, vt possit conueniri reos coram Iudice prorogato, qui se submisit, & coram eo forum compete͞s, & legitimum sortiatur, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt ex hucusque dictis constat; verùm, vt iste effectus omninò explicetur, oportet distinguere diuersos casus, vt apertiatur, quid in vnoquoque seruari debeat.

1243 Primus casus est, cùm aliquis solùm ex prorogatione constituit sibi forum, & forus prorogationis non concurrit cum alio modo sortiēdi forum. Exempli gratia, si duo Auersani consentirent in Iudicem Capuanum, vel duo Toletani in Iudicem Burgensem, vel Cordubensem. Quo casu dicendum est sortiri illos forum apud Iudicem prorogationis, verùm data alterutrius pœnitentia ante litis contestationem, vel alium actum, quo se Iudici prorogato subijcientes reddant prorogationem irreuocabilem, posse à foro electo resilire, & a Iudice prorogato recedere, vt constat ex dictis supra sect. 2. ex num. 1003. cum seqq. ad n. 1011. & n. 1029. cum seqq.

1244 Quam resolutionem ampliabis, vt similiter locū habeat,

beat,

beat, siuè quis renunciauit suo foro, seù exceptioni declinatoriæ fori, (quod idem est,) siuè non renunciauerit, vt constat ex dictis supra nu. 1047. & 1049. & 1050. iuncto num. 1054.

1245 Verum ea resolutio limitanda est primò, vt non procedat, si reus sit absens à loco, cui præfectus est Iudex prorogatus; nam tunc, etiam non data pœnitentia non poterit conueniri in loco prorogationis, vt compellatur in iudicium venire. Ratio est, quoniam iste forus prorogationis, qui ex voluntate partium conformi resultat non est efficacior, quàm forus contractus: imò cum sit maximè similis minus est efficax, tum quoniã prouenit ex pacto nudo, quod infirmius est cõtractu, tum quoniã potest reuocari pœnitentia alterius ex consentientibus, *d. l. si conuenerit*, cum ibi notatis, *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* quod non potest forus contractus, qui firmus est, & irreuocabilis ab initio. At in foro contractus contrahens conueniri non potest, nisi ibi inueniatur, vt dixi supra quæst. 4. num. 218. cum seqq. Ergo neque in foro submissionis, seù prorogationis. Quod statuit apertè *d. l. 20. in fine, tit. 21. lib. 4. recopilat. versic. otrosi mandamos*, & animaduertit Couarruui. *in practicis, c. 10. n. 6. vers. vndecimò ex his*, & ego notaui dicto num. 1054.

1246 Limita secundò, vt in foro submissionis, seù prorogationis solius, si deducatur in iudicium sola actio personalis, & non realis reus absens conueniri non possit, etiam si habeat bona in loco subdito Iudici prorogato. Ratio est, quia existentia bonorum nullum effectum habet nisi actio, qua agitur, & quæ in iudicium deducitur, realis sit: quare idem prorsus dicendum est actione personali mota, & reo absente, siuè bona sint, siuè nõ sint in territorio iudicij, vt animaduerti supra dicto num. 1504. vt videlicet reus absens non possit cogi venire ad iudicium.

1247 Attẽto tamen iure communi existimo virtute huius pacti posse reum instante actore citari legitimè à quocunque Iudice; in quem fuerit consensum, cùm ipso iure censeatur facta prorogatio, vt dixi numero 1029. Qua citatione facta non excludetur reus ab allegatione declinatoriæ; verùm si eam omittat, & se conueniri patiatur, aut contumax fuerit, ea impropria contumacia, quæ incurritur ex citatione facta à Iudice loci contractus, iuxta dicta supra quæstion. 4. nu. 221. poterit Iudex qui eum legitimè citauit, procedere propria auctoritate ad missionem in possessionem bonorum, quæ reus habet in districtu prorogati; in possessionem verò eorum, quę habuerit extra districtum per literas hortatoriales, eodem prorsus modo, & sub eisdem conditionibus, & limitationibus, quibus dictum est de Iudice loci contractus, dicta quæst. 4. ex numer. 220. quasi Iudex prorogatus esset Iudex loci contractus, solùm ab eo discrepans, quòd coram Iudice loci contractus, non potest reus opponere delinatoriam; potest verò ea opposita subterfugere iudicium prorogati.

1248 De iure verò Regni Castellæ crederem hoc correctum esse *in d. l. 20. tit. 21. lib. 4. recopil.* Nã virtute submissionis generalis in quemcunque Iudicem, adiecta etiam renunciatione declinatoriæ fori, quæ neque maiorem vim habet in hoc casu, quàm ipsa prorogatio, neque alium habet effectum, vt dixi supra nu. 1047. & 1049. nõ potest procedi ad exequutionem instrumenti guarentigiati contra reum petitam à Iudicibus inferioribus, nisi vel reus ipse personaliter, vel bona eius reperiãtur in loco subdito Iudici, coram quo petitur exequutio; atque ita neque per requisitorias ille, Iudex poterit decernere exequutionem, vel missionem in possessionem, & eas per alterum fieri mandare, vt constat *ex d. l. 20.* Quod tamen in Iudicibus superioribus Curiæ, seù Alcaldis, limitat prædicta lex in principio; quos ex sola prorogatione cũ renunciare fori factos Iudices, decernit, posse facere exequutionem per requisitorias contra reos absentes, & bona extra districtũ, & eos petere ad se remitti, vt paulò post in fine huius sectionis repetemus. Hæc quod attinet ad primum casum.

1249 Secundus casus principalis est cum forus prorogationis cõcurrit, cũ alio modo sortiendi forum, veluti cum foro contractus, rei sitæ, hæredis, vel priuilegij; sub quo rursus cõprehenduntur alij duo. Aut enim litigantes simpliciter, consentiũt in Iudicem, & non renuncians exceptioni declinatoriæ fori, *& l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* aut consentiunt in illum Iudicem contractus, rei sitę, priuilegij, &c. renunciantes prædictę *l. si conuenerit*, & exceptioni fori declinatoriæ.

1250 Primo casu dicendum est, submissionem, & prorogationem ex coniunctione, & colligatione, cum alio foro legitimo, eum effectum habere, vt non possit opponi declinatoria ad subterfugiendum iudicium; & sic prorogationem manere, & reddi irreuocabilem; sed reum manere, subiectum Iudici loci contractus, eodem modo, quo si submissio facta non fuisset. Ita vt prorogatio ex admixtione cum foro coniũcto participet irreuocabilitatem; sed forus contractus nullam vim nouam participet ex prorogatione, quam antea non haberet. Ex hoc enim consensu non fiet, vt Iudex loci contractus alio modo possit contra reum procedere, quàm procederet prorogatione non facta, quasi expressio eius consensus, qui tacitè contractui ipsi inerat, nihil operetur, *lege hæc verba, 13. ff. de delegat. 1.* vbi Doctores. Dueñas *regula 285. litera E.* Quare prædictus Iudex poterit citare reum sine metu declinatoriæ fori, poterit decernere missionem in possessionem bonorum absentis, si se defensurus non comparuerit; sed non poterit petere à Iudice loci, vbi reus adest, vt eum ad se remittat, vt dixi dicto numero 220. ex textu celebri *in c. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in sexto*, cum numeris sequentibus. Nam vt contrahens in loco contractus conueniatur præcisè, & cogatur ad iudicium venire, necessaria est eius præsentia, vt dixi dicta quæstion. 4. num. 218. & sic vbi non adest renunciatio, non potest ex contractu peti remissio rei ad locum contractus, vt adnotauit Couarruuias *in practicis, cap. 10. num. 6. versic. vndecimò ex his.* Tuscus *litera F. conclus. 442. nu. 11.* & planè sentiunt omnes, qui ad effectum remissionis postulant fori renunciationem, quos statim numero sequenti referemus, & iudicat *dicta l. 10. in fine titul. 21. lib. 4. recopilat.* quę etiam ad effectum, vt procedat Iudex contractus contra absentem, requirit renunciationem proprij fori.

1251 Secundo casu dicendum est vbi cum foro legitimo concurrit forus prorogationis, & adijcitur renunciatio fori & *dict. a leg. si conuenerit*, effectum esse non solum, vt Iudex prorogatus non possit declinari, sed etiam vt possit compellere reum absentem coram se comparere, & personaliter sistere, petereque a quocunque Iudice per literas hortatorias, seù requisitorias, vt eum ad se remittat, & Iudex requisitus obsequi teneatur, limitata generali regula, in contractibus non esse locum remissioni, de qua dixi dicta quæstion. 4. numer. 218. referẽs pro ea plurimos Doctores. Esse verò in hoc casu celeberrimam eius limitationem dixi n. 219. vbi remisi ad hũc locũ maiorem eius declarationem. Tradit autẽ hanc

limitationem Glossa celebris, & singularis *in l. 1. verbo. pro non dato, cum scholio sequenti, ff. si quis in ius vocat. non ierit.* Quàm approbant ibi Bartolus *num.* 3. Albericus *nu.* 2. qui dicit approbatam esse vsu iudiciorum. Baldus *n.* 5. Paulus *num.* 11. & 12. Romanus *num.* 5. Socinus *num.* 15. Alexander *nu.* 6. *cum seqq.* Iaso *nu.* 9. Oroscius *num.* 6. qui ait esse sententiam in scholis, & iudicijs receptissimam, quamuis eam reprobent Angelus *num.* 3. & Fulgosius *nu.* 3. & 4. Sed communem Glossæ opinionem, præter dictos sequuti sunt Panormitanus *in c. 1. n.* 23. *de iud.* Marianus *in c. dilecti, num.* 39. *de foro competenti*, idem Romanus *singular.* 283. regula est, idem Socinus *regul.* 416. *fallent.* 1. & *regul.* 417. *fallent.* 1. *aliàs liter. R. regul.* 5. & 6. *in fallent.* 1. Bernardus Diaz *regul.* 642. *remissio* 2. *fallent.* 1. Decius *in dicto cap.* 1. 1. *lectur. num.* 165. & 166. *de iudicijs*, Ripa ibi *numer.* 65. Felynus *nu.* 6. *vers. vbi renunciatum est*, Alciatus *num.* 33. *vers. fallit etiam.* Couarruuias *in practicis*, c. 10. *numer.* 5. *vers. quintò hinc, & vers. sextò subdeducitur*, Menchaca *quæst. vsufrequent. cap.* 52. *numer.* 41. Auiles *in cap.* 27. *Prætorum, verb. entreguen. numer.* 19. Auendañus *titul. de las exceptiones, numer.* 9. *versicul. item dicta clausula poterit*, Azeuedus *in l.* 1. *numer.* 54. & *in dicta l.* 20. *numer.* 14. *et* 15. *cum seqq. tit.* 21. *libr.* 4. *recopilation.* Guttierrez *de iurament. confirmat.* 3. *par. cap.* 16. *numer.* 4. Paz *in praxi*, 1. *tom.* 4. *part. cap.* 2. *numer.* 8. Menochius *de præsumptionibus, libr.* 6. *præsumpt.* 6. *numer.* 8. Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 3. *numer.* 224. *et in d. l. hæres absens*, 19. §. 1. *num.* 43. *et* 45. *ff. de iudicijs*, Riccius *collect.* 750. Tuscus *liter. F. dicta conclus.* 442. *num.* 9. Molinus *de brachio sæculari, lib.* 2. *cap.* 28. Antonius de Amato *variarum resolutionum, resolut.* 33. *num.* 13. *et* 14. Capiblancus *in pragmat.* 8. *part.* 2. *num.* 152. *et* 153. *de Baronibus.* Et eius Glossę sententiam approbauit, & seruari iussit apud nos Hispanos, *d. l.* 20. *tit.* 21. *libr.* 4. *recop.* de qua Paz vbi supra n. 12.

1252 Amplianda autem est hæc resolutio, vt procedat, etiam si Clericus contrahens extra locum domicilij, renunciauerit foro sine sui superioris licencia: nam ex vi huius renunciationis remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum loci contractus, vt supra tetigi, numer. 1083. & docuit Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 3. *nu.* 223. quem sequutus est Capiblancus *in d. pragm.* 8. *par.* 2. *dicto nu.* 153. *de Baronibus*, Ratio est, quia renunciatio ista non dat forum, sed corroborat forum contractus à iure constitutum, *in d. c. dilecti, de foro compet.*

1253 Has resolutiones confirmat, & continet apertè, si rectè intelligatur *d. l.* 20. *tit.* 21 *lib.* 4. *recopilat.* quæ tota eò tendit, vt cùm forus prorogationis constituitur seorsim ab alijs, etiam cum renunciatione proprij fori, Iudex prorogatus nihil possit efficere nisi reo præsente, aut eius bonis constitutis in territorio, & districtu suo: cùm verò forus prorogationis superadditur foro alioqui competenti, & cum eo coniungitur adiecta renunciatione proprij fori, possit Iudex prorogatus procedere aduersus reum absentem, & bona eius extra districtum sita, per requisitorias; aduersus præsentem verò, & bona in districtu inuenta, authoritate propria. Idque statuit prædicta lex propositis quatuor exemplis. Primo de submissione facta in Iudices Curiæ, quos vocamus, *Alcaldes de Corte.* Secundo de submissione facta in Præsidem, & Auditores Regiarum Cancellariarum, aut aliorum Regni Auditoriorum. Tertio de submissione facta in Iudices Prouinciarum, quos vocant, *Alcaldes de Adelantamientos.* Quarto de submissione facta in cæteros Iudices Regni ordinarios. Dùm tamen ad inductionem presupponatur, districtum tàm Regij Consilij, quam Regiorum Auditoriorum, atque item iudicum *de los Adelantamientos*, quòad causas primæ instantiæ, esse distantiam quinque leucarum in girum à loco auditorij. *l.* 21 *tit.* 5. *l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 2. *recopil. l.* 17. 24. 27. 31. *tit.* 4. *lib.* 3. *recopilat.* Verùm prædicta resolutio, vt Iudex ex sola prorogatione nihil possit efficere contra reum absentem, cum simul absunt bona à suo districtu, ex prædicta lege limitanda, decernitur in primo illo ex propositis casibus, seu exemplis, quo submissio prorogatio facta est in Iudices Curiæ, seu *Alcaldes de Corte*, cum renunciatione fori. Nam isti, Iudices constituti ex sola prorogatione possunt contra reum absentem, & bona extra districtum mittere literas requisitorias, & petere reum ad se remmitti, & causam exequutionis prolata addictionis sententia definire, & terminare, vt rectè explicat Azeuedus *in dicta leg.* 20. Ratio autem huius limitationis non alia esse potest, nisi quòd Rex voluerit istis maioribus Iudicibus, maiorem authoritatem, & potestatem tribuere, quam cæteris ordinarijs inferioribus, dùm eorum iurisdictio prorogatur. Ex quo habes effectus prorogationis factæ sine renunciatione, & prorogationis factæ cum renunciatione, quando est separata ab alijs foris, & eiusdem prorogationis cùm coniungitur cum alijs foris. Hactenus dictum sit de foro prorogationis, & tota ista prolixa disputatione, quæ vt mihi, & multo stetit tempore, & maximo labore, ita optarem, vt cedat in proximiorum magnam vtilitatem, & publicam, maioremq; Dei optimi maximi honorem, & gloriam. Neapoli 8. Ianuarij die, anni 1629.

SVMMA DISPVTATIONIS Tertiæ.

1 IVdicibus non licet negotiari cum subditis.
Mutuum accipere non est negotiari.
2 *Sententia prima, Iudicem accipientem mutuum incurrere crimen repetundarum.*
3 *Qui accipit mutuum, accipit à subditis compendium.*
4 *Et est venditor legum, et Prouinciæ.*
5 *Præsumitur fraudem facere legi, qui eum liberè actum facere, non potest, dicit facere se eo modo, quo potest.*
6 *Secunda sententia negatiua, & eius Authores.*
7 *Leg. Præsidis, §. Præses, ff. si certum petatur, exponitur, et num. 8.*
9 *Leges Castellę quòad prohibitionem munerum strictiores sunt, quàm leges iuris ciuilis, et canonici.*
10 *Qui accipit à subditis id, quod non æstimatur pecunia, non violat leges Castellæ.*
11 *Mutui datio non est pecunia æstimabilis.*
Vsura omni iure est illicita.
12 *Error est in fide vsuras esse licitas.*
Leges, et statuta permittentia, vsuras abrogata esse iure canonico, cum standum est.
13 *Mutui acceptio non est Iudicibus prohibita.*
14 *Qui accipiebat mutuum sub vsuris non censebatur corruptus iure antiquo.*
15 *Iudices possunt emere à subditis sibi necessaria, etiam credito.*
16 *Approbatur secunda sententia.*
17 *Limitatur primò.*
18 *Limitatur secundò.*
19 *Cessante impressione licet Iudici à subditis mutuum accipere.*
20 *Ferè omnes Authores prioris sententiæ rem ex professo non tractarunt.*

Com-

Communis opinio est, quam sequuntur, qui rem ex professo disputant, non qui aliorum authoritate sine iudicio, & examine ducti.

21 *Qui accipit gratis mutuum, nullum sentit compendium.*

22 *Non debet quis alteri onus imponere ob id, quod gratis facere debet.*

23 *L. quisquis, C. si certum petatur, quadruplex interpretatio, & n. 24. 25. & 26.*

27 *Non est subueniendum ei, qui in necessitate se posuit, & num. 28.*

29 *Præsumitur fraus contra Iudicem mutuum accipientem, ex adiunctis circumstantijs.*

Iudex abstinere debet à mutuo quantum fieri possit.

30 *Mutuum si verè constet contractum à Iudice, nulla pœna dignus est.*

DISPVTATIO III.

Vtrum Iudex possit gratis mutuum recipere à subditis, licitè, & sine nota criminis repetundarum?

Ad l. 1. tit. 6. lib. 3. recopil.

1 LOngè diuersa est quæstio ista, ab ea, vtrum licitum sit Iudicibus negotiari cum subditis, de qua disserunt Doctores *in l. principalibus, ff. si cert. pet.* vbi textus eā decidit negatiuè, cum quo conuenit nostra *l. 5. tit. 5. par. 5.* & ibi notat Gregorius Lopez *gl. 2. & seqq.* & in Regno Neapolitano *prag. 1. de mercatura officialib. prohibita*, tractat Peregrinus *de iure fisci, lib. 4. tit. 7. nu. 12.* Est inquam hæc quæstio diuersa, quoniam mutuam accipere pecuniam simpliciter non est negotiari, vt notat glossa per textum ibi *in l. cum 19. in prin. verb. vtilis ff. de inst. act.* vbi notat Angelus, Salycetus, Paulus, Bartolus, *in l. legatis, 65. in princ. n. 2. ff. de leg. 3.* Baldus *in l. 1. n. 2. C. de inst. & exerc. act.* Benuenutus Stracca *de mercatura, p. 1. n. 40. & 41.* Quod igitur disputādum suscipimus est; vtrum seclula negotiatione Iudex, qui mutuam accipit pecuniam gratis, sine vsurarū præstatione, non vt mercaturæ det operam, sed vt suis necessitatibus satisfaciat, eo ipso incurrat crimen repetundarum, seq; syndicatoris coertioni, & supplicio subijciat.

2 Prima sententia ait, Iudicem, qui mutuum accipit à subditis gratis, & sine vsuris, incurrere crimen repetundarum, posseq; ob id syndicatu puniri. Ita sentiunt Bald. *in l. 1. n. 4. ff. de calumniator. & in l. quisquis, 16. num. 1. C. si cert. petat.* Baris de Puteo *de syndicatu verb. corruptio, cap. 3. num. 1.* Io. Bernardus Diaz *regul. 508.* Gregorius Lopez *in l. 6. tit. 4. par. 3. gloss. 3. in fine*, Marienzus *in dialogo relatoris, 3. part. cap. 25. num. 1. vers. quartò si fuerit, & cap. 31.* Thomas Grammaticus *cons. 35. super causis fiscalibus, num. 8. vers. item committitur*, Menochius *de arbitrarijs Iudicum, lib. 2. centur. 4. casu 342. nu. 34.* Mascardus *de probationibus, concl. 164. n. 4. & concl. 454. corruptela vitium, num. 10. & 11. vol. 1.* Tyberius Decianus *tract. crim. lib. 8. cap. 35. num. 7.* Farinacius *in praxi crim. q. 111. num. 171. vol. 3.* Cardinalis Tuscus *liter. C. conclus. 1053. num. 4. tom. 2. & liter. O. concl. 100. tom. 5.* Amadeus *de syndicatu, num.*

Thomæ Carleualij de Iudicijs.

166. vers. item si accepit, Auiles *in c. 1. Pretorum, verb. dadiuas, n. 14.* Azeuedus *in l. 1. n. 23. in fine, tit. 6. lib. 3. recopilat.* Bouadilla *lib. 2. polit. c. 12. ex n. 61.*

3 Probatur primò hæc sententia, quoniam quicunque Iudex accipit aliquid à subditis, ex quo quid omninò compendij sentiat, intelligitur corruptus, & incurrit crimen repetundarum, vt probatur manifestè *ex l. 56. tit. 5. recopil. & ex l. 6. in fine, eo l. tit. & ex l. 1. tit. 6. lib. 3. recop.* Sed Iudex, qui recipit mutuam pecuniam sine vsuris a subditis, ex illa gratuita receptione sentit commodum, & compendium, *l. quin etiam, 2. ff. de calumniator.* Ergo iste Iudex censeri debet corruptus. Confirmatur quia ob eādem rationem censetur calumniator, qui vt alicui negotium faciat, vel non faciat, recipit gratuitam pecuniā mutuam, *d. l. quin etiam*, quoniam inquam, vetitum est accipere pecuniā hac de causa, vel aliquid pro pecunia, sētireq; ex hoc quoquo modo aliquid compendij, *l. 1. & l. & generaliter, 3. in princ. ff. de calumniator.*

4 Secundò, eandem sententiam videtur expresse probare textus *in l. quisquis, 16. C. si cert. pet.* iuxta interpretationem Baldi ibi, in qua is, qui dederit Iudici mutuam pecuniam fenebrem, puniri iubetur, quasi emptor legū, ac Prouinciæ. Ergo multo magis puniri debet Iudex, qui eam accipit quasi venditor legum, ac Prouinciæ; iuxta regulā vulgarem correlatiuorum, qua statuitur dispositū in vno correlatiuis, includere aliud, *l. 1. C. de cupressis ex luco Daphnensi, lib. 11.* & tradita ab Abbate Panormitano *in proœmio Gregoriano, nu. 19. & 20.* Gregor. Lopez *in l. 11. tit. 7. p. 6. gl. 1.* Auiles *in cap. 1. Prætorum, verb. donacion, ex n. 14. ad 19.* Tiraquello *de retract. lignag. §. 1. gl. 9. n. 171.* vbi ex textu *in l. vltima, C. de edict. D. Adrian. tollen.* & *ex d. l. 1.* probat regulam istam procedere in correctorijs, & pœnalibus: correlatiua autem sunt emptio, & venditio, *iuxta d. l. 1.*

5 Tertiò, quoniam præsumitur fraus facta legi, quoties cùm quis actum liberè facere non potest, actui titulum iustum imponit, profertur q; se actum facere eo modo, quo iustè potest fieri, *l. qui testamentum, 27. ff. de probationib. l. 3. tit. 14. p. 3.* Rebuffus *in repet. sextus in c. extirpandæ. §. qui verò n. 93. de præbendis*, Antonius Gomez *in l. 29. Tauri, n. 23. vers. ex quibus infertur*, Ioannes Garcia *de nobilitate, gl. 2. in princ. nu. 18*, Ludouicus Molina *de Hispan. primog. lib. 2. c. 10. n. 39.* Petrus Barbosa *in l. 1. 6. p. n. 29. et 31. ff. sol. matr.* Iacobus Menochius *de præsump. lib. 2. præsum. 67. n. 9. 10. & seq.* Iaonnius *de citatione reali, lib. 2. c. 6. n. 65.* Loseus *de iure vniuersitatis, p. 3. c. 10. nu. 10.* Sed Iudex prohibitus est, ne accipiat aliquid dono, *d. l. 1. tit. 6. lib. 3. recop.* Ergò si accipiat pecuniam titulo mutui præsumendum est aduersus ipsum, esse palliatam donationem, fraudemq; committi aduersus prædictam legem.

6 Secunda sententia contraria asserit, Iudicem, qui accipit mutuo verè à subditis pecuniam gratuitò, & sine vsuris ad subleuandas suas necessitates, non incidere in crimen repetundarum. Dixi *mutuo verè*, quoniam si dolus, aut fraus intercederet, imponeretur q; titulus mutui muneri gratuito, & donationi, iam esset verum crimen, delictūq; multò peius, quàm esset aperta doni receptio; siquidem non solum violatur lex sed etiam peccatum tegitur, ne puniri possit. Quæ circumstantia malitiam auget, & aggrauat delictum, cui miscetur contumacia, *l. vltima, ff. de rit. nupt.* & reddit dignum grauiori pœna, *l. si Dominus, 2. vers. qui si meæ, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. l. relegati, 4. in fin. ff. de pœnis*, notat Baldus *in l. fraus, 29. ante n. 1. 1. lectur. ff. de legib.* & Aristoteles *lib. 7. de moribus ad Nicomachum, cap. 7. & lib. 6. Eudemiorum, cap. 6.*

egregiè docuit, quò quisque occultior, & insidiosior est, eò eum esse iniustiorem, quò iniustior autem est, eò esse turpiorem. Quo conferunt congesta à Ioanne Roxas *de hæreticis, 1. par. ex num. 72.* & Ribadeneira *de virtutibus Principis christiani, lib. 2. cap. 2.*

Secundam istam sententiam sequuti sunt Accursius *in l. Præsidis, 34. verb. non prohibetur, ff. si cert. petat.* Bartolus *in l. principalibus, nu. 2. ff. eodem*, Angelus ibi *in princip. & nu. 1.* Salycetus *nu. 1. & 2.* Paulus *nu. 1.* Alexander *nu. 4. vers. quintò limita, & in lectura nouissima eiusdem legis. nu. 11. & 12.* Decius *nu. 13.* Iaso *in princ. & num. 2 vers. quartò limita*, idem Salycetus *in d. l. quisquis, 16. num. 1. Cod. si cert. pet.* vbi ait, hanc esse communem Doctorum sententiam, Baldus sibi contrarius *in l. venales, num. 5. C. quando prouocat. non est necess.* Auiles *in cap. 1. Prætorum. verb. donacion, num. 25.* Cataldinus *de syndicatu num. 50. in fine, quæst. 96.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 4. tit. 7. num. 12. vers. limita quartò.*

7 Probari autem videtur ista sententia ex textu expresso *in l. Præsidis, 34. §. Præses, ff. si cert. petat. Præses Prouinciæ*, (ait Iurisconsultus Paulus) *mutuam pecuniam fenebrem sumere non prohibetur.* Et ad eum locum Accursius, quem cæteri frequenter sequuntur, ita interpretatur, vt non prohibeatur Præses accipere mutuum ad vsum suũ quotidianum.

8 Sed respondebit quispiam non ineptè, eo textu nullatenus probari propositam secundam sententiam, quoniam Iurisconsultus loquitur de longè diuerso casu. Dubitabatur enim ibi, an liceret Præsidi mutuum accipere sub vsuris: ratio autem dubitandi, qua conuinci videbatur non posse, ea erat, quoniam negotiatio, fœnorisq; exercitium Præsidibus erant interdicta, iuxta textum *in l. principalibus, præcedentem, & l. eos, 3. Cod. si cert. pet.* & adnotata à Peregrino *de iure fisci, libr. 4. tit. 7. num. 12. in princ.* quo fieri videbatur, vt quemadmodum Præses fœnori dare non poterat, ita neque sub fœnore accipere, iuxta regulam de correlatiuis, quam expendimus supra numer. 4. Nihilominus resoluit Paulus, licere Præsidibus mutuum accipere sub vsuris, seu quia mutuam accipere pecuniam, non sit negotiari, vt animaduertimus supra num. 1. seu quia necessitas, quæ lege caret, *cap. quanto, de consuetudine, cap. 2. in fine, de obseruat. ieiunior.* excusare eum poterat, vt plerique Doctores obseruarũt inter quos Peregrinus *vbi supra, vers. limita quartò*, seu potius, quod satis est verisimile, minus sit indecens Præsidem sub vsuris accipere mutuum, quam dare cum nota turpis quæstus, & illiberalis negotiationis. Agere verò Iurisconsultum de mutuo sub vsuris, ex eo patet, quoniam Præsidi licere dixit accipere mutuam pecuniam fænebrem, quæ pecuniæ qualitas intelligi debet, iuxta tempus verbi, ex vulgari regula textus *in l. in delictis, §. si damnum, aliàs §. si extraneus, ff. de noxalib. actionib. leg. si vxor, in princip. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. Titius, 25. ff. de militar. testament.* ac per consequens pecuniam tunc esse fœnebrem, cum a Præside accipitur, atque ita accipi sub vsuris. Hæc autem decisio parum, aut nihil confert ad comprobationem propositę sententiæ, videlicet licere Iudicibus accipere à subditis mutuam pecuniam sine vsuris; quod planè subolfecit Antonius Faber *in rationalibus, in prædicto §. Præses*, post hæc scripta editus.

9 Fundamentum igitur firmum, ac solidum istius postremæ sententiæ est, quoniam leges Regni nostri, videlicet, *d. l. 8. in fine, & l. 56. tit. 5. lib. 2. recopilation. & l. 1. tit. 6. lib. 3. & l. 21. titul. 1. libr. 9. recopilation.* prohibent, ne Iudices quidquam accipiant a subditis gratuitum, cuiuscunque sit valoris, etiam esculentum, aut poculentum, neque ex eorum donis, quid vsquam compendij sentiant. Rigidiores certe leges, quod ad hoc attinet, quàm vetera iura ciuilia, & canonica, iuxta quæ notum est, non vsque adeò Iudices ab omni munerum genere abstinere debere, quin licitum fuerit ipsis quędam dono accipere, saltem esculenta, aut poculenta, *l. solet, §. non verò, ff. de offic. Proconsul. & Legat. Non verò* (ait Vlpianus) *in totum Xenijs abstinere debebit Proconsul, sed modum adijcere, Vt neque morosè in totum abstineat, neque auarè modum Xeniorum excedat, &c. Nam valdè inhumanum est à nemine accipere, sed passim vilissimum, & omnia auarissimum*; monetq; seruandum esse vetus prouerbium, *neque omnia, nec passim, neque ab omnibus*, de quo meminit Erasmus *Adagiorum chiliad. 2. cent. 4. adag. 16. l. plebiscito, 18. ff. de offic. Præsidis Plebiscito continetur* (ait Modestinus) *ne quis Præsidum munus, donumue caperet, nisi esculentum, poculentumue, quod intra dies proximos prodigatur*, & Bonifacius *in cap. statutũ, 11. §. insuper, de rescriptis in sexto*, delegatis Ecclesiasticis permittit non cupidam, & illiberalem acceptationem muneris esculentis, aut poculenti, metâ liberalitate oblati, quod paucis consumi possit diebus, ne xenia producantur ad munerũ qualitatem iuxta consilium Vlpiani, quod adnoradit Menochius *de arbitrarijs Iudicum, lib. 2. cent. 6. casu 317.* Sanctè tamen iura nostra patria restrinxerunt periculosum istud arbitrium, sublata penitus sub hoc velo peccandi occasione cupidis hominibus, quales vtinam non sint, qui Iudicum officia exercent, radicitusq; auaritiæ semina, & fomitem exturparunt, prohibendo Iudices ab omni omninò munere, siuè id pecunia sit, siuè quæuis alia res pecunia æstimabilis. Quod etiam animaduertit Molina *de iustitia, tract. 2. disput. 86. in fine, §. quod ad Regnum Castellæ*, & Florez de Mena *libr. 1. variarum, q. 8. §. 4. nu. 12.* referens alios. Hoc idem in sua illa Republica sub mortis pœna statuendum censuit Plato *dialogo 12. de legibus, paulò post medium*, & in omni bene instituta Republica statui oportere existimauit, Petrus Gregorius *de Republica, libr. 2. cap. 6. numer. 16. ad finem*, quod confirmat ègregria doctrina Philonis Iudæi, *libro de Iudice*, & D. Thomæ *opusculo de eruditione Principum, lib. 4. cap. 3. & 4. & seqq.* vbi enumerat incommoda, quæ consequuntur Principum, Iudicum, aliorumq; ministrorum auaritiam, & rapacitatem, munerumque receptionem. Hæc vt rectè in nostro Regno instituta sunt, vtinam tam rectè seruarentur.

10 Quibus quidem legibus planè satisfecisse censendus est, quicunque Iudex eiusmodi munera prætio æstimabilia nõ acceperit, tametsi à subditis aliqua alia beneficia gratis accipiat, quæ & pecunia æstimari non solent; & ob id gratis ab hominibus in homines conferuntur. Etenim qui alijs hominibus non eget, cuique eorum auxilio opus non est, supra naturam humanam est, vt alio in proposito animaduertit Aristoteles *lib. 1. politicorum. c. 2.* Ex eo verò, quòd quis creetur Iudex, non illicò supra naturam humanam constituitur, fitq; particeps diuinæ, aut angelicę, vt censendus sit ab omni necessitate immunis, & ab omni humanitate alienus: neque vera est superbientium stultorum existimatio, qui se, quod Iudices sunt diuinos scientia, & potentia, auctoritateq; credũt diuinosq; honores deposcunt, & exigunt. Non est itaque prohibitus Iudex ab aliorum hominum officio, & ope, vt eleganter expendit Abulensis *in Exod. cap. 23. q. 8.* Nonne poterit habere Sacerdotem, cui confiteatur peccata? Nonne poterit cõsilium petere, & accipere à subditis quoties indiguerit? Quis credat vetasse leges, ne Iudex vno, vel al-

tero

tero die accipiat à subdito commodatum equum ad deambulanddum? Quis persuadeat sibi, contra leges facere, si recreandi animi causa Iudex in hortos subditorũ secedat, adhibita etiam comite familia? Planè Iudici hæc, & eiusmodi alia licent; h... enim exempli gratia expressa sunt, quamuis ex ijs, & similibus beneficium sentiat; eiusmodi enim beneficia non æstimantur pecunia. Imò verò tam exigua sunt, vt neque beneficij non occupare possint, si credimus Senecæ *lib. 4. de beneficijs, cap. 29.* ea enim magis humanitati, quàm hominibus dantur, quæ etiam si gratitudine digna sint, gratiq; hominis animum deuincere soleant, qui ea accipit, non dicitur accepisse aliquid pecunia æstimabile, vt censeatur corruptus, incurrisseq; crimen repetundarum.

11 Igitur (vt redeamus ad institutum) qui pecuniam mutuam accipit ad vsum, nihil accipit pecunia æstimabile. Ergo non potest videri corruptus, neque huiusmodi acceptio censenda est legibus interdicta, quæ prohibent accipere à subditis munera pecunia æstimabilia, cuiuscunq; sint valoris. Antecedens, videlicèt vsum pecuniæ mutuæ, non esse pecunia æstimabilem, tam certum est, quàm vsuras esse illicitas, omniq; iure naturali, diuino, & humano, canonico, & regio, prohibitas. Est verò hoc tam certum, vt oppositum sit error in fide, *clement. 1. §. sanè, de vsuris*; & vsuras omni iure esse illicitas, latè prosequuntur Theologi Thomistæ cum D. Thoma 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. vbi Aragon. *in explicatione articuli*, Salon *controuers.* 1. Dominicus Soto *de iustit. & iur. lib. 6. q. 1. art. 1. conclus.* 1. Ioannes Medina *C. de rebus per vsuram adquisitis, quæst.* 2. Molina *de iustit. tract. 2. disput. 304. vol.* Leonardus Lessius *de iust. & iur. lib. 2. cap. 20. dubitat. 4. ex num. 23.* Rebellus *de obligat. iustitiæ, par. 2. q. 2. sect.* 2. Bonacina *summæ moralis tom. 2. tract. de restitutione, & contractibus disp. 3. q. 3. punct. 3. tertia propositione*, Vincentius Filuccius *moral. quæst. tract. 34. 2. p. cap. 1. ex nu.* 10. Azor *institut. moral. tom. 3. lib. 5. titul. de vsura, cap.* 2. Summistæ *verb. vsura*, Nauarrus *in manuali, c. 17 nu. 207. vers. habetur secundu*, *& in commentario, cap. si feneraueris*, 14. *q. 3. ex nu.* 7. Couarruuias *lib. 3. variarum, cap. 1. nu. 5.* Ioannes Lupus, Palac. Rube, *in repetit. cap. per vestras, notabil. 6. num.* 5. & ibi additionatores, Ioannes Baptista Lupus *de vsuris, cõment. 1. in l. curabit, C. de action. empt. §. 3. ex nu. 20.* Simancas *de catholic. instit. tit.* 66. Gutierrez *libr. 2. canonicar. quæst. cap. 18. ex num.* 1. Cagnolus *in d. l. curabit, nu.* 3. & omnes catholici communiter, scribit optimè Gaspar Rodericus *de annuis redditibus libr. 3. q. 4. præsertim ex nu.* 56.

12 Cauendum autem est ab errore eorum, qui vsuras licere existimarunt credentes non esse peccatum accipere aliquid vltra sortem ob pecuniam mutuo datam; quem errorem adscribit Græcis, Guido Carmelita, quem refert Alphonsus de Castro *lib. 14. aduersus hæreses, verb. vsura*, & Carolo Molinæo, Nauarrus, Couarruuias, & Lesius, paulò ante relati. Cui item errori adhæsit ante Hermanus Meiret *tractat. de pignoribus, & hyppothecis, lib. 1. tit. 7. num. 7. & 8.* eò ductus argumento, quod leges ciuiles iuris antiquioris id lucrum recipere permittant; & ordinatio politica, cuius Deus author est vsuras admittat. Sed eius fundamentum non minus est erroneum, quàm conclusio, in cuius probationem adducitur. Etenim omissa ea difficultate, quam inferiùs fortassis obuiter attingemus, an antiqua iura ciuilia vsuras saltem moderatas permiserint; in confesso est apud catholicos omnes, multa per iura antiqua ciuilia permissa fuisse, quæ iure naturali sunt vetita, quemadmdum, vt alia omittamus cõcubinatum, & meretricium: non ergo rectè argumentatur Hermanus, aut rectè colligit, licitum esse aliquid lege naturali, ex eo, quòd permittatur lege ciuili, nisi velit persuadere nobis de meretricio, & concubinatu, quod persuadere conatur de vsuris ex eadem ratione, quæ planè infirma est. Quemadmodum etiam non rectè infertur licitum esse, quod legibus non punitur, *l. at si quis*, 14. §. *Diuus autem Marcus, ff. de religios. & sumpt. funer.* obseruat Couatruuias *de sponsalibus, prima parte, cap. 4. in principio, num. 10. vers. nec sequitur*. Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, libr. 3. dicta quæst. 4. nu.* 56. notaui superius disputatione secunda, num. 270. Quod verò attinet ad id, de quo agimus, certum est apud catholicos quascumque leges ciuiles permittentes vsuras in præteritum, seù in posterum permissuras abrogatas fuisse décreto Concilij Viennensis, quod refertur *in dicta clementina vnica, in principio, de vsuris*, velut errantes contra naturale ius. Quà in parte, vtpotè in re spectante ad animarum salutem, finemque supernaturalem, ius canonicum præualet ciuili, Pontificiaque potestas excedit laicas, vt rectè adnotauit Couarruuias *lib. 3. variarum, cap. 1. nu. 6. vers. ego sanè*, Molina *de iustitia, dicta disput. 304. §. erant verò iniquæ, colum. mihi 341. volum.* 2. Lesius *de iustitia, & iure libr. 2. cap. 20, dubitat. 4. num.* 32. Cardinalis Tuscus *litera L. conclusion.* 277. *num. 41. cum sequentibus tomo* 5. Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, libr. 3. dicta quæst. 4. num.* 56. 97. 104. & 105.

13 Si igitur Iudex, qui mutuum accipit gratis, nullum accipit donum, nullum munus admittit prætio æstimabile, vt eleganter probat D. Thomas *secunda secundæ, dicta q. 78. art. 1. in corpore*, sed dumtaxat beneficium, quod mere gratis tenetur conferre in quemlibet proximum pius, & christianus homo, vt idem D. Thomas docet *dicta quæst. 78. art. 2. ad secundum*, non est cur censeatur violare leges prohibentes munerum, & donorum cuiuscunque valoris acceptionem. Quam rationem, & fundamentum huius sententiæ aperte præsensit, & approbauit Baldus *in l. venaleis, nu. 5. C. quando prouocar. non est necess.* cùm dixit, non videri corruptum eum, qui recipit gratis pecuniam à feneratore per ea, quæ notat Speculator *tit. de vsuris*, quo in loco Speculator non aliud dixit, quàm vsuras esse illicitas, & tuta conscientia exigi non posse, prohibitasq; esse iure cànonico; quod est propositum à nobis argumentum, congruamq; solutionem habere non potest.

14 Secundo probatur prædicta sententia, quia Iudex, qui iuxta antiqua ciuilia iura accipiebat mutuam pecuniam sub vsuris non existimabatur corruptus, etiam si eam sub vsuris deberet, vt probat textus *in l. Præsidis, §. Præses, ff. si certũ petatur*, quem expendebamus supra n. 7. & 8. Ergo iure nostro non est delictum Iudicem debere pecuniam sine vsuris, quia vsuræ deberi non possunt. Neque verò objiciat quis nobis textum *in l. quisquis, 16. Cod. si certum petatur*, qui videtur directò contrarius textui *in dicto §. Præses*, quoniam inferius in solutione ad secundum argumentum primæ sententiæ satisfaciemus ei antinomiæ.

15 Tertiò probatur, quoniam Iudices emere possunt, quæ necessaria sunt illis ad victum, & cultum *l. vnica, §. Prouincias, C. de contract. Iudicum, l. 5. titul. 5. part.* 5. notat Peregrinus *de iure fisci, libr. 4. titul. 7. num. 12. versic. limita secundò*, ac per consequens non prohibentur, quin hæc necessaria emant credito habita fide de prætio, Auiles *in cap. 2. Pratorum, verbo, de mercaderia, num. 41. & capit. 4. verbo, sea obligado, num. 17. & 18.* Bouadilla *lib. 2. politic. cap. 12. num.* 51. Neque enim Iudices minus indigent cæterorum auxilio, quam reliqui; paria autem sunt debere aliquid ex mutuo, vel ex venditione: ea enim ratione

vsura

vsura committitur, si quis pluris vendat credito, quam præsenti pecunia, quoniam in debito ex venditione inest mutuum, tacitum, & interpretatiuum, *cap. in ciuitate, de vsuris*, & ibi Doctores, Ioannes Baptista Lupus *de vsuris, commentar. 3. §. 5. ex num.* 100. & docet D. Thomas *secunda secundæ, quæstion. 78. artic. 2. ad septimum*, & Theologi communiter, Molina *de iustitia, tract. 2. disputat.* 355. Dominicus Soto *de iustitia, & iure, libr. 6. quæst. 4. artic.* 1. Lesius *de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 21. dubitat. 6. nu.* 51. Nauarrus *in dicto cap. si feneraueris, ex num. 26. & in manuali, cap. 17. ex num.* 210. Couarruuias *libr. 3. variarum, cap. 3. nu.* 7. Guttierez *lib. 1. canonicarum quæstionum, cap. 39. nu. 16. & seqq.* Parladorius *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 2, nu.* 10. Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib. 3. quæst. 7. numer. 30. & 37.* Ergo Iudices possunt etiam sine delicto accipere mutuam pecuniam sine vsuris.

16. Meum verò iudicium hac in re, si requiras existimo secundam sententiam verissimam, iuxta quam cẽseo cõconsulẽdum, & iudicandum, si se casus offerat, dùm tamẽ adhibeantur quædam cautelę, seu mauis limitationes.

17 Primò igitur limitabis prædictam secundam sententiam, vt Iudex mutuum accipere non possit à litigante, vel ab eo, qui proximè litigaturus sit ad ipsum. Quam limitationem apud Gallos lege à multis Regibus lata stabilitam esse testatur Guillelmus Benedictus *in cap. Raynuntius, verb. duas habens filias, num. 51. de testament.* & expresè cautur de iure Regni Neapolitani *in pragmat. 2. & 4. sub tit. de muneribus official.* notauitq; Baiardus *ad Iulium Clarum lib. 5. sentent. §. fin q. 73. num.* 30. idemq; statutum erat *in constit. communiter, de prohibito Curialium commertio*, sequitur Caballus *resolut. crim. centur. 2. cas.* 195. Hoc enim casu vix est, vt possit cessare impressio, metusq; ex parte mutuantis; præces enim Iudicis comparatione litigantis habent latentem vim imperij, vtpotè superioris erga subditum, vt eleganter cecinit Ausonius epigramatè ad Theodosium Augustum.

Scribere me Augustus iubet, & mea carmina poscit,
Pene rogans, blando vis latet imperio.

Atque præsensit diuinus Plato *libr. 36. suor. oper. epist. 7.* cum ait; *Praces Tirannorum necessitati permixtas esse non ignoramus*, notauit Bartolus *tract. de tirania, nu.* 21. Mauritius *tract. de in integr. rest. c. 277. num.* 15. Rebuffus *tom. 2. in leges Galliæ, tract. de rescissione contractuum, in præfatione, num.* 14. Tiraquellus *in tract. de pœnis temperandis, caus.* 35. Erasmus Cochier *de iurisdictione, to. 2. part. 2. quæst. 46. num.* 5. Cardin. Tuscus *liter. P. conclus.* 484. Cellus Hugo *consil. 120. num. 69. vers. nec omitto*, Mascardus *de probationibus, concl.* 193. Præsumit enim quicunque litigans nisi Iudicem sibi gratum reddat obsequio, obtemperando iussis, iustitiam se non obtenturum, à qua impressione, & metu, quam maximè debent Iudices abstinere ne incurrant pœnam statutam *l. si per impressionem, C. de his, quæ vi, metusuè caus.* videanturq; tiranicæ extorquere à subditis, quæ acceperunt, quod præsumi, docuit Bartolus *in d. l. principalibus, num. 2. ff. si cert. petat.* ex textu *in l. vnica*, & ibi Glossa *C. de salgamo hospitibus non præstando, lib.* 12. Decianus *tract. crim. lib. 8. cap. 38. num.* 17. præsertim quia gratitudo Comes est nobilitatis cum turpissima sit ingratitudo teste Seneca *initio libr. 3. de beneficijs*; nobilitate autem Iudicem exornatum esse opottet, vt prosequitur Matienzus *in dialogo relatoris, 3. p. cap. 2. & seqq.* Ita fiet, vt si à subdito litigatore beneficia accipiat, in eius ius plus debito propendeat, liberque non sit in iudicio, ac per consequens ad iudicandum ineptus; quippècum vt rectè docuit Diu. Thomas *opuscul. 2, cap.* 245. ad rectitudinẽ iudicij requiritur, vt animus Iudicis sit liber ab his, de quibus iudicaturus est; monendi sunt igitur Iudices ne se istiusmodi suspitioni expoãnt accipientes mutuum à litigatoribus.

18 Secundò limitabis eandem sententiam, vt Iudex non possit accipere mutuum gratis, & sine vsuris à mercatoribus, & negotiatoribus, qui pecuniam in suis quæstuosis artibus occupant; nam si ab istis accipiat gratis pecuniam mutuam, meritò censeri debet corruptus, vt notauit Caballus *dicto casu 195. num.* 4. Ratio est, quia cùm istis ob damnum emergens, ac item ob lucrum cessans, licitum sit in mutuo aliquid accipere vltra sortem, vt docet D. Thomas *2. 2. quæst. 78. art. 2. ad* 1. Sotus *de iustit. & iur. lib. 6. q. 1. art.* 3. Molina *de iustitia, tract. 2. disputat.* 314. & 315. Lesius *de iust. & iur. libr. 2. cap. 20. dub. 10. & 11.* Nauarrus *in manuali, cap. 17. num. 211. & 212.* Couarruuias *lib. 3. variarum, cap. 4. num. 1. & seqq.* Ioannes Baptista Lupus *de vsuris, comment. 1. §. 6. num. 101. cum seqq.* si Iudex ab eis accipit gratis mutuam pecuniam, remittitur ei licitus quæstus, qui ex huiusmodi mutuo posset exigi, ea vero remissio, ac renunciatio vim habet donationis, vt docet Bartolus *in l. si fraudator, 25. in principio, ff. quæ in fraud. credit.* Baldus *in rubrica, num. 7. Cod. de reuocand. his, quæ in fraud. creditor.* Tiraquellus *in leg. si vnquam, verb. donatione largitus, num. 173. & seqq. C. de reuocand. donation.* Couarruuias *lib. 2. variarum, dicto cap. 4. nu.* 8. qui alios refert, Castillo *in l. 55. Tauri, in verb. por quito, num. 24. in fin.* Matienzus *in leg. 2. tit. 3. libr. 5. recop. gloss.* 3. Nauarrus *in comment. de spolijs Clericorum, §. 15. num.* 5. & est doctrina Glossæ *in cap. ex parte, 1. 2. verb. dimittere, de offic. & potest. Iudic. deleg.*

19. Exceptis istis duobus casibus, cessanteq; impressione, & violentia, abusuque potestatis iudiciariæ, non crederem, imputandum Iudici vitio, aut culpæ, neque imputarem in iudicio syndicatus, aut visitationis, si mutuum accepisset à subditis gratis, quibus reddita principali sorte, nihil subinde debet, quia nihil ab eis accepit, quod prætio possit æstimari, vt dictum est.

20 Neque verò aduersus hanc sententiam, quidquam faciunt argumenta in primæ probationem adducta. In primis autem (ne id quoque omittamus) si rectè expendantur loca authorum, quos pro ea retulimus, inuenientur quamplures ex illis non exactè quæstionem disputasse, sed retulisse se ad aliorum placita, inter quos enumerari potest doctissimus Gregorius Lopez. Baldus autem, item Auiles videntur in hoc articulo sibi contrarij, & recantasse palinodiam. Bernardus Diaz regulam statuit, quam censet limitandam, iuxta Iasonis doctrinam, ac per consequens nobis contrarius non est; cæteri non exactè rem tractarunt. Non est autem magni ponderis auctoritas eorum, qui sine vllo iudicio, & examine aliorum placita recensent tacitè approbantes; quod adeò verum est, vt communis opinio dici non possit ea, quæ plures Doctores eam asserentes habet nulla disputatione præmissa, sed perfunctoriè, & (vt dicitur) per transennam illam sequentes, vt doctè monuit Ioannes de Neuizanis *in sylua nuptiali, lib. 5. num.* 29. Alciatus *de præsumptionibus, reg. 1. præsumpt. 51. numer.* 2. Menochius *de præsumptionibus, lib. 2. præsumpt. 71. num. 39. & consil. 51. num. 54. lib.* 1. Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disput. 44. num. 2. in principio.* Ideò multi dixerunt nulla, aut parua consideratione habenda esse, quæ perfunctoriè, & in transitu dicuntur, inter quos sunt Tyberius Decianus *respons. 3. num. 35. volum.* 3. Mascardus *de probationibus, conclusion. 1143. opinionem communem, num. 11, volum.* 3. Antonius

Ga-

Gabriel *libr. 1. communium, tit. de testibus, conclus. 4. num. 85*, Gonzalez *in regul. 8. Cancellar. glos. 5. §. 8. numer. 56. & seqq.* qui alios referunt. Et Nauarrus *in manuali, cap. 27. num. 289.* rectè, & grauiter censuit communiorem esse illam opinionem, quam sex, vel septem Authores classici rem ex professo tractantes assererent, quàm probatam à quinquaginta sola ferè authoritate priorum adductis, & qui more auium volatum anteriorem sequantur, quod familiare esse Iurisconsultorum vitium, præter Nauarrũ, & Sanchez, relatos, notarunt Decius *consil. 494. num. 15. & consil. 499. num. 12.* Molina *de primogen. lib. 2. cap. 8. nu. 31. in fine*, & Ioseph Ludouicus *decis. Lucensi, 31. num. 22.* Opinio enim communis non ex numero opinantium, sed ex pondere authoritatis fit. Quam doctrinam vellem haberent præ oculis stulti, & communistæ, quorum minus indocti ex multitudine Authorum, quod verũ, & equum est, diiudicant, aduersantes præcepto Imperatoris *in l. 1. §. sed neque, C. de veter. iur. enucl.* alij ex solo stylo (sic enim vocant) sine lege, sine Doctore, imò verò ex suo prorsus capite vtinam benè sano.

21 Ad primum argumentum respondendum est, concessa maiori propositione, & negata minori; qui enim accipit gratis mutuam pecuniam, nullum sentit compendium, cùm ex mutuo nullum possit licitum commodum mutuanti prouenire, neque à mutuatario extorqueri, attento ciuili iure Hispano, & communi canonico, imò verò naturali, & diuino, vt notauimus supra nu. 11. & 12. Textus verò *in l. quin etiam*, procedebat iuxta ius ciuile antiquum Romanorum, per quod licebat mutantibus recipere vsuras ex mutuo, vt inferius attingemus, ac per consequens, si cui pecunia mutua sine fænore dabatur, videbatur remmiti compendium, & lucrum, quod leges illæ permittebant accipere, qua propter censebatur corruptus, quippè cùm lucrum sentiret ex eo, quod alicui faceret, vel non faceret negotium; iure verò nostro ea ratio cessat.

22 Ad Confirmationem dicendum est, illicitum quidem esse, accipere mutuam pecuniam cum onere faciendi, aut non faciendi alicui negotium: ob id quem, quod gratis debuisset, quis potius facere, quàm extorquendo mutuum ab eo, qui sponte illud non daret. Itaque duabus de causis id turpiter accipitur, primò, quia per impressionem, & metum inducitur ad mutuandum is, qui alioqui non mutuaret, adnotata *in l. si per impressionem, C. de his, quæ vi*, secundò, quia venditur id, quod gratis potius fieri debuisset, *l. vltima, ff. de condict. ob turp. caus. l. 54. tit. 14. par. 5.* qui est optimus textus, & *l. 47. eodem titulo.* Spectato igitur iure Castellæ non consistit turpitudo recipientis in eo, quod ex mutuo gratuito compendium, & lucrum sentiat mutuatarius ob onus iniũctum, videlicèt, vt alicui negotium faciat vel non faciat; nullum enim sentit, & restituens principalem sortem reddit omne, quod debet, sine vlla alia vtilitatis, & lucri reliquia; sed in eo, quod mutuantem compellit ad mutuandus, & onus mutuanti imponit ob id, quod gratis potius facere debuisset. Quemadmodum illicitum quoque est mutuare, sub pacto de remutuando, vt post D. Thom. 2. 2. q. 78. *art. 2. ad 4.* & cõmunem sententiam Theologorum latè prosequitur Molina *de iustitia, tractat. 2. disput. 308. vol. 2.* & Gaspar Redericus *de annu reddit. lib. 3. q. 5. nu. 18.* tametsi remutuatio ipsa non sit res prætio æstimabilis.

23 Ad secundum argumentum desumptum ex *l. quisquis, C. si cert. petat.* respondendum est eam legem duobus sensibus accipi posse, seù (vt cum vulgo loquar) duos habere intellectus, vt omittam alios, quos illi Accursius assignat, tàm ibi, quàm *in d. l. Præsidis, §. Præses, ff. eodem titulo*, qui videtur textus contrarius. Primus est, vt intelligatur de eo, qui pecuniam fænebrem, idest eam, quæ sub vsuris dari solebat, dat Iudici mutuam sine vsuris; iste enim iubetur puniri, quasi emptor legum, ac Prouinciæ, atque item Iudex, qui eam accipit iuxta ista iura. Secus est, si quis daret Iudici pecuniam fænebrem sub vsuris, aut ipse sub vsuris acciperet; iste enim casus extra pœnam est, vt *in d. l. Præsidis, §. Præses*, atque ita conciliari potest ista Antinomia.

24 Quod si ita explicetur *d. l. quisquis*, iure optimo procedebat, iuxta ius ciuile antiquum Romanum, quo permittebantur vsuræ vt adnotauit Couarruuias *libr. 3. variarum, cap. 1. num. 6. vers. ego sanè*, Gaspar Rodericus *de annuis reditibus, lib. 3. q. 4. nu. 56. & ibi ex nu. 54.* rem exactè examinat recitatis omnium sententijs, Molina *de iustitia, tractat. 2. disp. 304. §. quod ad ius Cæsareum, cum seqq.* Lessius *de iustit. & iur. lib. 2. cap. 20. dubitat. 4. num. 31. & seqq.* Idque nòn solùm, quia tolerarētur vsuræ, quasi conniuentibus superiorum oculis, vt alia pleraque illicita, vt nunc quoque publica prostibula, & simplices fornicationes, quæ non deueniunt ad concubinatum, quas notat Hippolytus de Marsilijs *singular.* 150. post Bartol. *in l. si vxor, 13. in princip. nu. 1. & 4.* per textum ibi, *ff. ad leg. Iul. de adulter.* & alios, impunibiles esse de iure, quo duntaxat modo permissas fuisse vsuras, videtur sentire D. Thom. 2. 2. *dicta q. 78. artic. 1. ad 3.* sed etiam, quia quodam modo approbarentur concessa ab antiquis legibus actione ad eas recuperandas, & denegata repetitione, quasi quæstus vsurarius non esset turpis, & illicitus; quidquid alij dixerint: de quo videatur Sotus *de iustit. & iur. lib. 6. q. 1. artic. 1. ad tertium argumentum*, Io. Baptista Lupus *de vsuris, comment. 1. in l. curabit, C. de action. empt. §. 3. ex nu. 35.* Federicus Martini *de iure censuum, cap. 1. ex num. 65.* Iam verò inter catholicos eò res deuenit, vt non leuis dubitatio sit, an possit licitè Princeps Christianus vsurarum exercitium subditis suis permittere, quam tractarunt Baldus *consil. 449. ius naturale, lib. 3.* Alexander *consil. 1. & 2. lib. 2.* Couarruuias *lib. 3. variarum, dicto cap. 2. nu. 8.* Thesaurus *decis. 57.* in qua inseruntur de eadem re duo consilia, Marta *de iurisdictione, 2. part. cap. 3. ex nu. 17.* Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, libr. 3. dicta quæst. 4. nu. 97.* Itaque antiquo iure Romanorum spectato Iudex, qui recipiebat sine vsuris fænebrem pecuniam, videbatur lucrari vsuras, quæ possent iuxta leges illas exigi, earumq; remissio censebatur planè donatio, vt notauimus supra num. 18. iure verò nostro spectato, quod est conforme iuri naturali, diuino, & canonico, nihil censetur accipere prætio æstimabile, qui pecuniam mutuam accipit sine vsuris, præterquàm si acciperet ab eis, qui ratione damni emergentis, aut lucri cessantis possent vltra sortem aliquid exigere, iuxta adnotata dicto nu. 18. quo casu rectè procederet hodie, *d. l. si quisquis*.

25 Sed quoniam fortassis prædicta interpretatio videbitur diuinatoria, subiungam secundam, quam communiter Doctores amplectuntur, videlicèt *d. l. quisquis*, agere de Iudice, qui accipit mutuum lucri, & negotiationis causa, quod tanquam a iure reprobatum pęna dignum est; textum vero *in dicta l. Præsidis, §. Preses*, agere de Iudice accipiente mutuam pecuniam ad vsus necessarios. Ita conciliatur vnus textus cum alio, & *d. l. quisquis*, non est aduersa nostræ sententiæ. Ita interpretatio placuit Accursio *in d. l. Præsidis, verb. non prohibetur*, Bartolo, *in d. l. principalibus, num. 2. ff. si cert. petat.* eam sequuti sunt Cynus, Albericus, Baldus Angelus, Salycetus, Fulgosius,

in d. l.

in d.l.quisquis, & Paulus Castrensis *in tit.* [illegible] *l. principalibus* vbi Romanus *nu.2.* Alexander *num. 1. & 4.vers.quintò limita*, Iaso *num.2.vers.quartò limita*. Sed non video quantumuis sit cōmunis, quomodò à diuinatione sit excusanda, quod erat vitium præcedentis, Tametsi sciam licitum esse diuinare ad conciliandas legum Antinomias, vt docuit Bartolus *in l.ita stipulatus*, 115. *num.* 28.*ff. de verbor. obligat.* quem sequitur Ripa *in l. 1.nu.*22.*ff. de vulgar. & pupillar.substit.* Petra *de fideicommissis*, *quæst.9.num.*47.eleganterq. adnotauit Claudius Cantiuncula *in topicis legalibus, in loco à comparatione, circa medium.*

26 Addo tertiam interpretationem; pœnam inquam *d. l.quisquis*, latam esse non aduersus eum, qui Iudici pecuniam sub fœnore dederit ex vero mutui contractu, nulla simulatione, aut fraude interueniente, quod planè licebat, iuxta textum *in d.l. Præsidis*, §. *Præses*; sed aduersus eum, qui sub prætextu fœnoris Iudicem donatione pecuniæ corrumpit, & aduersus Iudicem, qui se sub mutui prætextu corrumpi patitur; quod ex ipsius legis contextura conijci poterit. Expendamus literam, quæ quod ad casum, de quo agimus attinet omisso, quod extra rem est, ita habet: *Quisquis Iudici fœnebrem pecuniam mutuauerit, si in Prouincia fuerit versatus, quasi emptor, legum, ac Prouinciæ, exilij pœna, vna cum ipso Iudice plectatur*. Certè *versari in Prouincia*, non dicitur quis propriè; quòd in Prouincia habitet, vel degat, sed verbum, *versor*, magis ad mores pertinet. Calepinus, *versor versari, voluto, obuersor, tracto, mundinor, consuesco*, Caluinus in lexico ex Spiegelio, verbo, *versari*, *est autem versari in aliqua re assiduum esse, l.1.§.7.ff.de offic.Præfect.Vrb.* quare clausula illa, *quasi emptor legum, ac Prouinciæ*, non est referenda ad verbum sequens, *plectatur*, sed ad illud antecedens; *fuerit versatus*. Quis autem quæso versatur in Prouincia, quasi emptor legum, & Prouinciæ, nisi is, qui solet Iudices donis corrumpere, eorumq. fauorem, & familiaritatem emere, vt pluris postea vendat, & eo modo sibi quæstum paret? ita fit; vt lata sit lex aduersus simulatos Iudicum corruptores, qui sub mutui prætextu donationibus sibi Iudices deuinciunt; non aduersus simplices homines, qui charitatis Christianæ, & misericordiæ, aut veræ amicitiæ affectu, Iudicum necessitatibus subueniunt mutuata pecuniam, quam post recipiant ab obligatis ad eius restitutionem. Adijcio aliam coniecturam, quoniam lex duos casus complectitur, & duo delicta eadem, & pari pœna coercet. Primum est eius, qui Iudici pecuniam fœnebrem mutuauerit: secundum eius, qui honoris prætium dederit; vbi autem idem eius est, & eadem pœna, eadem etiam esse debet ratio delicti, *l.illud ff.ad l. Aquil.* cum similibus. In secundo autem casu Iudici prætium datur honoris; ergo vt primus cum secundo conueniat; in primo prætium datur iustitiæ sub paliata donatione sine onere restituendi; vt quemadmodum in secundo Iudex punitur, vt venditor honoris, ita in primo puniatur quasi venditor iustitiæ. Certè Salycetus *in d.l.quisquis*, hanc interpretationem subolfecit, *cum nu.1.* postquam dixerat, non posse subditum dare Iudici pecuniam mutuam, adiecit: *Item nota, quod dans præsumitur Iudicem corrumpere, ex quo sequitur, quod in eis barattaria præsumitur, licet titulus mutui adijciatur*; consonat Alciatus *in d.l.Præsidis, num.5.* explicans secundum casum *d.l.quisquis*, de eo, qui pecuniā dedit Iudici, vt dignitatem emat, *quo casu* (ait) *suspectus esset, ne mutuanti iustitiam proderet*, & Decianus *tract. crimin.lib.8.cap.38.num.14.* cum ijs, quod referemus infra num.29.

Verùm, vt ingenuè fatear, nulla ex istis interpretationibus difficultatem textus enodat, neque mihi omninò placet. Magis arridet quarta interpretatio, quam tradit Iulius Pacius *legum conciliat.* [illegible] *3.quæstion. 79.* videlicet *dictam l.Præsidis*, agere de Præside, cui quia Præses est, licet mutuum dare, dictam verò *l.quisquis* agere de Iudice propriè sumpto nomine, idest de eo, qui actu Iudex est, & apud quem litigat is, qui mutuum dedit. Quare tametsi verum sit, appellatione Iudicis, tùm Præsidem, tùm Prætorem, & cæteros Magistratus contineri, *l.si Iudex, 41.ff.de minoribus,* [illegible] *ff.de iudicijs*, *Rub.ff.de rebus auctor. Iudic. possiden.* nihilominus isti ijdem Magistratus, quibus liceret mutuum dare aliàs, tunc mutuum accipere prohibentur, cùm ab ijs accipiunt, inter quos iudicant. Quod ideò placuit, ne prætextu mutui Iudices corrumpantur, & sententiæ Præsidum venales fiant. Igitur prædicta *l.quisquis*, solùm probat eam limitationem, quam tradidimus supra nu.17. & nullatenus aduersatur textui *in d.l.Præsidis*, §.*Præses*.

27 Aduersus tamen secundam interpretationem, quæ magis recepta est, obijci posse videtur. Quia ratio cur Doctores permittunt Iudicibus accipere mutuam pecuniam à subditis est, quoniam necessitate videntur excusari, cùm ad vsus suos pecunia egent, qua necessitas multa indulget, quæ ea seclusa nequaquam concedi possent, vt rectè obseruat Alciatus *in d.l.Præsidis, nu.7.* Salycetus *in d.l.quisquis, num.1. in fine*, & nos supra num.8. At hæc necessitas ex eo non videtur eos excusare, quoniam se in necessitate constituerunt Magistratum subeuntes: necessitas autem excusare non solet eum, qui sibi ipsi causa necessitatis fuit, quare illi non est subueniendum, *l.si fideiussor,7. §.si necessaria, in fine, ff.qui satisdar. cogant.l.2. §.si quis tamen*, & ibi Glossa *verbo, arctauerit, ff.si quis cautionibus, l.3.§.subuenitur, ff.ad syllanian.* Felynus *in cap.quæ in Ecclesiarum, num. 67. de constitution.* Gregorius Lopez *in l.31.titul.9.par.1.gloss.7.& in l.22.tit.11.par.3.gloss.3.* Couarruuias *lib.2.variarum, cap.16.nu.9. & in practicis, cap.6.num.2. in fine*, Menochius *de arbitrar. Iudic. lib.2. cent.2.cas.182.ex num.37.* cum plurimis omissis. Melius igitur faceret Iudex iste pauper, & egenus, si se Magistratu abstinuisset, ne illum necessitas cogeret à subditis necessaria petere, & accipere mutuam pecuniam ad suas necessitates subleuandas, quàm si voluntariè in egestatem incidendo per Magistratus susceptionem, prohibitionem legum excusatione necessitatis effugiat.

28 Respondendum est, regulam quidem esse, nulli subueniendum, qui se in necessitate constituerit; verùm esse limitandam tunc, cùm culpa non est ordinata ad necessitatem; eo enim casu, etiam si culpa sua quis in necessitatem inciderit; eū necessitas excusat, & nō redit indignum beneficio. Quæ fuit doctrina Glossæ *in cap.quia diuersitatem, verb. suspensus, de concess.præbend:* quam sequitur Panormitanus ibi *num.11.& 13.* Felinus *in d.cap. quæ in Ecclesiarum, num.67.vers.non obstat etiam, de constitution.* Decius ibi *nu.37.* qui loquitur in indiuiduo de paupertate, docuit Bartolus *in l.2.§.simili modo, ff. si quis cautionibus*, Angelus *in quæst.6.Bononiensis suæ ciuitatis bannitus, num.15.* Menochius *de arbitrarijs, cas.182.nu.59.* Surdus *decis.262.ex nu.16.* & alij, nos diximus disput.2.num.616. Non est autem putanda causa necessitatis Magistratus susceptio, siquidem multi, diuites etiam, tam Magistratus quàm non Magistratus incidunt quotidiè in necessitates, ob quas coguntur petere mutuum. Ita fit, vt necessitas excuset Magistratum ex communi Doctorum sententia, si mutuum petat à subditis, quia non ordinatur Magistratus administratio ad necessitatem incurrendam, neque

que

que eam consequitur necessitas infalibiliter, præsertim cum ex salario publico, & emolumentis Iudex ali possit.

29 Ad tertium argumentum dicendum est, aduersus Iudicem, non ex eo solo, quòd mutuũ accipiat ad suas necessitates subleuandas, præsumendam esse illicitam munerum palliationem, seù simulationem; alioqui ex eo, quòd emat necessaria ad victum, vel vendat semel, aut iterum superflua, posset eadem simulatio præsumi, sed id ex adiunctis circumstantijs esse præsumendum, veluti si etiam acciperet, si interposita persona suspecta, si à litigatore, vel alio simili suspitioni obnoxio. Verum tamen si mutuum palàm, & bona fide contractum esset, & de simulatione non constaret, veluti si se Iudex, vel in priuato chirographo, vel publica scriptura obligasset ad id restituẽdum, vel accepisset mutuum sub pignore, quod planè nõ fecisset, si pecunia dono illi data esset; (eiusmodi enim dona solent, tàm occultè accipi, vt nullum eorum remaneat vestigium, neque possit donator donatarium ad restitutionem compellere) nullius criminis esset reus Iudex, qui eo modo mutuum acciperet. Tametsi verùm sit, Iudicibus consilium esse dandum, vt quantum fieri possit abstineant ab istis contractibus inter suboitos, quemadmodum eos hortata est apud Neapolitanos *pragmat.4. vers.praterea eosdem, de munerib. official.* quoniam, vt prudenter animaduertit Molina *de primogenijs lib.2.cap.8.nu.41.& lib.4.cap.5.nu.29.ex l.si pupillorum, §.si pupillus ff. de reb.cor.* antequam actus fiat, tutior pars est eligenda; Iudex autem propter istas prohibitiones expositus est periculo suspitionis, vt adnotauit Farinacius *in praxi criminali, q.111.num.170.cum tribus sequentibus, vol.3.* Mascardus *dicta conclus.164.nu.5.* Baiardus *ad Iulium Clarum, lib.5.sentent.§.fin.q.73.num.27.& seqq.*

30 Si tamen id fecerit vrgente necessitate, constetq; syndicatori de veritate mutui, præsertim si tempore syndicatus iam solutum sit, nulla pœna dignus est. Idque si benè aduertamus probat argumentum ipsum, quod dissoluimus, siquidem mutuum Iudici factum vocat titulum iustum prohibitæ donationis, quod planè indicat licitum esse Iudici mutui contractum exercere; illicitum verò donationem recipere, dolumq; esse, iniustum iusti nomine, & titulo tegi, & dissimulari, quod nos non negamus.

SVMMA DISPVTATIONIS quartæ.

1 *TRiplex est genus emolumentorum Iudicis.*
2 *Disputatio tractanda est de Iudice delegato salariato.*
3 *Iudex delegatus non salariatus absque dubio percipit partes pœnarum; &c.*
4 *Extenditur resolutio ad Iudices superiores, Auditores Regios, aut Alcaldos, cum delegantur.*
5 *Explicantur l.15.tit.6.lib.2.recopilation. & num. 6. & 7.*
8 *Confirmatur resolutio alijs legibus, & limitatur.*
9 *Ratio decidendi d.l.15.*
10 *Secunda ratio decidendi d.l.15.*
11 *Titulus disputationis proponitur, & declaratur.*
12 *Prima sententia negatiua.*
13 *Probatur primò.*
14 *Probatur secundò.*
15 *Probatur tertiò.*
16 *Probatur quartò.*
17 *Secunda sententia affirmatiua, & nu. 18.*
19 *Distinguuntur casus, & primus refertur.*
20 *Prima conclusio.*
21 *Laboris, & præmij perpetua est, & mutua proportio.*
22 *Ratio decidendi in l.9.tit.5.lib.3.recopilat.designatur omissa à scribentibus.*
23 *Præmium promissum capienti malefactorem, non debetur familiæ potestatis eum capienti, iuxta Bartolum.*
24 *Non debet quis duplici damno onerari.*
25 *Rationes dicendi l.31.tit.6.lib.3.& l.11.tit.21.lib.4.& l.13.tit.7.lib.9.recopilation.*
26 *Secundus casus proponitur.*
27 *Secunda conclusio, qua deciditur.*
28 *Tertius casus distinguitur,*
29 *Tertia conclusio.*
30 *Probatur efficaciter, & vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.*
31 *Eadem ratio quòad hoc militat in ordinario Iudice, quæ in delegato.*
32 *Delegatus ad vniuersitatem causarum est instar ordinarij.*
33 *Est cur Principes magis æstiment delegatos Iudices, quam ordinarios, curque eis magis faueant.*
34 *Non est lex, quæ prohibeat delegatos adquirere quedã lucra.*
35 *Consuetudinis, quòd Alcaldi Curiæ percipiant* derechos de los despreces omecillos, y sangre, *quæ nam sit ratio.*
36 *Dissoluuntur primum, & secundum argumentum primæ sententiæ.*
37 *Tertium argumentum dissoluitur.*
38 *Quarto argumento satisfit.*
39 *Admonitio Authoris, & omnes homines esse lucri cupidos, tametsi quidam dissimulent, aut contrarium simulent.*

DISPVTATIO IV.

Vtrum Iudex delegatus salariatus, possit vltra salarium exigere sportulas actorum, & partes pænarum, quas leges Regiæ Iudicibus designant, & applicant?

Ad l.31.titul.6.lib.3.& l.15.titul.6.lib.2.l.11.tit.21.lib.4.& l.13.tit.7.lib.9. nouæ recopilat.

1 EMolumentorum, quæ Iudices ratione officij sui onerisque iniuncti percipiunt, tria sunt genera. Primum est, salarium publicum, quod in nostro Regno Hispano designatur, tùm ordinarijs Iudicibus, tùm delegatis. Secundum sunt minuta quædam commoda pecuniarum, quasi, per stipem collectarum iure actorum, quæ Iudex quotidie facit, de quibus statuitur *in libr.3.recopilationis, titul.10.del Aranzel de los derechos de las justitias ordinarias*. Has vocamus sportulas, de cuius nominis significatiòne videndi sunt Alexander ab Alexandro *lib.5.genialiũ dierum, cap.24.* Cælius Rodiginus *libr.12. lectionum antiquarum, cap.21.in fine*, Alciatus *libr.3.dispunctionum.cap.17.* Caluinus *in lexico iuris verb.sportula*, Ioannes Garcia *de expensis, & meliorationibus, cap.21.ex num.11.* vbi de translatione huius nominis ad hæc significanda, & est in Codice Iustiniani *titul.2.lib.3.de sportulis, & sumptibus in diuersis iudicijs faciendis, &c.* Tertium genus emolumentorum est pars quædam pœnarum pecuniariarum, quam ob varia delicta leges Iudicibus assignant, vt fere in pragmaticis recentioribus designatur tertia, vel quarta pars

pœnæ

pœnæ applicanda Iudici sententiam ferenti. Item in rescriptis regijs de administratione eius contributionis, quam in nostro Regno, vulgo vocamus, *Millones*, & in statutis ciuitatum, & populorum circa custodiam montium, & agrorum, vt erat statuta in saltu illo, quem commemorat Gordianus Imperator *in leg.2.C. de noxalibus action.* De hoc tertio genere emolumentorum agit textus *in dicto titul.10.cap.1.2.& 10.libr.3. recopilation.* Est verò inter emolumenta primi, & secundi generis ex vna parte, & emolumenta tertij ex alia, discrimen notatu dignum; quòd salarium, & sportulæ Iudicibus assignata censenda sunt fauorabilia: fauore enim Iudicis sunt constituta, vt habeat vnde alatur, eique de victu, & cultu prouisũ sit. Emolumenta verò tertij generis censenda sunt odiosa, quæ non tam respectu Iudicis, & vt ipse commodum sentiat, ac ditescat, designata sunt à legibus, statutis, aut rescriptis, sed odio potius delictorum, atque vt Iudices, & Officiales, qui fortassis, non ita permouerentur zelo vtilitatis publicæ ad insectanda delicta, sed dissimularent potius, vt plerùmque faciunt in ijs causis, ex quibus commodum non expectant proprij lucri cupiditate, & quæstus sibi propositi auiditate saltem delinquentes persequerentur, delictaque impunita non manerent, homínesque vel pœnarum, & mulctarum metu, quas sibi certò sciunt infligendas sine vlla remissione, cùm ad Officiales iustitię iure pertinent, deterreantur à peccatis, & à delictis abstineant. Tametsi enim leges istæ per accidens, (vt phylosophicè loquar) faueant Iudicis lucro; per se tamen, & præcipua intentione spectant ad delictorum terrorem, & punitionem, adhibentque lucrum Iudicis tanquam medium ad consequutionem finis principalis, nempè vt delinquentes nullibi se tutos existiment ab Officialibus suum lucrum inhiantibus, vt planè indicat textus *in l.66.titul.21.libr.5.recopilation.* & obseruat Redinus *tractatu de maiestate Principis, ad verbum, non armis solùm decoratam, secunda parte, numer.* 201. loquens de armis, quæ applicantur exequutoribus *in leg.28.tit.23.libr.4.recopilation.* Ac per consequens rectè dictum est eiusmodi emolumenta censenda esse odiosa; quia odium in eis præcipue viget, etiam si aliquis fauor inueniatur; iste enim ordinatur ad illud tanquam ad finem. Censura autem fauoris, vel odij in dispositionibus desumenda est ab eo, quod præcipuum est, iuxta communem traditionem Doctorum *in l. quartitur, ff. de statu hominum*, cuius meminere Geminianus *in cap. soliciant cuncti, 12. numer.6. de electione in sexto*, Philippus Franchus *ibidem num. 5. & 6.* Tiraquellus *de retractu lignagier. §.30 glossa prima num.4. & 5.* vbi rectè docet semper actum iudicari à principali intentione agentium, Peregrinus *de fideicommissis art. 1. num.24. & 25.* Flaminius Parisius *de confident. beneficial. quæstion.13. ex numer.12.* Molina *de primogen. libr.1. cap.18.numer.3.* Prætis *de interpretation. vltimar. voluntat. libr.1. interpretat.1. dubitat.4. solution.2. ex numer.11.* Menochius *de recuperand. possession. remed.1. ex numer.13.* Gutierrez *libr.4. practicarum quæstion.24. numer.28. & seqq.*

2 Quæstio verò proposita est à nobis de Iudice delegato salariato; neque enim dubitandum est, quin Iudex ordinarius præter salarium possit omnia ista commoda percipere, cum id expressè leges illi concedant; videlicet, *totus ille titulus decimus, libr.3. recopilation. & l.9. titul.5. l.7. & 8. tit.6. eiusdem libr.3. & l.11. titul.21 libr.4. recop.*

3 Neque item dubitant Doctores nostri, quin Iudex delegatus, cui per commissionem suam salarium non assignatur, possit percipere ista emolumenta; id enim planè videtur probari *ex leg. 11. titul. 21. libr.4. recopilation. versicul. y mandamos*, ibi, *que no lleuen mas derechos de execution* (videlicèt cùm cognoscunt de causa tanquam delegati) *de los que les perteneciere, y debieren lleuar como Iueces ordinarios de los tales lugares, & leg. 31. titul. 6. libr.3.* ibi *Y no lleuando salario solamente lleuen los derechos por la tabla del concejo, donde se hiciere la execution*, quæ lex loquitur de Iudicibus delegatis, seù Commissarijs. Notat Bouadilla *lib.2. politica, cap.21. nu.35. & lib.5. cap.1. num.243.* Rodriguez *tractatu de exequutione, capit.7. num.11*, Ioannes Heuia Volaño *in curia philippica, 2. par. del juicio executiuo, §.33. num.8.*

4 Quæ quidem resolutio, quæ apud nostros est indubitata, ampliãda est, etiam si Iudex delegatus non salariatus sit aliquis de Iudicib. superioribus, videlicèt, aut Regius Auditor, aut Iudex criminum, quem *Alcalde* vulgo vocamus. Isti enim cùm delegantur ad aliquas causas sine designatione salarij, si causæ sint eius naturæ, & conditionis, in quibus alij Iudices ordinarij, vel delegati, possent iure applicare sibi per sententias, & percipere partes pœnarum per leges assignatas, possunt etiam ipsi eas sibi applicare, & percipere, dummodò per delegationum instrumenta, seù rescripta, id eis prohibitum nõ sit. Qua in re vidi precipitem lapsum supremi cuiusdam tribunalis existimantis, non posse Iudices istos applicare sibi partes istas pęnarum: verùm vbi caput se in præceps dat, caput membra sequuntur. Ampliationis tamen nostræ fundamentum est *l.15. tit.6. lib.2. recopilat.* cuius verba referã; *Mandamos que asi en los pleitos que de aqui adelante se mouieren, como en los que al presente estan pendientes, que no estuuieren sentenciados en reuista, los Alcaldes de nuestra casa, y corte, y los Alcaldes de las nuestras audiencias, y chancillerias, y los otros Iueces superiores, de los quales, y en los cassos, que no ay grado para appellar, o suplicar para otros tribunales, en los negocios, y delitos, que sentenciaren, aunque ayan venido ante ellos en primera instancia, no puedan lleuar, ni lleuen la parte de las penas, que por leyes, y pragmaticas destos Reynos se aplica a los Iueces, que las determinaren, y que la parte, que conforme a las dichas leyes auian de auer los dichos Iueces de aqui adelante sean, y se apliquen para la nuestra camera, y fisco. De manera, que el Iuez, o Iueces de quien, y en los cassos, que no vuiere grado de appellacion, o suplicacion para otro superior, no pueda lleuar, ni lleue parte de las dichas penas quedando las dichas leyes en su fuerza, y vigor, enquanto a los Iueces inferiores.* Quæ lex continet limitationem eius regulæ generalis, quòd Iudices possint per suas sententias assignare sibi partes pœnarum statutas à legibus, seù pragmaticis Regis. Ea enim est limitanda, cum Iudex cognoscit de causa tanquam superior, à quo nõ potest interponi appellatio, seu supplicatio ad superius tribunal. Quæ limitatio amplianda est etiam si talis causa deueniat in prima instantia ad eiusmodi Iudicem. Quæ tamen lex, vt vberius explicetur, duo casus notandi, & distinguendi sunt. Primus, quem expressè lex ipsa continet, & determinat, est, cùm Iudices isti superiores Auditores, aut Alcaldi, cognoscunt de aliqua causa non vt singuli, sed vt vniuersi, & per modum vnius tribunalis, vt coniudices cum alijs, quorum singula vota, & iudicia non constituunt sententiam, sed coniuncta cum votis aliorum iuxta *l.26.43.44.47. tit.5. libr.2. recopil.* & doctrinam Bartoli *in l. si vni ex pluribus, 36. aliàs Pomponius, num.1. & seqq. ff. de re iud.* Quo casu à sententia pronunciata ab Auditoribus, aut Alcaldis non potest interponi appellatio, aut supplicatio ad superius tribunal,

sed

ſed interponitur ſupplicatio ad idẽ tribunal, in quo perſẽtentiã reuiſionis cõfirmatur, aut reuocatur prior ſentẽtia, ſine vllo alio recurſu ordinario, iuxta *l. 22. tit. 4 lib. 2. rec.*

5 Primo igitur iſto caſu, *d. l.* 15. quam interpretamur definit, non poſſe Iudices illos ſuperiores applicare ſibi partes pœnarum per ſuas ſententias, quas leges Iudicibus decidentib. cauſas applicant. Idque non ſolùm ſi cognoſcãt de cauſa in gradu appellationis interpoſitę a Iudicib. inferioribus, ſed etiã ſi cauſa ad eorum tribunal deueniat in prima inſtãtia, vt multis caſibus poteſt deuenire.

6 Secundus caſus eſt, quem lex non exprimit; apertè tamen indicat diſtinguendum a primo, quo Iudices iſti, qui alias vnam vniuerſitatem ſuperiorem componũt cognoſcentem de cauſis in gradu appellationis, efficiuntque tribunal ſupremum à quo non poteſt appellari, cognoſcunt de cauſis ipſis, non vt vniuerſi, ſed vt ſinguli, videlicèt tanquam delegati ab aliquo ſuperiore intra, vel extra Curiam. Quo caſu votũ ipſorum ab aliorum votis ſeparatum, & ſingulariter pronunciatum facit ſententiã, & litem determinat. Quo item caſu ab ipſis interponitur appellatio ad ſuperius tribunal, vt teſtatur, tùm ſtylus ipſe omnibus patens, tùm leges diuerſæ noue recopilationis, *l. 16 lib. 26. titul. 8. lib. 2. l. 16. cap. 17. titul. 6. leg. 20. titul. 4. eodem lib. 2.* Quæ leges tametſi loquantur de Alcaldis, vt Iudicibus Prouinciæ decidentibus cauſas ciuiles; idem tamen contingit cùm cognoſcunt de cauſis criminalibus ex iuriſdictione delegata: tunc enim ſolus Alcaldus delegatus decernit litem, & ab eo interponitur appellatio ad ſuperius tribunal delegantis, vt eſt luce clarius, & quotidianis experimentis notiſſimum. Idem de Auditoribus dictum puta.

7 De iſto autem caſu, quo Iudex alioqui ſuperior fit Iudex inferior, & cognoſcit, & procedit, vt inferior, *d. l.* 15. nihil expreſsè definit; ſed eo ipſo, quòd omiſit reliquiſſe videtur, quid faciendum ſit, ſub diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſſime, ff. de liber. & poſthum. l. ſi extraneus, 6. ff. de condict. cauſ. dat. l. præcipimus, 32. in fin. C. de appellat. cap. ſuſceptum, de reſcript. in ſexto,* cum traditis à Petro Barboſa *in l. ſi cum dotem, 23. in princ. ex nu.* 17. 21. *& 45. ff. de ſolut. matrim.* Eò maximè, quòd in calce legis ea verba adiecerit Legislator: *Quedando las dichas leyes en ſu fuerza, y vigor, enquanto a los Iueces inferiores.* Atque in eo contrariam deciſionem ſequẽdam eſſe, deciſioni caſus præcedentis apertè inſinuant totius legis verba limitantia, deciſionem eius ad præcedentem caſum, ibi: *De los quales, y en los caſos, que no ay grado para appellar, o ſuplicar para otros tribunales*; & iterum inferius in fine: *De manera, que el Iuez, o Iueces, de quien, y en los caſos, que no viniere grado de appellacion para otro ſuperior, no pueda lleuar, ni lleue parte de las dichas penas.* Ergo in alijs caſibus contrarijs contrarium eſt dicendum, nempè poſſe Iudices iſtos pœnarum partes percipere; alioqui cur limitatè lex loqueretur, & non potius ſimpliciter, & abſolutè percepiſſet Iudices iſtos nunquam, & nullo caſu, ſiuè ab eis poſſet, ſiuè non poſſet interponi appellatio ad ſuperius tribunal, percipere partes pęnarum in cauſis, de quibus iudicant? Succedit igitur regula, vt limitata verba limitatũ effectum producant, *l. in agris, ff. de adquir. rer. domin. l. cancellauerat, ff. de ijs, quæ in teſtam. delent. l. age, C. de tranſact.* Meres *de maioratib. 2. par. q. 6. in prima impreſſione, nu.* 106. *in ſecunda, nu.* 531. *& ſeqq.* Symon de Prætis *de interpretat. vltim. volunt. lib. 1. interpr. 1. dubit. 4. ſolut. 12. per totam. fol. mihi* 62. Ioannes Garcia *de nobilitate, gloſſ. 1. in princ. ex num.* 29. quoniam ſi Legislator aliud voluiſſet facilè aliud expreſſiſſet. Quo argumento vſus eſt Pontifex *in cap. ad Thomæ Carleualij de Iudicijs.* *audientia de decimis,* vbi notat Abbas Panormitanus *nu.* 2. *cap. inter corporalia, verſ. vnde ſi circa, de tranſlat. Epiſcop. l. vnica, §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. toll.* ibi: *Nam ſi contrariũ volebat nulla erat difficultas continuò eum ea diſponere, l. ſi ſeruum, 7. §. Prætor ait, verſ. non dixit Prætor, ff. de adquir. hæredit.* Bouadilla *lib. 5. politic. cap. 1. nu.* 14. Fit igitur, vt hæc exceptio, & limitatio firmet regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè, §. vlt. ff. de penu legata, l. quæſitum, §. denique, ff. de fund. inſtruct.* Paulus Caſtrenſis *conſ.* 257 *nu.* 5. *vol.* 1. Decius *in l. 1. n. 21. ff. de regul. iur.* Simon de Prætis *de interpret. vltimar. volunt. lib. 4. interpr. 2. dubit. 3. per totam, fol. mihi* 212. Couarruuias *lib. 2. variarũ. cap. 5. nu. 5. & 6.* Meres *de maioratib. 1. par. quæſt. 22. ex nu. 1.* Matienzus *in l. 3. tit. 10. lib. 5. recopilation. gloſſ.* 15. Mattica *de tacit. & ambigu. conuention. lib. 7. tit. 16. num. 30. & ſeqq.*

8 Id quoque apertè probant mihi aliæ leges noſtræ; in primis *l. 10. tit. 6. lib. 2. recopilat.* ibi: *Y mandamos a los dichos nueſtros Alcaldes de Corte no lleuan parte alguna de las penas en que condenaren, que partenezcan a nueſtra Camara, y fiſco,* iſta ſunt verba limitata; & *in l. 21. eod. tit.* prohibẽtur Alcaldi applicare ſibi partes pęnarum, in ijs caſibus, in quibus leges illi nullas applicant partes, aut percipere in ijs, in quibus leges aſſignant Fiſco pœnas condemnationis. Quæ planè denotant prohiberi cum limitatione percipere pœnas ijs eiſdem caſibus, quibus idem prohiberetur Iudicibus alijs inferioribus: permiſſum verò eſſe percipere pęnas ijs caſibus, quibus pęnæ à legibus applicantur Iudicibus vniuerſim, & nulla diſtinctione facta, vt denotat textus *in tit. 10. cap. 10. lib. 3. recopilation.*

Idem probat apertius *l. 13. cap. 16. titul. 14. lib. 2. recopilat.* cuius verba ſunt: *Otroſi mandamos, que los dichos nueſtros Alcaldes, ni los denunciadores de qualeſquiera delitos, no reciban, ni cobren, ni lleuan la parte, que les pertenece de las dichas condenaciones, haſta tanto, que antes, y primiera ſe pague al dicho nueſtro Receptor, lo que dellas pertenece a nueſtra Camara, ſo pena de lo pagar con el doblo,* quæ lex apertè præſupponit; imò docet partem pœnarum eiuſmodi condemnationum pertinere ad Alcaldos eodem modo, quo pertinet ad delatores, & poſſe ab eis exigi, verùm præcipit ne ab eis prius exigatur, quam Receptori fiſci ſit ſatisfactum, quod ab inferioribus Iudicibus ſeruari iubet, *dicto cap. 10. tit. 10. lib. 3. recopilation.*

Ex quibus venit explicanda *l. 20. titul. 1. lib. 3. recopil.* cuius verba ſunt; *Que los dichos Gouernador, y Alcaldes maiores* (loquitur lex de Regio auditorio Gallaciæ) *no pongan, ni apliquen, ni lleuen para ſi penas algunas, ni para ſus officiales, ni para ſus familiares; ni ſus officiales las pongan, ni lleuen para los dichos Gouernador, y Alcaldes maiores, ni para ſi: ſaluo que todas las penas pertenecientes a la nueſtra Camara, y qualeſquiera otras, que ellos ſentenciaren, las hagan poner en depoſito de manifieſto en el Receptor, el qual tenga cargo de las cobrar, y cobre por ante Eſcriuano, para acudir con ellas a quien nos manderemos, y las otras para gaſtarlas, por mandamiento de los dichos Alcaldes en las obras, y coſas, paraque fueren aplicandas, l. 25. eod. tit.* quæ prohibet ne iſti Auditores Gallecię percipiant partes pęnarum, quas per ſuas condẽnationes imponũt. Sunt enim leges iſtę intelligẽdę, & practicãdę, iuxta ſuperius dictę in duobus caſibus. Primus eſt, cùm pęnę ſũt arbitrarię, & lex nullã partẽ pęnę Iudici attribuit; tunc enim Iudex non poteſt per ſuam ſententiã partem pęnę imponẽdę, ſibi applicare iuxta *l. 2. tit. 26. lib. 8. recopil.* Secundus caſus, cùm iſti Auditores cognoſcunt de cauſa quapiã per modum ſupremi cuiuſdam tribunalis, a quo nõ eſt recurſus appellationis aut ſupplicationis ad aliud tribunal ſuperius, & nõ vt ſinguli, ſed vt vni-

vniuersi, vt conueniat cum dicta *l.15.tit.6.lib.2.* superius explicata: in alijs verò casibus contrarium iudicandu est.

Limitanda tamen est decisio prædictæ *l. 15. per l. 18. tit.5.libr.9. recopil.* vt non procedat in pęna tripli, quam incurrit committens fraudem, & dolum in ratiocinio regiorum reddittuum; nam si rationem reddēs dolose omittat in calculi parte, quam oneratione, seù introitum, vel *cargo*, vocamus aliquam summam, vel partitam, vel eam addat in exoneratione, aut exitu, incurrit pœnam tripli, cuius tertia pars applicatur Auditoribus tribunalis ratiociniorum regiorum causam definientibus, iuxta *d.l.18.* & ordinationes Consilij Regij patrimonii, & computorum eius, tametsi ab eis non sit recursus ad aliud tribunal, quod ita vsu receptum est, vt sæpè vidimus, etiam si non careat scrupulo.

9 Ratio verò decidendi *d.l.15.* cur prohibitum fuerit ne Iudices superiores partes pęnarū percipiant ijs casibus, quibus ab eis non est recursus ad superius tribunal, duplex est iudicio meo, tametsi neminem ex nostris eam videam attigisse. Prima quoniam durissima res est, (negari non potest) Iudicem ex causa, quam iudicat vllum percipere commodum, & in ea versari eius interesse. Id enim planè est in sua causa sibi ipsi ius dicere, quod repugnat cum naturali dictamine rationis; ex quo prouenit ne quis valeat vlcisci de propria iniuria, ne sit idem Iudex & actor, & cum regulis iuris ciuilis *in Rubr.C.ne quis in sua causa iudicet, vel sibi ius dicat.* Ideo rectissimè *in l.vni c.1 eod.tit.* dixerunt Imperatores, *in re propria iniquum admodum est alicui licentiam tribuere sententiæ*, & elegantissima fuit obseruatio Bartoli *in leg.de iure, 37. in princ.nu.1.* post Glossam ibi, *verbo, Prouinciæ.ff.ad municipal.& deincol.* dicentis: *Ex hac mirabili glossa nota, quod quando Iudici applicatur decimum, quod ipse non potest cognoscere, an ipse sit Iudex competens*, & plurima ad eam rem cumulauit Surdus *cons.193.n.6.lib.2.* Tametsi Baldus *in l.ex quacunque, nu.7.ff. si quis in ius vocatus non ierit*, dicat, commodo sportularum, vel alio lucro incidenter perueniente Iudici non reddi illum suspectum, quominus possit pronunciare incidenter de iurisdictione; in quam rem legatur Carrasco *ad nouam recopilationem, cap.9.num.68.& num. 226.*& Philippus Franchus *in capit. ad audientiam, 34. num.3 .de appellation.* Barbosa *in l.si quis ex aliena, ex num. 111.& propriè ex num. 117.* cum textu ibi, *ff.de iudicijs.* Causa autem propria alicuius dicitur, in qua eius vtilitas vel interesse vertitur, *l.1.§.in propria, l.2.§.vltimo, ff. quando appell.sit.* Heringius *tract. de fideiussorib.cap. 29. num. 12.* in qua non solùm Iudex, quod magis est, sed nec testis, quod est minus quis esse potest, *l.nullus, ff. de testibus l. omnibus.Cod.eod.tit.* Mascardus *de probationib. concl. 1364. testes in causa, ex nu.1. vol.3.* Farinacius latissimè *in praxi crimin.q.60.ex nu.1.* Cardinalis Tuscus *liter. T. conclus. 197.volum.8.* Vnde fit, vt iustissima sit causa recusationis, si dānum, vel emolumentum litis ad Iudicem quocunque modo pertineat, ex quo possit dici causa propria, Maranta *in praxi, 6.par.tit.de appellatione, n.32.* Aufrerius *de recusationibus, num 76.* Caualcanus *decis.28.num.114. caus.78.2.par.* Tuscus *liter.S.concl.908.nu.1.* neque solùm si causa ipsum tangat, verùm si similem causam habet, *cap.causam quæ de Iudicijs*, Farinacius *in fragment. crimin. liter.I.num.784.* qui multos allegat. Verum in hac regula versetur dumtaxat interesse priuatum, & alia parte publicè intersit puniri maleficia legibus prohibita, *l.ita vulneratus, ff.ad l. Aquil.l.locatio, §.quod illicitè, ff.de public.& vectigal.cap.vt famæ, de sentent. excommunic.* Tuscus *liter. D conclus. 157.* ad quorum punitionem quibusdam casibus non aliud cōmodius medium potuit adhiberi, quàm facere Iudicem participem pœnæ imponendæ pecuniariæ, quo moueatur acriùs ad eorum vindictam proprio commodo, & vtilitate stimulatus (vt superiùs aduertimus hac eadem disputatione nu. 1.) insuperhabenda fuit iniquitas ista priuata victa ab vtilitate communi; quod in iure nouum non est, vtilitas enim publica præfertur priuatæ, *l. vnica, §.fin.C.de caduc.toll. Authent.res quæ C. commun.delegat.l.vtilitas publica, Cod.de primipilo, libr.12.* & ob eam multa in iure ciuili contra strictam rationem disputandi recepta esse innumerabilibus exemplis probari potest, *d.l.si ita vulneratus, §.æstimatio, ff.ad l. Aquiliam, l.sunt personæ, ff.de religios.& sumptib.funer.* temperanda tamen res fuit, & quod vtilitas publica suadebat, in prima instantia sequendum fuit, in qua Iudex particeps fit pœnæ pecuniariæ imponendæ per suam sententiam, cui si reus acquiescat, & sua ipsius conscientia coniunctus condemnationi consentiat benè acta res est; satis enim iusta est condemnatio, quam reus ipse illi acquiescendo iustam putat: quòd si reus grauatum iudicet, prouocetq; ad superius tribunal appellatione interposita res deuoluitur ad Iudices superiores, ad quos causa nullatenùs pertinet, qui ab omni affectu vacui, & interesse liberi, de causa cognoscunt, vtpotè qui ex sententia nullam vtilitatem possunt captare. Qua ad eos deuoluta tandem non offenditur prior illa ex iure naturali deducta regula, ne Iudex propriam causam iudicet, vbi restauratur ius rei, si læsum est apud Iudicem inferiorem. Itaque nullum reputatur incommodum, quòd reus lædi possit à Iudice, cuius sententia non est exequenda, nisi reo ipso consentiente; esset verò magnum, si Iudices, quorum sententia mandanda est executioni sine vllo recursu, participes forent lucri ex sentētia percipiendi. Quę ratio extendit se ad eas etiā causas, quæ ad superiora tribunalia deueniūt in prima instantia, quas lex ipsa se amplians cōplectitur.

10 Secunda ratio est, quoniam sequuta confirmatione primæ sententiæ latæ in prima instantia, non agitur ex prima sententia, quæ appellationis remedio videtur extincta, *l. 1. §.vltimo, ff. ad Turpillian.* sed ex secunda sententia lata in gradu appellationis confirmatoria, vt docuit Accursius *in l. eos verb. vel iniustam, in fin.C.de appellation.& in l.furti, verb.hodie, ff. de ijs, qui not.infam. & in l.si quis priore, 29. verb.sed teneri, ff.ad trebellian.& in leg. chirographis, 58.§.vltimo, schol.penultimo, ff. de administr. tutor.* & Glossa Bernardi *in cap.pastoralis, §.Præterea, verb. discussa, in fine, de offic.deleg.* & est recepta sententia ex Alexandro *in l.1.nu.5.* Iasone *nu. 11.ff. de re iudic.* quos sequitur Barbosa *in l.diuortio, 8.§.si vir, n.51.in ff.fin.solut. matrimon.* & Fuluius Constantius *in l.1. ex num.29. C.pęnis fiscalib. creditor. præferri, libr. 10.* Si igitur Iudices appellationis perciperent partes pœnæ pecuniariæ per suas condemnationes impositæ, nunquam Iudices inferiores, à quorum sententijs condemnatorijs fere semper interponitur appellatio ad superius tribunal, illas perciperent, sed suo lucro fraudarentur, & illorum labor in persequendis delinquentibus, & puniendis delictis foret irritus, & inanis; lucrum enim omne ad superiores deuoluerent, & in eos rectè caderent Virgiliana carmina: *Sic vos non vobis*. Item leges distribuentes pœnas pecuniarias, earumque partem Iudicibus sententias ferentibus adscribentes, & attribuentes, suo fine frustrarentur: in enim lucrum Iudicibus proponunt, (vt initio huius disputationis aduertimus,) quò eos ad inquisitionem, & punitionem delictorum promoueant, non mouerentur autem, si scirent lucrum à legibus propositum ipsis, non

ab

ab ipsis, sed à superioribus sententias suas confirmantibus capiendum esse. Necessarium igitur fuit, vt tribunalia superiora, ad quæ causæ in gradu appellationis deuoluuntur, & in quibus terminantur sine vllo alio recursu, nihil ex istis pœnis pœcuniarijs participarent, aut perciperent; quod sensit Parladorius *in sesquicenturia, different.* 111. *num.* 17. confirmans *ex l.6.tit.14.lib.2.recopilat.*

Quæ rationes planè non militant in casu, quo Iudices alioqui superiores cognoscunt de causis tanquam inferiores delegati, à quorum sententijs ad tribunalia superiora reis conceditur appellatio, & recursus.

11 Reliqua est igitur difficultas, quam disputandam proposuimus de Iudice delegato salariato, vtrùm possit partes pœnarum pecuniariarum, & sportulas actorum vltra salarium percipere.

12 Prima sententia negat Iudicem delegatum salariatum posse percipere sportulas, aut partes pœnarum pecuniariarum, quas leges Iudicibus designant, & attribuunt, aut vlla alia emolumenta præter salarium. Hanc amplectuntur Bouadilla *lib.2.politica, cap.21.num.35.& libr.5.cap.1.nu.243.* Rodriguez *tract. de exequutione, cap.7.num.*20. Ioannes Heuia Volano *in curia philippica, 2. part. del juicio executiuo, §.23.num.8.*

13 Quæ sententia probatur primo *ex d.l.31.tit.6.libr.3.recopilat.* qua præcipitur Iudicibus ordinarijs, ne permittant Iudices delegatos ad aliquam exequutionem designato salario, aliquid vltra salarium percipere, ibi: *Que no consientan a nuestros Commissarios, ni a otros Iueces algunos, ni executores lleuar derechos algunos de execucion, ni assessorias, ni vistas de processos, ni otro salario alguno, saluo lo contenido en nuestras cartas.* Ergo Iudices salariati delegati dumtaxat possunt salaria sua percipere.

14 Secundo probatur *ex l.11.tit.21.libr.4.recopilat.* ibi: *Ningun Alguacil, ni Executor, ni otra persona, que imbiaremos con nuestras cartas, y poderes, o imbiaren los del nuestro Consejo, y Oidores de las nuestras Audiencias, o los nuestros Contadores mayores a quien mandaremos dar salario señalados en nuestras cartas, agora sea por cada dia de los que ocupare, o por tiempo señalado, o por todo el tiempo, que ocupare en lo que vuire de hacer, no lleue otros derechos de execucion, ni de meayas, ni otros derechos algunos de mas de su salario, ni los concejos, ni personas particulares a quien tocan, se los den, ni las nuestras justicias se los consientan lleuar; y si el tal Executor, o Alguacil de hecho lo lleuare, por la primera vez lo buelua con el quatro tanto, y por la segunda vez con las setenas,* cui similis est textus *in leg.13.in fin.tit.7.lib.9.recopilat.* Ecce leges prohibentes Commissarios salariatos quid vltra salarium percipere.

15 Tertio probatur, quoniam regula est Iudicem nihil commodi percipere posse, nisi quatenus illi per leges attribuitur expressè, *l.11.in fin.tit.6.lib.3.recopilat.l.vnica, cap.10.tit.10.eodem libr.3.recopilat.* Glossa *in verb. qualitercunque, in cap. statutum, §. insuper, de rescript. lib.6.* Sed leges Regni non applicant sportulas Iudicibus delegatis, sed dumtaxat ordinaris, *l.7.tit.6.dicto libr.3.& dicto tit.10.eodem libro,* qui inscribitur, *del Aranzel de los derechos de las justicias ordinarias:* nusquàm vero reperitur taxa sportularum delegati apud leges regias. Ergo delegatus non potest sportulas percipere.

16 Quarto probatur à Bouadilla *dicto libr.2.politicæ, cap.21.nu.42.circa finē,* & censet esse rationem à priori huius discriminis inter delegatum, & ordinarium, quoniam delegatus dumtaxat habet vsum officij Iudicis; ordinarius verò habet vsumfructum, vt videtur probari *in l.1.§. qui mandatam, ff. de eo, cui mand. est iurisdict.* & ex traditis à *Thoma Carleualij de Iudicijs.* Doctoribus ibi, *& in rub. eiusdem tituli.* Ita fit, vt ordinarius possit frui omnibus commoditatibus iurisdictionis, non verò delegatus.

17 Secunda sententia affirmat delegatum posse præter salarium recipere sportulas easdem, quas accipit ordinarius. Ita videtur sentire Glossa *in verb. pedaneis, in Auth. de Iudicibus, §. ne autem,* & ibi Bartolus *nu.1.& 2.* sequitur Matienzus *in dialogo relatoris, 3. par. cap.24. nu.6.* Ioannes Garcia *de expensis, cap.21.num.10. in fine, cum seqq.*

18 Quod verò attinet ad partes pœnarum, quas leges applicant Iudicibus, nullum hucusque inueni Doctorem, qui earum percipiendarum facultatem concedat delegato salariato, nisi quod Villadiego *in sua instructione politica, cap.5.§.32.nu.40.41.& seqq.* ait, pertinere ad Iudices extractionum, quos Hispanè dicimus, *Iueces de sacas,* partes pœnarum in denunciationibus, quæ apud ipsos fiunt extractionum rerum prohibitarum extrahi à Regno. Isti autem Iudices sunt delegati, & salariati.

Compellor referre quoscunque scriptores Hispanos, tùm quòd hæc difficultas versetur in patrijs nostris legibus, de qua tractant solùm ferè ij, quos retuli, qui eam cum alijs ad vulgus vulgata lingua detulerunt, ne nostra ætate deessent multi Flauij, qui Iurisconsultorum misteria enunciarent, & in publicum ederent; tùm etiam, quod nulli Scriptorum suam inuideam gloriam qualemcunque, sciamque deberi multum ijs, qui quo quomodo studia inuenerint.

19 Hæc sunt, quæ nostri Castellani de proposita difficultate tradiderunt. Nos verò vt eam commodiùs resoluamus, credimus distinguendos esse multos casus.

Primus casus est, cùm Iudex delegatur ad vnam aliquam singularem causam, seu ciuilem, seu criminalem, in qua si procederet ordinarius, haberet iuxta leges certa emolumenta; veluti si delegatur ad exequutionem faciendam in loco, in quo iuxta consuetudinem, statutum, aut legem debetur decima; aut si delegatur ad puniendum delictum, cui imposita est à lege pœna pecuniaria, cuius pars applicatur Iudici; & isto casu designatur salarium expensis debitoris morosi, vel delinquentis, vt solet ferè semper assignari eiusmodi delegatis.

20 Prima conclusio, cum Iudex delegatur ad exequendum cū salario præstando à debitore moroso, vel ad puniendum aliquod delictum expensis delinquentis, non potest vltra salarium exigere sportulas actorum aut partem pœnæ impositæ eiusmodi delicto, quam lex Iudici applicat. Hæc conclusio est conformis primæ sententiæ, quæ iuxta eam est intelligenda, & non aliter, & in eius terminos est arctanda, & limitanda, vt sit vera; alioqui erit falsa, & prorsus inuerisimilis, vt statim inferiùs ostendemus.

21 Probatur primò, quia laboris, & præmij commodi, & oneris perpetua est, & mutua proportio, iuxta omnia iura naturalia, & positiua, *l. secundum naturam, ff. de regulis iuris, l. vnica, §. pro secundo, C. de caducis tollend. cap. vltimo,* & ibi Glossa vltima, *7. quest. 2. cap. rationi congruit, de regulis iuris in sexto, §. ne autem, in authent. de Iudicibus, collation. 6.* notat Surdus *consil. 42. num. 22. §. vltimo non aduersatur, libr. 1.* vnum igitur laborem, & onus, vnum tantùm debet sequi præmium, & commodum, vt sic seruetur debita proportio. Quemadmodum enim bona fides non patitur, vt idem debitum bis exigatur, sed vnum debitum, & vna obligatio, vnica solutione tollitur, *leg. bona fides, ff. de regulis iuris, cap. bona fides 83. de regulis iuris in sexto, leg. quibis idem, 18. ff. de verborum obligation.* iuxta interpretationem Accursij ibi;

Petri de Bellapertica, Dini, & Baldi, Cuiacij ad Africanum *tractatu septimo, Heringij, de fideiussoribus, cap. 24. nu. 116. & 117.* cui fauet Fulgosius *in l. vltima, C. de nouat. num. 1.* ita vni officio, vnum dumtaxat præstatur salarium, & vnu. labor, vna solum mercede compensatur, *cap. felicis, versicul. adijcientes, de censibus, libr. 6. l. 10. tit. 6. libr. 3. recopilation. l. 7. tit. 21. lib. 4. recopil.* vbi cauetur ne ob vnius debiti ex actionem soluantur duplicata exequutionis iura, seù sportulæ. Confirmat hoc, quod tradunt Doctores, nempè salarium minui pro rata minuti laboris, vt obseruarunt Magonius *decision. Lucensi 12. num. 18.* Costa *de portione rata, quæst. 13. num. 2.* Cardinalis Tuscus *litera S. conclusion. 15. num. 5. & 6. volum. 7.* Ex quo eodem capite prouenit, vt ei, qui habet licitè duplex officium, duplex quoque debeatur salarium, *l. his scholaribus, C. de erogatione militar. annona, libr. 12.* notat Baldus *in l. 4. nu. 2. C. de appellation.* est textus vbi notat Bartolus *Authent. vt Iudices sine quoquo suffragio, §. illud tamen,* meminit Gregorius López *in leg. 60. tit. 5. par. 1. glos. 3.* vbi plures refert. Felynus *in cap. cum olim, 12. num. 1. de sentent. & re iudicat.* Menochius *de arbitrarijs, libr. 2. centur. 3. casu 223. nu. 8.* Gail *obseruationum practicarum, lib. 1. obseruat. 44. num. 8.* Gratianus *decision. Marchiæ 101. num. 1. & sequentibus,* Costa vbi supra *num. 3.* Tuscus *dicta conclusion. 15. num. 1. & sequentibus,* Caballus *resolution. criminal. centur. 3. casu 229. num. 14.* Bouadilla *libr. 2. politicæ, cap. 20. num. 69.* quia vbi crescit expensa, & labor debet crescere pretium, seù salarium, cùm tàm labor, quàm pecunia diuisionem recipiant, *l. Seio amico, in principio, ff. de annuis legatis,* & ibi notant Doctores, Cæpola *de seruitutib. verban. cap. 30. num. 26. & 27.* Ita fit vt simplici labori, simplex merces, simplici officio, simplex salarium, simplici merito, simplex respondeat præmium à duplici verò, duplex. Planè cùm alicui committitur aliqua exequutio cum salario, vel punitio alicuius delicti, designatur illi merces, quam ex eiusmodi negotio, & occupatione debet percipere. Et ne videatur ob vnum laborem accipere duplicem mercedem, & ob vnum debitum duplicem solutionem, non potest vltra salarium taxatum habere sportulas, decimam, aut partem pœnæ, quæ commoda lex defert Iudicibus non salariatis, ob pœnam quidem morosorum, & delinquentium, tanquam ob finem præcipuum, & magis intentum, sed simul in præmium, & satisfactionem laboris, & diligentiæ, quam Iudex adhibet, seù in exactione debiti, seù in punitione delicti.

22 Ex quo fundamento, quod verissimum est, infertur ratio decidendi, *ad l. 9. titul. 5. libr. 3. recopilation.* qua cauetur ne Iudices ordinarij, aut eorum substituti accipiant aliquid ob iudicandas lites, aut videndos processus *No lleuen cosa alguna de los pleiteantes, ni de otro per ellos, por razon de assessorias, ni vistas de processos, que vieren, para sententiar, y sententiaren en diffinitiua, o interloquutoria, en las causas, que ante ellos penden* cuius meminit Auiles *in capit. 9. Pretorum, verbo, assessorias, & verbo, comission, & verbo, ley,* Auendanus *de exequend. mandat. secunda parte capit. 10. num. 6.* Marienaus *in dialogo relatoris, tertia parte, cap. 24. num. 6.* Bouadilla *lib. 2. politicæ, cap. 20. num. 59.* Florez de Mena *libr. 1. variarum, quæstion. 8. §. 4. num. 1. & sequentibus* Segura Dauallos *in directorio Iudicum Ecclesiasticorum, prima parte, cap. 14. nu. 38. 39. & sequentibus,* tradit Azeuedus *in eius commentario, num. 1. & in l. 9. num. 1. & sequentibus titul. 6. dicto lib. 3. recopilation.* quæ concordat cum *dicta leg. 9. titul. 5.* eisque similis est, *leg. 12. titul. 7. lib. 9. recopilatim.* quam tamen decidendi rationem Scribentes illi non expenderunt. Est itaque decisionis harum legum ea ratio, quoniam causarum definitio, & processuum examen est præcipuum munus Iudicis, & ad eius officium directò pertinet Hostiensis *in summa, tit. de offic. ordinarij, nu. 3. & seqq.* Quò fit, vt salarium, quod Iudici assignatur ob officium, comprehandat hoc onus, & eius intuitu solui censendù sit, ac per consequens Iudex non potest ob eam rationem aliquid vltra à litigatoribus accipere, quibus non incumbit Iudicem sibi constituere, & ei stipendia præstare, Glossa *in capit. cum ab omni, verbo, præter expensas, de vita, & honestate Clericorum,* Mastrillus *de Magistratibus, libr. 1. cap. 22. num. 16. & 17. & cap. 21. num. 18. & sequentibus,* Ioannes Garcia *de expensis, dicto cap. 21. num. 20.* seclusa contraria consuetudine, aut statuto, iuxta quam contrarium dicendum esset cum Deciano *consil. 41. num. 74. & sequentibus, libr. 2.* Menochio *consil. 1047. ex num. 1. libr. 11.* Auiles *in cap. 1. Pretorum, verbo salario, num. 2.* vt vtrumque notauit Florez *libr. 1. variarum, quæst. 8. §. 1. num. 6. & sequentibus.* Non potest inquam Iudex vltra accipere, ne videatur, aut duplicem sui muneris mercedem exposcere, si vltra salarium postulet assessoriam, (liceat vti ea voce) quæ ratio in salariato ordinario procedit aut stipendium exigere ab eis, qui stipendium non debent, quæ ratio militat in non salariatis: qui tamen sibi imputent si suis expensis voluerint militare, & gratis Iudicum munus obire: eo enim casu gratis suo officio satisfacere tenebuntur, quidquid dicat Antonius à Corduba *in summa casuum conscientiæ, quæstion. 110.*

23 Quam rationem decidendi, & fundamento confirmat egregia doctrina Bartoli *in l. si quis ingenuus, §. vers. num. 2. ff. ad syllanianum,* vbi ait: *Et per hoc dico, quod præmium, quod debetur capientibus exbannitos non debetur officialibus, vel familia potestatis capientibus, non enim vltro faciunt, sed ex necessitate eorum officij, quod est purgare Prouinciam malis hominibus, l. congruit, ff. de offic. Præsid. ergo non vltro, & sic non habebunt præmium ex hoc: præterea qui gratis facere tenetur, si præmium accipit turpiter facit, l. fin. de condict. ob turp. caus.* Bartolum sequitur ad eum locum, Albanus *num. 2. & nu. 3.* addit: *Pari ratione ex hoc Bartoli documento infertur, Præfectis triremium non deberi præmium statutum capientibus piratas, vel alios prædones maris deprædantes, quia hoc faciunt ex debito officij consequenter ad id potissimum fuerint destinati,* idem tenet Felynus *in cap. de hoc, 11. num. 7. de simonia,* allegans Bartolum vbi supra, & addit: *Item facit notabile dictum Petri de Ancharano cons. 197. incipit: Præmittendum est,* (aliàs est cons. 201.) *vbi consuluit, quod si Papa delegat causam ordinario, qui in eadem causa erat ordinarius, non debentur ei sportulæ, quia omnino tenebatur de causa cognoscere.* Hucusque Felynus. Idem docuit Decius *in l. 1. nu. 2. C. de bonor. possess. contra tab. libert. quæ, &c.* Angelus *de maleficijs, verbo, quod fama publica, num. 74.* Corsettus *singul. 309. verb. statutum, 7.* & Petrus Gerardus *singul. 14. num. 9. & 10.* Siluester *in summa, verb. dignitas, nu. 9.* Bouadilla *lib. 5. politic. cap. 7. num. 18.* Caballus *resolut. crimin. cent. 3. casu 279.* Additio ad Decium vltima *in l. qui cum alio, 19. ad num. 1. in verbo, ex propria voluntate, ff. ad regul. iur.* Peguera *decis. 67.* Ponte *cons. 59. ex numer. 15. volum. 1.* Baldus *cons. 64. volum. 2.* idem Ponte *de potestat. Proreg. titul 5. ex numer. 24.* Menochius *cons. 112. num. 44. libr. 2.* Piriclus *in l. 13. part. num. 62. versicul. infertur, 13. C. de bon. matern.* Ioannes Lupus *in rubric. §. 50. ex num. 32. de donation. inter.* Cardin Tuscus *liter. T. conclus. 516. tom. 6.* Farinacius *in praxi criminal. quæst. 103. num. 356.*

24 Secundo probatur eadem conclusio, quoniam non debet

bet quis duplici damno onerari, *l. Nauis, §. cum autem, ff. ad l. Rhodiam, de iact. l. iure succursum, 7. ff. de iure dot. cap. at si Clerici, §. fin. in fine de iudic.* Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 18. *nu.* 9. Franchis *decis.* 87. *nu.* 5. Monterus *decis.* 14. *nu.* 97. imò verò, qui in vno grauatur, in alio debet releuari, *l. eum qui, ff. de iureiuran.* Sed reus debitor, seu delinquens, cum creatur Iudex ad eum exigendum, aut puniendum, oneratur onere salariorum, quæ soluere debet Iudici. Ergo non debet simul onerari onere decimæ, aut pœnæ soluẽdę Iudici; imò verò quòad hoc debet releuari.

25 Has duas rationes existimo fuisse fundamenta Legislatoris, & rationes decidẽdi *in d. l.* 31. *tit.* 6. *lib.* 3. *& in l.* 11. *tit.* 21. *lib.* 4. *& in l.* 13. *in fin. tit.* 7. *libr.* 9. *recopilat.* quas adduximus in comprobationem primæ sententiæ supra nu. 13. 14. & 15. tùm inquam ne eidem debito bis satisfieret, tùm ne subditi duplici onere grauarentur. Quæ tamẽ rationes (vt planum est) non militant in Iudicibus delegatis non salariatis, in quibus per consequens, neque illæ leges seruandæ sunt, neque de eis proposita conclusio intelligenda, vt & superiùs ex num. 3. adnotauimus.

26 Secundus casus est, cùm delegatur Iudex ad multas causas designato salario expensis morosorum, vel delinquentium; qui Iudex vocatus delegatus, ad pluritatem causarum, vt notat Salycetus post Baldum *in l. à Iudice, nu.* 3. 4. *& C. de iudic.* & æquiparatur delegato ad generalitatem, non ad vniuersitatem causarum.

27 Secunda conclusio. Iudex delegatus ad multa debita exigenda à multis debitoribus, aut ad multos delinquentes puniendos, non potest ex eiusmodi negotio vlla alia emolumenta percipere, quàm salarium in rescripto suæ commissionis à Rege præscriptum, & taxatum. Hæc conclusio eisdem prorsus rationibus, ac fundamentis nititur, quibus præcedens: inter casum enim istum, & primum nulla esse potest ratio disparitatis, eadem erit igitur iuris dispositio, *l. Illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio,* 108. *ff. de verbor. oblig. §. si igitur iussu, institut. quod cum eo.*

28 Tertius casus est, cùm delegatur Iudex ad aliquod vniuersale negotium principaliter tractãdum expensis delegantis, vel etiam ad vniuersitatem aliquam causarum iniuncto mandato, vt cognoscat de incidentijs, & dependentijs, & puniat quos inuenerit reos; vt cùm quis delegatur ad administrationem gabellarum, seu ad exactionem vectigalium, quæ barbarè appellantur portagia, eorumq; administrationem, qui Iudices puniunt fraudantes regios redditus, & extrahentes res prohibitas, incidenter, & propter connexionem, quam habent ista delicta cum principalis negotio. Neque ideò minus censendi sunt delegati ad vniuersitatem causarum, quòd videantur delegati ad causas vnius generis, siquidem delegatus ad causas mutui vertentes in aliquo castro, sine limitatione aliqua personarum, censendus est delegatus ad vniuersitatem causarum, vt docet Baldus *in l. solet,* 16. *num.* 2. Alexander *nu.* 9. qui dicit communiter teneri, *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Bartholomeus Socinus *in l. more maiorum, num.* 40. *ff. eod. tit.* Decius *in cap. causam matrimonij, nu.* 43. *de offic. deleg.* Barbosa *in l. cum Prætor,* 12. §. 1. *num.* 48. *ff. de iudicijs.*

29 Tertia conclusio. Tertio isto casu, Iudex delegatus ad negotia aliqua principaliter tractanda expensis delegantis, aut ad vniuersitatem causarum designato salario, simili modo ex bonis delegantis, nempè fisci, iniuncto mandato, vt incidenter cognoscat de delictis, & puniat quos inuenerit reos, vt accidere solet in rescriptis commissionum Iudicum administratorum gabellarum, aut vectigalium, seu portagiorum; si aliquem inueniat deliquisse aliquo genere delicti, cui imposita sit pœna pecuniaria, cuius pars applicatur Iudici sententiã ferenti, poterit in sententia quam protulerit applicare sibi eiusmodi partem pœnæ, & eam accipere; atque in causis ciuilibus exequutiuis, de quibus incidenter tractat poterit percipere quælibet commoda, & sportulas, quę in eiusmodi causis lex, vel consuetudo Iudicibus defert. Hæc conclusio est conformis secundæ sententię, quæ hactenus, & non vlterius est existimanda vera.

30 Probatur autem efficaciter, quoniam omnia commoda, quæ lex Iudicibus defert licitè ab eis percipiuntur, nisi aliqui prohibeantur. Sed istę partes pœnarum, & sportulæ applicantur Iudicibus in punitione delictorum quorundam, & causis exequutionum, & nulla alia lege prohibentur ea accipere: ergo iustissimè ei fruuntur. Minor probatur. Quoniam leges, quæ partes pœnarum applicant Iudicibus non loquuntur in specie de Iudicibus ordinarijs, sed genericè de Iudicibus, quo nomine compræhenduntur, tùm ordinarij, tùm delegati, iuxta doctrinam Glossæ *in rubric. ff. de iurisdiction. omn. Iudic.* & Alexandri ibi *nu.* 1. Decij *num.* 3. qui iurisdictionem in genere prolatam, docent comprehendere ordinariam, & delegatam. Succedit igitur vulgaris regula, vbi lex non distinguit, neque nos debere distinguere, sed generaliter, & sine exceptione accipere leges generaliter loquentes, *l. non distinguemus, ff. de recept. arbitr. l. de prætor. ff. de public. in rem act. l.* 1. *§. quod autem Prætor, ff. de aleatoribus, leg.* 1. *§. generaliter, ff. de legat. præst. aud. l. in fraudem. §. fin. in fine, ff. de testam. milit. l. vltima, C. de heredit. vel. act. vendit* notat Castillo *de vsufructu, cap.* 3. *num.* 81.

31 Neque vero occurri potest esse diuersam rationem quòad hunc iuris articulum in ordinario, quàm in delegato, quoniam id falsum est, & sine fundamento; neque enim leges magis consulunt commodis ordinariorum, quàm delegatorum, neque Principes intendunt, vt ordinarij magis ditescant, quàm delegati, vt ordinarij salariatis ista commoda concedant; delegatis verò salariatis denegent: imò vero (vt superiùs aduertimus nu. 1.) leges, quæ applicant pœnas Iudicibus, non eum finem respiciunt, vt Iudices habeant maius lucrum in præmium suorum laborum, sed vt homines à maleficij deterreantur pœnarum metu, & Iudices quæstus sui auidi in delinquentium punitionem incitentur. Quæ ratio ęque militat in Iudicibus ordinarijs, & delegatis.

32 Accedit, quod delegatus ad vniuersitatem causarum, qualis est Iudex, de quo modò loquimur est instar ordinarij Iudicis fere quòad omnia, vt animaduertit Glossa *in verb. delegare, in cap. super quæstionum,* 27. *§. si verò, de offic. delegat. & in cap. cùm causam,* 62. *de appellat. verb. delegatus, in fin.* item Glossa *in verb. non habet, in fine, in l. à Iudice,* 5. *C. de iudicijs,* vbi notat Baldus *nu.* 2. Alexander *nu.* 6. Iaso *nu.* 7. Gail *observation. practicar. libr.* 1. *observat.* 97. *nu.* 12. Menochius *de arbitrar. libr.* 1. *q.* 67. *nu.* 59. Sanchez *de matrimonio, lib.* 3. *disput.* 31. *n.* 1. *vers. secundum fundamentum,* vbi plurimos refert. Ex quo fit, vt idem concedendum sit isti delegato, quod ordinario conceditur, *in verb. moderatas, in fine, in cap. statum, §. insuper, de rescriptis, in sexto.* Cardinalis Tuscus *liter. I. concl.* 426. *nu.* 3. *& seqq. tom.* 4.

33 Imò verò est cur Iudices Commissarios pluris æstimet Pincipes, quàm ordinarios, eorq; eis, magis faueant, & consultum velint; siquidem delegati sunt manus, & bracia regia, quæ ordinariarum defectus supplent, quippe cum iuxta patria nostra iura creandi non sint nisi cùm ordinarius, aut est negligens in administranda iustitia,

aut metu potentium imbecillis, & impotens; quibus casibus delegatorum industria succurritur ordinarij negligentiæ: audacia autem, & fortitudine imbecillitati, *l. 8. tit. 1. lib. 8. recop.*

34 Non est autem lex, quę prohibeat delegatos ista lucra adquirere, nam leges illæ, videlicèt, *l. 31. tit. 6. lib. 3. recop. & l. 11. tit. 21. lib. 4. & l. 13. tit. 7. libr. 9.* superius allegatæ num. 13. & 14. & 25. non sunt extendendæ vltra casus, quos continent, de quibus diximus in prima, & secunda conclusione, & rationes decidendi earum, quas supra assignauimus numer. 21. & seqq. ad 25. non se extendunt ad casum, de quo modò est sermo: nam iste Iudex non accipit salarium ob istas incidentias, & dependentias, quę fortassis nunquam contingent, ac per consequens non veniunt in considerationem designantis salarium, sed accipit illud ob negotium principale; atque ita non fit, vt ob vnam occupationem Iudex habeat duplicem satisfactionem. Neque item oritur hoc casu alterum incommodum, vt quis oneretur duplici damno; nam delinquens, qui punitur pœna pecuniaria, non soluit Iudici salarium, sed soluit ipse delegans. Hoc igitur casu quemadmodum ordinarius vltra salarium adquirit ista commoda; ita potest ea iustè adquirere iste delegatus.

35 Ex hoc intelliges, quod nam sit fundamentum eius consuetudinis, quam receptam semper vidisse se testatur Bouadilla *lib. 2. politica, cap. 21. nu. 42.* tametsi ipse eam sine vlla ratione improbet, vt videlicèt delegati etiam si sint Iudices Curiæ, quos *Alcaldes* vulgo vocamus, vltra salarium percipiant commoda, quædam ex bonis delinquentium, contra quos procedunt in pœnam contumaciæ, aut præmium capturæ. Sunt autem ista, arma delinquentium, quæ *l. 28. tit. 23. libr. 4. recopilat.* applicat capienti delinquentem, & *l. 21. tit. 7. libr. 2. recopilat.* id extendit ad Alcaldos Cancellariarum, & alię sportulæ, quas vocamus, *derechos de despreces, omecillos, y sangre*. Est autem huius consuetudinis eadem ratio, quæ nostræ huius tertiæ conclusionis. Quoniam inquam est commoda capiuntur ex incidentibus in negotio principali, quæ quidem per accidens contingunt, & possent non accidere, ac per consequens Princeps, qui Iudici constituit salarium ob prosequutionem principalis negotij non respicit ea, neque habet in consideratione, vt censendus sit ob ea salarium assignasse, aut eorum intuitu, vt ea censenda sint compræhensa sub salario causæ principalis. Contumacia enim delinquentis, ob quam imponuntur quædam ex dictis pœnis, coniungitur per accidens cum delicto, & posset non coniungi, quia posset delinquens non esse contumax; præterquàm quod cum sint medica, seu minima potius ista lucra, de illis non curat lex, quæ de minimis non curat, vt latè prosequitur Peregrinus Ianinius *tract. de citatione reali, lib. 2. cap. 2. num. 94. cum sequentibus, & num. 237. cum sequentibus*, Neuizanis *in sylua nuptiali, lib. 5. nu. 98.*

36 Reliquum est, vt satisfaciamus argumentis pro prima sententia adductis, quatenus videntur pugnare cum tertia conclusione à nobis proposita. Ad primum, & secundum argumentum desumpta ex textu *in l. 31. titul. 6. libr. 3. recopilat. & in l. 11. tit. 21. libr. 4. & in l. 13. in fine, tit. 7. lib. 9.* constat ex dictis à nobis leges illas dumtaxat probare non posse Iudicem, cui ob vnum negotium stipendiũ designatur aliud vllum stipendium quærere ob illudmet negotium, & subditos grauare: cùm verò contingit coniungi aliquid cum negotio principali, ob quod constituitur Iudici salarium, quod posset quidem non coniungi, ac per consequens non potuit constituens salarium assignare ipsum intuitu eius, quod fore vt contingeret, ignorabat, ex quo incidenti negotio leges aliquod lucrum Iudici deferunt, poterit delegatus salariatus nõ minus, quàm ordinarius salariatus id lucrum percipere; eadem enim prorsus ratio in vtroque viget, vt id possint, aut non possint.

37 Ad tertium argumentum dicendum est, verùm quidem esse leges regias non præscripsisse sportulas delegatorum, quoniam leges respiciunt casus frequentiores, *leg. nam ad ea, ff. de legibus*; verùm vbi iustum fuerit delegatos accipere sportulas, iuxta distinctionem à nobis traditam, accipiendę sunt iuxta constitutionem, & taxam sportularum ordinariorum, vt insinuat *d. leg. 31. & d. l. 11* neque nouum est leges ad similia trahi, *l. non possunt, 12. & l. nam vt ait, 13. ff. de legibus.* Iudex verò, qui iuxta leges, seu expressas, seu interpretatione extensas suas commoditates percipit, iustissime procedit.

38 Ad quartum argumentum dicendum est, inter Iudicem ordinarium, & delegatum, multa quidem esse discrimina, de quibus consulendi sunt Doctores Legistæ *in rubrica, ff. de eo, cui mand. est iurisdict. & per totum titulum*, & Canonistæ *in rubrica de offic. & potestat. Iudic. delegat. de offic. ordinarij*, Maranta *in praxi, 4. par. distinct. 5.* Tuscus *liter. I. conclusion. 426. tom. 4.* Triuisanus *dec. 1. libr. 1.* Alexander Raudensis *lib. 1. variar. resolution. cap. 67.* Palladorius *in sesquicenturia, different. 129.* Ianinius *de citatione reali, lib. 1. cap. 1. ex num. 492.* qui enumerat quadraginta differentias; tametsi non meminerim vidisse vsquam præterquàm apud Bouadilla illam æquiparationem vsufructuarij ordinario, & vsuarij delegato. Verum est Angelum *in l. more maiorum, numer. 1. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* comparare ordinarium proprietario, delegatum autem vsuario: quæ tamen similitudo displicet Fulgosio ibi, *num. 6.* licèt eam defendere conetur Iaso *num. 1.* sed similitudo est in articulo multum diuerso ab isto; præterquàm quòd comparatio Angeli procedit inter ordinarium delegantem, & delegatum ab ipso, non inter ordinarium, & delegatum absolutè. Sed siuè sint similes, siuè non sint, (de quo modò nõ curo) nihil ad rem; non enim ex eo colligitur posse ordinarium frui commodis, quibus non possit frui delegatus; quemadmodum ex eadem dissimilitudine non colligitur, non posse delegatum habere salaria, quia ordinarius salarijs fruatur; sed id dumtaxat colligitur delegatum pro termino solum commissionis suę, ijs commodis frui, aut vti quibus vtitur, & fruitur ordinarius pro tempore sui officij.

39 Illud admonuerim, nè quis existimet me, qui videar Iudicum potestatem extendisse, ac dilatasse aliquantò magis, quàm scrupulosos, minutosque quosdam, ac nimis religiosos, Scriptores Hispanos, ea ampla potestate vsum, dùm exercui munus Iudicis delegati per multos annos, quo iuuante Deo iam functus sum, permisisseque mihi, quæ alijs licita esse iudicaui. Scio docente Paulo 1. *Corinth. 6. num. 12. & cap. 10. num. 22.* non omnia, quæ licent expedire: ego autem sic me gessi ne facta mea possent ad disputationem trahi, vt sentiret de illis, quisque vt liberet mihi scrupulosus, & vndequaque cautus vixi; cum alijs autem minus ago mihi tutiorem partem elegi alijs quænam sit magis probabilis, ac iudicio meo vera ostendo, alios ego ita indicarem, ab aliorum autem iudicio semper caui. Tametsi ingenuè fatear, quod alij aut fateri verebuntur, aut falsò, & fraudulenter negabunt, me lucri cupidum esse, nam omnes homines lucri cupidos esse dici à Platone *in fine dialoghi de lucri cupiditate*, qui inscribitur Hiparchus, quem ita concludit. *Nemo*

mo igitur rectè vituperabit lucri cupidos, cum ipse quoque lucri cupidus sit, & ab Aristotele eidem consentiente, *libr. 2. politicorum, cap. 3. aliàs cap. 5.* Innatum esse à natura ipsa omnibus hominibus lucri appetitum, animaduertit insignis Author aurei libelli summo in prætio apud pios habiti, ac ferè Canonici reputati, Contemptum mundi dico, seu de imitatione Christi, *lib. 3. cap. 59.* quod non latuit Accursium, qui *in l. cura, 4. §. deficientium, verb. si ex voto, ff. de muner. & honor.* textū interpretatus est dicens; *Quilibet anhelat ad lucrum, vt hic, & C. arbitr. tutel. leg. si defunctus*, nè quisquam tàm Curium simulet, vt ab hoc appetitu prædicet alienum; sat erit prudenti, ac temperanti viro, si appetitum istum intra rationis, ac legum diuinarum, & humanarum metas cohibeat, ac moderetur; sed vituperandus non est, qui iustum sectetur lucrum. Neminem certè hucusque noui, qui lucrum non sectetur, tametsi nouerim nonnullos, qui cùm ipsi essent lucri cupidissimi, abhorrebant ab alijs moderatissima commoda sectantibus, qui alimentis necessarijs contenti viuerent. Huc peruenit nostrorum temporum hypocrisis.

SVMMA DISPVTATIONIS Quinta.

1 *CAsus frequentissimus, infrequens apud Scriptores nostros.*
2 *Salarium diuisim exigitur si rei sint soluendo.*
In exactione quis modus seruandus.
3 *Distinguuntur multi casus, & proponitur primus de multis reis obligatis, simpliciter, ex vno contractu, & primitiua eius obligatione ad solutionem salarij.*
4 *Ex contractibus oritur duplex obligatio, & actio.*
5 *Obligatio secundaria contrahitur aliquando tacitè; & aliquando expressè.*
6 *Resoluitur primus casus.*
7 *Amplia, ut resolutio procedat, tàm in reis principalibus, quàm eorum fideiussoribus.*
8 *Id tamen procedit iuxta ius Regium.*
9 *Secundus casus de multis obligatis insolidum ad solutionem salarij ex primaria obligatione vnius contractus; quo isti insolidum conueniuntur, & soluit idoneus pro non idoneo.*
10 *Fideiussores non gaudent beneficio diuisionis, cùm insolidum obligantur attento iure Regio.*
11 *Tertius casus, cum multi obligantur ex secundaria obligatione vnius contractus, quo insolidum conueniuntur, & soluit idoneus pro non idoneo.*
12 *Secundaria obligatio non oritur ex contractu nisi interueniente dolo, vel culpa debitoris.*
13 *Qui obligantur ex dolo, obligantur insolidum, quia dolus pro parte committi non potest.*
14 *Textus id probantes.*
15 *Qui ex mora obligantur, obligari insolidum.*
16 *Quartus casus, cum multi obligantur ex officio obligatione primaria, vel secundaria.*
17 *Ex obligatione officij primaria, multi obligantur insolidum.*
18 *Limita si administratio sit legitimè diuisa.*
19 *Ex obligatione officij secundaria multi tenentur insolidum, & quoties à multis incurritur obligatio insolidum, soluit idoneus pro non idoneo.*
20 *Quintus casus, cum multi obligantur ex vno delicto ad salarium, & isto tenentur singuli insolidum.*
21 *In pœna, quod vnus soluit alterum non liberat, secus in interesse.*
Expensa processus criminalis magis sunt, reputanda tanquam interesse, quam quasi pœna.
22 *Officiales in officio delinquentes ad pœnam conuenti gaudent beneficio diuisionis.*
23 *Sextus casus, cum multi obligantur ex multis delictis ad solutionem salarij alicuius Iudicis, quo singuli insolidum tenentur.*
24 *Iudex à quolibet delinquente cæteris existentibus non soluendo exigit sua salaria insolidum.*
25 *Ex quo capite proueniat induiduatio delictorum remissiuè.*
26 *Declara, vt debeat Iudex simul procedere aduersus omnes reos.*
27 *Declara secundo, si Iudici designetur vnum salarium quotidianum, siuè procedat contra vnum, siuè contra plures; secus si salarium diuisim assignetur ex bonis multorum.*
28 *Septimus casus, cum multi obligantur ad salarium ex secundaria obligatione multorum contractuum: quo etiam singuli insolidum tenentur, & num. 29.*
30 *Id tamen tunc procedit, quando Iudex simul format processum contra plures.*
31 *Notatur discrimen inter duos casus, quo Iudex procedit aduersus reos vnius obligationis, vel reos plurium.*
32 *Ad exigenda plura debita in vno loco, non plures, sed vnus solùm ex actor mittendus est.*
33 *Obiectio aduersus prædicta.*
34 *Solutio, & verba ad exequutionem relata non immutant dispositionem.*
35 *Verba accipienda sunt cum effectu.*
Vbi forma à lege inducta præcisè impleri non potest, illa remittitur, & actus aliter factus sustinetur.
36 *Expenditur textus in l. 1. C. si plures vna sententia.*
37 *Octauus casus, cum multi obligantur ad salarium ex sententia distinguitur in alios diuersos.*
38 *Damnati insolidum, insolidum conueniuntur.*
39 *Præceptum de soluendo factum pluribus in exequutionem obligationis insolidum contractę, tenet insolidum eos, & facit, vt insolidum exigantur.*
40 *Sententia diffinitiua condemnatoria plurium lata in exequutionem obligationis pœnalis, ex maleficio tenet omnes insolidum.*
41 *Sententia condemnatoria lata simpliciter contra multos in exequutionem obligationis contractę non insolidum, sed pro virili, obligat multos pro virili.*
42 *Rei damnati simpliciter, vt soluant quantitatem, ad quam omnes insolidum tenebantur, si conueniuntur ex actione iudicati, exiguntur pro virili.*
43 *Si verò conueniantur ex actione primitus in iudicium deducta (quod possunt) conueniri possunt insolidum siue metu exceptionis rei iudicatæ.*
44 *Beneficium diuisionis, & vtilis actionis conceditur multis reis ex obligatione ciuili, siuè primaria, siuè secundaria.*
45 *Beneficium cessionis, & vtilis actionis denegatur reis ex delicto, vel quasi, dolo, aut culpa dolo simili.*
46 *In foro interiori reus delicti, qui solutione alterius correi liberatus est ab interesse, tenetur ei satisfacere pro rata.*
47 *Beneficium diuisionis an concedatur reis ex delicto, vel quasi, res est controuersa, & multi negant.*
48 *Multi affirmant, & vide, remissiuè.*

DI-

DISPVTATIO V.

Vtrum Iudex delegatus, cui per commissionem designatur certum salarium exigendum à multis reis, contra quos simul procedit exequutiuè, vel criminaliter, & diuidendum inter ipsos, possit ab vnoquoque, cæteris existentibus non soluendo, salarium insolidum exigere?

Ad l. 32. & l. 8. lib. 3. recopilation. & ad l. 1. §. 3. tit. 31. lib. 4. recopilation.

1 FRequentissimus casus, sed satis infrequens apud nostros Scriptores ex facto aliquando venit in disputationem, & apud graues viros de eo dubitatum est; in quo, vt incipiamus a certis, & indubitatis quædam præsupponenda sunt.

2 Statuo in primis, si rei omnes soluendo existant, salarium debere exigi per partes diuiso toto in singulos pro rata, ita vt nemini fiat iniuria, si ab eo exigatur, quod ab alio exigi posset; quoniã enim effectum habere debet clausula commissionis, quæ hæc diuisio fieri iubetur, cui obedire debet Iudex quantum fieri possit. Idem prorsus dicendum est, si aliquis ex reis, a quibus salarium exigendum est, etiam si non habeat pecuniam promptã ad solutionem salarij, habet tamen bona, ex quorum fructibus, vel venditione, sperare potest Iudex de proximo fore, vt redigatur pecunia sufficiens ad solutionem salarij debiti; nam si se Iudices cum subditis gerere debent, quemadmodum vellent si essent subditi, vt cum eis se gereret Iudex, *cap. quorundam, distinct.* 74. Abbas *in proœmio Gregoriano, verb. Rex pacificus, ante num.* 1. memores parabolæ conserui *Matthei* 18. *ex n.* 23. vbi monemur tales nos præbere erga proximos qualem se nobis exibet pater misericordiarum, Seneca *lib.* 1. *de clementia, cap.* 7. Principes monet tales se ciuibus, quales sibi Deos velle debere; neque exactio facienda est tàm amarè, & tanquam inter infestos, vt aliàs dicebat Iurisconsult. *in l. si id quod,* 28. *§. si quas, ff. de donationibus inter virum. Oportet enim exactorem non esse acerbum, & contumeliosum, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum, l. si bene,* 33. *ff. de vsuris; etenim vt debitor delicatus ferendus non est, ita neque onerosus creditor debet audiri, l. si seruos,* 25. *ff. de pignorat. action.* notat Escobar *de ratiocinijs, prima parte, cap.* 19. *num.* 29. quoniam in mora modici temporis patuum est præiudicium, *leg. si debitori,* 21. *ff. de iudicijs*: nam & ipsum ius quadrimestres inducias ad parendum iudicatis indulsit, *l.* 2. *&* 3. *C. de vsuris rei iudicat.* & moderatam dilationem debitoribus ipsis fiscalibus eam ad comparandam pecuniam petentibus negari non permisit, *l. in fraudem, §. fiscalibus, ff. de iure fisci,* Est igitur difficultas pertractanda, eo casu, quo constat soluendo non esse aliquem, vel aliquos ex reis.

3 Secundò statuendum est, quod attinet ad præsentem difficultatem multos casus distingui posse. Primus casus est, cùm multi obligantur ad soluendum salarium Iudicis in vno contractu simpliciter, & non in solidum ex primitiua contractus obligatione, quæ parit primitiuam actionem ad eiusmodi salarium exigendum.

4 Pro cuius casus, & sequentium explicatione notandũ est, in quolibet contractu duplicem obligationem spectari posse, ex qua oritur duplex actio. Prima obligatio est illa, quæ resultat ex natura ipsa contractus ad implẽdum id, quod partes consentiunt, & principaliter intendunt, quæ vocatur obligatio primitiua; & ex ea oritur actio ex vtraque parte ad compellendam alteram, vt impleat istam primitiuam obligationem, quæ item vocatur actio primitiua. Secunda obligatio est secundaria, quasi per accidens ex contractu orta, ex eo, quòd aliquis ex contrahentibus non impleat contenta in prima illa obligatione; succeditque enim ista subsidiaria ad supplendum defectum primæ: item actio secundaria ad resarciendum ius læsum ex defectu implementi primæ illius obligationis. Exemplo res plana fiet. In commodato, vel deposito primæua obligatio est, vt restituatur suo tempore res commodata, vel deposita, talis qualem recepit depositarius, vel commodatarius; quod si ille non impleat, vt debet, oritur ex eodem contractu obligatio secundaria soluendi interesse deponenti, vel cõmodanti: atque eodem prorsùs modo ex primæua contractus obligatione oritur primæua actio ad recuperandam rem depositam, vel commodatam; sed interueniente dolo, vel lata culpa depositarij, vel commodatarij, qui vel rem restituere non possit, vel deteriorem reddiderit, datur deponenti, & commodanti actio secundaria, qua prosequatur suum ius circa damnum illatum sibi dolo, vel culpa depositarij, vel commodatarij. Hæc doctrina apertè colligitur *ex l. prima, ff. depositi,* in multis paragraphis, & legibus sequentibus, *& ex l. si vt certo, l. in commodato, l. in rebus, ff. commodati.* Item in verborum obligationibus primitiua obligatio est, quæ verbis continetur, vt impleatur statuto tempore: & primitiua actio est ad implementum istius obligationis: ea vero suo tempore non impleta succedit obligatio secundaria ad damna, & interesse, orta ex non implemento, & actio ad exigendum eiusmodi interesse, & resarciendum damnum, quæ vocatur secundaria. Huc pertinet *l. si insulam cum materia, ff. de verborum obligat.* & multi alij textus. Pertinet item communis conclusio, quod in obligationibus facti post moram succedit obligatio ad interesse, quæ est obligatio secundaria, & subsidiaria, de qua conclusione latè Bartolus *in l. stipulationes non diuiduntur,* ex *num.* 36. *ff. de verborum obligat.* Gratianus *regula* 184. Item alia communis conclusio, quòd debitor, qui est in mora dandi, seù soluendi pecuniam suo creditori, tenetur ipsi ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis; de qua Decius *in capit. cum venerabilis, numer.* 55. *cum sequentibus, de exceptionibus,* Plotus *de in litem iurando,* §. 11. *in dotis actione numer.* 30. *&* 31. qui id intelligunt quòad lucrũ cessans in solito negotiari, *& in §.* 27. *per totum,* Bellonus *decision.* 139. *numer.* 7. qui dicit hanc sententiã, ita esse canonizatam in scholis, & palatijs, vt ab ea recedere nefas esse videatur, Tuscus *liter. I. conclusion.* 303. Bertazolius *consil. criminali* 264. *numer.* 1. *& seqq. lib.* 2. Hondedeus *consil.* 50. *volum.* 1. Suedus *de alimentis, tit.* 1. *quæst.* 45. *ex num.* 27. Atque hanc doctrinam de duplici actione, videlicèt primatiua, & secundaria, ortis ex contractibus, tradunt Bartolus *in leg. eandem,* 9. *in princip. num.* 3. *ff. de duobus reis,* & ibi Angelus *nu.* 2. Paulus *num.* 2. Ronchegallus *n.* 254. *cum seqq.* Mantica *de tacitis, & am-*

biguis

biguis conuentionibus, lib. 9. tit. 2. nu. 10. 11. *&* 12. *& tit. 4. nu. 5. & lib. 15. tit. 2. nu. 6. tom. 2.*

5 Illud tamen obuitèr addendum est, obligationem istā secundariam, de qua agimus, cui locum dat dolus, culpa, aut mora alterius contrahentis, aliquando contrahi tacitè, cùm videlicèt in ipso contractu, nihil aliud exprimitur quàm quòd pertinet ad principalem, & primitiuam obligationem; quemadmodum in obligationibus facti, post moram tacitè contrahitur obligatio ad interesse: aliquando verò expressè, cùm in contractu non solùm exprimitur, quod principaliter agendum est; sed etiam quid præstandum sit interueniente mora, vel dolo, aut culpa alterius, vel vtriusque contrahentis; quemadmodum cùm adijcitur stipulationi principali stipulatio pœnalis, sub conditione, si principalis stipulatio non impleatur. Docet id apertis verbis optimus textus *in lege si pœnam*, 68. *ff. de verbor. obligation.* item *in l. si fundum certo die*, 114. *ff. eodem titulo*, qui agit de tacita obligatione secundaria post moram; notat doctè vt alia, Mantica *de tacit. & ambigu. conuentionib. lib.* 14. *tit.* 9. *num.* 18. Hæc autem expressio plerumque fit in contractibus, cum in eis interuenit scriptura; promittitur enim, aut interesse in genere, aut certa quantitas loco interesse, verbi causa, promittitur salarium exactori præstandum in casu moræ, vt dicitur *in l.* 20. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilation. vers. otrosi, el primo*, & aduertit Gaspar Rodericus *de annuis redditibus lib.* 2. *quæst.* 7. *nu.* 9. *&* 10. *lib.* 3. *quæst.* 5. *nu.* 10.

6 Igitur (vt eò redeamus, vnde digressi sumus,) primò isto casu resoluendum est, multos reos obligatos obligatione primitiua ad soluendum salarium Iudicis simpliciter, & non insolidum, non posse insolidum exigi; sed vnusquisque soluere debet pro virili parte siuè alij idonei sint, siuè non sint. Quod ex eo probatur, quoniam obligatio à principio diuisa est pro rata inter omnes; & vnusquisque tantum obligatur pro parte ipsum tangēte, & non pro parte alterius, *l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis*. Ergo vnus pro alterius debito conueniri non potest, neque exigi ab vno, quod alius debet, *l. 3. in fin. C. ne uxor pro marito*, ibi: *Certissimum enim est ex alterius contractu neminem obligari, l. legatorum in principio, ff. de leget. 3. l. solent, in fine, ff. de aliment. & cibar. leg.* Regula enim iuris est, non debere alteri per alterum iniquam conditionem inferri, *l. non debet alteri, ff. de regul. iur.* Tuscus *liter. A. conclus.* 313.

7 Declaratur hęc resolutio, vt sit intelligenda non solùm de reis principalibus simpliciter obligatis, sed etiam de fideiussoribus obligatis eodem modo; quoniam intèr fideiussores simpliciter obligatos diuiditur à principio ipso iure obligatio fideiussoria, quemadmodum inter reos principales. Decisionem enim textus *in d. l. reos, §. cū tabulis*, extendit ius Regium ad casum fideiussorum *in l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopilat.* vt ad eam explicant Castellani Doctores, Azeuedus ibi *num.* 1. Matienzo *gloss.* 1. & ante eos Gregorius Lopez *in l.* 8. *tit.* 12. *par.* 5. *gloss.* 5. & Villalobos *in antinomia, liter. F. num.* 14. Olanus *dicta liter. F. num.* 35. sequitur Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib.* 2. *quęst.* 5. *num.* 6. & alij ab eo relati.

8 Limitabis tamen hanc declarationem, vt accipienda sit, iuxta ius Regium; nam communi iure attento, tametsi quod attinet ad reos principales, id ita verum sit, nempè obligatos esse dumtaxat pro virili parte, cum obligantur simpliciter, iuxta textum *in d. l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis*, secus tamen est in fideiussoribus obligatis simpliciter, qui non pro virili, sed insolidum obligantur ipso iure *l. non rectè, 3. C. de fideiussor. §. si plures, institut. de fideiussorib.* tametsi indulgebatur illis beneficium epistolæ Diui Adriani, si omnes erant idonei, vt vnusquisque prò virili portione cōueniretur, *d. l. non rectè, & d. §. si plures*; de quo tamen alibi latius agemus Deo volente.

9 Secundus casus est, cùm multi obligati sunt ad soluendum salarium Iudicis primitiua obligatione vnius, & eiusdem contractus, qui se insolidum obligarunt, veluti cùm multi debitores insolidum se obligant ad soluendas creditori expensas exactionis. Quo casu dicendum est, posse vnumquemque insolidum conueniri pro tota quantitate salarij, si cæteri soluendo non existant. Ratio est, quoniam hoc casu isti debitores sunt multi rei debendi: porrò cùm multi rei debendi sunt, potest creditor ab vnoquoque solidum exigere, *leg. in duobus, §. vbi duo, ff. de duobus reis, l. creditor, C. eodem titul.* Si verò cæteri idonei sunt inter eos debet diuidi obligatio, & non sunt insolidum exigendi, idque duabus rationibus, in casu, de quo modo agimus. Prima est, quoniam præsupponimus in rescripto commissionis statui, vt salarium diuisim exigatur inter istos reos, & ne totùm ab vnoquoque, quod ita seruandum est, quantum fieri possit. Secunda, quoniam etiam si cessaret ista ratio ius ipsum indulget multis reis principalibus insolidum obligatis beneficiū diuisionis, quando omnes idonei sunt soluendo, *Authent. hoc ita, C. de duobus reis, l.* 10. *tit.* 12. *part.* 5. ac per consequens multi rei idonei non sunt exigendi insolidum, sed pro virili.

10 Obseruandum autem est, attento iure Regio, tametsi constituenda sit, quoad hoc differentia inter reos principales insolidum obligatos ex vna parte, & fideiussores obligatos insolidum ex altera, quod illi gaudent beneficio diuisionis, iuxta textum *in d. l.* 10. *titul.* 12. *part.* 5. & explicationem Gregorij *in l.* 8. *tit.* 12. *part.* 5. *gloss.* 1. *in fin.* Isti tamen nullo diuisionis beneficio potiuntur, iuxta textum *in d. l.* 8. & præter Gregorium modo relatum adnotarunt Villalobos apud Olanum *in concordia antinomiarum liter. F. nu.* 32. & ipse Olanus ibi *nu.* 33. & est verissima animaduersio, quidquid alij dixerint. Verùm quod attinet ad casum, de quo modo loquimur, si fideiussores obligati insolidum ad solutionem salarij sunt omnes idonei, non sunt insolidum conueniendi quoniam beneficium diuisionis, quod ius Regni illis denegat, concedit rescriptum commissionis Iudicis istius delegati, de quo agimus, cui mandatur, vt salarium diuisim exigat ab obligatis prò virili portione exigendo ab vnoquoque eorum.

11 Tertius casus est, cùm multi sunt obligati ad soluendum salarium ex secundaria obligatione vnius, & eiusdem contractus, siuè tacitè, siuè expressè. Exemplum est, si multi siuè rei, siuè fideiussores interuenerunt in mutuo, vel locatione Regiorum reddituum, qui in casu moræ, & cessationis obligati sunt, siuè tacitè ex natura contractus, siuè expressè, quia in scriptura ita expressum est, ad expensas exactionis, videlicèt salaria exactorum, & exequutionis sportulas, & expensas factas in venditione bonorum, & eorundem subhastationibus. Quo casu resoluendum est, quibusdā nō existentibus idoneis, & soluendo, posse vnumquemque insolidum exigi, & conueniri idoneum pro non idoneo.

12 Fundamentum istius resolutionis est, quoniam hęc secundaria obligatio nunquam oritur ex contractu, nisi cum interuenit dolus, culpa, vel mora debitoris, ita vt sup-

posito

pœnæ applicanda Iudici sententiam ferenti. Item in rescriptis regijs de administratione eius contributionis, quam in nostro Regno, vulgo vocamus, *Millones*, & in statutis ciuitatum, & populorum circa custodiam montium, & agrorum, vt erat statuta in saltu illo, quem commemorat Gordianus Imperator *in leg.2.C. de noxalibus action.* De hoc tertio genere emolumentorum agit textus *in dicto titul.10.cap.1.2.& 10.libr.3. recopilation.* Est verò inter emolumenta primi, & secundi generis ex vna parte, & emolumenta tertij ex alia, discrimen notatu dignum; quòd salarium, & sportulæ Iudicibus assignata censenda sunt fauorabilia: fauore enim Iudicis fuit constituta, vt habeat vnde alatur, eique de victu, & cultu prouisũ sit. Emolumenta verò tertij generis censenda sunt odiosa, quæ non tam respectu Iudicis, & vt ipse commodum sentiat, ac ditescat, designata sunt à legibus, statutis, aut rescriptis, sed odio potiùs delictorum, atque vt Iudices, & Officiales, qui fortassis, non ita permouerentur ad vtilitatis publicæ ad insectandã delicta, sed dissimularent potius, vt plerumque faciunt in ijs causis, ex quibus commodum non expectant proprij lucri cupiditate, & quæstus sibi propositi auiditate saltem delinquentes persequerentur, delictaque impunita non maneteot, hominesque vel pœnarum, & mulctarum metu, quas sibi certò sciunt infligendas sine vlla remissione, cùm ad Officiales iustitię iore pertinent, deterreantur à peccatis, & à delictis abstineant. Tametsi enim leges istæ per accidens, (vt phylosophicè loquar) faueant Iudicis lucro; per se tamen, & præcipua intentione spectant ad delictorum terrorem, & punitionem, adhibentque lucrum Iudicis tanquam medium ad consequutionem finis principalis, nempè vt delinquentes nullibi se tutos existiment ab Officialibus suum lucrum inhiantibus, vt planè indicat textus *in l.66.titul. 21. libr.5. recopilation.* & obseruat Rodinus *tractatu de maiestate Principis, ad verbum, non armis solùm decoratam, secunda parte, numer.* 201 loquens de armis, quæ applicantur exequutoribus *in leg.28.tit.23.libr.4.recopilation.* Ac per consequens rectè dictum est eiusmodi emolumenta censenda esse odiosa; quia odium in eis præcipue viget, etiam si aliquis fauor inueniatur; iste enim ordinatur ad illud tanquam ad finem. Censura autem fauoris, vel odij in dispositionibus desumenda est ab eo, quod præcipuum est, iuxta communem traditionem Doctorum *in l. quartus, ff. de statu hominum*, cuius meminere Geminianus *in cap. soiant cuncti*, 12. *numer.6. de electione in sexto*, Philippus Franchus *ibidem num.* [illegible] 6. Tiraquellus *de retractu lignagier.* §. 30 *glossa prima num.* 4. & 5. vbi rectè docet, semper actum iudicari à principali intentione agentium, Peregrinus *de fideicommissis art.* 1. *num.*24.& 25. Flaminius Parisius *de confident. beneficial. quæstion.* 13. *ex numer.* 12. Molina *de primogen. libr.* 1. *cap.* 18. *numer.* 3. Prætis *de interpretation. vltimar. voluntat. libr.* 1. *interpretat.* 1. *dubitat.* 4. *solution.* 12. *ex numer.* 11. Menochius *de recuperand. possession. remed.* 1. *ex numer.* 13. Guttierrez *libr.4. practicarum, quæstion.* 24. *numer.* 28. *& seqq.*

2 Quæstio verò proposita est à nobis de Iudice delegato salariato; neque enim dubitatio est, quin Iudex ordinarius præter salarium possit omnia ista commoda percipere, cum id expresse leges illi concedant; videlicet, *totus illa titulus decimus, libr.3. recopilation.* & *l.9. titul.5. l.7.& 8.tit.6.eiusdem libr.3.& l.12.titul.21.libr.4.recop.*

3 Neque item dubitant Doctores nostri, quin Iudex delegatus, cui per commissionem suam salarium non assignatur, possit percipere ista emolumenta; id enim planè videtur probari *ex leg.11.titul.21.libr.4.recopilation. versicul. y mandamos*, ibi, *que no lleuen mas derechos de execution* (videlicet cùm cognoscunt de causa tanquam delegati) *de los que les perteneciere, y deberen lleuar como Iueces ordinarios de los tales lugares, & leg.31. titul. 6. libr.3.* ibi *Y no lleuando salario solamente lleuen los derechos por la tabla del concejo, donde se hiciere la execution*, quæ lex loquitur de Iudicibus delegatis, seu Commissarijs. Notat Bouadilla *lib.2. politicæ, cap.21. nu.35. & lib.5. cap.1. num.243.* Rodriguez *tractatu de exequutione, capit.7. num.11.* Ioannes Heuia Volaño *in curia philippica, 2. par. del juicio executiuo*, §. 33. *num.8.*

4 Quæ quidem resolutio, quæ apud nostros est indubitata, ampliãda est, etiam si Iudex delegatus non salariatus sit aliquis de Iudicib. superioribus, videlicèt, aut Regius Auditor, aut Iudex criminum, quem *Alcalde* vulgo vocamus. Isti enim cùm delegantur ad aliquas causas sine designatione salarij, si causæ sint eius naturæ, & conditionis, in quibus alij Iudices ordinarij, vel delegati, possent iure applicare sibi per sententias, & percipere partes pœnarum per leges assignatas, possunt etiam ipsi eas sibi applicare, & percipere, dummodò per delegationum instrumenta, seu rescripta, id eis prohibitum nõ sit. Qua in re vidi præcipitem lapsum supremi cuiusdam tribunalis existimantis, non posse Iudices istos applicare sibi partes istas pœnarum: verùm vbi caput se in præceps dat, caput membra sequuntur. Amphationis tamen nostræ fundamentum est, *l.15. tit.6. lib.2. recopilat.* cuius verba referã; *Mandamos que assi en los pleitos que de aqui adelante se mouieren, como en los que al presente estan pendientes, que no estuuieren sentenciados en reuista, los Alcaldes de nuestra casa, y corte, y los Alcaldes de las nuestras audiencias, y chancillerias, y los otros Iueces superiores, de los quales, y en los cassos, que no ay grado para appellar, o suplicar para otros tribunales, en los negocios, y delitos, que sentenciaren, aunque ayan venido ante ellos en primera instancia, no puedan lleuar, ni lleuen la parte de las penas, que por leyes, y pragmaticas destos Reynos se aplica a los Iueces, que las determinaren, y que le parte, que conforme a las dichas leyes auian de auer los dichos Iueces de aqui adelante sean, y se apliquen para la nuestra camera, y fisco. De manera, que el Iuez, o Iueces dequien, y en los cassos, que no uuiere grado de appellacion, o suplicacion para otro superior, no pueda lleuar, ni lleue parte de las dichas penas quedando las dichas leyes en su fuerza, y vigor, enquanto a los Iueces inferiores.* Quæ lex continet limitationem eius regulæ generalis, quòd Iudices possint per suas sententias assignare sibi partes pœnarum statutas à legibus, seu pragmaticis Regis. Ea enim est limitanda, cum Iudex cognoscit de causa tanquam superior, à quo nõ potest interponi appellatio, seu supplicatio ad superius tribunal. Quæ limitatio amplianda est, etiam si talis causa deueniat in prima instantia ad eiusmodi Iudicem. Quæ tamen lex, vt vberius explicetur, duo casus notandi, & distinguendi sunt. Primus, quem expresse lex ipsa continet, & determinat, est, cùm Iudices isti superiores Auditores, aut Alcaldi, cognoscunt de aliqua causa, non vt singuli, sed vt vniuersi, & per modum vnius tribunalis, vt coniudices cum alijs, quorum singula vota, & iudicia non constituunt sententiam, sed connexa cum votis aliorum iuxta *l.26.43.44.47. tit.5. libr.2. recopil.* & doctrinam Bartoli *in l. si vni ex pluribus, 36. aliàs Pomponius, num.1. & seqq. ff. de re iud.* Quo casu a sententia pronunciata ab Auditoribus, aut Alcaldis, non potest interponi appellatio, aut supplicatio ad superius tribunal, sed

sed interponitur supplicatio ad idē tribunal,in quo persē-rentiā reuisionis cōfirmatur,aut reuocatur prior sentētia, fine vllo alio recursu ordinario, iuxta *l.22.tit.4 lib.2.rec.*

5 Primo igitur isto casu, *d. l. 15.* quàm interpretamur definit, non posse Iudices istos superiores applicare sibi partes pœnarum per suas sententias, quas leges Iudicibus decidentib.causas applicant. Idque non solùm si cognoscāt de causa in gradu appellationis interpositę a Iudicib.inferioribus,sed etiā si causa ad eorum tribunal deueniat in prima instātia,vt multis casibus potest deuenire.

6 2 Secundus casus est, quem lex non exprimit; apertè tamen indicat distinguendum a primo, quo Iudices isti: qui aliàs vnam vniuersitatem superiorem componūt cognoscentem de causis in gradu appellationis, efficiuntque tribunal supremum à quo non potest appellari, cognoscunt de causis ipsis, non vt vniuersi, sed vt singuli, videlicèt tanquam delegati ab aliquo superiore intra, vel extra Curiam. Quo casu votū ipsorum ab aliorum votis separatum, & singulariter prononciatum facit sententiā, & litem determinat. Quo item casu ab ipsis interponitur appellatio ad superius tribunal, vt restatur, tùm stylus ipse omnibus patens, tùm leges diuersæ nouę recopilationis, *l.16.lib. 26.titul.8.lib.2.l.16.cap.17.titul.6.leg. 20.titul.4. eodem lib.2.* Quæ leges tametsi loquantur de Alcaldis, vt Iudicibus Prouinciæ decidentibus causas ciuiles; idem tamen contingit cùm cognoscunt de causis criminalibus ex iurisdictione delegata: tunc enim solus Alcaldus delegatus decernit litem, & ab eo interponitur appellatio ad superius tribunal delegantis, vt est luce clarius, & quotidianis experimentis notissimum. Idem de Auditoribus dictum puta.

7 De isto autem casu, quo Iudex alioqui superior fit Iudex inferior, & cognoscit, & procedit, vt inferior, *d. l. 15.* nihil expresè definit; sed eo ipso, quòd omisit reliquisse videtur, quid faciendum sit, sub dispositione iuris communis, *l.commodissimè.ff. de liber.& posthum.l.si extraneus, 6. ff. de condict.caus.dat.l.præcipimus, 32.in fin. C. de appellat. cap. susceptum, de rescript. in sexto,* cum traditis à Petro Barbosa *in l. si cum dotem, 23.in princ.ex nu.17. 21. & 45. ff. de solut. matrim.* Eò maximè, quòd in calce legis ea verba adiecerit Legislator: *Quedando las dichas leyes en su fuerza, y vigor, enquanto a los Iueces inferiores.* Atque in eo contrariam decisionem sequēdam esse, decisioni casus præcedentis apertè insinuant totius legis verba limitantia, decisionem eius ad præcedentem casum, ibi: *De los quales, y en los casos, que no ay grado para appellar, o suplicar para otros tribunales;* & iterum inferius in fine: *De manera,que el Iuez,o Iueces,de quien, y en los casos,que no vuiere grado de appellacion para otro superior, no pueda lleuar,ni lleue parte de las dichas penas.* Ergo in alijs casibus contrarijs contrarium est dicendum, nempè posse Iudices istos pœnarum partes percipere; alioqui cur limitatè lex loqueretur, & non potius simpliciter,& absolutè percepisset Iudices istos nunquam, & nullo casu, fine ab eis posset, siuè non posset interponi appellatio ad superius tribunal, percipere partes penarum in causis, de quibus iudicant? Succedit igitur regula, vt limitata verba limitatū effectum producant, *l.in agris, ff.de adquir.rer.domin.l.cancellauerat, ff.de ijs, quæ in testam.delent.l.age, C. de transact.* Meres *de maioratib.2.par.q.6.in prima impressione,nu. 106. in secunda,nu.531.& seqq.* Symon de Prætis *de interpretat. vltim.volunt.lib.1.interpr. 1.dubit.4.solut.12.per totam,fol. mihi 62.* Ioannes Garcia *de nobilitate, gloss. 1. in princ. ex num.29.* quoniam si Legislator aliud voluisset facilè aliud expressisset. Quo argumento vsus est Pontifex *in cap. ad Thomā Carleualij de Iudicijs.* *audientia de decimis,*vbi notat Abbas Panormitanus *nu. 2. cap.inter corporalia, vers. vnde si circa. de translat. Episcop. l. vnica, §.sin autem ad deficientis. C. de caduc.toll.* ibi: *Nam si contrarium volebat nulla erat difficultas coniunctim ea disponere, l.si seruum, 7.§.Prætor ait, vers. non dixit Prætor,ff.de adquir.hæredit.* Bouadilla *lib.5.politic.cap. 1. nu. 14.* Sic igitur, vt hæc exceptio, & limitatio firmet regulam in contrarium, *l.nam quod liquidè, §.vlt.ff.de penu legata, l. quæsitum, §.denique, ff.de fund.instruct.* Paulus Castrensis *consi. 257.nu.5.vol.2.* Decius *in l. 1.n.21.ff.de regul.iur.* Simon de Prætis *de interpret.vltimar. volunt.lib.4.interpr.2. dubit. 3. per totam, fol.mihi 212.* Conarruuias *lib.2.variarū.cap.5. nu. 5.& 6.* Meres *de maioratib.1.par.quæst.22.ex nu.1.* Matienzus *in l.3.tit.10.lib.5.recopilation.gloss. 15.* Mantica *de tacit.& ambigu.conuention. lib.7.tit.16.num.30.& seqq.*

8 Id quoque apertè probant mihi aliæ leges nostræ: in primis *l.10.tit.6.lib.2. recopilat.* ibi: *Y mandamos a los dichos nuestros Alcaldes de Corte no lleuan parte alguna de las penas en que condenaren,que pertenezcan a nuestra Camara,y fisco,* ista sunt verba limitata; & *in l.21.eod.tit.* prohibētur Alcaldi applicare sibi partes penarum, in ijs casibus, in quibus leges illi nullas applicant partes; aut percipere in ijs, in quibus leges assignant Fisco pœnas condemnationis. Quæ planè denorant prohiberi eum limitatione percipere pœnas ijs eisdem casibus,quibus idem prohiberetur Iudicibus alijs inferioribus: permissum verè esse percipere pœnas ijs casibus, quibus pęnæ à legibus applicantur Iudicibus vniuersim,& nulla distinctione facta, vt denotat textus *in tit. 10.cap.10.lib.3.recopilation.*

Idem probat apertius *l.13.cap.16.titul.14.lib. 2.recopilat.* cuius verba sunt: *Otrosi mandamos,que los dichos nuestros Alcaldes,ni los denunciadores de qualesquiera delitos, no reciban, ni cobren, ni lleuan la parte, que les pertenece de las dichas condenaciones, hasta tanto, que antes y primero se pague al dicho nuestro Receptor,lo que dellas pertenece a nuestra Camara, so pena de lo pagar con el doblo,* quæ lex aperte præsupponit,imò docet partem pœnarum eiusmodi condemnationum pertinere ad Alcaldos eodem modo, quo pertinet ad delatores, & posse ab eis exigi, verum præcipit ne ab eis prius exigatur, quam Receptori fisci sit satisfactum,quod ab inferioribus Iudicibus seruari iubet, *dicto cap.10.tit.10.lib.3.recopilation.*

Ex quibus venit explicanda *l.20.titul.1.lib.3.recopil.* cui verba sunt; *Que los dichos Gouernador, y Alcaldes maiores* (loquitur lex de Regio auditorio Gallaciæ) *no pongan,ni apliquen, ni lleuen para si penas algunas, ni para sus officiales, ni para sus familiares; ni sus officiales las pongan, ni lleuen para los dichos Gouernador, y Alcaldes maiores, ni para si: saluo que todas las penas pertenecientes a la nuestra Camara, y qualesquiera otras, que ellos sentenciaren, las hagan poner en deposito de manifiesto en el Receptor,el qual tenga cargo de las cobrar,y cobre por ante Escriuano,para acudir con ellas a quien nos mandaremos, y las otras para gastarlas, por mandamiento de los dichos Alcaldes en las obras,y cosas, paraque fueren aplicadas,l.25.eod.tit.* quæ prohibet ne isti Auditores Gallecię percipiant partes penarum,quas per suas condēnationes imponūt. Sunt enim leges istę intelligēdę,& practicādę,iuxta superius dictē in duobus casibus. Primus est,cùm pęnę sūt arbitrarię,& lex nullā partē pęnæ Iudici attribuit:tunc enim Iudex non potest per suam sententiā partem pęnę imponēdę sibi applicare iuxta *l.2. tit.26.lib.8.recopil.* Secundus casus,cùm isti Auditores cognoscunt de causa quapiā per modum supremi cuiusdam tribunalis, a quo non est recursus appellationis aut supplicationis ad aliud tribunal superius, & nō vt singuli,sed vt

vniuersi, vt conueniat cum dicta *l. 15. tit. 6. lib. 2.* superius explicata: in aliis verò casibus contrarium iudicandu est.

Limitanda tamen est decisio prædictæ *l. 15. per l. 18. tit. 5. libr. 9. recopil.* vt non procedat in pęnâ tripli, quam incurrit committens fraudem, & dolum in ratiocinio regiorum redditiuum: nam si rationem reddēs dolose omittat in calculi parte, quam oneratione, seu introitum, vel *cargo*, vocamus aliquam summam, vel partitam, vel eam addat in exoneratione, aut exitu, incurrit pœnam tripli, cuius tertia pars applicatur Auditoribus tribunalis ratiociniorum regiorum causam definientibus, iuxta *d. l. 18.* & ordinationes Consilij Regij patrimonij, & computorum eius, tametsi ab eis non sit recursus ad aliud tribunal, quod ita vsu receptum est, vt sæpè vidimus, etiam si non careat scrupulo.

9 Ratio verò decidendi *d. l. 15.* cur prohibitum fuerit ne Iudices superiores partes pęnarū percipiant iis casibus, quibus ab eis non est recursus ad superius tribunal, duplex est iudicio meo, tametsi neminem ex nostris eam videam attigisse. Prima quoniam durissima res est, (negari non potest) Iudicem ex causa, quam iudicat vllum percipere commodum, & in ea versari eius interesse. Id enim planè est in sua causa sibi ipsi ius dicere, quod repugnat cum naturali dictamine rationis; ex quo prouenit ne quis valeat vlcisci de propria iniuria, ne fit idem Iudex & actor, & cum regulis iuris ciuilis *in Rubr. C. ne quis in sua causa iudicet, vel sibi ius dicat.* Ideo rectissimè *in l. vni. ea cod. tit.* dixerunt Imperatores, *in re propria iniquum admodum est alicui licentiam tribuere sententiæ*, & elegantissima fuit obseruatio Bartoli *in leg. de iure, 37. in princ. nu. 1.* post Glossam ibi, *verbo, Prouincia, ff. ad municipal. & de incol.* dicentis: *Ex hac mirabili glossa nota, quod quando Iudici applicatur decimum, quod ipse non potest cognoscere, an ipse sit Iudex competens*, & plurima ad eam rem cumulauit Surdus *cons. 193. n. 6. lib. 2.* Tametsi Baldus *in l. ex quacunque, nu. 7. ff. si quis in ius vocatus non ierit*, dicat, commodo sportularum, vel alio lucro incidenter peruenienti Iudicē non reddi illum suspectum, quominus possit pronunciare incidenter de iurisdictione; in quam rem legatur Carrasco *ad nouam recopilationem, cap. 9. num. 68. & num. 226.* & Philippus Franchus *in capit. ad audientiam, 34. num. 3. de appellation.* Barbosa *in l. si quis ex aliena, ex num. 111. & propriè ex num. 117.* cum textu ibi, *ff. de iudiciis.* Causa autem propria alicuius dicitur, in qua eius vtilitas vel interesse vertitur, *l. 1. §. in propria, l. 2. §. vltimo, ff. quando appell. sit.* Heringius *tract. de fideiussorib. cap. 29. num. 12.* in qua non solùm Iudex, quod magis est, sed nec testis, quod est minus quis esse potest, *l. nullus, ff. de testibus l. omnibus. Cod. eod. tit.* Mascardus *de probationib. concl. 1364.* testes in causa, *ex nu. 1. vol. 3.* Farinacius latissimè *in praxi crimin. q. 60. ex nu. 1.* Cardinalis Tuscus *liter. T. conclus. 197. volum. 8.* Vnde fit, vt iustissima sit causa recusationis, si dānum, vel emolumentum litis ad Iudicem quocunque modo pertineat, ex quo possit dici causa propria, Maranta *in praxi, 6. par. tit. de appellatione, n. 32.* Aufrerius *de recusationibus, num 76.* Caualcanus *decis. 28. num. 154. caus. 78. 2. par.* Tuscus *liter. S. concl. 908. nu. 1.* neque solùm si causa ipsum tangat, verùm si similem causam habeat, *cap. causam quæ de Iudiciis*, Farinacius *in fragment. crimin. liter. I. num. 784.* qui multos allegat. Verum in hac regula versetur dumtaxat interesse priuatum, & alia parte publicè interfit puniri maleficia legibus prohibita, *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. l. locatio, §. quod illicitè, ff. de public. & vectigal. cap. vt famæ, de sentent. excommunic.* Tuscus *liter. D conclus. 157.* ad quorum punitionem quibusdam casibus non aliud cōmodius medium potuit adhiberi, quàm facere Iudicem participem pœnæ imponendæ pecuniariæ, quo moueatur ācriùs ad eorum vindictam proprio commodo, & vtilitate stimulatus (vt superiùs aduertimus hac eadem disputatione nu. 1. insuperhabenda fuit iniquitas ista priuata victa ab vtilitate communi; quod in iure nouum non est, vtilitas enim publica præfertur priuatæ, *l. vnica, §. fin. C. de caduc. toll. Authent. res quæ C. commun. de legat. l. vtilitas publica, Cod. de primipilo, libr. 12.* & ob eam multa in iure ciuili contra strictam rationem disputandi recepta esse innumerabilibus exemplis probari potest, *d. l. si ita vulneratus, §. æstimatio, ff. ad l. Aquiliam, l. sunt personæ, ff. de religios. & sumptib. funer.* temperanda tamen res fuit, & quod vtilitas publica suadebat, in prima instantia sequendum fuit, in qua Iudex particeps fit pœnæ pecuniariæ imponendæ per suam sententiam, cui si reus acquiescat, & sua ipsius conscientia coniunctus condemnationi consentiat benè acta res est; satis enim iusta est condemnatio, quam reus ipse illi acquiescendo iustam putat: quòd si reus grauatum iudicet, prouocetq; ad superius tribunal appellatione interposita res deuoluitur ad Iudices superiores, ad quos causa nullatenùs pertinet, qui ab omni affectu vacui, & interesse liberi, de causa cognoscunt, vtpotè qui ex sententia nullam vtilitatem possunt captare. Qua ad eos deuoluta tandem non offenditur prior illa ex iure naturali deducta regula, ne Iudex propriam causam iudicet, vbi restauratur ius rei, si læsum est apud Iudicem inferiorem. Itaque nullum reputatur incommodum, quòd reus lædi possit à Iudice, cuius sententia non est exequenda, nisi reo ipso consentiente; esset verò magnum, si Iudices, quorum sententia mandanda est executioni sine vllo recursu, participes forent lucri ex sentētia percipiendi. Quę ratio extendit se ad eas etiā causas, quæ ad superiora tribunalia deueniūt in prima instantia, quas lex ipsa se amplians cōplectitur.

10 Secunda ratio est, quoniam sequuta confirmatione primæ sententiæ latæ in prima instantia, non agitur ex prima sententia, quæ appellationis remedio videtur extincta, *l. 1. §. vltimo, ff. ad Turpillian.* sed ex secunda sententia lata in gradu appellationis confirmatoria, vt docuit Accursius *in l. eos verb. vel iniustam, in fin. C. de appellation. & in l. furti, verb. hodie, ff. de iis, qui not. infam. & in l. si quis priore, 29. verb. sed teneri, ff. ad trebellian. & in leg. chirographis, 58. §. vltimo, schol. penultimo, ff. de administr. tutor.* & Glossa Bernardi *in cap. pastoralis, §. Præterea, verb. discussa, in fine, de offic. deleg.* & est recepta sententia ex Alexandro *in l. 1. nu. 5.* Iasone *nu. 11. ff. de re iudic.* quos sequitur Barbosa *in l. diuortio, 8. §. si vir, n. 51. in ff. sol. matrimon.* & Fuluius Constantius *in l. 1. ex num. 29. C. pœnis fiscalib. creditor. præferri, libr. 10.* Si igitur Iudices appellationis perciperent partes pœnæ pecuniariæ per suas condemnationes impositæ, nunquam Iudices inferiores, à quorum sententiis condemnatoriis fere semper interponitur appellatio ad superius tribunal, illas perciperent, sed suo lucro fraudarentur, & illorum labor in persequendis delinquentibus, & puniendis delictis foret irritus, & inanis; lucrum enim omne ad superiores deuoluerent, & in eos rectè caderent Virgiliana carmina: *Sic vos non vobis.* Item leges distribuentes pœnas pecuniarias, earumque partem Iudicibus sententias ferentibus adscribentes; & attribuentes, suo fine frustrarentur: in enim lucrum Iudicibus proponunt, (vt initio huius disputationis aduertimus,) quò eos ad inquisitionem, & punitionem delictorum promoueant, non mouerentur autem, si scirent lucrum à legibus propositum ipsis, non

ab ipsis, sed à superioribus sententias suas confirmantibus capiendum esse. Necessarium igitur fuit, vt tribunalia superiora, ad quæ causæ in gradu appellationis deuoluuntur, & in quibus terminantur sine vllo alio recursu, nihil ex istis pœnis pœcuniarijs participarent, aut perciperent: quod sensit Parladorius *in sesquicenturia, differen. 3 1. num. 17.* confirmans *ex l.6. tit. 14. lib. 2. recopilat.*

Quæ rationes planè non militant in casu, quo Iudices alioqui superiores cognoscunt de causis tanquam inferiores delegati, à quorum sententijs ad tribunalia superiora reis conceditur appellatio, & recursus.

11 Reliqua est igitur difficultas, quam disputandam proposuimus de Iudice delegato salariato, vtrùm possit partes pœnarum pecuniariarum, & sportulas actorum vltra salarium percipere.

12 Prima sententia negat Iudicem delegatum salariatum posse percipere sportulas, aut partes pœnarum pecuniariarum, quas leges Iudicibus designant, & attribuunt, aut vlla alia emolumenta præter salarium. Hanc amplectuntur Bouadilla *lib. 2. politicæ, cap. 21. num. 35. & libr. 9. cap. 1. nu. 243.* Rodriguez *tract. de exequutione, cap. 7. num. 10.* Ioannes Heuia Volano *in curia philippica, 2. part. del juicio executiuo, §. 23. num. 8.*

13 Quæ sententia probatur primo *ex d. l. 31. tit. 6. libr. 3. recopilat.* qua præcipitur Iudicibus ordinarijs, ne permittant Iudices delegatos ad aliquam exequutionem designato salario, aliquid vltra salarium percipere, ibi: *Que no consientan a nuestros Commissarios, ni a otros Iueces algunos, ni executores lleuar derechos algunos de execucion, ni assessorias, ni vistas de processos, ni otro salario alguno, salvo lo contenido en nuestras cartas.* Ergo Iudices salariati delegati dumtaxat possunt salaria sua percipere.

14 Secundo probatur *ex l. 11. tit. 21. libr. 4. recopilat.* ibi: *Ningun Alguacil, ni Executor, ni otra persona, que imbiaremos con nuestras cartas, y poderes, o imbiaren los del nuestro Consejo, y Oidores de las nuestras Audiencias, o los nuestros Contadores mayores a quien mandaremos dar salario señalados en nuestras cartas, agora sea por cada dia de los que ocupare, o por tiempo señalado, ó por todo el tiempo, que ocupare en lo que vuire de hacer, no lleue otros derechos de execucion, ni de meajas, ni otros derechos algunos de mas de su salario, ni los concejos, ni personas particulares a quien tocan, se los den, ni las nuestras justicias se los consientan lleuar; y si el tal Executor, o Alguacil de hecho lo lleuare, por la primera vez lo buelua con el quatro tanto, y por la segunda vez con las setenas,* cui similis est textus *in leg. 13. in fin. tit. 7. lib. 9. recopilat.* Ecce leges prohibentes Commissarios salariatos quid vltra salarium percipere.

15 Tertio probatur, quoniam regula est Iudicem nihil commodi percipere posse, nisi quatenus illi per leges attribuitur expresse, *l. 11. in fin. tit. 6. lib. 3. recopilat. l. vnica, cap. 10. tit. 10. eodem libr. 3. recopilat.* Glossa *in verb. qualitercunque, in cap. statutum, §. insuper, de rescript. lib. 6.* Sed leges Regni non applicant sportulas Iudicibus delegatis, sed dumtaxat ordinaris, *l. 7. tit. 6. dicto libr. 3. & dicto tit. 10. eodem libro,* qui inscribitur, *del Aranzel de los derechos de las justicias ordinarias:* nusquàm vero reperitur taxa sportularum delegati apud leges regias. Ergo delegatus non potest sportulas percipere.

16 Quarto probatur à Bouadilla *dicto libr. 2. politicæ, cap. 21. nu. 42. circa finē,* & censet esse rationem à priori huius discriminis inter delegatum, & ordinarium, quoniam delegatus dumtaxat habet vsum officij Iudicis; ordinarius verò habet vsumfructum, vt videtur probari *in l. 1. §. qui mandatam, ff. de eo, cui mand. est iurisdict.* & ex traditis à *Thoma Carleuali de Iudicijs.* Doctoribus ibi, *& in rub. eiusdem tituli.* Ita fit, vt ordinarius possit frui omnibus commoditatibus iurisdictionis non verò delegatus.

17 Secunda sententia affirmat delegatum posse præter salarium recipere sportulas easdem, quas accipit ordinarius. Ita videtur sentire Glossa *in verb. pedaneis, in Auth. de Iudicibus, §. ne autem,* & ibi Bartolus *nu. 1. & 2.* sequitur Matienzus *in dialogo relatoris, 3. par. cap. 24. nu. 6.* Ioannes Garcia *de expensis, cap. 21. num. 10. in fine, cum seqq.*

18 Quod verò attinet ad partes pœnarum, quas leges applicant Iudicibus, nullum hucusque inueni Doctorem, qui earum percipiendarum facultatem concedat delegato salariato, nisi quod Villadiego *in sua instructione politica, cap. 5. §. 32. nu. 40. 41. & seqq.* ait, pertinere ad Iudices extractionum, quos Hispanè dicimus, *Iueces de sacas,* partes pœnarum in denunciationibus, quæ apud ipsos fiunt extractionum rerum prohibitarum extrahi à Regno. Isti autem Iudices sunt delegati, & salariati.

Compellor referre quoscunque scriptores Hispanos, tùm quòd hæc difficultas versetur in patrijs nostris legibus, de qua tractant solùm ferè ij, quos retuli, qui eam cum alijs ad vulgus vulgata lingua detulerunt, ne nostra ætate deessent multi Flauij, qui Iurisconsultorum misteria enunciarent, & in publicum ederent; tùm etiam, quod nulli Scriptorum suam inuideam gloriam qualemcunque, sciamque deberi multum ijs, qui quò quomodo studia inuenerint.

19 Hæc sunt, quæ nostri Castellani de proposita difficultate tradiderunt. Nos verò vt eam commodiùs resoluamus, credimus distinguendos esse multos casus.

Primus casus est, cùm Iudex delegatur ad vnam aliquam singularem causam, seu ciuilem, seu criminalem, in qua si procederet ordinarius, haberet iuxta leges certa emolumenta; veluti si delegatur ad exequutionem faciendam in loco, in quo iuxta consuetudinem, statutum, aut legem debetur decima; aut si delegatur ad puniendum delictum, cui imposita est à lege pœna pecuniaria, cuius pars applicatur Iudici; & isto casu designatur salarium expensis debitoris morosi, vel delinquentis, vt solet ferè semper assignari eiusmodi delegatis.

20 Prima conclusio, cum Iudex delegatur ad exequendum cū salario præstando à debitore moroso, vel ad puniendum aliquod delictum expensis delinquentis, non potest vltra salarium exigere sportulas actorum aut partem pœnæ impositæ eiusmodi delicto, quam lex Iudici applicat. Hæc conclusio est conformis primæ sententiæ, quæ iuxta eam est intelligenda, & non aliter, & in eius terminos est arctanda, & limitanda, vt sit vera; alioqui erit falsa, & prorsùs inuerisimilis, vt statim inferiùs ostendemus.

21 Probatur primò, quia laboris, & præmij commodi, & oneris perpetua est, & mutua proportio, iuxta omnia iura naturalia, & positiua, *l. secundum naturam, ff. de regulis iuris, l. vnica, §. pro secundo, C. de caducis tollend. cap. vltimo,* & ibi Glossa vltima, *7. quest. 2. cap. rationi congruit, de regulis iuris in sexto, §. ne autem, in authent. de Iudicibus, collation. 6.* notat Surdus *consil. 42. num. 22. §. vltimo non aduersatur, libr. 1.* vnum igitur laborem, & onus, vnum tantùm debet sequi præmium, & commodum, vt sic seruetur debita proportio. Quemadmodum enim bona fides non patitur, vt idem debitum bis exigatur, sed vnum debitum, & vna obligatio, vnica solutione tollitur, *leg. bona fides, ff. de regulis iuris, cap. bona fides 83. de regulis iuris in sexto, leg. quibis idem, 18. ff. de verborum obligation.* iuxta interpretationem Accursij ibi;

Petri de Bellapertica, Dini, & Baldi, Cuiacij ad Africanum *tractatu septimo*, *Heringij, de fideiussoribus, cap.* 24.*nu.* 116. *&* 117. cui fauet Fulgosius *in l. vltima, C. de nouat. num.* 1. ita vni officio, vnum dumtaxat præstatur salarium, & vnus labor, vna solum mercede compensatur, *cap. felicis, versicul. adijcientes, de censibus, libr.* 6. *l.* 10. *tit.* 6. *libr.* 3. *recopilation. l.* 7. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopil.* vbi cauetur ne ob vnius debiti ex actionem soluantur duplicata exequutionis iura, seu sportulæ. Confirmat hoc, quod tradunt Doctores, nempè salarium minui pro rata minuti laboris, vt obseruarunt Magonius *decision. Lucensi.* 12.*num.* 18. Costa *de portione rata, quæst.* 13. *num.* 2. Cardinalis Tuscus *litera S. conclusion.* 15.*num.* 5. *&* 6. *volum.* 7. Ex quo eodem capite prouenit, vt ei, qui habet licitè duplex officium, duplex quoque debeatur salarium, *l. bis scholaribus, C. de erogatione militar. annona, libr.* 12. notat Baldus *in l.* 4. *nu.* 2. *C. de appellation.* est textus vbi notat Bartolus *Authent. vt Iudices sine quoquo suffragio, §. illud tamen,* meminit Gregorius Lopez *in leg.* 60. *tit.* 5. *par.* 1. *glos.* 3. vbi plures refert. Felynus *in cap. cum olim,* 12. *num.* 1. *de senteut. & re iudicat.* Menochius *de arbitrarijs, libr.* 2. *centur.* 3. *casu* 223. *nu.* 8. Gail *obseruationum practicarum, lib.* 1. *obseruat.* 44. *num.* 8. Gratianus *decision. Marchia* 101. *num.* 1. *& sequentibus,* Costa vbi supra *num.* 3. Tuscus *dicta conclusion.* 15. *num.* 1. *& sequentibus,* Caballus *resolution. criminal. centur.* 3. *casu* 229. *num.* 14. Bouadilla *libr.* 2. *politicæ, cap.* 20. *num.* 69. quia vbi crescit expensa, & labor debet crescere pretium, seu salarium, cùm tàm labor, quàm pecunia diuisionem recipiant, *l. Scio amico, in principio, ff. de annuis legatis,* & ibi notant Doctores, Cæpola *de seruitutib. verban. cap.* 50. *num.* 26. *&* 27. Ita fit vt simplici labori, simplex merces, simplici officio, simplex salarium, simplici merito, simplex respondeat præmium: duplici verò, duplex. Planè cum alicui committitur aliqua exequutio cum salario, vel punitio alicuius delicti, designatur illi merces, quam ex eiusmodi negotio, & occupatione debet percipere. Et ne videatur ob vnum laborem accipere duplicem mercedem, & ob vnum debitum duplicem solutionem, non potest vltra salarium taxatum habere sportulas, decimam, aut partem pœnæ, quæ commoda lex defert Iudicibus non salariatis, ob pœnam quidem morosorum, & delinquentium, tanquam ob finem præcipuum, & magis intentum, sed simul in præmium, & satisfactionem laboris, & diligentiæ, quam Iudex adhibet, seu in exactione debiti, seu in punitione delicti.

22 Ex quo fundamento, quod verissimum est, infertur ratio decidendi, *ad l.* 9. *titul.* 5. *libr.* 3. *recopilation.* qua cauetur ne Iudices ordinarij, aut eorum substituti accipiant aliquid ob iudicandas lites, aut videndos processus *No lleuen cosa alguna de los pleiteantes, ni de otro per ellos, por razon de assessorias, ni vistas de processos, que vieren, para sententiar, y sententiaren en diffinitiua, o interloquutoria, en las causas, que ante ellos penden* cuius meminit Auiles *in capit.* 9. *Prætorum, verbo, assessorias, & verbo, comission, & verbo ley,* Auendanus *de exequend. mandat. secunda parte capit.* 10. *num.* 6. Matienzus *in dialogo relatoris, tertia parte, cap.* 24. *num.* 6. Bouadilla *lib.* 2. *politicæ, cap.* 20. *num.* 59. Florez de Mena *libr.* 1. *variarum, quæstion.* 8. *§.* 4. *num.* 1. *& sequentibus* Segura Dauallos *in directorio Iudicum Ecclesiasticorum, prima parte, cap.* 14. *nu.* 38. 39. *& sequentibus,* tradit Azeuedus *in eius commentario, num.* 1. *& in l.* 9. *num.* 1. *& sequentibus titul.* 6. *dicto lib.* 3. *recopilation.* quæ concordat cum *dicta leg.* 9. *titul.* 5. eisque similis est, *leg.* 12. *titul.* 7. *lib.* 9. *recopilation.* quam tamen decidendi rationem Scribentes illi non expenderunt. Est itaque decisionis harum legum ea ratio, quoniam causarum definitio, & processuum examen est præcipuum munus Iudicis, & ad eius officium directò pertinet Hostiensis *in summa, tit. de offic. ordinarij, nu.* 3. *& seqq.* Quò fit, vt salarium, quod Iudici assignatur ob officium, comprehendat hoc onus, & eius intuitu solui censendū sit, ac per consequens Iudex non potest ob eam rationem aliquid vltra à litigatoribus accipere, quibus non incumbit Iudicem sibi constituere, & ei stipendia præstare, Glossa *in capit. cum ab omni, verbo, præter expensas, de vita, & honestate Clericorum,* Mastrillus *de Magistratibus, libr.* 1. *cap.* 22. *num.* 16. *&* 17. *& cap.* 21. *num.* 18. *& sequentibus,* Ioannes Garcia *de expensis, dicto cap.* 21. *num.* 20. seclusa contraria consuetudine, aut statuto, iuxta quam contrarium dicendum esset cum Deciano *consil.* 41. *num.* 74. *& sequentibus, libr.* 2. Menochio *consil.* 1047. *ex num.* 1. *libr.* 11. Auiles *in cap.* 1. *Prætorum, verbo salario, num.* 2. vt vtrumque notauit Florez *libr.* 1. *variarum, quæst.* 8. *§.* 1. *num.* 6. *& sequentibus.* Non potest inquam Iudex vltra accipere, ne videatur, aut duplicem sui muneris mercedem exposcere, si vltra salarium postulet assessoriam, (liceat vti ea voce) quæ ratio in salariato ordinario procedit aut stipendium exigere ab eis, qui stipendium non debent, quæ ratio militat in non salariatis qui tamen sibi imputent si suis expensis voluerint militare, & gratis Iudicum munus obire; eo enim casu gratis suo officio satisfacere tenebuntur, quidquid dicat Antonius à Corduba *in summa casuum conscientiæ, quæstion.* 110.

23 Quam rationem decidendi, & fundamento confirmat egregia doctrina Bartoli *in l. si quis ingenuus, §. vtrius, num.* 2. *ff. ad syllanianum,* vbi ait: *Ex predicto dico, quod præmium, quod debetur capientibus exbannitos, non debetur officialibus, vel familiæ potestatis capientibus, non enim vltro faciunt, sed ex necessitate eorum officij, quod est purgare Prouinciam malis hominibus, l. congruit, ff. de offic. Præsid. ergo non vltro, & sic non habebunt præmium, &c. præterea qui gratis facere tenetur, si præmium accipit turpiter facit, l. fin. de condict. ob turp. caus.* Bartolum sequitur ad eum locum, Albanus *num.* 2. *& nu.* 3. addit: *Pari ratione ex hoc Bartoli documento infertur, Præfectis triremium non deberi præmium statutum capientibus piratas, vel alios prædones maris deprædantes, quia hoc faciunt ex debito officij cum ad id potissimum fuerint destinati,* idem tenet Felynus *in cap. de hoc,* 11. *num.* 7. *de simonia,* allegans Bartolum vbi supra, & addit: *Item facit notabile dictum Petri de Ancharano consil.* 197. *incipit: Præmittendum est,* (aliàs est consil. 201.) *vbi consuluit, quod si Papa delegat causam ordinario, qui in eadem causa erat ordinarius, non debentur ei sportulæ, quia omnino tenebatur de causa cognoscere.* Hucusque Felynus. Idem docuit Decius *in l.* 1. *nu.* 2. *C. de bonor. possess. contra tab. libert. quæ, &c.* Angelus *de maleficijs, verbo, quod fama publica, num.* 74. Corsettus *singul.* 309. *verb. statutum,* 7. & Petrus Gerardus *singul.* 14. *num.* 9. *&* 10. Siluester *in summa, verb. dignitas, nu.* 9. Bouadilla *lib.* 5. *politic. cap.* 7. *num.* 18. Caballus *resolut. crimin. cent.* 3. *casu* 279. Additio ad Decium vltima *in l. qui cum alio,* 19. *ad num.* 1. *in verbo, ex propria voluntate, ff. ad regul. iur.* Peguera *decis.* 67. Ponte *cons.* 59. *ex numer.* 15. *volum.* 1. Baldus *cons.* 64. *volum.* 2. idem Ponte *de potestat. Proreg. titul.* 5. *ex numer.* 24. Menochius *cons.* 112. *num.* 44. *libr.* 2. Pitiellus *in l.* 13. *part. num.* 62. *versicul. infertur,* 13. *C. de bon. matern.* Ioannes Lupus *in rubric. §.* 50. *ex num.* 32. *de donation. inter.* Cardin. Tuscus *liter. P. conclus.* 516. *tom.* 6. Farinacius *in praxi criminal. quæst.* 103. *num.* 356.

24 Secundo probatur eadem conclusio, quoniam non de-

bet

bet quis duplici damno onerari, *l. finis, §. cum autem, ff. ad l. Rhodiam, de iact. l. iure succursum, 7. ff. de iure dot. cap. at si Clerici, §. fin. in fine de iudic.* Tiraqu. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. nu. 9.* Franchis *decis. 87. nu. 5.* Monterus *decis. 14. nu. 97.* imò verò, qui in vno grauatur, in alio debet releuari, *l. cum qui, ff. de iureiuran.* Sed reus debitor, seu delinquens, cum creatur Iudex ad eum exigendum, aut puniendum, oneratur onere salariorum, quæ soluere debet Iudici. Ergo non debet simul onerari onere decimæ, aut pęnæ solnēdę Iudici; imò verò quoad hoc debet releuari.

25 Has duas rationes existimo fuisse fundamenta Legislatoris, & rationes decidēdi *in d. l. 31. tit. 6. lib. 3. & in l. 11. tit. 21. lib. 4. & in l. 13. in fin. tit. 7. libr. 9. recopilat.* quas adduximus in comprobationem primæ sententiæ supra nu. 13. 14. & 15. tum inquam ne eidem debito bis satisfieret, tum ne subditi duplici onere grauarentur. Quæ tamē rationes (vt planum est) non militant in Iudicibus delegatis non salariatis, in quibus per consequens, neque illæ leges seruandæ sunt, neque de eis proposita conclusio intelligenda, vt & superius ex num. 3. adnotauimus.

26 Secundus casus est, cùm delegatur Iudex ad multas causas designato salario expensis morosorum, vel delinquentium; qui Iudex vocatus delegatus ad pluritatem causarum, vt notat Salycetus, post Baldum *in l. à Iudice, nu. 3. 4. & C. de iudic.* & æquiparatur delegato ad generalitatem, non ad vniuersitatem causarum.

27 Secunda conclusio. Iudex delegatus ad multa debita, exigenda à multis debitoribus, aut ad multos delinquentes puniendos, non potest ex eiusmodi negotio vlla alia emolumenta percipere, quàm salarium in rescripto suæ commissionis à Rege præscriptum, & taxatum. Hæc conclusio eisdem prorsus rationibus, ac fundamentis nititur, quibus præcedens: inter casum enim istum, & primum nulla esse potest ratio disparitatis, eadem erit igitur iuris dispositio, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio, 108. ff. de verbor. oblig. §. si igitur iussu. institut. quod cum eo.*

28 Tertius casus est, cùm delegatur Iudex ad aliquod vniuersale negotium principaliter tractādum expensis delegantis, vel etiam ad vniuersitatem aliquam causarum iniuncto mandato, vt cognoscat de incidentijs, & dependentijs, & puniat quos inuenerit reos; vt cùm quis delegatur ad administrationem gabellarum, seu ad exactionem vectigalium, quæ barbarè appellantur portagia, eorumq; administrationem, qui Iudices puniunt fraudantes regios redditus, & extrahentes res prohibitas, incidenter, & propter connexionem, quam habent ista delicta cum principalis negotio. Neque ideò minus censendi sunt delegati ad vniuersitatem causarum, quòd videantur delegari ad causas vnius generis, siquidem delegatus ad causas mutui vertentes in aliquo castro, sine limitatione aliqua personarum, censendus est delegatus ad vniuersitatem causarum, vt docet Baldus *in l. solet, 16. num. 2.* Alexander *nu. 9.* qui dicit communiter teneri, *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Bartholomeus Socinus *in l. more maiorum, num. 40. ff. eod. tit.* Decius *in cap. causam matrimonij, nu. 43. de offic. deleg.* Barbosa *in l. cum Praetor, 12. §. 1. num. 48. ff. de iudicijs.*

29 Tertia conclusio. Tertio isto casu, Iudex delegatus ad negotia aliqua principaliter tractanda expensis delegantis, aut ad vniuersitatem causarum designato salario, simili modo ex bonis delegantis, nempè fisci, iniuncto mandato, vt incidenter cognoscat de delictis, & puniat quos inuenerit reos, vt accidere solet in rescriptis commissionum Iudicum administratorum gabellarum, aut vectigalium, seu portagiorum; si aliquem inueniat deliquisse aliquo genere delicti, cui imposita sit pœna pecuniaria, cuius pars applicatur Iudici sententiā ferenti, poterit in sententia quam protulerit applicare sibi eiusmodi partem pœnæ, & eam accipere; atque in causis ciuilibus exequutiuis, de quibus incidenter tractat poterit percipere quælibet commoda, & sportulas, quę in eiusmodi causis lex, vel consuetudo Iudicibus defert. Hæc conclusio est conformis secundæ sententię, quæ hactenus, & non vlterius est existimanda vera.

30 Probatur autem efficaciter, quoniam omnia commoda, quæ lex Iudicibus defert licitè ab eis percipiuntur, nisi alioqui prohibeantur. Sed istę partes pœnarum, & sportulæ applicantur Iudicibus in punitione delictorum quorundam, & causis exequutionum, & nulla alia lege prohibentur ea accipere: ergo iustissimè ei fruuntur. Minor probatur. Quoniam leges, quæ partes pœnarum applicant Iudicibus non loquuntur in specie de Iudicibus ordinarijs, sed genericè de Iudicibus, quo nomine comprehenduntur, tùm ordinarij, tùm delegati, iuxta doctrinam Glossæ *in rubric. ff. de iurisdiction. omn. Iudic.* & Alexandri ibi *nu. 1.* Decij *num. 2.* qui iurisdictionem in genere prolatam, docent comprehendere ordinariam, & delegatam. Succedit igitur vulgaris regula, vbi lex non distinguit, neque nos debere distinguere, sed generaliter & sine exceptione accipere leges generaliter loquentes, *l. non distinguemus ff. de recept. arbitr. l. de Praetio, ff. de public. in rem act. l. 1. §. quod autem Praetor, ff. de aleatoribus, leg. 1. §. generaliter, ff. de legat. praest. vol. l. in fraudem. §. fin. in fine, ff. de testam. milit. l. vltima. C. de heredit. vel. act. vendit* notat Castillo *de vsufructu, cap. 3. num. 81.*

31 Neque vero occurri potest esse diuersam rationem, quòad hunc iuris articulum in ordinario, quàm in delegato; quoniam id falsum est, & sine fundamento; neque enim leges magis consulunt commodis ordinariorum, quam delegatorum, neque Principes intendunt, vt ordinarij magis ditescant, quam delegati, vt ordinarij salariatis ista commoda concedant; delegatis verò salariatis denegent: imò vero (vt superius aduertimus nu. 1.) leges, quæ applicant pœnas Iudicibus, non eum finem respiciunt, vt Iudices habeant maius lucrum in præmium suorum laborum, sed vt homines à maleficij deterreantur pœnarum metu, & Iudices quæstus sui auidi in delinquentium punitionem incitentur. Quæ ratio ęque militat in Iudicibus ordinatijs, & delegatis.

32 Accedit, quod delegatus ad vniuersitatem causarum, qualis est Iudex, de quo modò loquimur est instar ordinarij Iudicis fere quoad omnia, vt animaduertit Glossa *in verb. delegare, in cap. super quaestionum, 27. §. si verò, de offic. delegat. & in cap. cùm causam, 62. de appellat. verb. delegatus, in fin.* item Glossa *in verb. non habet, in fine, in l. à Iudice, 5. C. de iudicijs,* vbi notat Baldus *nu. 2.* Alexander *nu. 6.* Iaso *nu. 7.* Gail *obseruation. practicar. libr. 1. obseruat. 97. nu. 12.* Menochius *de arbitrar. libr. 1. q. 67. nu. 59.* Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disput. 31. n. t. vers. secundum fundamentum.* vbi plurimos refert. Ex quo fit, vt idem concedendum sit isti delegato, quod ordinario conceditur, *in verb. moderatas, in fine, in cap. statum, §. insuper, de rescriptis, in sexto.* Cardinalis Tuscus *liter. I. concl. 426. nu. 3. & seqq. tom. 4.*

33 Imò verò est cur Iudices Commissarios pluris æstimet Principes, quàm ordinarios, eurq; eis magis faueant, & consultum velint; siquidem delegati sunt manus, & bracia regia, quæ ordinatium defectus supplent; quippe cum iuxta patria nostra iura creandi non sint nisi cùm ordinarius, aut est negligens in administranda iustitia,

aut metu potentium imbecillis, & impotens; quibus casibus delegatorum industria succurritur ordinarij negligentiæ: audacia autem, & fortitudine imbecillitati, *l. 8. tit. 1. lib. 8. recop.*

34 Non est autem lex, quę prohibeat delegatos ista lucra adquirere, nam leges illæ, videlicèt, *l. 31. tit. 6. lib. 3. recop. & l. 11. tit. 21. lib. 4. & l. 13. tit. 7. libr. 9.* superius allegatæ num. 13. & 14. & 25. non sunt extendendæ vltra casus, quos continent, de quibus diximus in prima, & secunda conclusione, & rationes decidendi earum, quas supra assignauimus numer. 21. & seqq. ad 25. non se extendunt ad casum, de quo modò est sermo: nam iste Iudex non accipit salarium ob istas incidentias, & dependentias, quę fortassis nunquam contingent, at per consequens non veniunt in considerationem designantis salarium, sed accipit illud ob negotium principale; atque ita non fit, vt ob vnam occupationem Iudex habeat duplicem satisfactionem. Neque item oritur hoc casu alterum incommodum, vt quis oneretur duplici damno; nam delinquens, qui punitur pœna pecuniaria, non soluit Iudici salarium, sed soluit ipse delegans. Hoc igitur casu quemadmodum ordinarius vltra salarium adquirit ista commoda; ita potest ea iustè adquirere iste delegatus.

35 Ex hoc intelliges, quod nam sit fundamentum eius consuetudinis, quam receptam semper vidisse se testatur Bouadilla *lib. 2. politica, cap. 25. nu. 42.* tametsi ipse eam sine vlla ratione improbet, vt videlicèt delegati etiam si sint Iudices Curiæ, quos *Alcaldes* vulgo vocamus, vltra salarium percipiant commoda, quædam ex bonis delinquentium, contra quos procedunt in pœnam contumaciæ, aut præmium capturæ. Sunt autem ista, arma delinquentium, quæ *l. 28. tit. 23. libr. 4. recopilat.* applicat capienti delinquentem, & *l. 21. tit. 7. libr. 2. recopilat.* id extendit ad Alcaldos Cancellariarum, & alię sportulæ, quas vocamus, *derechos de desprecics, omzcillos, y sangre*. Est autem huius consuetudinis eadem ratio, quæ nostræ huius tertiæ conclusionis. Quoniam inquam est commoda capiuntur ex incidentibus in negotio principali, quæ quidem per accidens contingunt, & possent non accidere, ac per consequens Princeps, qui Iudici constituit salarium ob prosequutionem principalis negotij non respicit ea, neque habet in consideratione, vt censendus sit ob ea salarium assignasse, aut eorum intuitu, vt ea censenda sint comprehensa sub salario causæ principalis. Contumacia enim delinquentis, ob quam imponuntur quædam ex dictis pœnis, coniungitur per accidens cum delicto, & posset non coniungi, quia posset delinquens non esse contumax; præterquàm quod cum sint modica, seù minima potius ista lucra, de illis non curat lex, quæ de minimis non curat, vt latè prosequitur Peregrinus Ianinius *tract. de citatione reali, lib. 2. cap. 2. num. 94. cum sequentibus, & num. 237. cum sequentibus*, Neuizanis *in sylua nuptiali, lib. 5. nu. 98.*

36 Reliquum est, vt satisfaciamus argumentis pro prima sententia adductis, quatenus videntur pugnare cum tertia conclusione à nobis proposita. Ad primum, & secundum argumentum desumpta ex textu *in l. 31. titul. 6. libr. 3. recopilat. & in l. 11. tit. 21. libr. 4. & in l. 13. in fine, tit. 7. lib. 9.* constat ex dictis à nobis leges illas dumtaxat probare non posse Iudicem, cui ob vnum negotium stipendiū designatur aliud vllum stipendium quærere ob illudmet negotium, & subditos grauare: cùm verò contingit coniungi aliquid cum negotio principali, ob quod constituitur Iudici salarium, quod posset quidem non coniungi, ac per consequens non potuit constituens salarium assignare ipsum intuitu eius, quod fore vt contingeret, ignorabat, ex quo incidenti negotio leges aliquod lucrum Iudici deferunt, poterit delegatus salariatus nō minus, quàm ordinarius salariatus id lucrum percipere; eadem enim prorsus ratio in vtroque viget, vt id possint, aut non possint.

37 Ad tertium argumentum dicendum est, verùm quidem esse leges regias non præscripsisse sportulas delegatorum, quoniam leges respiciunt casus frequentiores, *leg. nam ad ea, ff. de legibus*; verùm vbi iustum fuerit delegatos accipere sportulas, iuxta distinctionem à nobis traditam, accipiendę sunt iuxta constitutionem, & taxam sportularum ordinariorum, vt insinuat *d. leg. 31. & d. l. 11.* neque nouum est leges ad similia trahi, *l. non possunt, 12. & l. nam vt ait, 13. ff. de legibus.* Iudex verò, qui iuxta leges, seù expressas, seù interpretatione extensas suas commoditates percipit, iustissimè procedit.

38 Ad quartum argumentum dicendum est, inter Iudicem ordinarium, & delegatum, multa quidem esse discrimina, de quibus consulendi sunt Doctores Legistæ *in rubrica, ff. de eo, cui mand. est iurisdict. & per totum titulum*, & Canonistæ *in rubrica de offic. & potestat. Iudic. delegat. de offic. ordinarij*, Maranta *in praxi, 4. par. distinct. 5.* Tuscus *liter. I. conclusion. 426. tom. 4.* Triuisanus *dec. 1. libr. 1.* Alexander Raudensis *lib. 1. variar. resolution. cap. 67.* Paeladorius *in sesquicenturia, different. 129.* Ianinius *de citatione reali, lib. 1. cap. 1. ex num. 492.* qui enumerat quadraginta differentias; tametsi non meminerim vidisse vnquam præterquàm apud Bouadilla illam æquiparationem vsufructuarij ordinario, & vsuarij delegato. Verum est Angelum *in l. more maiorum, numer. 1. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* comparare ordinarium proprietario, delegatum autem vsuario: quæ tamen similitudo displicet Fulgosio ibi, *num. 6.* licèt eam defendere conetur Iaso *num. 1.* sed similitudo est in articulo multum diuerso ab isto; præterquàm quod comparatio Angeli procedit inter ordinarium delegantem, & delegatum ab ipso, non inter ordinarium, & delegatum absolutè. Sed siuè sint similes, siuè non sint, (de quo modò nō curò) nihil ad rem; non enim ex eo colligitur posse ordinarium frui commodis, quibus non possit frui delegatus; quemadmodum ex eadem dissimilitudine non colligitur, non posse delegatum habere salaria, quia ordinarius salarijs fruatur; sed id dumtaxat colligitur delegatum pro termino solum commissionis suę, ijs commodis frui, aut vti quibus vtitur, & fruitur ordinarius pro tempore sui officij.

39 Illud admonuerim, nè quis existimet me, qui videar Iudicum potestatem extendisse, ac dilatasse aliquantò magis, quàm scrupulosos, minutosque quosdam, ac nimis religiosos, Scriptores Hispanos, ea ampla potestate vsum, dùm exercui munus Iudicis delegati per multos annos, quo iuuante Deo iam functus sum, permisisseque mihi, quæ alijs licita esse iudicaui. Scio docente Paulo 1. *Corinth. 6. num. 12. & cap. 10. num. 22.* non omnia, quæ licent expedire: ego autem sic me gessi ne facta mea possent ad disputationem trahi, vt sentiret de illis, quisque vt liberet mihi scrupulosus, & vndequaque cautus vixi; cum alijs autem mitius ago mihi tutiorem partem elegi alijs quæuam sit magis probabilis, ac iudicio meo vera ostendo, alios ego ita iudicarem, ab aliorum autem iudicio semper caui. Tametsi ingenuè fatear, quod alij aut fateri verebuntur, aut falsò, & fraudulenter negabunt, me lucri cupidum esse, nam omnes homines lucri cupidos esse dici à Platone *in fine dialoghi de lucri cupiditate*, qui inscribitur Hiparchus, quem ita concludit. *Ne-*

mo

mo igitur rectè vituperabit lucri cupidos, cum ipse quoque lucri cupidus sit, & ab Aristotele eidem consentiente, *libr. 2. politicorum, cap. 3. aliàs cap. 5*. Innatum esse à natura ipsa omnibus hominibus lucri appetitum, animaduertit insignis Author aurei libelli summo in prætio apud pios habiti, ac ferè Canonici reputati, Contemptum mundi dico, seù de imitatione Christi, *lib. 3. cap. 59.* quod non latuit Accursium, qui *in l. cura, 4. §. deficientium, verb. si ex voto, ff. de muner. & honor.* textũ interpretatus est dicens; *Quilibet anhelat ad lucrum, vt hic, & C. arbitr. tutel. leg. si defunctus*, nè quisqse rãm Curium simulet, vt ab hoc appetitu prædicet alienum; sat erit prudenti, ac temperanti viro, si appetitum istum intra rationis, ac legum diuinarum, & humanarum metas cohibeat, ac moderetur; sed vituperandus non est, qui iustum sectetur lucrum. Neminem certè hucusque noui, qui lucrum non sectetur, tametsi nouerim nonnullos, qui cùm ipsi essent lucri cupidissimi abhorrebant ab alijs moderatissima commoda sectantibus, qui alimentis necessarijs contenti viuerent. Huc peruenit nostrorum temporum hypocrisis.

SVMMA DISPVTATIONIS Quinta.

1 *Casus frequentissimus, infrequens apud Scriptores nostros.*
2 *Salarium diuisim exigitur si rei sint soluendo.*
In exactione quis modus seruandus.
3 *Distinguuntur multi casus, & proponitur primus de multis reis obligatis, simpliciter, ex vno contractu, & primitiua eius obligatione ad solutionem salarij.*
4 *Ex contractibus oritur duplex obligatio, & actio.*
5 *Obligatio secundaria contrahitur aliquando tacitè; & aliquando expressè.*
6 *Resoluitur primus casus.*
7 *Amplia, ut resolutio procedat, tàm in reis principalibus, quàm eorum fideiussoribus.*
8 *Id tamen procedit iuxta ius Regium.*
9 *Secundus casus de multis obligatis insolidum ad solutionem salarij ex primaria obligatione vnius contractus; quo isti insolidum conueniuntur, & soluit idoneus pro non idoneo.*
10 *Fideiussores non gaudent beneficio diuisionis, cùm insolidum obligantur attento iure Regio.*
11 *Tertius casus, cum multi obligantur ex secundaria obligatione vnius contractus, quo insolidum conueniuntur, & soluit idoneus pro non idoneo.*
12 *Secundaria obligatio non oritur ex contractu nisi interueniente dolo, vel culpa debitoris.*
13 *Qui obligantur ex dolo, obligantur insolidum, quia dolus pro parte committi non potest.*
14 *Textus id probantes.*
15 *Qui ex mora obligantur, obligari insolidum.*
16 *Quartus casus, cum multi obligantur ex officio obligatione primaria, vel secundaria.*
17 *Ex obligatione officij primaria, multi obligantur insolidum.*
18 *Limita si administratio sit legitime diuisa.*
19 *Ex obligatione officij secundaria multi tenentur insolidum, & quoties à multis incurritur obligatio insolidum, soluit idoneus pro non idoneo.*
20 *Quintus casus, cum multi obligantur ex vno delicto ad salarium, & isto tenentur singuli insolidum.*
21 *In pæna, quod vnus soluit alterum non liberat, secus in interesse.*
Expensæ processus criminalis magis sunt, reputanda tanquam interesse, quam quasi pœna.
22 *Officiales in officio delinquentes ad pœnam conuenti gaudent beneficio diuisionis.*
23 *Sextus casus, cum multi obligantur ex multis delictis ad solutionem salarij alicuius Iudicis, quo singuli insolidum tenentur.*
24 *Iudex à quolibet delinquente cæteris existentibus non soluendo exigit sua salaria insolidum.*
25 *Ex quo capite proueniat indiuiduatio delictorum remissiuè.*
26 *Declara, vt debeat Iudex simul procedere aduersus omnes reos.*
27 *Declara secundo, si Iudici designetur vnum salarium quotidianum, siuè procedat contra vnum, siue contra plures; secus si salarium diuisim assignetur ex bonis multorum.*
28 *Septimus casus, cum multi obligantur ad salarium ex secundaria obligatione multorum contractuum: quo etiam singuli insolidum tenentur, & num. 29.*
30 *Id tamen tunc procedit, quando Iudex simul format processum contra plures.*
31 *Notatur discrimen inter duos casus, quo Iudex procedit aduersus reos vnius obligationis, vel reos plurium.*
32 *Ad exigenda plura debita in vno loco, non plures, sed vnus solùm ex actor mittendus est.*
33 *Obiectio aduersus prædicta.*
34 *Solutio, & verba ad exequutionem relata non immutant dispositionem.*
35 *Verba accipienda sunt cum effectu.*
Vbi forma à lege inducta præcisè impleri non potest, illa remittitur, & actus aliter factus sustinetur.
36 *Expenditur textus in l. 1. C. si plures vna sententia.*
37 *Octauus casus, cum multi obligantur ad salarium ex sententia distinguitur in alios diuersos.*
38 *Damnati insolidum, insolidum conueniuntur.*
39 *Præceptum de soluendo factum pluribus in exequutionem obligationis insolidum contractę, tenet insolidum eos, & facit, vt insolidum exigantur.*
40 *Sententia diffinitiua condemnatoria plurium lata in exequutionem obligationis pœnalis, ex maleficio tenet omnes insolidum.*
41 *Sententia condemnatoria lata simpliciter contra multos in exequutionem obligationis contractę non insolidum, sed pro virili, obligat multos pro virili.*
42 *Rei damnati simpliciter, vt soluant quantitatem, ad quam omnes insolidum tenebantur, si conueniuntur ex actione iudicati, exiguntur pro virili.*
43 *Si verò conueniantur ex actione primitiua in iudicium deducta (quod possunt) conueniri possunt insolidum sine metu exceptionis rei iudicatæ.*
44 *Beneficium diuisionis, & vtilis actionis conceditur multis reis ex obligatione ciuili, siuè primaria, siuè secundaria.*
45 *Beneficium cessionis, & vtilis actionis denegatur reis ex delicto, vel quasi, dolo, aut culpa dolo simili.*
46 *In foro interiori reus delicti, qui solutione alterius correi liberatus est ab interesse, tenetur ei satisfacere pro rata.*
47 *Beneficium diuisionis an concedatur reis ex delicto, vel quasi, res est controuersa, & multi negant.*
48 *Multi affirmant, & vide, remissiuè.*

biguis conuentionibus, lib. 9. tit. 2. nu. 10. 11. *&* 12. *& tit. 4. nu. 5. & lib. 15. tit. 1. nu. 6. tom. 2.*

5 Illud tamen obuitèr addendum est, obligationem istã secundariam, de qua agimus, cui locum dat dolus, culpa, aut mora alterius contrahentis, aliquando contrahi tacitè, cùm videlicèt in ipso contractu, nihil aliud exprimitur quàm quòd pertinet ad principalem, & primitiuam obligationem; quemadmodum in obligationibus facti, post moram tacitè contrahitur obligatio ad interesse: aliquando verò expresè, cùm in contractu non solùm exprimitur, quod principaliter agendum est; sed etiam quid præstandum sit interueniente mora, vel dolo, aut culpa alterius, vel vtriusque contrahentis; quemadmodum cùm adijcitur stipulationi principali stipulatio pœnalis, sub conditione, si principalis stipulatio non impleatur. Docet id apertis verbis optimus textus *in lege si pœnam* 4. 68. *ff. de verbor. obligation.* item *in l. si fundum certo die*, 114. *ff. eodem titulo*, qui agit de tacita obligatione secundaria post moram; notat doctè vt alia, Mantica *de tacit. & ambigu. conuentionib. lib.* 14. *tit. 9. num.* 18. Hæc autem expressio plerumque fit in contractibus; cum in eis interuenit scriptura; promittitur enim, aut interesse in genere, aut certa quantitas loco interesse, verbi causa, promittitur salarium exactori præstandum in casu moræ, vt dicitur *in l. 20. tit. 21. lib. 4. recopilation. vers. otrosi, el primo*, & aduertit Gaspar Rodericus *de annuis redditibus lib. 2. quæst. 7. nu. 9. &* 10. *lib. 3. quæst. 5. nu.* 10.

6 Igitur (vt eò redeamus, vnde digressi sumus,) primò isto casu resoluendum est, multos reos obligatos obligatione primitiua ad soluendum salarium Iudicis simpliciter, & non insolidum, non posse insolidum exigi; sed vnusquisque soluere debet pro virili parte siuè alij idonei sint, siuè non sint. Quod ex eo probatur, quoniam obligatio à principio diuisa est pro rata inter omnes; & vnusquisque tantum obligatur pro parte ipsum tangẽte, & non pro parte alterius, *l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis*. Ergo vnus pro alterius debito conueniri non potest, neque exigi ab vno, quod alius debet, *l. 3. in fin. C. ne vxor pro marito*, ibi: *Certissimum enim est ex alterius contractu neminem obligari, l. legatorum in principio, ff. de legat. 2. l. solent, in fine, ff. de aliment. & cibar. lege*. Regula enim iuris est, non debere alteri per alterum iniquam conditionem inferri, *l. non debet alteri, ff. de regul. iur.* Tuscus *liter. A. conclus.* 313.

7 Declaratur hęc resolutio, vt sit intelligenda non solùm de reis principalibus simpliciter obligatis, sed etiam de fideiussoribus obligatis eodem modo; quoniam inter fideiussores simpliciter obligatos diuiditur à principio ipso iure obligatio fideiussoria, quemadmodum inter reos principales. Decisionem enim textus *in d. l. reos, §. cũ tabulis*, extendit ius Regium ad casum fideiussorum *in l. 1. tit. 16. lib. 5. recopilat.* vt ad eam explicant Castellani Doctores, Azeuedus ibi *num.* 1. Matienzo *gloss.* 1. & ante eos Gregorius Lopez *in l. 8. tit. 12. par. 5. gloss.* 5. & Villalobos *in antinomia, liter. F. num.* 14. Olanus *dicta liter. F. num.* 35. sequitur Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib. 2. quæst. 5. num. 6.* & alij ab eo relati.

8 Limitabis tamen hanc declarationem, vt accipienda sit, iuxta ius Regium; nam communi iure attento, tametsi quod attinet ad reos principales, id ita verum sit, nempè obligatos esse dumtaxat pro virili parte, cum obligantur simpliciter, iuxta textum *in d. l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis*, secus tamen est in fideiussoribus obligatis simpliciter, qui non pro virili, sed insolidum obligantur ipso iure, *l. non rectè, 3. C. de fideiussor. §. si plures, instit. de fideiussorib.* tametsi indulgebatur illis beneficium epistolæ Diui Adriani, si omnes erant idonei, vt vnusquisque pro virili portione cõueniretur, *d. l. non rectè, & d. §. si plures*; de quo tamen alibi latius agemus Deo volente.

9 Secundus casus est, cùm multi obligati sunt ad soluendum salarium Iudicis primitiua obligatione vnius, & eiusdem contractus, qui se insolidum obligarunt, veluti cùm multi debitores insolidum se obligant ad soluendas creditori expensas exactionis. Quo casu dicendum est, posse vnumquemque insolidum conueniri pro tota quantitate salarij, si cæteri soluendo non existant. Ratio est, quoniam hoc casu isti debitores sunt multi rei debendi: porrò cùm multi rei debendi sunt, potest creditor ab vnoquoque solidum exigere, *leg. in duobus, §. vbi duo, ff. de duobus reis, l. creditor, C. eodem titul.* Si verò cæteri idonei sunt inter eos debet diuidi obligatio, & non sunt insolidum exigendi, idque duabus rationibus, in casu, de quo modo agimus. Prima est, quoniam præsupponimus in rescripto commissionis statui, vt salarium diuisim exigatur inter istos reos, & ne totum ab vnoquoque, quod ita seruandum est, quantum fieri possit. Secunda, quoniam etiam si cessaret ista ratio ius ipsum indulget multis reis principalibus insolidum obligatis beneficiũ diuisionis, quando omnes idonei sunt soluendo, *Authent. hoc ita, C. de duobus reis, l. 8. tit. 12. part.* 5. ac per consequens multi rei idonei non sunt exigendi insolidum, sed pro virili.

10 Obseruandum autem est, attento iure Regio, tametsi constituenda sit, quòad hoc differentia inter reos principales insolidum obligatos ex vna parte, & fideiussores obligatos insolidum ex altera, quod illi gaudent beneficio diuisionis, iuxta textum *in d. l.* 10. *titul. 12. part.* 5. & explicationem Gregorij *in l. 8. tit. 12. part. 5. gloss. 1. in fin.* Isti tamen nullo diuisionis beneficio potiuntur, iuxta textum *in d. l. 8.* & prętor Gregorium modo relatum, aduocarunt Villalobos apud Olanum *in concordia antinomiarum liter. F. nu.* 32. & ipse Olanus ibi *nu.* 35. & est verissima animaduersio, quidquid alij dixerint. Verum quod attinet ad casum, de quo modò loquimur, si fideiussores obligati insolidum ad solutionem salarij sunt omnes idonei, non sunt insolidum conueniendi quoniam beneficium diuisionis, quod ius Regni illis denegat, concedit rescriptum commissionis Iudicis istius delegati, de quo agimus, cui mandatur, vt salarium diuisim exigat ab obligatis pro virili portione exigendo ab vnoquoque eorum.

11 Tertius casus est, cùm multi sunt obligati ad soluendum salarium ex secundaria obligatione vnius, & eiusdem contractus, siuè tacitè, siuè exprèsè. Exemplum est, si multi siuè rei, siuè fideiussores interuenerunt in mutuo, vel locatione Regiorum redditũum, qui in casu moræ, & cessationis obligari sunt, siuè tacitè ex natura contractus, siuè exprèsè, quia in scriptura ita expressum est, ad expensas exactionis, videlicèt salaria exactorum, & exequutionis sportulas, & expensas factas in venditione bonorum, & eorundem subhastationibus. Quo casu resoluendum est, quibusdã nõ existentibus idoneis, & soluendo, posse vnumquemque insolidum exigi, & conueniri idoneum pro non idoneo.

12 Fundamentum istius resolutionis est, quoniam hęc secundaria obligatio nunquam oritur ex contractu, nisi cùm interuenit dolus, culpa, vel mora debitoris, ita vt sup-

posito

positi contractu ipso tanquã semine, & primo principio ipsius nascatur ista obligatio, & actio secũdaria, tãquam ex radice immediata, & causa proxima, ex dolo, culpa, aut mora contrahentis, iuncta anteriori contractui, & cùm minimum, vt debitor isti secundariæ actioni, & obligationi maneat obnoxius incurrit moram, quæ in sui ratione, & essentia includit culpam, cùm mora sit dilatio debitoris culposa in debito soluendo, vel creditoris indebito recipiendo, vt docuit Salicetus in l. quod te, 5. num. 2. ff. si cert. petat. Socinus ibi num. 2. Decius in 2. lectur. nu. 3. & 4. Iaso in l. si ita quis, 131. §. Seia cauit, num. 18. 19. & 20. ff. de verbor. obligation. Mascardus de probationibus conclusion. 1071. mora cùm sit facti, num. 2. volum. 2. Barbosa in l. si mora, 10. ante numerum primum, ff. solut. matrimon. Pichardus disputatione de mora numer. 10. immò verò mora delictum est, vt notat Iaso & Mascardus locis relatis post alios, & probatur ex textu in d. leg. quod te, & in l. qui sine, 63. ff. de regul. iur. & qui est in mora soluendi, quod debet suspectus est de dolo, vt notat Glossa in verb. non tenetur, in l. mora, 32. §. 1. ff. de vsuris, & colligitur ex leg. si Procuratorem, 8. §. fin. ff. mandati, cuius Glossæ opinionem sequuti sunt Paulus in d. l. quod te, num. 4. Decius ibi in 1. lectur. nu. 2. & in 2. lectur. nu. 5. & 6. & certum est moram non incurri sine lata culpa quæ dolo æquiparatur, iuxta l. quod Nerua, ff. depositi, vt post Bartolum, Fulgosium, Alexandrum, Iasonem, Decium, Ripam, Purpuratum, Cagnolum, Petrum Gregorium, Curtium, animaduertit Barbosa in d. l. si mora, 10. nu. 1. ff. solut. matrimon.

13 Succedit igitur elegans doctrina Bartoli in l. eandem, 9. in principio, n. 3. in fine ff. de duobus reis, quam ipsum sequuti tradiderunt Angelus ibi num. 2. & in l. reos in princip. num. 2. eod. tit. Ioannes de Imola in d. l. eandem, nu. 1. versic. vnde potest attentari, & num. 2. vers. secundum est, & in d. l. reos, num. 1. circa finem, versic. item aduerte, & in lege cum duo, 19. num. 3. in fine, & num. 4. & 5. ff. eodem, Paulus Castrensis in d. l. eandem, num. 2. & in d. lege reos, numer. 5. Ronchegallus in d. l. eandem, num. 254. & seqq. & nu. 258. & seqq. & num. 371. cum seqq. Cardinalis Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus libr. 35. titul. 2. num. 6. videlicèt eos, qui obligantur ex contractu ratione secundariæ obligationis ex dolo, aut culpa teneri insolidum; non solùm si id actum est: tunc enim erunt propriè duo rei debendi, sed etiam ex natura ipsa doli, & culpæ, quę cum non possint pro parte committi, sed insolidum, ideò suos auctores tenent, & obligant insolidum, & se habent tanquam duo rei debendi. Dixi, se habent tanquam duo rei debendi, quia quòad obligationem solidi, ipsis similes sunt, sed sunt dissimiles quòad alia; diuersum enim est in iure esse reos debendi, & esse insolidum obligatos, vt latè prosequuntur Doctores cum Bartolo in leg. in duobus 3. §. 1. ex num. 6. vbi notat Ronchegallus nu. 87. & in d. l. eandem, 9. in principio, num. 268. & in l. reos, §. cum tabulis nu. 66. ff. de duobus reis.

14 Probant autem egregiam istam doctrinam textus notatu digni à Bartolo in eius probationem adducti. Primus in l. 1. §. si apud duos, ff. depositi. Si apud duos (ait Iurisconsultus) sit deposita res aduersus vnumquemque eorum agi poterit, &c. Proinde si ambo dolo fecerint, & alter, quod interest præstiterit, alter non conuenietur, exemplo duorum tutorum, quòd si alter, vel nihil, vel minus facere possit, ad alium peruenietur. item textus in l. in depositi, 9. ff. eodem, in depositi actione si ex facto defuncti agatur aduersus vnum ex pluribus hæredibus pro parte hæreditaria agere debeo: si verò ex suo delicto pro parte non ago: meritò, quia æstimatio refertur ad dolum, quem insolidum ipse hæres admisit; & in leg. si duo hæredes, 22. ff. eodem. Si duo hæredes rem apud defunctum depositam dolo interuerterint quodam vtique casu in partes tenebuntur: nam si diuiserint decem millia, quæ apud defunctum deposita fuerant, & quina millia abstulerint, & vterque soluendo est, in partes obstricti erunt; neque enim amplius actoris interest; quòd si lancem conflauerint, aut conflari ab aliquo passi fuerint, aliaue quæ species dolo eorum interuersa fuerit, insolidum conueniri poterunt, ac si ipsi seruandam suscepissent; nam certè verum est insolidum quemque dolo fecisse, & in l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, in fine ff. commodati, ibi: Sed esse verius ait, & dolum, & culpam, & diligentiam, & custodiam in totum me præstare debere: quare duo quodam modo rei habebuntur, & si alter conuentus præstiterit liberabit alterum. Qui textus planè agit de secũdaria obligatione contractus commodati.

15 Ex quibus tandem planè colligitur eos, qui ex sua mora virtute secundarię obligationis vnius, & eiusdem contractus incurrunt reatum soluendi salarij, esse insolidum obligatos ad salarij solutionem, ac per consequens loco eorum, qui soluendo non sunt, conueniri posse idoneos, & insolidum exigi, quibus nulla fit iniuria, siquidem non amplius ab eis extorquetur, quam ipsi debebant, cum quilibet totum salarium debeat. Quæ verò aduersus hanc resolutionem obijci possunt, & difficultatem faciunt, inferiùs numer. 33. opportuniore loco dissoluenda sunt.

16 Quartus casus est, cùm multi obligantur ad soluendum salarium ex officio, sub quo rursus subdistingui possunt alij duo. Primus cùm multi obligantur ad soluẽdum salarium, aliquod ex primitiua, seù primaria obligatione officij. Secundus cum multi obligantur ad soluendum salarium ex obligatione officij secundaria; etenim quemadmodũ ex contractu oritur duplex illa obligatio primitiua, & secũdaria: ita similiter ex officio quolibet, & eius acceptatione oritur duplex obligatio: primitiua inquã quę comprehendit ea, quæ pertinent ad munus, & onus officij, ad quæ quis obligatur ex officij susceptione. Qui enim officium desiderat bonum opus desiderat, vt de Episcopatu dixit Paulus 1. ad Timoth. 3. nu. 1. vbi enumerat, quę pertinent ad officium Episcopi; vt eleganter animaduertit Diuus Augustinus libr. 19. de ciuitate Dei, c. 19. Diuus Gregorius 1. part. pastoralis, capit. 8. Diuus Thomas quodlibet. 5. articul. 22. in corpore, & egregiè interpretatur Cornelius à Lapide, in eum locũ Pauli; docet enim Apostolus iuxta horum sententiam Episcopatum nomen esse operis, non honoris, quod proportione sua de quolibet officio potest intelligi ob eandem rationem. Secundaria autem est illa obligatio, quæ ex eo oritur, quòd quis primitiuę obligationi non satisfecerit, seù omittẽdo per negligentiam, quę facere debebat, seù committendo aliquid contra officij debitum; quam obligationem incurrit quicunque officium male gerit. Quæ doctrina planè colligitur ex textu in leg. 1. ff. tutel. & ration. distrah. & in l. 2. C. de diuidend. tutel. prętorquàm quòd rectè ducitur argumẽtum à contractibus ad quasi contractus, teste Euerardo in locis legalib. loc. 37. quasi cõtractus autem celebratur in officij susceptione, §. tutores, instit. de obligat. quæ ex quasi contract.

17 Primi casus exemplum est, si quis minor debeat salarium, puta, minor est Comes, Marchio vel Dux, & habet Iudices designatos in villis suę iurisdictionis quibus constituta sunt salaria, vel habet Procuratores, vel familiares, quibus salaria sunt cõstituta. Ista enim salaria, & salaria Magistrorum minoris, tutores ipsius ex primitiua officij obligatione soluere tenentur, iuxta l. cum plures, 12.

§. cum

§.cum tutor, ff. de administrat. tutor. Item administratores Regiorum redditnum ex primitiua officij obligatione tenentur soluere salaria officialium inferiorum, ita; enim continetur in titulis suorum officiorum,& prouisionibus Regijs suarum commissionum. Igitur hoc casu, si plures sint deputati alicui officio, veluti sint plures administratores Reipublicę, vel tutores minoris debentis salaria, possunt exigi insolidum nomine eius, qui salarium debet: nam quilibet insolidum debet, & est obligatus soluere eiusmodi salarium. Ratio est, quia ex officio redundat obligatio insolidum in pluribus officialibus deputatis ad officium publicum, vel administrationem publicam, vel priuatam, *l.creditor, 60.§. duobus quis, ff.mandat.l. si plures, 39.ff.de administrat.tutor.l.1.§.nunc tractemus. ff. tutel. & ration.distrahen.l.Imperator, 11 ff.ad municipal. & de incol.l.2.C.de diuid.tut.l.1.C.quo quisque ordin.conuen.lib.11.* & ibi Bartolus, & Angelus, Ioannes de Platea *num. 2.* & Lucas de Pena, *& l.2.* & ibi Platea *num.1.C.eodem titulo*, Boetius *decis.59.& 60.* tractat latè distinguendo Bartolus *in d.l.eandem,nu.7.& seqq.ff.de duobus reis*,& Roncheгalus ibi *in principio illius legis, ex num. 210.*Baeza *de decima tutoris, cap.2.nu.132.* Imò id quoque procedit in actione mandati contrari, vt colligitur ex notabili textu *in l.si mandato, 59.§.Paulus, el secundo, ff: mandati*, datur enim contra plures mandatores insolidum.

18 Limita hanc resolutionem, si administratio sit diuisa interueniente anthoritate Iudicis, vel eius, qui possit legitimè eam diuidere, nam ratione huius legitimæ diuisionis fit, vt plures officiales non teneantur insolidum, sed quilibet pro sua parte ex obligatione primitiua, vt planè docet textus *in d.l.2.C.de diuid.tutel.* & tradit Bartolus *in d.l.eandem in princ.nu.7.*

19 Secundi casus exemplum est in minore, vel Republica debentibus aliquid sub vsuris, seu cum obligatione soluendi salaria exactori in casu moræ, cuius tutores, vel administratores sint negligentes in solutione eiusmodi obligationis. In quo casu ipsi possunt ratione sue culpæ conueniri, & exigi insolidum, & idoneus soluet pro non idoneo. Ita docet textus *in d.l.2.C de diuid.tutel. vers. in diuisionem autem*, ibi: *Nisi per dolum, aut culpam, &c.* & colligitur ex textu *in d.l.1.§. nunc tractemus, vers. planè, ff.tutel.& ration. distrah.* notat Bartolus post Glossam *in d.l.eandem, in principio, num.9.* facit textus notabilis *in l. si multi, 6.ff. de public.& vectigal.*secundùm expositionem Bartoli, & Ioannis de Imola ibi,& textu *in l.si plures, 38. §.siquidam. ff.de administrat.tutor.* notat Franciscus de Claperijs *causa 61.quæst.4.nu.2.& seqq.* Obserua tamen vniuersim verum esse, quoties quilibet ex multis obligatis conueniri potest insolidum quia est insoliū obligatus tunc idoneum obligatum, insolidum conueniri,& exigi pro non idoneo, vt colligitur ex dictis supra n.13.cū seq.

20 Quintus casus est, cùm multi sunt obligati ex vno delicto ad salarium, veluti occisor, auxiliator, consilium dans ad homicidium perpetrandum, tenentur ad soluenda salaria Iudicis delegati ad punitionem eiusmodi homicidij. Et dicendum est, isto casu omnes delinquentes, & delicti participes, & complicen teneri, insolidum, & conueniri posse idoneum pro non idoneo, compelliq; soluere expensas illas, & salaria. Ratio est quia delictum non committitur pro parte, sed insolidum, *d.l.in depositi, 9.d.l.si duo hæredes, 22 ff. depositi, l. ita vulneratus, 51 in fin.ff.ad l.Aquil.* Ex quo fit vt omnes delicti participes & singuli ad pœnam insolidum teneãtur. Ita probatur textu *l.item Mela, §.sed si plures, & §.si plures.ff.ad l.Aquil.l.1. §.nunc tractemus, vers.planè, ff.tutel.& ration. distrab.leg.si multi, 6. ff.de public.& vectigal.l.qui seruo, §.si duo.l.interdum, 56.§.si duo.ff.de furt.l.vulgaris, §.si duo ff.eod.tit.l.aufertur §.si multi.ff.de iure fisci, l.si plures ff. arborum furtim Cæsar, l.2.C.de diuid. tutel.l.1.C.de condict. furt.* apud nos *l.20.tit.14.p.7.* Notat Bartolus,& Doctores in istis locis, Boerius *decision.310.* Bossius *variorum tractatuum, tit.de pœnis, nu.1.* Couarruuias *in regula peccatum, 2. par.§. 12. num.2.3.& 4.* Thesaurus *decis. 254.* Magonius *decis. Lucensi. 27.num.53.& 54.* Hieronymus de Laurentijs *decis. Aueniononensi, 112.* Tuscus *liter. D. conclus. 186.* Antonius Gomez *tom.3.variarum,cap.1.nu.86.* Iulius Clarus *lib.5. sentent.§.fin.quæst.84.num.7.* & ad eum Baiardus, Caballus *resolut.crimin.cent.2.casu.198.*Farinacius *in prax.crim. q.167.nu.94.*Bouadilla *lib.2.politicæ, cap.21.nu. 251.* & esse communem regulam testatur Natta *cons.79.num. 9. & 10.vol.1.*

21 Duo tamen sunt hac in re obseruatione digna. Primum est, quòd tametsi multi delinquentes teneantur singuli insolidum ad pœnam delicti,& quod vnus soluit alter non liberet, vt dixit Iurisconsult, *in d.l.item Mela, §. sed si plures, ff.ad l.Aquil.* verùm si plures ad interessē teneãtur ex delicto, etiã si singuli solidum debeant, & quisque possit per obligationem ex suo dolo contractam, in solidum conueniri,& exigi, quod vnus soluit, liberat alterū, vt agnoscens hoc discrimen inter pęnam, & interesse, egregiè notauit Glossa *in d.§.sed si plures, verb.pœna*, Ioannes de Imola *in l.cum duo, vltima, num.4.ff.de duobus reis*, probat textus, quem citat *in l 1.§.si plures.ff.de eo,per quem fact.erit,& in l.si duo, ff. depositi*, ibi: *Neque enim amplius actoris interest.& in l.1.§.si apud duos, ff.eod.tit.& in l.si ex duobus, 15.ff.tutel. & ration.distrab.& in l.1.C.de condict. furt.* apud nos *in l.10.tit.14.p.7.circa fin.* docuit D.Th.2. *2.q.60.ar.ad 2.* quem sequitur Couarr. *in regula peccatū, 2. p.§.12.n.3.* quibus adde Anton.Gomez *lib 3.variar.c.1. num.88.vers.ex quo infertur.* Ex quo rursus fit, vt si vnus ex delinquentibus soluat salaria Iudicis, & litis expensas, cæteros liberet. Nam obligatio soluendi salaria Iudicis, & expensas processus criminalis, quamuis oriatur ex delicto, non tàm reputanda est delicti pęna, quam interesse Reipublicæ & fisci, ad quem pertineret ista soluere, si delinquentes non essent idonei, iuxta latius tradita à Peregrino *de iure fisci, lib.5.tit.1. num.193, cum seqq.* Caballo *resolut.crimin.cent. 3.cas.201.ex nu. 21.* Baiardo *ad Iulium Clarum lib.5.sentent.§ fin.q.78.num.169.*Petro Gerardo *singul.14.nu.13.*Ioanne Lupo *in repetit. cap.per vestras, §.39.nu.6.* & ad eum locum Barahona, Auendano *de exequ.mandat.2.par.cap.10.nu.14. & seqq.* Hieronimo de Laurentijs *decis.121.nu.5.*Afflicto *in §. bona commitentium, nu.47.tit.quæ sint regalia, lib.3.feud.*Thoma Sanchez *in summa lib.2.cap.22.nu.93.*

22 Secundum est, quòd etiam si ex maleficio oriatur obligatio ad pœnam in singulis participibus delicti, quæ eos in solidū teneat tamen quando crimen velari potest prætextu alicuius officij, id est quando delinquitur à multis in officio, & ex hoc delicto proceditur contra multos istos officiales in officio delinquentes, lex indulget illis beneficium diuisionis ope exceptionis quòad exactionē pœnæ, mitiùsque agit cum eis, quam cum alijs, quorum crimen prætextu officij velari non potest, qui non gaudent isto beneficio. Consistit autem eiusmodi beneficiū in eo, quòd singuli satisfaciunt præstando partem pœnę, si ceteri soluendo sint: si verò cæteri non sunt idonei, pro non idoneis, qui sunt idonei, conueniuntur. Ex quo rursus colligitur re vera singulos ipso iure teneri in solidum, alioqui non possent exigi in solidum, etiam alij existentibus

bus non idoneis, iuxta *lege 1. C. si plures vna sententia*, & ea, quæ dicemus in fine huius numeri. Item colligitur hoc beneficium non concedi eis ipso iure, sed ope exceptionis dumtaxat. Hoc verò discrimen inter duplex istud delinquentium, genus assignat Iurisconsultus *in dicta lege si multi ff. de publican. & vectigal.* dùm ait. *Si multi publicani sint qui illicite, quid exegerunt, non multiplicatur duplici actio, sed omnes partem præstabunt, & quod ab alio præstari non potest, ab altero exigetur, sicut Diuus Seuerus, & Antoninus rescripserunt: nam inter criminis reos, & fraudis participes multum interesse constituerunt.* Vocat *criminis reos*, eos qui delinquunt sine officij velamine; *fraudis* autem *participes*, eos qui prætextu officij delinquunt, vt interpretantur ibi Bartolus Angelus, Imola, Cumanus Paulus, Romanus, deserta Glossæ sententia *in verbo, reos*, aliter interpretantis, vt textus significet, inter eos, qui soli, & eos, qui cum socijs delinquunt, discrimen esse quasi textus dicat, *refert solus, an cum alio delinquas.* Idem continet textus, & ibi iterato notauit Bartolus *in l. aufertur, 46. §. si multi, ff. de iure fisci. Si multi (ait) fisco fraudem fecerint, non vt in actione furti singuli solidum, sed omnes semel quadrupli pœnam pro virili portione debent, sane pro non idoneis, qui sunt idonei conueniuntur.* Idem notat, idem Bartolus *in l. qui in contractibus*, 8. *numer. 2. C. de iure fisci, libr.* 10. & Franciscus Aretinus eum sequutus *in dicta leg. eandem num. 4. volum. 2 ff. de duobus reis.* Quod verò dicitur, *debere omnes pro virili portione*, non tàm ad obligationem ipsam, quàm ad exactionis modum refertur, vt paulò ante diximus, & doctè animaduertit Paulus Castrensis *in dicta lege si multi numer. 2. in textu ibi (inquit) sed omnes partem præstabunt intellige, quod quilibet tenetur in solidum, & condemnatur in solidum cum hac modificatione, quod vna solutio sufficiat, & post latam sententiam si sunt omnes soluendo quilibet exigitur pro parte, aliàs non procederet, quod sequitur in sequenti versiculo, quia si quilibet teneretur pro parte, vel condemnaretur pro parte, altero eorum reperto, non soluendo alter, non teneretur pro illo, vt lege legatorum, in principio, ff. de legat. 2. & de aliment. & cibar. legat. l. solent, in fine:* Hactenus Paulus. Eandem doctrinam tradit Franciscus de Claperijs *causa 62. quæstione 4. numer. 3. & 4. & causa 104. quæst. vnica, nu. 2. & 4.*

23 Sextus casus est, cùm multi sunt obligati ad soluendum salarium Iudicis alicuius, ob multa, & diuersa delicta; puta deputatur Iudex ad punienda varia, & diuersa delicta, iubeturque ei, vt distribuat salarium ipsi designatum inter multos reos, contra quos procedit, atque vt id ab eis exigat. Quo casu dicẽdum est, singulos in solidum teneri ad soluendum integrum salarium, & conueniri posse idoneos pro non idoneis, exigique pro illis. Idque probatur apertè, quoniam ex multis delictis multi delinquentes tenentur singuli in solidum ad pœnam, *leg. si quis id quod, §. hoc verò edicto, cum l. adeò sequenti, & l. si familia, ff. de iurisdict. omn. Iudic. leg. item Mela, §. sed si plures lege ita vulneratus, in fine, ff. ad l. Aquil. l. vulgaris, §. si duo, ff. de furt. l. si plures, ff. arborum furtim cæsar.* notat Alexander *in dicto l. si quis id quod, num.* 12. Paulus *num.* 14. Decius *nu.* 45. Iaso *num.* 39. Bartolus *in d. l. si familia, nu.* 12. Baldus *num. 6. in 2. lectur.* Angelus *nu. 1. &* 2. Paulus *nu. 1. &* 2. Romanus *in principio*, Socinus *num. 6. &* 10. Decius *num. 2. 15. &* 18. Innocentius *in cap. sicut dignum nu. 5. de homicidijs*, Cynus *in l. is qui debitorem, num. 7. & 8. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. vi exim.* Marianus Socinus *in d. cap. sicut dignum, num. 16. & seqq.* Antonius Gomez *tom. 3. variarum, cap. 1. nu.* 38. Caballus *resolution. crimin. casu* 198. *nu. 9. &* 10. idque manifesta ratione. Si enim multi, qui ad vnum delictum concurrunt, tenentur singuli insolidum ad pœnã, & interesse, ex eo quòd delictum non potest pro parte committi, sed committitur insolidum vt diximus supra, num. 13. 14. & 20. multo magis id locum habebit, si illi delinquentes in delicto non cõmunicant, sed singuli per se, & separatim delinquunt: nulla enim tunc excusatio esse potest, ne contrahant in solidum reatum pœnæ delicto impositæ. Si igitur vnusquisque ex multis istis delinquentibus ad pœnam insolidum obligatur, insolidum quoque obligabitur, ad omne id, per quod ad istam pœnam deuenitur, cum non possit reddi maior ratio vnius, quàm alterius, argumento *l. oratio ff. de sponsalibus.* Nam cum in maleficijs qualisqualis reperiatur consensus ad pœnam, *leg. Imperatores, ff. de iure fisci.* Paulus Castrensis *in lege omnem obligationem, 20. ff. de iudicijs*, & ibi Doctores post Glossam *in lege 1. §. bestias, ff. de postuland. in verb. honorari*, Tuscus *liter. A. conclusion.* 15. *numer. 5. &* 11. & qui vult consequens, velit etiam antecedens, & è contra, *leg. illud, ff. de adquirend. heredit.* Molina *de primogen. libr. 4. cap. 5. num. 2.* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum libr. 8. titul. 1. num. 32.* ex ijs enim, quæ inter se sunt connexa, non potest admitti vnum sine altero, *leg. 1. ff. de iurisdiction. omnium Iudicum*, planè fit, vt qui se ad pœnam per maleficium obligat, eique se subdit, obliget quoque se ad expensas processus, qui fieri solet, & debet ad maleficium puniendum, ac per consequens singuli ex multis delinquentibus incurrunt obligationem in solidum soluendi expensas salariorum officialium, qui contra ipsos procedunt; ratione cuius obligationis iure posset Regium Consilium delegare Iudices diuersos, quorum singuli aduersus singulos malefactores procederent: clementer tamen facit cùm iustam suam potestatẽ moderatur, nè tàm magnis expensis delinquentium patrimonium consumat, eosque sumptuum magnitudine vexet, ac conficiat, & vnum Iudicem dat ad puniendos multos malefactores, & multa delicta, vt sumptus inter se diuidant: id verò non tollit, quin singuli in solidum sint obligati, quemadmodum erant obligati à principio ex ipsa natura negotij.

24 Ex quo rursus fit, vt possit Iudex à quocunque ex istis delinquentibus sua salaria exigere, cæteris existentibus non soluendo. Etenim quando multi sunt in solidũ obligati, & se habent velut multi rei debendi, in solidũ exigi possunt, nisi omnes sint idonei tunc enim inter eos diuiditur exactio, alioqui vnusquisque potest pro nõ idoneo conueniri, & exigi, vt diximus supra nu. 9.

25 Ex quo autem capi e. prouenit delictorum indiuiduatio (loquendo more metaphysicorum) idest, vt delicta sint multa, vel vnum, lege Bartolum, & Doctores *in dicta leg. si familia, ff. de iurisdictione omnium Iudicum*, vbi latè, Couarruuiam *lib. 2. variarum, cap. 10. num.* 8. Boerium *decision.* 219. Cardinalem Tuscum *liter. D. conclusion.* 159. Menochium remissiuè *libr. 2. de arbitrar. iudic. centur. 6. casu 591. in principio.*

26 Declaratur tamen primò, hæc resolutio, vt procedat quando Iudex simul & eodem tempore exercet suam commissionem contra multos delinquentes; tunc enim poterit ab vnoquoque altero existente, non soluendo sua integra salaria exigere: secus esset si diuersis temporibus procederet aduersus eos: nam salarium eius temporis, quo Iudex processit aduersus eum, qui idoneus soluendo non est, & non aduersus idoneum, non poterit exigere ab idoneo. Ratio est, quoniam obligatio in solidum soluendi salaria in istis duobus delinquentibus, non

com-

cōplicibus, etiam si ex delicto oriatur quod singuli commiserunt insolidum: pendet tamen à concursu processus, & expensarum; nam nisi aduersus eos procedatur, simul vnus non debet, quod attinet ad expensas alterius, quod planè docet textus *in leg. si multi, ff. de public. & vectigal.* secundum interpretationem Glossæ ibi, verbo, *reos*, quæ constituit discrimen inter eos, qui soli, & eos, qui cum aliis delinquunt, vt in illis non teneatur vnus pro alio: in istis verò contra res habeat. Estque id conforme regulis iuris vulgatis: nam vnus pro debito alterius non potest conueniri, *C. ne vxor pro marito, & Cod. ne filius pro patre* in rubricis, melior textus de iure *in lege vnica, C. vt nullus ex vicaneis, libro 11. Graue est* (ait Imperator) *non solùm legibus, verùm etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari, cap. vnico, de iniurijs, & damno dato in sexto, l. 15. tit. 10. par. 7. l. nullam, C. de exequutoribus, libr. 12.* Cassiodorus *variarum, libr. 4. epistol. 10.* notauimus supra hac eadem disputatione num. 6. in fine. Ergo vt possit ab idoneo exigi salarium non idonei, necesse est, vt simul fiat processus aduersus idoneum; alioqui non poterit debere idoneus expensas, quas solus non idoneus separatè causauit. Quod ex eo quoque confirmatur, quoniam si Iudex processit aduersus idoneum, & eum condemnauit, & condemnationem exegit, post sententiam autem processit aduersus inopem delinquentem, iniustè exiget expensas processus ab idoneo iam punito, & pœnæ suę solutione purgato, vt igitur possit iustè exigere salaria, & expensas a malefactore idoneo, necesse est, vt simul & eodem tempore aduersus idoneum, & non idoneum procedat. Quod non est accipiendum, ita vt omnibus horis, & momentis, diebus, ac noctibus sit simul procedendum aduersus omnes reos, vt sit iusta ista exactio, de qua loquimur, quod esset captare verba, & ea Iudaice accipere, vt eleganter notat alio in proposito Bartolus *in lege quominus, numero 11. ff. de fluminibus*, sed intelligenda sunt humano, & ciuili modo: ita inquam, vt cum aduersus vnum inquiritur, processus aduersus alterum non pœnitus quiescat, sed vel inquiratur aduersus eum, vel admitatur ad probationem, & dilatio simul currat, vel aliquis alter articulus processus formetur; ita enim fit, vt simul vtriusque delinquentis processus incrementum accipiat, quod satis est, vt ex doctrina Bartoli *in dicta lege quominus, num. 11.* colligitur.

Declaratur secundò, hanc resolutionem intelligendam
27 esse eo casu qui frequens est, iuxta vsum nostri Regni, videlicet, quando Iudici designatur idem salarium quotidianum, siuè procedat aduersus vnum, siuè aduersus plures reos: tunc enim hoc salarium exigere potest ab idoneo pro non idoneis, contra quos simul processum format iuxta superiùs dicta, & in hoc militant rationes adductæ ad eam resolutionem comprobandam; secus esset, si Iudici designaretur quotidianum salarium quingentorum nummorum. verbi causa, vt procederet aduersus Ioannem, qui quidem erat idoneus, & aliorum quingentorum, vt procederet aduersus Petrum, qui non erat soluendo: hoc enim casu ex bonis Ioannis non posset exigere illud salarium, quod illi designatum esset ex bonis Petri, & ratione processus facti contra Petrum ne Ioannes solueret, quod Petrus debet; id enim esset omnibus modis iniquum, vt diximus numero præcedenti.

28 Septimus casus est, cùm multi sunt obligati ad soluendum salarium Iudicis alicuius ex secundaria obligatione multorum contractuum; videlicet, quoniam multi cōtrahentes incurrerunt moram soluendi suis designatis temporibus; ob quorum moram Iudex aliquis deputatus est ad omnia ista debita orta ex diuersis contractibus exigenda; & iste est casus, de quo dubitatum est quoniam cōmissiones illę, quas multis annis in Regia Curia exercui, datæ sunt ad exigenda multa debita orta diuersis contractibus, & obligationibus, in quarum solutione singuli contrahentes morosi fuerunt: liceat enim id verbum ex mora deducere, & eo ad significandum eum, qui in mora fuit vti. In quo casu simili modo dicendum est, posse Iudicem delegatum ad eiusmodi debita exigenda exigere salarium a quocunque ex istis debitoribus idoneis, cæteris existentibus non soluendo. Ratio est, quoniam etiam si cæteri debitores non essent morosi iustissimè procederetur aduersus morosus idoneum, & ab eo exigeretur salarium ordinarium Iudicis delegati, & officialium eius. Ergo non debet esse deterioris conditionis Iudex, & eius officiales, quoniam illis multa negotia committantur, & maior, labor & onus eis imponatur quòad suorum salariorum exactionem, quæ tanto difficilior, & deterior redditur, quo in plures debitores diuiditur, *l. cùm ij, § causa, ff. de transaction. l. planè ff. famil. hercisc.* notat Thesaurus *libro 1. quæstionum forensium, quæst. 19. numer. 2.* vt ideò amittant partem salarij, quàm non idoneus erat soluturus, aut exigant ab ipso creditore, qui similiter non minùs iuris habet ad exigenda salaria officialium deputatorum ad sua debita exigenda ab ipsis morosis debitoribus, velut expensas necessarias exactionis, & verum interesse, quoniam multi sint morosi, quam si vnus esset dumtaxat morosus; essetque maximum incommodum, posse creditorem, qui vnum solum debitorem habet morosum, ab eo exigere integras expēsas exactionis sui debiti: ex eo verò, quod habeat plures debitores morosos, non posse easdem integras expensas exigere pręsertim cum non sint maiores expensæ necessariæ ad exigenda multa, quam ad exigendum vnum debitum: sed cum damno multarum morarum solutionis debitorum suorum, sentire quoque damnum solutionis partis expensarum, quam soluere deberent debitores nō idonei: fieret enim inde planè, vt multiplicata debitorum culpa in damnum iuris creditoris redundaret, & vnus debitor ex alterius debitoris culpa releuaretur à damno, contra duo iuris principia, alterum in textu *leg. si sequens gradus, ff. ad syllaniā.* alterum *in l. nō debet alteri, ff. de regul. iur.* & contra naturalem ipsam rationem, quę sine vlla co. stitutione sufficit ad causas decidendas, *l. scire oportet, 13. §. sufficit, ff. de excusat. tutor.*

26 Est autem huius conclusionis eadem ratio, & fundamētum, quod casus præcedentis; nam quemadmodum multi delinquentes, qui non sunt complices vnius delicti, insolidum obligantur singuli ad sui delicti pęnam, & ad expensas processus punitionis eorum, quo fit, vt si simul, & eodem tempore aduersus ipsos procedatur possit ab vnoquoque solidum exigi cæteris existentibus non idoneis ita prorsùs similiter multi debitores morosi, qui neque unius obligationis, neque vnius morę, (quę culpa est) participes sunt, obligati sunt insolidum ad soluendas suæ exactionis expensas, & exactoris salaria, ex quo procedit, vt possit ab unoquoque solidum salarium exigi, si alij ad soluendum non sint idonei.

27 Declaranda tamen est ista resolutio (quemadmodum. & præcedens,) ut tūc procedat quando Iudex deputatus ad multorum exactionem simul & eodem tempore procedit exercetque commissionem suam aduersus omnes debitores; nam si diuersis temporibus eorum obligatio-

nes exequatur, non poterit exigere ab vno salaria eius temporis, quo aduersus ipsum non processit quoniam cùm vnus eorum non sit particeps culpæ alterius, aut obligationis alterius non potest ab eo exigi salarium temporis, quod iudex in altero exigendo occupauit, nisi simul illud occuparit in exigendo idoneo; tunc enim eò, quòd sit obligatus soluere in solidum expensas temporis occupati in sua obligatione exigenda, & exequēda, si alterius exequutio concurrat cum sua iustè exigitur ab ipso salarium solidum, quod idem posset ab ipso exigi, si aduersus solum ipsum procederetur, argumento *l. ex par.* 40. *in principio, ff. famil. hercisc.*

31 Hinc colligitur manifestum discrimen inter duos casus supra propositos. Primus est, quando idem Iudex procedit aduersus plures complices, vnius & eiusdem obligationis ciuilis, vel criminalis. Secundus, quando procedit aduersus plures obligatos separatim, & non participes, vnius & eiusdem obligationis, seu ciuilis seù criminalis, sed qui per actus diuersos, & separatos, facti sunt rei suarum obligationum. Nam primo casu, siuè procedat Iudex vno, & eodem tempore aduersus omnes, siuè diuersis, semper exigit ab idoneo pro non idoneis. Ratio est, quoniam participatio in vna, & eadem culpa, per se, & ex natura sua habet hunc effectum, eò quòd in solidum obligat omnes delinquentes, & cùm culpa vna sit, & delictum vnum, quilibet ex delinquentibus est reus in solidum, & videtur esse in causa, cur aduersus omnes procedatur, iuxta dicta à nobis supra nu. 20. & sequentibus. In secundo tamen casu, cùm delicta sint multa, & diuisa, & obligationes inuicem separatæ, & vnus delinquens, vel reus, non participet, de culpa alterius, neque vllam communicationem habet cum pœna eiusdem; per accidens tamen contingit, vt quia quilibet in solidum tenetur ad expensas sui processus, & vno, & eodem tempore fit processus aduersus omnes, neque maior est expensa plurium, quam vnius; qualibet enim die constituitur Iudici salarium mille marauedinorum, siuè aduersus vnum, siuè aduersus multos procedat, hæc enim est taxa congruę sustentationis Iudicis, hinc oritur, vt si simul, & eodem tempore aduersus plures reos Iudex procedat, possit ab vnoquoque solidum salarium exigere, & ab idoneo pro non idoneis. Cæterum si vno tempore aduersus vnum dumtaxat procedat, cùm alter in nullo sit particeps, non poterit ab eo exigere salarium temporis, quod in eius causa non occupauit. Quare cautus debet esse Iudex, qui eiusmodi commissionem impetrauerit, quoties vnus ex reis sit non idoneus, non procedat aduersus eum solum, neque in eius solo processu aliquod tempus occupet, sed simul procedat aduersus idoneos, vt possit ab eis salarium exigere suæ occupationis, alioqui si vel idonei prius puniantur, vel sua debita soluerint, non poterit postea ab eis exigere salaria eius temporis, quod post eos punitos, vel exactos, in causis non idoneorum occupauerit. Atque iuxta istam resolutionem ego in dictis commissionibus semper practicaui tametsique difficilis visa fuerit superioribus res ista, primo aspectu ante visa fundamenta, post quam tamen rationem reddidi, cur iustè fieri posset ista exactio, ab eis hactenus permissa fuit, & nullus deinceps fuit, qui obloqueretur.

32 Obseruare tamen oportet hac in re, quoties contigerit vno loco esse multos debitores morosos, ob quorum negligētiam mitti solet exactor ad debita exigenda, siuè à Regio consilio, siuè à creditore priuato, etiam si rigore iuris attento possit creditor multos exactores designare, quorum, singulis singulorum debitorum exactionem commenderi; suggerente tamen æquitate vnus dumtaxat exactor eligendus est ad ista omnia debita exigenda, ne debitores patiantur illud incommodum, quod oritur ex multorum exactorum salarijs. Quod procedit ex ijsdem fundamentis, quibus motus Senatus Pedemontanus decidit, plures consortes, qui à subditis exigunt census minutos, ratione feudi debere vnum tantum exactorem deputare, cui soluantur referente Gaspare Antonio Thessauro *libro 1. quæstionum forensium quæstion.* 19. cui consonat constitutio Anastasij Imperatoris *in leg. vltima, C. de exactor. tributor. libr.* 10. quæ est vna ex legibus recenter additis ad tres libros Codicis, in impressionibus nouioribus, aduersus exactorem multitudinem lata. Qua statuitur in singulas Prouincias (nedum in singulas ciuitates) vnum tantum ad exigenda debita exactorem mittendum, ne exactorum multitudo, & fisci rationibus, & Collatoribus damnum afferat, cui consonat de iure Neapolitano *pragmatic.* 11. *capit.* 62. *de officio iudicum*.

33 Sed aduersus hanc resolutionem vrget, quoniam videtur aduersari pręcepto Regio, incluso in commissionis rescripto, quo iubetur iste Iudex diuidere salarium inter multos reus illudque, exigere per partes, quo fit, vt singulos ex illis videatur dumtaxat tangere partis solutio, ac per consequens iniustè totum exigetur ab eo, qui partem tantum debet.

34 Sed respondendum est primo, verba rescripti commissionis, in quibus agitur de percipiēdo salario, nihil includere attinens ad partitionem eius, sed simpliciter Iudici assignare salarium mille nummorum, seu marauedinorum, & cuicunque officialium certam sui salarij quãtitatem; post assignatum verò salarium subiungi, verba, quę agunt de salarij partitione, & diuisione; sic enim ferè dici, solet, vt in meæ commissionis rescripto continebatur, *los quales dichos salarios cobrareis repartiendolos, &c.* Quæ verba referuntur planè ad exequutionem, seu exactionem: quò fit, vt locum habeat regula, quòd verba, quæ referuntur ad exequutionem, non immutant dispositionem, quam tradit celebris textus *in element.* 1. *de præbendis*, Bartolus *in l. Lucius, nu.* 3 *ff. de aliment. & cibar. legat.* et *in l. inter stipulantem,* 83. *§. sacram, num.* 6. *ff. de verbor. obligation.* Alexander *in l. quæ dotis,* 34. *numer.* 12. Iaso *numer.* 41 *ff. solut. matrimon.* Decius *in l. non omnis, numero* 11. *ff. si cert. petat. & in l. de quæstione,* 30. *numer.* 21. *C. de pactis*, Paulus Castrensis *consil.* 398. *num.* 3. 1. *part.* Couarruuias *in rubrica de testamentis,* 2. *part. numer.* 38. *versicul. tertia conclusio*, Ioannes Garcia *de expens. et meliorationib. cap.* 4. *n.* 38. Riccius *decisionum collect.* 786. Ex quo infertur, si iuxta iure, & ęquitatem ipsam isti rei obligati sunt in solidum ad ista salaria soluenda, vt hactenus diximus, & conueniri possunt in solidum idonei pro non idoneis, hanc ipsam obligationem non esse immutandam ex uerbis, quę referuntur ad exequutionem ipsius modumque exigendi, sed mansuram in suo eodem robore.

35 Secundo addendum est, uerba illa, quæ pertinent ad istorum salariorum exactionem, accipienda est, cum effectu, vt solent, & debent uerba cuiusq; dispositionis, *lege quamuis, ff. de in ius vocando, l. si per alium, §. docere, ff. ne quis eum, qui in ius, vocat. est vi exim.* Quare præceptum istud Regium circa modum exactionis, eo modo exequendum est, quo eius exequutio sit possibilis, uidelicèt si omnes rei sint idonei facta inter eos salarij diuisione, alioqui soluendo non sint, fieri non potest, ut ei obtem-

petetur

peretur, & eo casu præceptum remittitur, & res temperatur, vt quoniam officiales sua salaria amittere non debent, in quorum exactione magis de damnovitando, quã de lucro captando certãt, quippè cum salarium sit merces operarum, & laborum, quæ nemini denegari debet, *§. ne autem, in Authent. de Iudicibus, cap. Sacerdos, 1. quæst. 2.* imò denegare impietas esset, *l. quidam cum testamentum, §. illo, videlicèt, C. de necess. seruis hæred. instit.* animaduertit Hieronymus de Laurentijs *decis. 121. num. 3.* ea exigant, vt de iure possunt. Nam vbi ea forma, quam lex induxit, præcisè impleri non potest ob contingens impedimentũ, quod impossibilem reddat eius obseruationem, illa remittitur, & actus aliter factus sustinetur, Romanus *consil. 433. num. 5.* Crauetta *cons. 177. num. 5.* qui multos adducit, Tiraquellus *de legib. connubial. gloss. 6. num. 29. & 34.* Rolandus *cons. 81. ex num. 25. volum. 1. & cons. 43. num. 36. volum. 2. & cons. 30. num. 13. volum. 3.* Rota Romana *in decisione coram D. Lita in causa Placentina*, quam refert ad verbum Garcia *de beneficijs, part. 9. cap. 2. num. 90. in principio*, Peregrinus Ianinius *de citatione reali, lib. 2. cap. 1. num. 190. 193. & 204.* Itaq; cùm in istiusmodi commissionibus præcipitur salarium exigi diuisione facta inter reos, subintelligenda est conditio, si fieri possit, iuxta Glossam notatu dignam *in cap. quemadmodum verb. conditio, de iureiurand.* si verò id non possit fieri, & obseruata diuisione exactio effectum non sit habitura, recurrẽdum est ad exactionem possibilem, & iustam; neque credendum Principem velle fraudare officiales suos iusta mercede operarum, & debito salario, contra iustitiam, & pietatem, ad quod accipiendum, non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas, *d. cap. Sacerdos*, sed presumendum potius, eum velle ministros suos iusta percipere emolumenta, si non possunt modo, quo iubentur, saltem quo licitè valent.

36 Secundò, aduersus prædicta opponi potest textus *in l. 1. & 2. C. si plures vna sententia*, vbi multi condemnati ad solutionem certæ quantitatis manent obligati singuli pro virili, & vnus non soluit, quod ab alio seruari non potest, neque censendi sunt rei debendi, obligati insolidum ad eam solutionẽ; imò obligatio à principio est diuisa. Igitur hoc casu, de quo agimus, idem dicendum est, nempe obligationem soluendi salaria à principio diuisam esse inter istos reos, & vnum non teneri pro alio, qui idoneus non est; siquidem clausula illa commissionis, quę præcipit salaria ab istis exigi est, veluti præceptum de soluendo quòad omnes illos, & quasi sententia condemnatoria, per quam damnantur ad expensas exactionis ob moram incursam, vel inquisitionis, & processus ob culpam commissam. Huius tamen argumenti solutio pẽdet, & infertur ex resolutione octaui casus, quam mox subijciemus.

37 Octauus casus est, cùm multi sunt obligati ad soluendum salarium ex sententia: qui tamen, vt commodius resoluatur, subdiuidendus est in plures articulos. Aut enim multi, qui condemnantur ad soluendum salarium condemnati sunt ad soluendum illud in solidum, quod Hispanè dicimus; *estar en la sentencia mancomunados para la paga*: aut condemnati sunt ad soluendum salarium simpliciter, non expresso, quod insolidum sint obligati ad soluendum.

38 Primò casu planè dicendum est, conueniendos esse multos istos reos, velut insolidum obligatos, ita vt si omnes possint satisfacere, debeat inter eos solutio diuidi pro rata, sin minus conueniantur idonei pro non idoneis; quoniam eum effectum habet ista condemnationis forma, vt obseruarunt relati à nobis supra n. 20. præsertim, Bouadilla *dicto lib. 2. politicę, cap. 21. nu. 251.* cum multis, quos ibi congessit.

39 Secundus casus, pluribus adhuc modis potest contingere. Primò hæc condemnatio multorum simpliciter facta, vt soluant certam quantitatem salarij, fieri potest per præceptum de soluendo, in exequutionem obligationis præcedentis in solidum contractæ. Et hoc casu adhùc dicendum est, manere reos insolidum obligatos ad soluendam quantitatem contentam in præcepto de soluendo, ac per consequens teneri idoneum pro non idoneo; hæc enim est vis, & natura obligationis in solidum contractæ. Ita sentit *Baldus in dicta l. 1. num. 2. C. si plures vna sententia*, cuius doctrinam sequutus est Senatus Neapolitanus apud Vincentium de Franchis *decis. 680.* & Riccius *collect. 246.*

40 Secundò, hęc condemnatio multorum, vt soluant certam quantitatem, seù ratione salarij, siuè alicuius alterius obligationis simpliciter facta, fieri potest per sententiam diffinitiuam, quæ lata sit in exequutionem obligationis pœnalis contractæ, ex maleficio, dolo, vel culpa, veluti si per statutum imposita esset certa pœna delictum aliquod perpetrantibus, & delinquentibus multis, Iudex damnaret eos diffinitiuè simpliciter, vt soluerent pœnam legibus statutam. Quo casu dicendum est reos, ita simpliciter damnatos, nihilominus teneri singulos in solidum ad soluendam pœnam, & quod consequens est idoneos pro non idoneis conueniri. Ita docet Baldus *in dicta l. 1. num. 3. 4. et 5. C. si plures vna sententia*, & Salycetus *in eadem l. 1.* & quam legit sub *leg. vltim. C. de vsur. rei iudic. num. 2. vers. quarto tertiò*, post Innocentium *in cap. constitutus, num. 3. de religiosis domibus*, Hieronymus à Laurentijs *decis. 112.* Vrsillus *ad Afflictis dec. 215. nu. 1.* & ita in hoc casu, & præcedenti limitanda est, *d. l. 1. C. si plures vna sententia*.

41 Tertiò, hæc sententia diffinitiua condemnatoria multorum simpliciter lata, esse potest in exequutionem obligationis non ortę ex maleficio, & quę à multis contracta fuerit, non in solidum, sed pro virili. Quo casu plures isti rei condemnati exiguntur dumtaxat pro virili, & non insolidum, & vnus non debet, quod ab alio non potest exigi, quia obligatio à principio est diuisa, vt in simili superiùs probauimus nu. 6. & 22. apertè deciditur *in d. l. 1. & in l. legatorum, in princip. ff. de legat. 2. & in l. solent, in fine, ff. de alim. & cibar. legat.*

42 Quartò, sententia ista diffinitiua simpliciter lata contra plures reos super obligatione ciuili contracta ab omnibus in solidum producit ex se, & natura sua actionem iudicati aduersus omnes, non quidem in solidum, sed pro virili; ac per consequens si actor conueniat illos reos ex actione iudicati, orta ex sententia, & obligatione eidem actioni correspondenti, non potest eos conuenire in solidum, sed pro virili; vt dicit textus *in dicta lege 1.* & ibi Doctores, *& in l. Paulus, 43. ff. de re iudicat. & in l. si qui separatim, §. quoties, ff. de appellation.* Afflictis *decis. 215.* Grammaticus *decis. 68. num. 9.* Boerius *decis. 59. num. 8.* Flaminius Cartarius *decis. 28.* Giurba *decis. 46. num. 1. & sequentibus*, Abbas Panormitanus *cons. 33. numer. 8. libr. 2.* Quàm tamen resolutionem limitandam docet Peguera *decis. 181.* post Zasium *in dicta l. Paulus*, in sententia lata super indiuiduis, vt super hyppotheca bonorum contracta à pluribus, quem sequitur Riccius *dicta collectan. 246.* Giurba vbi supra num. 5.

43 Quintò, fieri potest, vt post latam sententiam diffinitiuam simpliciter contra plures reos in solidum obligatos

obligatione ciuili, actor non vtatur actione iudicati orta ex sententia, sed velit eos conuenire vi actionis primitiuæ in iudicium deductæ, quæ oritur ex obligatione solidi. Et eo casu potest quilibet reos conuenire in solidum sine metu exceptionis rei iudicatæ; vt in dicta leg. 1. notat Glossa in verbo, virilibus, in fine, quam sequuntur ibi Doctores communiter, Bartolus, Baldus, Angelus, Salycetus, Paulus, Bouadilla lib. 1. politicæ cap. 20. numer. 58. alios refert Scipio Rouitus consil. 58. ex num. 2. libr. 2. post hæc scripta editus, qui nihil resoluit. Quæ nostra resolutio ex eo planè confirmatur, quòd non soleat esse deterior conditio eorum, qui actionem suam in iudicium deduxerunt, quam si non deduxissent: per iudicium enim potius melior redditur actio litigatium, quam deterior fiat, l. aliam, 29. ff. de nouationibus, l. non solet, 87. l. nemo, 88. ff. de regul. iur. notant Doctores istis locis, & in l. 1. C. de iudicijs. Si igitur actori ante cæptum iudicium licebat singulos reos insolidum conuenire, & ab idoneis debitum suum pro non idoneis exigere, cur id post sententiam latam negandum erit, nisi per iudicium iuris eius conditio deterior facta fuerit? Ex quibus constat expositio dictæ leg. 1. & solutio difficultatis a nobis propositæ superiùs numer. 36.

44 An verò in quolibet ex istis casibus quibus superiùs diximus, multos reos esse in solidum obligatos, concedendum sit illis beneficium diuisionis, si cæteri sint soluendo; & postquàm alij pro alijs soluerunt, soluentibus competat beneficium cessionis, & vtilis actionis quo possint recuperare portionem pro alijs solutam: difficultas est, quæ longiorem postulabat sermonem. Sed ne videamur per negligentiam, quod ad hoc attinet omisisse, distinguendi sunt duo casus. Primus est, cùm obligatio est ciuilis orta ex contractu, vel quasi, siuè sit primitiua, siuè secundaria, & non orta ex delicto, aut quasi delicto. Quo casu in vniuersum dicendum, est multis reis indulgeri beneficium diuisionis, ne conueniantur nisi pro rata. Authentic. hoc ita, C. duobus reis, leg. 10. titul. 12. part. 5. Idque dummodò cæteri sint idonei, vt iam animaduertimus supra numer. 9. Quo eodem casu soluentibus cōceditur etiam beneficium cessionis, & vtilis actionis, per quā consequantur, quod pro alijs soluerunt, l. 1. C. de duobus reis, & ibi notant Doctores, & in l. Modestinus, ff. de solutionibus.

45 Secundus casus est, cùm obligatio est criminalis orta ex delicto, vel quasi delicto, ex dolo, aut culpa dolo simili. In quo, si agamus de beneficio cessionis, & vtilis actionis, vniuersim dicendum est, hoc beneficium denegati soluentibus ob proprium delictum, & culpam, ne quid consequantur à cæteris doli partioipibus. Textus est notatu dignus in lege 1. §. nunc tractemus, versicul. plane, ff. tutel. & ration. distrahend. Planè si ex dolo communi conuentus præstiterit tutor, neque mandandæ sunt actiones, neque vtilis competit, quia proprij delicti pœnam subit, quæ rei indignum eum fecit, vt à cæteris quid consequatur doli participibus; nec enim vlla societas, vel communicatio iusta damni ex maleficio est. Cui consonat textus in l. si ex duobus, ff. eodem, & in l. si plures, §. vnde quærendum, ff. de administrat. tutor. Vnde quærendum est, (ait Papinianus) an actiones pupillus ei, qui solus conuenitur, in alterum pro parte scilicet præstare debeat; sed cùm propria cuiusque contumacia puniatur, qua fronte poterit hoc desiderari? Notant istis locis Doctores, Ronchegallus in dicta leg. eandem, in principio nu. 220. & sequentibus, ff. de duobus reis, Franchis decision. 662. ex numer. 8. Ponte decision. 10. ex num. 1. Bouadilla libr. 2. politicæ cap. 21. num. 252. & libr. 5. cap. 3. num. 68. vbi multos refert.

46 Illud admoneo, tametsi quoad forum exteriùs hæc resolutio sequenda sit; in foro tamen interiori, in ijs casibus, in quibus multi conueniuntur ex dolo, vel culpa communi ad interesse, in quibus diximus supra hac eadem quæstione nu. 21. vnica solutione reos omnes liberari, teneri eos, qui solutione alterius liberati sunt, ei pro rata sua parte satisfacere, non secus, ac si ipsi possent cedi actiones pro rata. Ita docuit Innocentius in cap. sicut dignum num. 5. de homicidio, D. Thomas 2. 2. quæst. 62. art. 6. ad 1. & art. 7. ad 2. & istis locis Caietanus, Couarruuias in regula peccatum 2. p. §. 12. nu. 4. Lessius de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 13. dubit. 5. num. 40. et 47. significauit Magonius decis. Lucens. 27. num. 54.

47 Quod tamen attinet ad beneficium diuisionis, an cōcedendum sit multis reis in solidum obligatis ex delicto, vel quasi, res est controuersa. Nam Angelus in l. reos, in princip. numer. 2. ff. de duobus reis, post Azonem, Glossam, & Bartolum, quos refert, est in sententia negatiua.

48 Contrariam tamen sententiam affirmatiuam sequitur Bartolus in dicta leg. reos, in principio, num. 5. & ibidem Paulus num. 5. qui recedit à sententia Angeli, eamq; impugnat ex textu, cuius Angelus nō meminit in l. si plures, in principio, ff. de administrat. tutor. qui videtur hanc sententiam probare. Adde eundem Bartolum in d. leg. 1. §. nunc tractemus, num. 2. et 3. ff. tutel. et ration. distrah. Ponte dicta decis. 10. num. 2. & Doctores in leg. 1. Cod. de transactionibus, & dicta à nobis hac eadem disputatione numer. 22.

SVMMA DISPVTATIONIS sextæ.

1 *Salariorum condemnatio exequutioni mandari potest appellatione non obstante.*

2 *Salariorum celeris solutio fuit præceptum diuinum veteris legis.*

3 *Præcepta iudicialia veteris legis in noua non obligant ex auctoritate legis, sed possunt seruari, vt rationi naturali consona.*

Ius Romanorum non obligat in Regno Castellæ auctoritate legis, sed seruatur ex vi rationis.

4 *Præcepta Regia rescriptis contenta habent exequutionem paratam.*

5 *Sententiæ in causis alimentorum mandantur exequutioni appellationi non obstante.*

6 *Condēnatus in causa alimentorum non auditur appellans, antequam alimenta soluerit.*

7 *Salarium officialium æquiparatur victui, seù alimentis.*

8 *Admonitio ad superiores Iudices.*

9 *Talis debet esse superior erga subditum, qualem erga se superiorem desiderat.*

10 *Paupertas victoris requiritur, vt sententia alimentorum exequutioni mandetur, et Iudices delegati ferè semper sunt pauperes.*

DI-

DISPVTATIO VI.

Vtrum Iudex poſſit non obſtante appellatione ad ſuperiores interpoſita, exequutiuè exigere ſua, & ſuorum miniſtrorum ſalaria.

1 COmmunis eſt hac in re Doctorum ferè omnium ſententia ſalaria Iudicis delegati, & officialium eius reſcripto delegationis deſignata, quæ vt ſoluat reus damnatus eſt, exequutiuè exigi poſſe appellatione ad ſuperiores interpoſita nõ obſtante. Eam ſequuti ſunt quotquot de exactione ſalariorum expreſsè tractarunt, Rebuffus *tom. 1. in conſt. regi. tract. de ſent. prouiſional. ar. 3. gl. 7. per totam*, vbi ait vniuerſim eam doctrinam veram eſſe in ſalario omniũ operariorum, eorumq; qui quocũq; modo ſeruiunt; planum eſt, autem Iudices eorumq; officiales in ſuo miniſterio Regi, Reipublicæq; inſeruire; eſſeq; etiã operarios, quod notauit Hieronymus de Laurentijs *deciſ. 121. nu. 3.* addit vbi ſupra Rebuffus *num. 6.* ex Imbetto *lib. 1. inſtut. forenſ. §. præterea.* Quòd ſi quis fuerit condemnatus ad ſalarium, & aliam rem, vna ſententia, quòad ſalarium exequetur ſententia, ſed non quòad aliam rem non fauorabilem, atque arreſto ita iudicatum aſſerit die 7. Martij, anni 1529. Rebuffum ſequitur, & refert ex noſtris Azeuedus *in l. 9. num. 38. tit. 15. lib. 4. recopilat.* eidem ſententiæ adhæſit Quintilianus Mandoſius *in tractat. de monitorijs, quæſt. 59.* quem refert, & ſequitur Paz *in praxi, 1. tom. 4. par. cap. 1. nu. 56.* Florez de Mena *lib. 1. variarum, quæſt. 8. §. 2. num. 23.* Amator Rodriguez *tractatu de exequutione, cap. 1. articul. 3. num. 24.* Bouadilla, qui loquitur de ſalario Iudicis in ſpecie, & officialium eius, *libr. 2. politicæ, cap. 21. numer. 238.* vbi teſtatur de vſu, & practica huius concluſionis, dicens apud nos receptum eſſe, exigi ea ſalaria exequutiuè appellatione non obſtante; idque ſæpiùs in multis Senatibus deciſum eſt. In primis in ea ſententia fuit Rota Romana *deciſion. 764. part. 1. diuerſorum*, Rota Florentina apud Magonium *deciſio. Florentin. 12. numer. 11.* Senatus Siciliæ apud Milanenſem *deciſ. 5. num. 26. lib. 1.* Gratianus *deciſ. Marchiæ 53. num. 5.* & Additio ad eam *ad num. 2.* Andreas Gail *obſeruationum practicarum, lib. 1. obſeruat. 44. numer. 6. & 7.* vbi ait in Camera Imperiali, non ſolum expediti pro ſalarijs literas exequutoriales, (quæ vicem habent mandati exequutorij,) ſed etiam quandoq; præceptum de ſoluẽdo, quod nos dicimus, *mandamiento de pago, o apremio*, quod ſatis eſt notatu dignum; obſeruauit Tepatus *in compendio variarum, tit. 87. c. 13. verſ. ſalarium.*

2 Probatur primò, quoniam id tàm iuſtum eſt, æquum, ac rationi conſonum, vt lege diuina populo Iſraelitico fuerit conſtitutum, ac præceptum ab ipſo Deo, Leuitici 19. numer. 13. dicitur: *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane*, & Deuteronom. 24. num. 14. & 15. *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſiuè aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt; ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui, ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.* & Thobiæ 4. num. 15. *Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, et merces mercenarij tui apud te omninò non remaneat.* Si igitur ſalarium tàm citò, & celeriter ſolui præcipitur, citò & celeriter poterit exigi, iuxta regulam correlatiuorum; exactio enim, & ſolutio correlatiua ſunt, & quod de vno ſtatuitur, alterum comprehendit, *l. vltima, C. de cupreſſis ex luco daphnenſi, libr. 11.* diximus ſupra diſp. 3. n. 4. & plures auctoritates congeſſimus.

3 Neq; verò huic rationi obſtat, quòd iuxta doctrinam D. Thomæ, *1. 2. quæſt. 104. art. 3. in corpore*, & Theologorum omnium, quos referens, ſequitur Suarez *tractatu de legibus, libr. 9. cap. 11. numer. 3.* quod animaduertit Tiraquellus *de retractu, in præfatione ex num. 8.* præcepta iudicialia veteris legis poſt nouam non obligent, neque obſeruari debeant, vt præcepta. Nam reſpondẽdum eſt, verum quidem eſſe, ceſſaſſe aduentu nouæ legis vim obligatiuam in præceptis veteris iudicialibus, non autem vim directiuam, videlicèt, vt deſinant eſſe rationabilia, & non poſſint eadem, quę illi populo iniungi noſtro à Principibus, & ſuperioribus: imò verò ob conuenientiam poſſunt reuocari, & denuò conſtitui quemadmodum tum in legibus Imperatorum, tùm etiam in iure Canonico multa ex præceptis iudicialibus veteris legis, eò quod ſint æqua, congruentiaq; Reipublicæ noſtræ, deſumpta ſunt: notat Gratianus cum Gloſſa ibi *in §. his itaque diſtinct. 6.* Io. Antonius de ſancto Georgio, Præpoſitus, Cardinalis Alexandrinus *in proœmio ad libros feudorum, nu. 12.* Ioannes de Imola *in l. teſtamenti, 3. nu. 6. ff. de teſtam. ordinand.* Decianus *reſponſ. 11. num. 3. vol. 4.* Salon de Pace *in relectione proœmij legum Tauri, num. 100.* & Couarruuias *lib. 1. variarum, c. 17. num. 1.* Atque vt ex multis quædam cõmemoremus, præcepta legis Aquiliæ ferè deſumpta ſunt ex Exodo *c. 21.* multæque aliæ leges, & canones concordant cum præceptis iudicialibus veteris legis traditis in libris Numerorum, Leuitici, & Deuteronomij, quod ſatis indicat idem D. Thom. *d. q. 104. art. 3.* dùm ait: *Præcepta iudicialia ſunt quidem mortua, quia non habent vim obligandi, non tamen ſunt mortifera, quia ſi quis Princeps ordinaret in Regno ſuo illa iudicialia obſeruari non peccaret.* Certè tñ in Regno Caſtellæ quamuis non obliget ius ciuile Romanorum in vim legis, *l. 3. tit. 1. lib. 2. recopil.* obſeruatur tamen tanquam ius æquum, & rationi conſentaneum, & ex illo, & iuxta illud deciduntur lites in omnibus tribunalibus, niſi quatenus reperitur correctum per noſtras leges, vt aſſerunt Ioannes Lupus de Palacios Rubios *in introductione ad rubricam de donationibus inter virum, & vxorem, num. 16.* Burgos Salon de Paz *in l. 1. Tauri, ex nu. 509.* Antonius Gomez ibi *in principio*, Gregorius Lopez *in l. 6. tit. 4. p. 3. gl. 2.* Didacus Perez *in proœmio in ordinationes Regias, 3. quæſtion. proemiali*, Azeuedus *in rubrica, num. 4. & ſequentibus, tit. 1. lib. 2. recopilat.* Olanus *in præfationibus ad concordiam ſuam, num. 2. & ſequentibus, & num. 7. & 13.* Franciſcus Suarez *de legibus, libr. 3. cap. 8. num. 4. & 5.* quemadmodum in Gallia ſeruari teſtatur Chaſſæneus *conſ. 8. num. 25. & ſequentibus*, & Rebuffus *in proœmio conſtitutionum Regiarum, gloſſ. 5. numer. 127.* multò maiori, & fortiori ratione obſeruanda erit lex iudicialis à Deo ipſo impoſita, cuius ratio adhùc viget, ex vi naturalis iuſtitiæ, & æquitatis à noſtris legibus non diſſonantis; quod planè docuit textus *in cap. per venerabilem, §. rationibus, qui filij ſint legitimi*, in quo Põtifex Innocentius III. argumentum deſumit ad deciſionem caſus ex lege Deuteronomij, ita fit, vt nõ ineptè Rebuffus tra-

statu de sententijs prouisionalibus, dicta gloss. 7. n. confirmarit legem Galliæ, eamque rationi conformem, & æquam esse cōprobauerit testimonijs Leuitici, & Deuteronomij à nobis adductis.

4 Secundò probatur eadem sententia, quoniam præceptum Regium Regio rescripto contentum regulariter habet paratam exequutionem, *l. 1. ff. de constitution. Princip. l. 28. & 51. tit. 18. part. 3.* & ibi Gregorius *gloss. 2. & 5.* & ibi ab exequutione similium rescriptorum denegatur appellatio, nisi exequutor modum, & mandatum excedat, Suarez *in l. post rem notabili secū casu, t. 2. ff. de re iudicat.* & Valdes ad eum locum, Rebuffus *tom. 2. in constitut. Regi. tractatu de rescriptis, articul. 1. gloss. 3.* Parladorius *libr. 2. rerum quotidianarum, cap. final. 1. part. §. 7. ex num. 1.* Boadilla *lib. 2. politicæ, cap. 10. num. 59. cum sequentibus.* Planè Regio rescripto commissionis Iudicum delegatorum, & ordinariorum, continetur clausula de exigendis salarijs, & soluendis Iudici ipsi delegato, & officialibus eius iure igitur pro exactione eorū ex vi ipsius rescripti, potetit procedi exequutiuè, & appellatione postposita.

5 Tertiò probatur, quoniam sententiæ in causis alimentorum exequutioni mandantur non obstante appellatione, ne alioqui in illud incidamus incommodum, vt qui ali debet interim, dùm lis apud superiores tractatur, & tribus sententijs finitur, famæ pereat; venter enim dilationem nō patitur, nec ferre potest, vt esse in veteri prouerbio, tradit Menochius *de arbitrarijs, lib. 2. centur. 1. casu 52. numer. 12.* nimirum quia auribus caret, vt meminit Erasmus *in adagio, venter auribus caret, chil. 2. centur. 8. adagio 84.* retulit Seneca *epistol. 21. & in fine,* & ad eum Lypsius; & fames est malè suada Virgilio *lib. 6. Aeneidos, vers. 276.* imò verò, & sancto Gregorio *in pastorali, part. 2. cap. 7. circa finem. Aegentis etenim* (inquit) *mentem doctrinæ sermo non penetrat.* Istam conclusionem tradiderunt Speculator *lib. 2. titul. de appellatione, §. in quibus num. 10. & 11.* per textum *in leg. vltima, ff. de appellation. recip.* Bartolus *in l. 2. num. 5. in fine, ff. de re iudicat.* Baldus Nouellus *de dote, 9. par. priuileg. 7. numer. 2.* Tiraqnellus *tractatu de priuilegijs piæ causæ, priuileg. 153.* Socinus *regul. 40. fallent. 12. aliàs litt. A. regul. 24. fallent. 21.* Rebuffus *tom. 1. in constitut. Regias, tractatu de sentent. prouisionalib. artic. 1. gloss. 2. num. 34.* Cassadorus *decis. vnic. num. 1. tit. de mutuis petitionibus,* Rota *decision. 764. part. 2. diuersorum,* Paulus Aemilius Verallus *decision. 24. & dec. 39. 1. par.* Cacheranus *decision. 25. num. 20.* Peguera *decision. 170.* Triuisanus *dec. 16. num. 7. lib. 2.* Barcius *decis. 69. num. 10.* Viuius *decision. 523. num. 41.* Milanensis *decis. 5. nu. 32. lib. 1.* Matius Giurba *decision. 5. num. 27.* Fachineus *lib. 1. controuersiarum, cap. 77.* Lara *in l. si quis a liberis, §. si vel parens, num. 26. & sequentibus, ff. de liber. agnosc.* Surdus *de alimentis, tit. 8. priuileg. 60. per totum,* Barbosa *in leg. 1. par. n. 56. ff. solut. matrimon.* Guttierrez *lib. 1. practicarum, quæst. 106.* Lancellottus *de attentatis, 2. part. cap. 12. limit. 24. per totam,* Scaccia *de appellationibus, quæst. 17. limitat. 7. ex num. 1.*

6 Imò verò, vt adnotauit Surdus *dicto priuileg. 60. numer. 20. & priuileg. 96. per totum,* appellans à sententia condemnatoria in causa alimentorum, non auditur apud superiores, nisi prius soluerit alimenta.

7 Salarium autem tàm officialium, quàm cæterorum seruientium æquiparatur victui, seu alimentis, & in eorum locum succedit, vt notat Angelus *in leg. si non fortem, §. libertus, num. 9. ff. de condict. indebit. iuxta legē 2.* & ibi notata per Glossam *C. de locat.* Cassadorus *d. decis. vnica, numer. 1.* Surdus *de alimentis, titul. 1. quæstion. 67. num. 7.* Scaccia *dicta quæstion. 17. limitat. 7. num. 9. et limitat. 8. num. 8. et 9.*

Idque planè probatur ex eo, quod Diuus Paulus *1. ad Timoth. 5. numer. 18.* salaria & emolumenta Sacerdotum, quæ percipiunt ex altaris ministerio, æquiparauerit cibo, & alimentis, de quibus interpretatus est locum Deuteronomij *25. numer. 4. Non alligabis os boui trituranti,* addens; *Dignus est operarius mercede sua,* quod idem fuerat Christi doctrina, *Lucæ 10. nu. 7.* refertur *in cap. quicumque, 66. duodecima quæst. 2.* & itetum *1. Corinth. 9. num. 7. & sequentibus; Quis militat suis stipendijs vnquam, & c. an & lex hoc non dicit? scriptū est enim in lege Moysi non alligabis os boui trituranti, nunquid de bobus cura est Deo? An non propter nos vtique hoc dicit, & c. vas. Nescitis quoniam, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt, et qui altari deseruiunt cum altari participant? ita et Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annunciāt de Euangelio viuere,* quò spectat textus *in cap. cum secundum Apostolum, 16 de præbendis, et dignitati.* Ex quo planè fit exequendas esse sententias circa salaria, seu condemnationes salariorum appellatione non obstante.

8 Neque verò superiores Iudices id grauiter ferè debent aut impedire inferiores suas sētentias de salarijs exequētes, ne censeantur alligate os bobus triturantibus, auferreque stipendia militiæ suæ inferioribus, eaque illis inuidere. Quamuis enim non auferatur, quod differtur, *l. quoties, C. de precibus Imperat. offerend. cap. nemo desperandus, de pœnitent. distinct. 7.* quibus locis id notant Doctores; auferre planè est differre exactionē salariorum vsque ad finem litium, quæ nunquam sunt exitum habituræ, vt ferè non habent illæ, quas agunt priuati cū fisco, nisi ipsi priuati eas finire studeant. Neq; item equum est permittere, vt postquam officiales sua munera fideliter exercuerunt, moueantur eis lites circa stipēdia sua, quæ eorū exactionem impediant; hoc enim est fateslere negotium alijs cōtra ius, & æquitatem, quod certè sibi fieri nollent. Meminerint quæso sententiæ illius ex ipso naturæ lumine, & dictamine primo rectæ rationis ortæ, sacrisque literis commendatæ sæpius Thobiæ *4. numer. 16. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias,* Matthæi 7. num. *12. omnia ergo quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis hæc est enim lex, & Prophetæ,* Lucæ 6. n. *31. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.* Certè sæpius ego hoc tam sanctum præceptum in memoriam reuoco, quòd videam in obliuionem superiorum venisse, tantòque lubentius obseruantiam eius iniungo, quantò minus seruari video, infringique plerumque testis sum. Dolenda certè res, quod superiores alium sibi Deum alium in ferioribus velint, vt Hispano prouerbio dicitur; sed licet hæc sit hora sua, & potestas tenebrarum notum illis sit fore, *vt eadem mensura, qua mensi fuerint remetiatur ipsis,* Lucæ 6. Igitur cogitent, quam lentè paterentur, si Rex illis circa suorum salariorum exactionem litem moueret, aut moueri fineret, cum tempus solutionis instaret. Quod si hoc ferendum non esset æquum est, vt se tales erga subditos gerant, quales erga se superiores desiderant, *cap. quorundam, distinct. 74.* Seneca *epistol. 47. Hæc* (inquit) *præcepti mei summa est, cum inferiore sic viuas, quemadmodum tecum superiorem velles viuere,* notat Diuus Thomas, qui multa adiungit *opusculo de eruditione Principis, lib. 3. c. 3.* & Abbas *in proœmio Gregoriano, verbo, Rex pacificus, ante num. 1.* eodemque iure, quod in alios statuunt vti debent, *in rubro, & nigro, ff. quod quisque iuris:* idem enim debet esse ius in membris, quod in capite, *cap. in Synodo, distinct. 63.* ibi Glossa, *verbo, ac per hoc,* alioqui rei, ac participes erunt eius peccati, quod

iuxta

iuxta Diuum Thomam *de erudition. Princip. lib. 7. cap.* 12. ad Deum clamat, videlicet detentionis mercedis mercenariorũ; eius enim detẽtionis satis est particeps, qui mercedem exigi non permittit; in eumque iure cadit reprehensio Apostoli Iacobi in sua canonica, *cap. vltimo; Ecce merces operariorum vestrorum, quæ fraudata est à vobis clamat, & clamor eorum in aures Domini sabaoth introiuit.*

10 Neq; obstare potest, quominus hæc ita obseruentur, quod in causis alimentorum, vt sententiæ exequutioni mandentur appellatione ad superiores non obstante, requiratur paupertas eius, in cuius fauorem sententia est exequenda, atq; vt aliundè non habeat, vnde ali possit, vt notat Baldus Nouellus *tractatu de dote, part. 9. priuileg. 7. num.* 2. Surdus *de alimentis, titul. 8. priuileg. 60. num.* 21. Lata *in l. si quis à liberis, §. si vel parens; num.* 31. *ff. de liber. agnoscend.* Lancellottus *de attentatis*, 2. *part. cap.* 12. *limitat.* 24. *num.* 15. Scaccia *de appellation. quæst.* 17. *limitat.* 7. *num.* 17. cum alijs, quos referunt. Ea enim qualitas inest omnibus Iudicibus inferioribus delegatis, & eorum officialibus, vt ferè semper contingere videmus, in eisq; vtpotè operatijs, paupertas vt qualitas naturalis præsumitur, Tiraquellus *de retractu lignag. §.* 32. *glossa vnica, num.* 94. Scaccia *de appellation. dicta quæstion.* 17. *limitat.* 8. *num.* 8. qui nisi ægerent eas delegationes non susciperent; insanirent enim, si non ægentes istiusmodi pessimæ occupationi se immiscerẽt; quod si vnquam acciderit Iudicem delegatum esse diuitem, iustissimè incidet in laqueum eiusmodi litium, siquidẽ ad id officium venit ductus sordida, & cæca cupiditate: nullum enim existimo futurum tàm ignarum, quem eo pertrahat ambitio, præsertim nostro sæculo, ac tempestate, qua publicarum dignitatum honos tàm miserè iacuit.

SVMMA DISPVTATIONIS septimæ.

1 *MVltis casibus potest Iudex restituere aduersus suas sententias.*
2 *Iudex postquam sententam tullit officio suo functus est.*
3 *Iudex multis casibus potest suam sententiam retractare, remissiuè.*
4 *Noua causa emergente potest Iudex de causa finita cognoscere.*
5 *Lata sententia expirat officium Iudicis mercenarium, sed durat nobile.*
6 *Productis post sententiam nouis instrumentis, intra triennium conceditur restitutio aduersus rem iudicatam in causis fiscalibus, & publicis.*
7 *Proponitur dubium, an restitutionem contra suam sententiam possit solus ordinarius concedere, vel etiam delegatus.*
8 *Tres sententiæ communes de hac re, & nulla vera.*
9 *Prima sententia negatiua.*
10 *Primum fundamentum ex l. si vt proponis, la prima, C. quomodo, & quando Iudex.*
11 *Secundum fundamentum ex l. minor autem, §. idem Imperator, in fine, ff. de minorib. l. aduersus, C. si aduersus rem iudicatam, l. 1. C. & vbi apud quem.*
12 *Secunda sententia affirmatiua, & fundamentum eius.*
13 *Tertia sententia distinguens.*
14 *Reijcitur tertia sententia, & eius fundamentum.*
15 *Proponitur noua distinctio, & conciliatio primæ, & secundæ sententiæ.*
16 *Cùm iurisdictio delegati per sententiam non expirat, potest Thomæ Carleualij de Iudicijs. restituere, & cognoscere de nullitate.*
17 *Quando expiret iurisdictio delegati, vel non, ex alijs iuris principijs expendendum est, & n. 18.*
19 *Delegatus non potest restituere aduersus interloquutoriam, quæ totam commissionem absorbet.*
20 *Delegatus ab ordinario restituit aduersus interloquutoriam, nõ aduersus diffinitiuam.*
21 *Distinguuntur duo casus, quòad diffinitiuam delegati inferioris à Principe.*
22 *Delegatus ab inferiore, qui tullit sententiam nulliter an possit de nullitate cognoscere, & sententiam iterum ferre.*
23 *Sententia affirmantium minùs communis, sed verior.*
24 *L. si vt proponis exponitur.*
25 *Delegatus à Principe ad ferendam diffinitiuam, non potest aduersus ipsam restituere.*
26 *Delegatus à Principe simpliciter ad causam restituit antequã exequatur, etiam contra diffinitiuam, non post.*
27 *Solutio Pauli Castrensis, & Ioannis Guttierrez, adhibita fundamento prædictæ resolutionis.*
28 *Reijcitur, & impugnatur.*
Vna est, & eadem iurisdictio ad restituendum, & exequendum, & vnum, & idem Iudicis officium.
29 *Delegatus ad vniuersitatem causarum restituit aduersus suam diffinitiuam.*
30 *Delegatus ad exequutionem, antequam exequutio effectum habeat, restituit, & cognoscit de nullitate suæ sententiæ.*
31 *Reijciuntur aliæ distinctiones inuentæ à Doctoribus, & numer. 32.*
33 *Delegatus à Principe ad exactionem, eandem potestatem habet, ac delegatus ad exequutionem.*
Sententia posterior non semper est iustior, & melior, neq. superior semper doctior, sed quandoq; etiam stultus eleuatur in locum sublimem.
34 *Confirmatur tandem, & approbatur tradita resolutio.*
35 *Quæstionem, an delegatus cognoscat de nullitate suæ sententiæ, tractant multi Doctores, & ex alijs principijs resoluunt.*
36 *Satisfit textui in d. l. si vt proponis, & n. 37.*
38 *Declaratur l. 1. C. vbi, & apud quem, & quis fuerit institutor officij Procuratoris Cæsaris.*
Augustus Cæsar fuit primus institutor publicorum salariorum.
39 *L. minor autem, §. idem Imperator, et d. l. aduersus declarantur, et n. 40.*
41 *Satisfit fundamentis secundæ sententiæ.*

DISPVTATIO VII.

Vtrum Iudex delegatus possit aduersus suam sententiam concedere restitutionem in integrum, & de eius nullitate cognoscere.

Ad l. 3. tit. 25. part. 3.

1 PLanum est multos esse casus, in quibus iure potest Iudex ipse, qui sententiam tulit, concedere restitutionem in integrum, aduersus sententiam à se prolatam. Ita docet textus *in l. in causæ, la secunda, §. vltimo, in fine, cum leg. sequenti,*

ff. de minoribus, cap. causa, 9. de integr. restitut. coosonat l. 3. titul. 25. par. 3. notat Glossa vltima in d. l. in causæ, 17. & Glossa prima in l. 1. C. sententiam rescîendi non posse, & istis locis Doctores.

2 Neque obstat, quòd Iudex postquam sententiam tulit officio suo ita functus videatur vt iam non possit amplius in eam causam manus mittere, quasi extincta quoad id iutisdictione, l. quod iussit, 14. in fine, l. Iudex postea quàm, 55. ff. de re iudic. l. cum rubrica, C. sententiam rescindi non posse, l. pœnam 15. C. de pœnis.

3 Non inquam obstat, quoniam tametsi verum sit, eam regulam plerunque, & ferè semper esse obsetuandam; habet tamen suas, non paucas exceptiones, quas fallentias, & limitationes vocant nostri. Earuoi plures recensuit Glossa prima in d. l. 1. C. sententiam rescindi non posse, vbi multorum casuom meminit, in quibus Iudex sententiam à se latam, à quę non est appellatum, & quę tei iudicatæ robur accepit, reuocare potest. Septemdecim tefert Romanus in l. admonendi, ex nu. 34. ff. de iureiurand. & in eadem leg. Alexander Iaso, & Ripa notant, alios Felynus in cap. qualiter, & quando, el primo, ex num. 23. de accusationib. Marianus Socinus ibi, ex nu. 64. & Doctores in d. l. Iudex postea quàm. Est autem ea regula io primis intelligenda, & practicanda, rebus sic stantibus, quæ conditio tacite inest in multis actuum, & dispositionum generibus, vt colligitur ex textu in cap. quemadmodum, & ibi Glossa verbo, conditio, de iureiurand. & in l. quod seruus, ff. de condict. ob caus. & in l. cùm quis, 38. ff. de solution. in princip. obseruat Iaso in l. is qui putat, 15. nu. 5. num. 9. ff. de adquir. hæredit. & in d. l. quod seruus, num. 8. Tiraquellus in d. l. si vnquam in præfatione, nu. 166. cum seqq. C. de reuoc. donat. Hippolytus de Marsilijs de fideiussoribus, num. 173. secundum aliam impressionem nu. 151. Guido Papæ decis. 199. nu. 3. Cacheranus decis. 91. num. 2. 3. 14. & 15. Magonius decis. Lucens. 1. num. 32. Seraphious decis. 612. num. 5. Marta de clausulis, 1. part. clausul. 123. cum multis omissis.

4 Cæterùm prædicta regula fallit, vbi noua emergit causa, nam hæc viam aperit Iudici, vt possit denuo de lite finita cognoscere: nam plerumque noua emergente causa, nouum debet adhiberi remedium, l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrogat. action. l. 1. in princip. ff. de inspiciendo ventre, cap. cæterùm, de iurament. calum. l. 6. tit. 25. par. 7. Hippolytus singul. 233. Peregrinus de iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 67. idque regulare est. Ita fit, vt ex causa noua apparente post sententiam possit ipsa sententia retractari.

5 Tametsi verò lata sententia Iudex functus sit officio; officium tamen illud, quod prolata sententia expirauit, finitumq; est, est officium mercenarium, quod deseruit actioni, vt in d. l. Iudex postea quàm; 55. obseruant Bartolus nu. 2. Cumanus in princ. antè nu. 1. Ioannes de Imola nu. 4. Alexander nu. 2. durat autem post sententiam officium nobile Iudicis, quo expeditur, tùm in integrum restitutio, tùm etiam exeqontio sententiæ, vt ijdem notarunt.

6 Inter alios verò casus; in quibos restitutio aduersus rem iudicatam concedi potest, & debet, ille est notatu dignus, quando post rem iudicatam inueniuntur, & producuntur instrumenta, quæ si ante sententiam in processu producta fuissent, Iudicem permouissent ad sententiã aliter ferendam, idque peculiariter in causis fiscalibus, & publicis. Nam quamuis regulare sit sententia, prętextu nouorum instrumentorum retractari non posse, l. sub specie, C. de re iudicata, vbi notat Baldus num. 1. & Salycetus, Cynus, Angelus, Fulgosius, Paulus; fallit tamen hęc regula fauore Fisci, & Reipublicæ, iuxta textum in l. Imperatores, ff. de re iudicat. & in l. vnica. C. de sententiad. uersus Fiscum latis, retract. lib. 10. & in l. 19. titul. 22. par. 3. versicul. otrosi decimos, vbi notat Gregorius gloss. 9. Doctores in dicta l. Imperatores, & in dicta l. vnica, & Baldus in dicta l. sub specie, num. 1. Salycetus num. 1. Paulus num. 2. & consil. 257. num. 3. 2. part. quod in antiquis erat num. 325. Hippolytus de Marsilijs singular. 229. Padilla in l. sub prætextu, num. 7. Cod. de transactionibus, Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 6. §. 2. num. 5. Peregrinus de iure fisci, libr. 7. tit. 4. numer. 2. Sfortia de restitut. in integr. 2. part. quæst. 75. artic. 1. in causis enim publicis, & fiscalibus, ob instrumenta denuò reperta, vel producta intra triennium conceditur restitutio, vt in dicta l. vnica, C. de sentent. aduersus fiscum latis, retract. lib. 10. & in dicta l. 19. tit. 22. part. 3. & ibi Gregotio gloss. 11. de quo tamen vide latiùs Paulum, & Salycetum in d. l. sub specie, & Ioannem Garcia d. gl. 6. §. 2. n. 14. Quæ iuris conclusiones difficultatem oon habent.

7 Est tamen dubium, quod memini ex facto visum esse non leue, tametsi iudicio meo immeritò, an istam restitutionem possit concedere dumtaxat Iudex ordinarius; an verò etiam delegatus. Certè facultatem concedendi restitotionem in integrum in vniuersum videtur tribuere, tàm ordinarijs, quàm delegatis, Iustinianus in l. vltima, C. vbi & apud quem, solum arbitris eam deoegans, & Gregorius IX. in cap. causa restitutionibus, 9. de in integr. restitut. apud nos l. 3. tit. 25. par. 3. correcto io hoc articulo antiquo iure digestotum, quo solùm Magistratus maiores habentes merum, & mixtum imperium, poterant in integrum restituere iuxta textũ in l. in causæ, 17. §. vltimo, & l. Præfecti, 18. ff. de minoribus, Magistratus autem minores quales sunt municipales, nõ poterant id auxilio impattiri, l. ea quæ, ff. ad municip. & de incol. Iure verò nouiori fauore minotum, vtq; eis possit prõptiùs, & faciliùs subueniri introductum est, vt omnes Iudices, siuè maiores, siuè minores, siuè ordioarij, siuè delegati, præter arbitros, & eorum delegatos, & compromissarios, possint restitutionem concedere id quod notauit Glossa in d. §. vltimo, verb. pro iurisdictione, quam sequitur Bartolus, & Baldus Maurilius de restit. in integr. cap. 35. in fin. Sfortia Oddus 1. par. q. 32. art. 4. estq; communis opinio. Vnde iam iure oouo facultas restituendi competit iure Magistratus, ac per consequens est delegabilis, iuxta l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdictio, vt probat textus in d. leg. vltima, C. vbi, & apud quem cognitio integr. restitut. agit. sit. Verum oportet textus istos enucleare, & difficultatem profundius inspicere.

8 Tres fuerunt iu hac re Doctotum sententiæ, omnes communes, duæ extremæ, altera media illas distinctione facta concilians, & ad concordiam reducens; quarum tamen nulla iudicio meo scopum veritatis attigit.

9 Prima seotentia vniuersè negat Iudicem delegatum, siuè ab ordinario, siuè Principe à posse restituere aduersus suam sententiam. Ita sentit Cynus in l. aduersus, in fin. C. si aduers. rem iudic. & in l. 1. & vltima. Cod. vbi, & apud quem, Albericus in dicta l. vltima, Ancharanus in cap. ex literis, 4. num. 4. de integr. restitut. & alij, quos refert Sfortia de restitut. in integr. 1. part. quæst. 32. artic. 18. num. 139. vbi dicit communem.

10 Hæc sententia, quod attinet ad delegatum ab ordinario, probatur ex textu in l. si vt proponis la prima, C. quomodo, & quando Iudex; in quo Iudex, qui sententiam tulit obnoxiam vitio nullitatis, noo potest itetum sententiam pronunciare, eò quòd iurisdictio eius expirasset. Ergo ob eandem rationem ille Iudex delegatus prolata sententia noo poterit aduersus ipsam restitutionem concedere.

11 Quo-

11 Quòad delegatum autem à Principe probatur, quoniam aduersus sententiam delegati à Principe, solus Princeps restituit, *l. minor autem, 18. §. idem Imperator, in fin. ff. de minorib. l. aduersus C. si aduersus rem iudicat. l. 1. C. vbi, & apud quem.* Ergo ipsemet delegatus restituere non potest; quo fit, vt neuter delegatus, neque ab ordinario, neque à Principe possit restitutionem concedere.

12 Secunda sententia extremè opposita indistinctè concedit delegato à Principe Præsertim facultatem restituẽdi aduersus quamlibet suam sententiam. Hanc tuetur Petrus, relatus à Cyno *in d. l. aduersus*, Bartolus *in l. minor autem, §. sed & Proæmio, ff. de minorib.* Fulgosius *in d. l. aduersus, num. 2. C. si aduersus rem iudic. & in d. l. 1. num. 2. C. vbi, & apud quem*, vbi Paulus Castrensis *num. 1.* Rebuffus *tom. 2. in constitut. regi. tract. de restitutionibus, in præfatione, num. 12.* licèt de stylo Regni Franciæ, aliud seruari testetur in tribunalibus sæcularibus, Maranta *in praxi, 5. part. num. 36.* & istam communem sententiam dicit Sfortia *dicto art. 18. num. 139.* Fundamentum huius sententiæ desumitur ex generalibus verbis textus *in d. l. in causæ, §. vltimo, in fin. ff. de minorib. & in d. l. 3. C. vbi, & apud quem*, quibus in vniuersum, & sine limitatione vlla videtur concessa Iudicibus, tùm ordinarijs, tùm delegatis à Principe facultas restituendi aduersus suas sententias; quod planè confirmant verba, *cap. causa, de in integr. restitut.* quæ eam facultatem concedunt delegatis à quolibet ordinario.

13 Tertia sententia media est inter istas, easque fœdere distinctionis conciliare conatur: aut enim (inquit) agimus de sententia interloquutoria, & tunc locum habet secunda sentẽtia, nempè Iudicem delegatum, siuè ab ordinario, siuè à Principe posse concedere restitutione aduersus illam: aut agimus de sententia diffinitiua; & eo casu prima sententia vera est, scilicèt non posse delegatum aduersus ipsam restituere. Hanc sequitur Bartolus *in d. l. aduersus, num. 1. C. si aduersus rem iudicat.* vbi Baldus *nu. 2.* qui pro ea refert Iacobum Butrigarium, Angelus *nu. 2.* Salycetus *num. 2.* Paulus *num. 1.* Abbas *in dicto cap. causa restitutionis, 9. n. 7.* Sfortia *de restitutione, 1. par. dict. quæst. 32. art. 18. num. 139. circa finem*, Guttiettez *lib. 2. canonicarum quæstionum, cap. 2. nu. 37.* & Sfortia ait hanc distinctionem esse magis communem. Quę sententia colligitur ex fundamentis primæ, & secundæ, & orta est ad conciliandas leges, quæ sibi ipsis videntur contrariæ.

14 Si tamen in tàm controuersa re licèt nostrum interponere iudicium, tametsi existimem duas illas sententias, primam, & secundam, distinctione conciliandas esse, credo longè diuersam distinctionem hoc casu locum habere, amplectandamque esse: id quod apertè colligimus ex mente ipsa Doctorum, qui sequuntur propositam tertiam sententiam, & distinctionem eius. Nam fundamẽtum vnicum, quo omnes nitũtur, qui delegato denegant potestatem restituendi aduersus suam sententiam diffinitiuam est, quòd postquàm sententiam tulit officio suo functus videatur, eiusque iurisdictio finita: nemo verò sine iurisdictione sententiam suam retractare potest, seù per restitutionem, seù quouis alio modo, cum iurisdictionis actus sit restitutionem concedere, *l. 1. ff. de in integr. restit. d. l. in causæ, §. nunc videndum, cum legib. sequent. ff. de minorib. l. eum qui ff. de iurisdict. omn. Iudic. iuncta l. omnes, ff. de in integr. restit.* Hoc autem fundamentum planè infirmum est, fallaxq; & lubricum, nam si quid probaret illud, etiam probaret non posse à Iudice ordinario, cõcedi in integrum restitutionem aduersus suam sententiã; quia videlicèt non minus finitur iurisdictio ordinaria, ordinarijq; officium quòad causam iam iudicatam, quam delegati in causa delegata postquàm tulit sententiã, vt probat textus *in d. l. Iudex postea quàm, ff. de re iudic.* Quemadmodum igitur hoc argumentum efficax nõ est quòad ordinarium, & suam habet solutionem, vt attigimus supra hac eadem disputatione num. 5. ita eneruari potest, & dilui, quod attinet ad delegatum.

15 Aliter igitur distinguendum est, aut sententia, siuè interloquutoria, seù diffinitiua lata, finitur, expiratq; commissio Iudicis delegati, eiusque iurisdictio, aut non finitur, nec expirat. Primo casu Iudex delegatus non potest restituere aduersus suam sententiam, siuè interloquutoria sit, siuè diffinitiua. Ratio est, quia concedere restitutionem est actus iurisdictionis, vt probauimus numero præcedenti, & notat *in d. l. Iudex postea quàm*, Bartolus, Imola, Cumanus, & Alexander, relati supra num. 5. Ergo iurisdictione finita, & officio Iudicis extincto concedi non potest restitutio, seù aduersus interloquutoriam sententiã, seù aduersus diffinitiuam. Idque tàm est perpetuum, & vniuersim verum, vt non solùm locum habeat in Iudice delegato, sed etiam in ordinario: nam si contingeret iurisdictionem ordinarij, casu aliquo expirare, finitique officium eius, post latam in aliqua causa sentẽtiam diffinitiuam, aut interloquutoriam, planè deinceps non posset concedere restitutionem in integrum aduersus quamlibet sententiam à se prolatam, vt probat apertè textus *in leg. cum qui ff. de iurisdictione omnium Iudicum.*

16 Secundo autem casu, quando per prolationem sententiæ, seù interloquutoriæ, seù diffinitiuæ, non finitur mandatum, vel commissio, neque expirat iurisdictio delegati concedere potest restitutionem in integrum, aduersus suam sententiam, seù interloquutoriam, seù diffinitiuam; atque item cognoscere de nullitate suæ sententiæ, expedire quæ reliqua, quæ Iudicis officio expediuntur. Probatur manifestè, quoniã eo casu durat post sententiam iurisdictio, Iudicisque officium, ac per consequens facultas iuris dicendi, æquitatisque statuendæ, seu administrandi iustitiam subditis eam petentibus. Ergo nihil impedit, quominùs Iudex delegatus suam iurisdictionem exercere possit siquidem nulla lex est, quæ eius potentiam, & iurisdictionem coarctet, denegetque illi facultatem concedendi istam restitutionem, quod euidenter constabit ex solutione argumentorum contrariorum. Confirmatur ex doctrina glossæ approbatæ communiter à Doctoribus, *in d. l. in causæ, 18. §. nunc videndum, verbo, pro iurisdictione sua*, cuius meminimus supra nu. 7. dicentis, facultatem restituendi competere iam Iudicibus iure Magistratus, idest eo ipso, quòd sunt Magistratus. Ergo durante officio, & Magistratu, duret quoque restituendi facultas. Quæ me rationes euidenter conuincunt, vt in hanc sententiam descendam.

17 Sed eò videtur hæc difficultas reducta esse, vt videamus, & examinemus, quando expiret iurisdictio delegati lata sententia, & quando censenda sit post sententiam durare, vt ex eo iudicemus, quando possit delegatus aduersus sententiam suam restituere, vel de nullitate suæ sententiæ cognoscere, quod ex iisdẽ principijs deriuatur.

18 Respondendum est tamen, id definiendum esse ex alijs iuris principijs, spectata primùm commissionem, & mandato Iudicis, ex quo pendet eius iurisdictio, eiusque exercitium: item spectata natura delegationis prouenients ab ipso delegante. Nam delegatus a Principe in multis differt à delegato ab inferiori ordinario, vt notant Legistæ *in rubrica, ff. de officio eius, cui mandat. est iurisdictio*, & Canonistæ *in rubrica de officio, & potestate Iudic. delegat.* Ma-

ranta

ranta *in praxi, 4.part.distinct.5.ex num.23.*& alijs à nobis relati supra disputatione 4.numer. 38. Quam tamen doctrinam, vt sigillatim prosequamur, & ad peculiares casus descendentes declaremus, nonnulla subijciemus exempla, ex quibus apertiùs constabit Doctores in huius difficultatis resolutione halucinatos.

19 Infertur primò ex istis, eo casu, quo sententia interloquutoria talis est, vt totam causam delegatam absorbeat, iurisdictionemque finiat, nō posse delegatū etiā à Principe concedere aduersus ipsam restitutionem aut de nullitate suæ sententiæ cognoscere. Ita obseruauit Albericus *in l.minor autem, num.4.ff. de minorib.& in l.cùm femus, 3. num.3.C. vbi & apud quem,* Ancharanus *in cap.causa,9.nu. 7.de integr.restitut.* quos sequitur Sfortia *de restitut.1.part. quæst.32.art.18.num.141.*& Gutierrez *lib.2.canonicarum quæstionum, dicto cap.2. nu. 38. in fine,* idque ob rationem ante dictam.

20 Infertur secundò delegatum ab inferiore ordinario simpliciter ad aliquam causam, regulariter posse restituere aduersus sententiam interloquutoriam à se prolatam, aut de eius nullitate cognoscere: quoniam adhùc durat iurisdictio eius, & articulus restitutionis est incidens in causa principali, cognoscitque de ipso, vt incidenti. Ita probat textus *in d.cap.causa,9. de integr.restitut.* sed prolata sententia deffinitiua non posse aduersus ipsam concedere in integrū restitutionem, aut de eius nullitate cognoscere, quia nempè eius iurisdictio expirat prolata sententia, & post eam finitam non potest dici incidens esse restitutionis articulus, quod ex eodem textu planè colligitur.

21 Verùm quod attinet ad diffinitiuam prolatam à delegato inferioris à Principe, distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando delegatus inferioris protulit sententiam diffinitiuam iure validam; quo casu sine controuersia receptum est expirare iurisdictionem delegati ab inferiore Principis, ac per consequens non poterit tunc iste delegatus cognoscere de nullitate suæ sententiæ, si nullitas aduersus ipsam obijceretur, aut contra ipsam restituere.

22 Secundus casus est, quando protulit sententiam nullam; quo casu Doctores frequentiùs sentiunt, non posse delegatum inferioris cognoscere de nullitate suę sententiæ. Ita sentit Glossa vltima *in d.l.si vt proponis, la prima,* quam sequuntur Bartolus, Baldus, & alij ibi, *C.quomodo, & quando Iudex,* Abbas Panormitanus *in cap. in literis, 9. num.4.de officio delegati,* Menochius *de arbitrarijs, lib. 1. quæst.67.ex nu.21.* tametsi ibi non tam examinet, an possit iste delegatus cognoscere de nullitate suę sententiæ, quàm an possit causam iterum definire; verùm ex ijsdem principijs pendet vtraque quæstio. Probant istam sententiam *ex d.l.si vt proponis.* Consulto tamen prætermittimus isto casu quæstionem, an possit Iudex iste cōtra eiusmodi sententiam restituere; quoniam cùm sententia ipsa nulla sit, & nullam esse præsupponamus, restitutione rescindi non potest, *l.nam, & sub conditione, vers. post defectum ff.de iniusto rupto, irritoque fact.testament.leg.3.§.ex his, ff.eodem titul.l.quoi retrahi, 3.C. si aduersus libertatem, cap.ad dissoluendum, de desponsat.impub.* idque iure quidem optimo, cùm priuatio præsupponat habitum, *l.manumissiones, 4.ff.de iustitia, & iure, leg. Titio vsufructus, 95.ff.de de condict.& demonstrat.l.decem, 110.ff.de verbor. obligation.* Meminit Tuscus *liter.P.conclus.715.*

23 Contrariam tamen sententiam, imò Iudicem delegatum ab ordinario, qui sententiam tulit, quæ nulla est posse iterum pronunciare, cognoscereque de nullitate suæ sententiæ, sequutus est Cumanus *in l.à Diuo Pio, in principio,n.3.ff.de re iudic.* quem suppresso nomine sequitur Decius *in d.cap.in literis, num.13.de offic. & potest.Iudic.delegat.* & Parisiensis author damnatus ad Dynus *in cap. quod semel, num.2. de regul.iur. in sexto, in verb. delegati.* Fundamentum est, quoniam sententia nulla non absorbet, nec consumit iurisdictionem delegati; nam non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *cap. non præstat, de regul.iur. in sexto,* & quod nullum est, nullum habet effectum, *l.4.§.condemnatum, ff. de re iudic.*

24 Ad textum autem *in d.leg.si vt proponis,* dicunt nullo modo probare id, quod existimant communiter Doctores; ideò enim ibi delegatus non potuit de nullitate suæ sententiæ cognoscere, & in causa iterum sententiam ferre, quonia delegans reuocauit delegationem, & alteri causam denuò tractandam commisit, idque iustè fecit, quoniam in culpa fuit delegatus pronuncians sentētiam die feriato, & parte non citata: præsumitur enim in Iudice dolus, quando contra reum procedit more insolito, & solemnitatibus iudicij non seruatis, Thessaurus *decis. 1.num.9.* Cacheranus *decis.22.num.6.* Tuscus *liter. B. conclus.127.* Mascardus *de probationibus, conclus.240.& 241.* Farinacius *in praxi crimin.quæst.37.nu.138.volumen.1.* Crauetta *consil.854.num.6.& consil.669. numer.14. volum.5.* Surdus *consil.377.num. 38.lib.3.* Bouadilla *libr.2. politicæ, cap.vltimo, nu.137.& lib.5.cap.1.num.206.* quare merito Præses alteri causam delegauit qua noua delegatione facta non potuit delegatus amplius de causa cognoscere, *l.iudicium soluitur, ff.de iudicijs.* Si verò ibi delegatio non esset reuocata, posset delegatus, & de nullitate suæ sententiæ cognoscere, & causam iterum definire. Quæ sententia satis est probabilis, etiam si sit minus communis, imò iudicio meo vera.

25 Tertiò infertur delegatum à Principe ad procedendū in aliqua causa vsque ad diffinitiuā, seu ad proferendum diffinitiuam in aliqua causa, non posse postquam sententiam tulerit diffinitiuam, aduersus suam sententiam restituere, aut de nullitate eius cognoscere. Ratio est in promptu, quoniam iurisdictio eiusmodi delegati limitata est, & tandiu durat, donec sententia profertur, quæ prolata expirat, finiturque: istum tamen iudicem posse restituere aduersus sententiam interloquutoriam à se latam, ob contrariam rationem, scilicèt quòd prolata interloquutoria eius iurisdictio, durat vsque ad diffinitiuā proferendam. Hactenus vera est tertia sententia quam propofuimus, & non est vlterius extendenda, vt ex ijs, quæ statim subijciemus erit manifestum.

26 Quattò infertur, delegatum simpliciter à Principe ad aliquam causam, posse aduersus suam sententiam, tàm interloquutoriam, quàm definitiuam restituere, & de earum nullitate cognoscere. Ratio est, quia iurisdictio delegati à Principe simpliciter ad aliquam causam, non finitur prolata sententia, sed adhùc durat vsquequo eam mandet exequutioni per se, vel per alium, (quod intra annum facere potest, iuxta ius canonicum, *cap. in literis, 9.cap.quærenti, 26.de offic.& potestat.Iudic.delegat.*) docet Bartolus *in d.l.à Diuo Pio, in principio, numer. 2.* Angelus ibi *num.1.& 2.* Imola *num.1.* Alexander *num.2.* qui dicit communem sententiam etiam de iure ciuili; quidquid contrarium post Accursium dixerit Iason *ex num. 6.* qui tamen tandem consentit *nu.10.in fine* sententiæ Bartoli, & aliorum; pro qua etiam videri potest Maranta *in praxi, 4.part.distinct.5.num.45.* & Menochius *de arbitrarijs, lib.1. quæst.64.ex nu.48.* tametsi ab ea videatur discessisse, sed eam sequutus est Molina *de iustitia, tractat.5.disputat.26.*

num.

num. 4. qui dicit esse in nostro Regno vsu receptam. Ergo durat in eo facultas iuris dicendi, administrandiq; iustitiam, ac per consequens si iuxta præscripta legum, restitutio, quæ ab eo petitur, concedi potest, non erit cur ipsam non concedat, aut cur non cognoscat de nullitate ob defectum iurisdictionis. Ita sentit Angelus *in l. Iudex postea quàm*, 55. *num. 6. ff. de re iudicat.* Abbas Panormitanus omninò videndus *consil.* 87. 1. *par.* quem sequitur Tuscus *liter. R. conclus.* 278. *tom.* 7. Decius *in dicto cap. in literis, nu.* 14. *cum seqq.* Boerius *decis.* 6. Menochius *de arbitrarijs, lib.* 1. *quæst.* 67. *ex nu* 43. alios refert pro eadem sententia Tiraquellus *in l. bones*, §. *hoc sermone, limitat*, 21. *num.* 4. *&* 5. *ff. de verbor. significat.* Verum quidem est, hunc eundem delegatum, non posse concedere restitutionem aduersus suam definitiuam, aut de nullitate eius cognoscere, si id ab eo peteretur, postquàm diffinitiuam a se latam exequutioni mandasset, quoniam eo tempore iurisdictio eius cessasset, & officio suo functus esset, *dicto cap. in literis*, vbi notant Doctores. Et hæc illatio è directo est opposita tertiæ sententiæ supra propositæ.

27 Sed respondet Paulus de Castro *in dicta l. aduersus, nu.* 1. *C. si aduersus rem iudicatam*, ad textum *in dicto cap. quærenti, de offic. delegat.* qui sequitur Ioannes Guttierrez *lib.* 2. *canonicarum dicto capit.* 2. *num.* 23. *&* 40. verum quidem esse durare iurisdictionem delegati à Principe intra annum à prolata sententia, id tamen intelligendum esse, duntaxat quòad exequutionem sententiæ, non verò quòad destructionem, & rescissionem per restitutionem in integrum.

28 Sed hæc euasio indigna est ingenio Pauli, & inexcusabilis, indignationem certè meretur, quãdo bonus Homerus dormitarit, si Ioanni Guttierrez ignosci potest, qui illum sequutus errauerit. Est itaque responsio omninò inuerisimilis, quoniam non est duplex iurisdictio, aut duplex officium Iudicis nobile, vnum quo sententia exequutioni mandetur, alterum quo restitutio in integrum concedatur, & cognoscatur de nullitate sententiæ, sed duplex iste actus, seu effectus ab vno, & eodem fonte, & principio procedit, ab vna, & eadem iurisdictionem, & officio Iudicis nobili deriuatur, vt obseruarunt Bartolus, Cumanus, Imola, Alexander, relati supra hac disputatione num. 5. & colligitur ex traditis ab Hostiensi *in summa, de officio Iudicis, num.* 3. Speculatore *lib.* 1. *eodem titulo, de officio omnium Iudicum*, §. *potest*, 7. Canonistis *in rubrica, & cap.* 2. *de officio Iudicis*, vbi notat Panormitanus *num.* 5. Legistis *in l.* 1. *ff. de iurisdiction. omn. Iudic.* vbi præter alios Oroscius *nu.* 23. *&* 24. qui testatur de communi. Ergo merè voluntariè, & sine fundamento dicitur manere iurisdictionem quòad vnum effectum, non quòad alium: estque id manifesta petitio principij, vt dialectico more loquamur: id enim est, de quo dubitamus, & quod probari deberet, non assumi, vt alio in proposito, sed sapienter notauit Ripa *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, num.* 78. *in fine, ff. ad trebellian.* Interim enim donec durat iurisdictio, & officium Iudicis nobile, quod natura sua est principium multorum actuum, durat facultas exercendi omnes illos actus, siquidem nullo iure coarctatur facultas ista ad vnum actum potiùs, quàm ad alium. Atque quemadmodum per exercitium vnius actus iurisdictionis, præscribitur iurisdictio quòad omnes actus vnius, & eiusdem speciei, etiam si aliorum actuum nullus fuerit vsus, ex eo, quòd omnes isti actus procedunt ab eodem fonte, & quasi habitu, vt eleganter notauit Iaso *in l. imperium, nu.* 23. *ff. de iurisdiction. omn. Iudic.* Baldus qui multos refert *tractat. de præscriptionib.* 2. *part. principal. quæst.* 2. *numer.* 16. *cum sequentibus*, *& numer.* 22. *& sequentibus*; imò verò, vt ibidem post Bartolum, & alios, notauit idem Baldus *num.* 26. quod attinet ad retentionem iurisdictionis, quæ fauorabilior est, quàm præscriptio, per vnum solum actum retinetur in vniuersum iurisdictio, etiã quòad alias species; ita similiter in casu proposito, cum agitur de retinenda iorisdictione, & officio Iudicis, Iudex delegatus, qui post sententiam retinet iurisdictionem, & officium quoad exequutionem iuxta textum expressum *in d. cap. in literis, cap. significasti, & cap. quærenti, de officio delegati*; retinebit eam quoque quòad facultatem restituendi, tametsi hæc esset diuersa facultas à facultate exequendi, nedum cum vna, & eadem sit facultas, à qua procedit vterque actus.

29 Quintò infertur, delegatum ad vniuersitatem causarum posse restituere aduersus suam sententiam, tàm interloquutoriam, quàm diffinitiuam, quia nempè post latas istas sententias officium, & iurisdictio eius durat, & ob eandem rationem potest de suarum sententiarũ nullitate cognoscere. Ita sentiunt *in d. leg. Iudex postea quàm, ff. de re iudicat.* Albericus *num.* 2. Angelus *num.* 6. Imola *num.* 6. *tametsi sub dubio*, Alexander *num.* 13. Baldus *in d. l. si vt proponis*, 4. *nu.* 10. *C. quomodo, & quando Iudic. &* ibi Salycetus *num.* 3. *circa finem*, Philiphus Francus *in cap. cum causam*, 62. *num.* 25. *de appellationib.* Decius *in cap. in literis, num.* 8. *de offic. delegat.* Panormitanus *in capit. qualite, & quando, el primo, nu.* 2. *&* 3. *de accusationib.* Felinus ibi *nu.* 40. Ripa *in l. quod iussit, num.* 64. *ff. de re iudicat.* Vantius *tract. de nullitat. b. tit. coram quo nullites, nu.* 17. Menochius *de arbitrarijs, lib.* 1. *quæstio, nu.* 67. *num.* 47. Guttierrez *lib.* 2. *canonicorum, dicto cap.* 2. *nu.* 25. *& sequentibus*, Maranta *in praxi*, 4. *par. distinct.* 5. *num.* 51.

30 Sextò infertur, delegatum ad exequutionem aliquam, donec cum effectu fuerit exequutus mandatum suum iurisdictionem habere, ac per consequens posse, vel de nullitate processus, vel sententiæ cognoscere, vel etiam restitutionem concedere. Exemplum est, in delegato à Papa ad conferendum beneficium, etenim si primo contulit nulliter beneficium, non ideò impeditur, ne possit iterum beneficium conferre, donec gratia Pontificis habeat verũ effectum. Ratio est, quia cum Princeps delegat exequutionem, videtur magis cogitare de effectu, quàm de nudo facto, & consequenter delegatus nõ dicitur functus officio suo, donec res plenum sit effectum sortita. Ita sentit Innocentius *in dicto cap. in literis, num.* 2. *&* 3. *de officio delegati*, quem sequuntur ibi, Zabarella *num.* 1. Io. Andreas *num.* 3. Ancharanus nu. 1. Baldus *num.* 2. Felynus *num.* 2. Decius *num.* 29. idem Baldus *in l. item* 6. §. *si decuriones, ante num.* 1. *ff. quod cuisque vniuersit. nom.* Marianus Socinus *in cap. qualiter, & quando, el primo n.* 83. *de accusation.* & ibi iterum Felynus *nu.* 45. Oldradus *cons.* 295. *nu.* 2. Henrichus Boerius *singular.* 7. *num.* 17. Messia *in l. Toleleti, in conclusione vltima partis, nu.* 48. vbi multos refert, Guttierrez *dicto cap.* 2. *nu.* 33. Et confirmatur ex textu *in l. à Diuo Pio*, §. *si super rebus, ff. de re iudicat.* vbi facta exequotione super vna re, quæ apparuit litigiosa, potest denuò fieri exequutio super alia, quę fuit obseruatio, Ancharani *in d. cap. in literis, num.* 1. *vers. quaro dicitur.*

31 Neque verò admittenda est, quoad hoc differentia, quam plerique tradiderunt, sed non assignata ratione differentiæ, inter mandatam iurisdictionem, & mandata facti extra iudicialis, vt hæc doctrina locum habeat in mandato facti extraiudicialis; non verò in mandato iurisdictionis. Quod docuit vbi supra Innocentius, & Baldus, & Menochius, cum multis, quos sequutus retulit *in dicta*

dict. 1 quest. 67. nu. 71. certè hoc verum esse in commissione facti, probat optimus textus *in l. 2. in princip. vers. data, ff. de option. leg.* sed interim, donec ratio discriminis designetur, ille probat mihi idem in iurisdictione mandata, cum sciam rectè duci argumentum à mandato Procuratoris ad mandatum iurisdictionis, iuxta obseruationem Euerardi *in locis legalibus, loco 35.* & textum *in l. & quia, in fin. ff. de iurisd. omn. Iudic.* vbi omnes doctores notant Iaso *in l. more, num. 20. ff. eodem titulo.* Itaque vbi discriminis ratio non redditur, asseritur sine fundamento: discriminis autem rationem ego nullam inuenio.

32 Non est item admittendum discrimen aliud inter delegatum, qui per errorem facti commissionem suam nulliter exercuit, & eum, qui per errorem iuris, vt primus possit actum reformare non secundus; tametsi enim ista discrimina à doctissimis viris inuenta sint; sunt tamen figmenta sine fundamento vllo introducta, quæ alijs non nimius doctis displicuerunt, vt videri potest apud Tiraquellum vtrosque referentem *in l. boues, §. hoc sermone, limit. 21. num. 4. & 5.* planius, & verius est, quod in vniuersum diximus, delegatum ad exequutionem iurisdictionem habere donec fuerit exequutus mandatum; idque indifferenter, & in omni casu accipiendum est ex superius adductis.

33 Septimò infertur, Iudicem delegatum à Principe ad exactionem alicuius quantitatis sibi debitæ ab aliquo reo, & eius fideiussoribus, interim donec quantitas non est exacta, non esse functum officio suo; sed eius iurisdictionem durare, & quod consequens est, si sententiam aliquam tulit in processu exequutiuo, post quam producantur noua instrumenta, ratione quorum locum habeat petitio restitutionis in Fisci fauorem, poterit concedere illam aduersus suam sententiam difinitiuam processus exequtiui. Quod ita ex facto non semel iudicani, iudicaremque quoties se casus offerret, alijsque iudicandum suaderem, quoniam existimo hanc sententiam verissimam, & firmissimo fundamento innixam; contrariam autem prorsus falsam, & contra iura aperta, efficacissimamque rationem, cui satis fieri congruè non potest; Quare quidquid Guttierez *vbi supra, num. 41.* reprehenderit Aduocatum, qui testabatur sæpius se vidisse concedi à delegato restitutionem aduersus suam diffinitiuam, dixeritque suam illam sententiam veram esse, & tenendam in iudicando, & consulendo; tametsique viderim ex meis illis sententijs aliquas reuocatas à Iudicibus superioribus in gradu appellationis non recedo tamen à mea sententia, donec videam euersa fundamenta, quibus nititur. Quippe cum sciam, etiam posse fossam vnius, & deterioris, sententiam, & multos; & maiores aliqua in parte superare, *l. 1. §. sed neque, C. de veter. iur. enucl.* sciam etiam non esse ideò quem deteriorem, quod inferior sit, neque maiorem scientia, quod superior; imò verò sepè sæpius videas cum sapiente Ecclesiastes 10. *Stultos positos in dignitate sublimi. Est quoque qui stultus apparet, post quam eleuatus est in sublime,* Prouerbior. 30. num. 32. *Nam exaltatio stulti ignominia,* Prouerbior. 3. num. 35. *Atque viderim ideò nonnumquam* (vtinam non sæpè) *bene latas sententias in peius reformari, neque enim vtique melius pronunciat, qui nouissimus sententiam laturus est,* vt testatur Vlpianus *in l. 1. ff. de appellation.* Ne dicam cum celebri Rotæ Aduocato Capharelo, cuius dictum retulit Glossa regularum Cancellariæ Innocentij VIII. in proœmio non longè à fine, & eius, vt notatu digni, meminit Ioannes de Neuizanis *in sylua nuptiali, lib. 5. num. 2.* Cortasius *de communi opinione lib. 2. tit. 9. cas. 10. nu. 58.* Ioseph Ludouicus *decis. Lucens. 3. num. 48.* videlicet: *Rota aliquando rotat.* Igitur qui vtriusque sententiæ fundamenta attentè, & imperturbato animo inter se contulerit, maturèque pensitauerit, poterit inter vtramque iudicare.

34 Octauò tandem infertur, veram esse proculdubio resolutionem, quam sumus amplexi, & distinctionem, quam adhibuimus ad conciliandas duas illas extremas sententias, primam, & secundam, quas retulimus; eam verò, qua vtitur tertia à nobis relata sententia insufficientem esse, & fundamento carere, nisi ad limites nostræ distinctionis reducatur. Planè tertia illa sententia, & aliæ quædam limitationes, & distinctiones, quarum meminimus num. 31. & 32. introductæ sunt ad conciliandas leges, quæ in hoc articulo videntur inuicem contrariæ: quæ tamen neque secum repugnant, neque ea conciliatione indigent, vt mox apparebit.

35 Non omitto multos Doctores tractasse de ea quæstione, an possit delegatus cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & resolutionem eius ex alijs principijs deduxisse. De qua consuli possunt Cumanus *in l. à Diuo Pio, in principio, num. 3. ff. de re iudicata,* Ripa *in l. quod iussit, ex num. 61. ff. eodem,* Paulus *in l. aduersus, num. 3. C. si aduersus rem iudicatam,* Philippus Franchus *in cap. dilecto, vltimo, ex numer. 64. de appellationibus,* Socinus *consil. 83. volum. 4.* Magonius *decision. Florentina, 90. numer. 10. & sequentibus,* Maranta *in praxi, 4. part. distinct. 5. ex num. 21.* Vantius *de nullitatibus, titulo coram quo nullitas, ex num. 14.* Bouadilla *lib. 2. politicæ, cap. 21. num. 214.* Azeuedus *in l. 2. num. 6. & 7. tit. 17. lib. 4. recopilation.* præter eos, quos hac disputatione passim retulimus.

36 Ad fundamenta igitur primæ sententiæ quatenus pugnant cum nostra respondendum est, ad primum desumptum *ex l. vt proponis, la prima, C. quomodo, & quando Iudex,* dicendum est primò, in eo textu reuocatam esse delegationem, atque ex eo factum esse, vt delegatus non potuerit iterum iudicare, iuxta *l. iudicium soluitur, ff. de iudicijs,* aliter responderet Imperator, si delegatio reuocata non esset, vt diximus hac eadem disputatione numer. 24.

37 Secundò dicendum est, textum loqui de delegato inferioris à Principe, cuius iurisdictio regulariter finitur prolata à sententia diffinitiua, & officio finito, neque restituere, neque de nullitate suæ sententiæ cognoscere potest, vt diximus supra numer. 20. longè aliter res habet in delegato à Principe, cuius iurisdictio nobilior, & firmior est, duratque adhuc post prolatam diffinitiuam, vt diximus num. 26. & sequentibus, & planè docet Bartolus *in l. terminato, 3. num. 8. C. de fruct. & lit. expens.* Ita explicat illum textum Decius *in dicto cap. in litteris, num. 18. de officio delegati,* & Syluester Aldobrandinus ibi in additione, verbo, *denuò*; tametsi enim prolata sententia cesset officium Iudicis mercenarium, iuxta textum *in l. Index posteaquam, 55. ff. de re iudicata,* durat officium nobile, quo expeditur exequutio sententiæ, & in integrum restitutio, vt diximus supra numer. 5. & 28.

38 Ad secundum desumptum ex *l. minor autem, §. idem Imperator, cum versicul. sequenti, ff. de minoribus,* & ex concordanti textu *in leg. aduersus, Cod. si aduersus rem iudicatam, cum l. 1. C. vbi, & apud quem,* respondetur in primis *in dicta l. 1. C. vbi, & apud quem,* non agi de sententia delegati à Principe, sed de sententia Procuratoris Cæsaris, aduersus quam non Præses Prouinciæ, à quo ibi restitutio petita erat restituere potest, iuxta eam legem, sed solus Princeps, Procurator autem Cæsaris erat Magistratus superior ordinarius, à quo acta, vel gesta sic comprobaban-

babatur, ac si à Cæsare gesta essent. Is Magistratus creditur institutus ab Augusto, qui testâre Dione Cassio Historiæ Romanæ *lib. 53. in principio*, Anno ab Vrbe condita 726. *instituit, vt administrationi Aerarij quotannis bini Prætorij viri præficerentur*, & inferius paulò ante medium eiusdem libri: *Imperator etiam Procuratores (sic enim ij vocantur, qui publicos redditus colligunt, certasque impensas faciunt) in omnes suas, ac populi Prouincias ex Equitibus alios, alios ex libertis mittit*, refert item constituisse illis salariū. Quodque notatu dignum est, fuisse Augustum primum inuentorem, & authorem salariorum, quæ gerentibus publica officia designantur, cum antiquitus, qui aliquod à Republica munus suscepissent omnia suis impendijs agere consueuissent; quemadmodum Senatus Romanus post captam à Fabio Terracinam, stipendia de publico solui militibus decreuit, cùm ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset, Authore Liuio *decade prima, libr. 4. sub finem*. Deinde à succedentibus Principibus aucta paulatim est eius Magistratus iurisdictio, dignitas, & authoritas, vt colligi potest *ex titulo Digestorum, de offic. Procuratoris Cæsaris*, & Vbesembecio *in paratitla, eodem titulo*. Certè Cornelius Tacitus *libr. duodecimo annalium*, testantur hũc Magistratum sub Claudio vires sumpsisse: *Eodem anno (inquit) sæpiùs audita vox Principis parem vim rerum habendam à Procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset, ac ne fortuitò prolapsus videretur, Senatusc͡ōsulto quoque cautum pleniùs, ac vberiùs quam antea*. Idem paulò aliter refert Suetonius Tranquillus in Claudio, *cap. duodecimo*. Sub recentioribus verò Cæsaribus mutatum est nomen Procuratoris Cæsaris in nomen Comitis rerum priuatarum, & sacrarum largitionum, vt constat ex titulis libri primi Codicis, & ijs, quæ scribit Cassiodorus *libr. 6. variarum, cap. 7. 8. & 9.* De initio, & progressu istius Magistratus, videbis si placet, quę scribit in suo Lexico Ioannes Caluinus, *verbo Procurator Cæsaris*, & in libello de Magistratibus Romanis, *eodē verbo*, diximus aliqua disputatione, secunda, quæstione octaua, sectione nona, num. 701. Nobis satis sit notasse, dignitatem Procuratoris Cæsaris, non fuisse inferiorem dignitate Præsidis, vt aduersus illius sententiam apud hunc posset peti restitutio. Atque item istum Procuratorem non fuisse delegatum Principis, sed ordinarium Iudicem, circa materias fiscales, & patrimoniales, quo fit, vt textus *in dict. l. 1. Cod. vbi, & apud quem*, nihil aduersus nostram sententiam faciat.

39 Ad textum verò *in dicta l. minor autem, §. Imperator, cũ versicul. sequenti, & in dicta l. aduersus, Cod. si aduersus rem iudicatam*, quibus dicitur aduersus sententiam delegati à Principe, solum Principem restituere posse, respondetur, dictionē, *solus*, excludere omnes alios Iudices ordinarios, qui non possunt restituere aduersus sententiam delegati à Principe; idque ob duas rationes. Prima, quoniam minor Iudex non restituit aduersus sententiam maioris, *l. minor autem*, 18. *in principio, ff. de minoribus*, vbi notant Doctores delegatus autem in sua causa maior est quolibet ordinario, *cap. significasti, cap. sanè quia, cap. pastoralis, §. quia verò, de officio delegati*, quibus locis notant Doctores: *& in rubrica de officio delegati*, vbi Ioannes Andreas *num. 3.* Ancharanus, Felynus *ante numerum primum*, & Cardinalis Zabarella: item *in rubrica, ff. de officio eius, cui mandat. est iurisdict.* vbi Paulus Castrensis, Alexander. *num. 4. & 5.* Iaso *in principio & nu. 1.* Decius *ex nu. 2.* disputat latè Alciatus, tametsi ab omnibus discedat *ex nu. 30.* idem Decius *in d. in cap. in literis, num. 16.* Menochius *cons. 51. num. 9. libr. 1.* Bouadilla *lib. 2. politica. cap.* 21. *num. 59.* qua ratione ad hoc probandum vsus est Bartholomeus Socinus *cons. 83. num. 5. 6. & 7. volum. 4.* Secundò, quoniam semel per Principem delegata causa, tacitè videtur ad ipsum aduocata, *cap. studuisti, de officio legati, cap. cæterum*, 3. & ibi Doctores, *capit. pastoralis*, 14. *capit. cum contingat*. 24. *de rescript.* Quò fit, vt mandato etiam finito non possit ordinarius amplius in eam manus mittere, aut de ea cognoscere, *cap. licet, de offic. legat. cap. vt nostrum*, 56. *de appellationib.* Rota *decis. 48. in fi. de rescript. in antiquis, & decis. 1. de election. in nouis*, Baldus *in l. si vt proponis, 4. in 1. lectur. nu. 12. C. quomodo, & quando Iudex*, Decius *cons. 137. nu. 4.* Alciatus *consil. 48. hac in attentatorum, nu. 9. lib. 6.* Menochius *de arbitrarijs, lib. 1. q. 67. num. 46.* Auendanus *de exeq. mand. 1. par. cap. 19. numer. 3. vers. tacita ergo*, Guttierrez *lib. 3. practicarum, q. 23. nu. 5. & q. 24. num. 13.* Bouadilla *lib. 2. politica. cap. 21. num. 34. 59. & 60.* vbi refert multos, Scaccia *de sentent. & re iudicat. cap. 1. gloss. 4. q. 6. nu. 24.* Aymon Cranetta *cons. 21. num. 1. inter consilia feudalia diuersorum*. Dictio verò illa, *solus*, non excludit Iudicem ipsum delegatum, qui vice, & nomine Principis restituit, ac per consequens ipse Princeps restituere videtur; vt enim rectè animaduertit Bald. *in d. c. studuisti n. 5.* delegati vice Principis fūgũtur, & possunt idem quod ipse Princeps; quia vices suas gerunt, vt dicitur *in d. cap. sanè quia*; Princeps autem, qui per alium facit, videtur facere per se ipsum, *capit. is qui*, 12. *de præbendis in sexto*, notat Gloss. *d. in l. vltima, verb. restitutionem, & in d. l. in causa, §. vltimo, verb. pro iurisdictione, in fine, ff. de minorib.* & Paulus Castrensis *in d. l. vltima, nu. 3.* vbi per eum textum notat, ea, quæ facit Iudex delegatus, censeri facta esse à delegante. Confirmatur ex textu *in leg. item eorum, 6. §. si decuriones, ff. quod cuiusque vniuersit. nomin.* vbi si decuriones dederunt alicui potestatem eligendi, qui eligitur vi istius potestatis, videtur electus ab ordine decurionum, & non ab eo, qui ex commissione decurionum elegit, vbi Baldus notat, & Bartolum *in l. vnum ex familia, §. si de falcidia, num. 1. ff. de legat. 2.* Decius *cons. 443. nu. 8.* Et quod magis est solutio ista planè descendit ex textu *in d. l. vltima, C. vbi, & apud quem*, vbi Iustinianus satisfaciens tacitè obiectioni, quę resultabat aduersus generalem decisionem illius legis concedentis facultatem delegatis à Principe restituendi aduersus suas sententias, ex conclusione *d. l. aduersus*, quòd aduersus sententias delegati à Principe, solus Princeps restituit, subiunxit: *Sancimus non solùm apud Iudices pro tribunali huiusmodi causæ cognitionem proponi, sed etiam apud eos Iudices, quos Augustalis dederit maiestas, aut nostræ Reipublicæ administratores, vel in hac Regia Vrbe, vel in Prouincijs, vt videatur* (attende & nota) *ipse, qui Iudicem destinauerit, vtpotè pro tribunali cognoscens, in integrum dare restitutionem*. Eadem doctrinam confirmat dicta Glossa ibi, *in verb. restitutionem*, ex textu *in l. & si Prætor, ff. de officio eius, cui mandat. est iurisdict.* Neque verò nouum est in iure, vt ea, quæ fiunt à mandatario, censeātur à mandante fieri, imò id regulare est, *l. vnum ex familia, in principio, & §. 1. ff. de legat. 2.* & ibi Doctores, Felynus *in cap. cum R. canonicus, num. 3. de offic. deleg.* Cardinalis Tuscus *liter. A. concl. 154.*

40 Quod verò illa verba, *solus Princeps, in d. leg. aduersus*, non excludant delegatum, sed solùm Magistratus ordinarios, probat planè ipsius legis contextus. *Aduersus sententiam (ait) eius, qui tunc vice Principis iudicauit, in integrum restitutionis auxilium apud Prætorem, seu Præsidem Prouinciæ clarissimum virum flagitare nequaquam poteris: nam aduersus eius sententiam, qui vice Principis cognouit, solus Princeps restituit*. Restitutio igitur ista petita nō est

est coram Delegato, sed coram Pretore, aut Preside Prouinciæ, Iudicibus ordinarijs qui eam concedere non poterant ob rationes numero præcedenti allatas. Petita est autem illa restitutio eo tempore, quo commissio delegati, eiusque mandatum finitum erat. Sed quo argumento? quoniam id indicant illa verba, *qui tunc vice Principis iudicauit:* nam aduerbium, *tunc*, non adiungitur verbo præteriti, nisi ad significandam rem multo ante præteritam; notat Bartolus *in l.tutoribus, num.1 ff.de testament.tutel.* Cùm igitur casus illius textus præsupponat, finito delegati mandato restitutionem peti, & definiat quæstionem, vbi & apud quem sit petenda restitutio aduersus sententiam delegati eius delegatione finita, mirum non est, textum dicere à solo Principe posse concedi, siquidem eo casu non à delegato, quia commissio eius finita erat, ac per consequens eius iurisdictio cessauerat, neque ab ordinario, quia minore cócedi potest. Reliquú est igitur, vt solus Princeps possit eam indulgere. Aliter respondissent Imperatores, si restitutio petita esset corã delegato ipso, qui iudicauerat iurisdictione eius durante. Ita fit, vt non sit necessarium recurrere ad solutionem Glossæ *in d.l.aduersus, verb.solus*, quæ credidit legẽ illam corrigi, *à l.vltima, C.vbi, & apud quem*, quæ disertis verbis sine vlla limitatione concessit facultatem restituendi Iudicibus à Principe delegatis.

4 Fundamenta autem secundæ sententiæ non faciunt contra nostram resolutionem: nam licèt verum sit Iudices delegatos à Principe facultatem habere restituendi aduersus suas sententias, sicut & ordinarios, quod attinet ad naturam suæ iurisdictionis, id tamen intelligendum est, datis terminis habilibus, quemadmodum intelligitur in quauis dispositione, & conclusione iuris, *leg.qui testamento, in princ.ff.de testament. l.dudum, Cod. de contrah. empt.cap.1 de ætat.& qualit.& ordin.præficiend.* Itaq; dum durat iurisdictio delegati à Principe, potest concedere restitutionem aduersus suas sententias iuxta textum *in d.l.vltim.C.vbi & apud quem, & in cap.causa, de in integr. restit.* Finita verò iurisdictione expirat hæc facultas, quod in Iudicibus quoque ordinarijs locum habet, vt considerabamus supra num. 15.

SVMMA DISPVTATIONIS octaua.

1 *IN Regno Castellę quis sit vsus concedendi promissa, & quid eo nomine significetur.*

2 *Administratores patrimonij fiscalis cum vendunt, vel locant res fiscales sub hasta, & Decuriones in venditione, vel locatione rerum ad ciuitates pertinentium, & hæredes cùm vendunt res hæreditarias ad satisfaciendos creditores, possunt promissa concedere.*

3 *In quo consistat difficultas præsentis disputationis.*

4 *Prima sententia affirmatiua. In re propria quilibet est moderator, & arbiter. Factum iudicis censetur factum partis.*

5 *Secunda sententia negatiua.*

Solùm potest concedere promissa, qui habet administrationem generalem cum libera.

Iudex executor circa bona, quæ vendit ex causa iudicati, non habet administrationem generalem cum libera.

Administratores publici possunt transigere.

Differt administratio publica cum mandato cum libera, concessa à lege, vel concessa ab homine. Iudex non potest vendere pignora capta in causam iudicati, nisi præsenti pecunia.

6 *Promissorum concessio continet grauamen debitoris, spectato futuro euentu, tametsi de præsenti videatur fauorabilis.*

Potestas in re aliena tota pendet ex Domini mandato.

Mandati fines diligenter sunt custodiendi.

Negotiatio, qua exponitur res discrimini lucri aut iacturæ soli Domino res reseruatur.

Negotiorum gestor tenetur de damno, & non consequitur lucrum.

7 *Ratio discriminis inter Administratores publicos, & Iudices vendentes pignora.*

8 *Factum Iudicis censetur factum partis, cùm ritè, & rectè procedit, non cùm abutitur sua potestate.*

Factum Iudicis æquiparatur facto partis in venditione iudiciali quòad euictionem, non quòad alia.

DISPVTATIO VIII.

Vtrum Iudex pro exequutione sententiæ vendens sub hasta pignora debitoris capta in causam iudicati, possit licitatoribus augentibus prætium, & afferentibus meliorem oblationem promittere pro pręmio augmenti partem prætij rei licitatæ.

1 IN Regno Castellæ, cùm locantur Regij reditus, eorum Administratores eo iure facultatem habent, concedendi licitatoribus afferentibus meliorem oblationem partem prætij aucti. Quã partem licitatores prætium subhastationis augentes omni modo lucrantur: nam siuè ipsis redditus addicantur, tantò minùs soluunt, quantum est illis promissum, siuè post ipsos alius meliorem conditionem offerat, & posteriori licitatori redditus addicantur, ille, velut partem ab eo debiti prætij, soluit anteriori oblatori quantitatem promissi, ab Administratore concessam, Hispani *prometidos* vocant. Quorum concedendorum facultatem tribuit Administratoribus gabellarum, *l.22.titul.13. libr.9. recopilation.* & ibi *in l.25.* declaratur promissum censendum esse partem prætij. Item *in d.l.22.* statuitur quintam partem ipsiusmet promissæ quantitatis, credere debere lucro Regis. Estque mirabilis modus augendi licitationis calorem de quo vide Guttierrez *libr.7.practicarum de gabellis, quæst.151.& 152.* vbi etiam quando promissum ammitatur. Eas leges ego sæpiùs practicaui, dùm administrarem Regios redditus gabellarus ciuitatis Astigitanæ in Bætica Prouincia.

2 Eandem facultatem concedendi promissa ad inuitandos licitatores habere quoslibet deputatos administrationi patrimoniorum quorumlibet Principum, testatur Franciscus Lucanus *tractatu de Fisco, 4.part.nu.4. tom. 12. tract.* Item hæredes dum vendunt bona hæreditatis ad soluenda debita defuncti, & eius creditores satisfaciendos, docet Bartolus *in l.vltima, §.in computatione, num. 3.Cod.de iure deliberand.* Item Decuriones ciuitatis dum locant redditus publicos, notat Auendanus *de exequend. mandat.part.2.cap.12.nu.12.versicul. circa quod, Auiles in cap.22.Pratorum, in verb.depujar, nu.16.* Bouadilla *lib.5. politica, cap.4. num.60.* Azeuedus *in dicta l.32. num.2.tit.*

13.lib.

13 *lib. 9. recopilation*. Guttierrez *de gabellis, dicta quaest. 152. numer. 3.*

3 Nunc uerò dubitamus, utrum quod licet Regis administratoribus in subhastatione Regiorum redituum, & Decurionibus in locatione publicorum liceat circa bona uendita subhasta quibuscunque Iudicibus sententiam exequutioni mandantibus, ut eo modo augeatur licitationis calor, & rerum uenditarum pretium, quod uidetur cedere in beneficium debitoris, cuius pignor uenduntur.

4 Prima sententia affirmat, posse à quouis Iudice uendente concedi promissa, seu partem prætij rei uenditæ in premium auctæ oblationis. Hanc amplectitur Escobar *de ratiocinijs administratorum*, 1. *par. cap.* 24. *num.* 43. Probatur, quoniam debitor ipse, si uenderet pignora, posset eā promissa cōcedere, cùm in re propria, quilibet sit moderator, & arbiter *l. in re mandata, C. mandati*. Sed factum Iudicis vendentis pignora capta in causam iudicati, censetur factū ipsius debitoris, & illi æquiparatur, *l. si ob causam, C. de euictionib.* Ergo Iudex, seu Exequutor uendens, potest promissa concedere.

5 Secunda sententia uerior negat, promissa concedi posse à Iudice uendente sub hasta pignora capta in causam iudicati ad satisfaciendos creditores. Ita sentit Parladorius, *libr. 2. rerum quotidianarum cap. final.* 5. *par. §.* 13. *numer.* 8. Ioannes Hæuia Volano *in Curia philippica* 2. *par. §.* 22. *numer. 3. in fin.* Probatur primò, quia is solùm potest concedere ista promissa, qui habet administrationem generalem, uel cum libera, bonorum, quæ locat, uel uendit, ut colligitur ex traditis à Bartolo, & communiter Doctoribus *in l. à Diuo Pio, 15. §. sed si emptor, ff. de re iudicata*. Sed Iudex, uel Exequutor non habet administrationem generalem, uel cum libera pigorum captorum in causam iudicati: ad eius enim officium solum pertinet administrare iustitiam in causa exequutionis, circa quam habet mandatum, ut acutè adnotauit Iaso *in l. Præses, 12. numer. 10. C. de transationibus*, vbi ait Administratores publicos, electos ad gerendum negotia publica ciuitatis, posse trāsigere, secus si essent electi ad reddendum ius, ut in Potestate. In quam sententiam refert Cynum, Raynerium, Bartolum, & Alexandrum, & in singulare dictum Baldi *in l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. final. in vltimis verbis, ff. de iure iurand.* ubi ait, si in creatione Potestatis detur ei ampla facultas, & apponantur uerba, cum libera, nihil operari, nisi quantum attinet ad ius reddendum. Idem docet Paulus *in l. ciuitas, 27. num. 1. ff. si certum petatur*; Imò & idem Iaso *in l. Procurator, 7. num. 2. C. de Procuratoribus*, distinguit administrationem concessam cum mandato cum libera, à lege, uel ab homine, ut concessa illa non possit Administrator alienare, uel transfigere, hac uerò possit. Ex quo prouenit, ut exequutor uendens pignora in causam iudicati, capta ad satisfaciendum creditoribus, non possit ea uendere habita fide de prætio, ut posset Procurator generalis cum libera, sed ea debeat necessario uendere præsenti pecunia, ut expresse statuit textus *in dicto §. sed si emptor, versicul. oportet enim*, ubi notant Bartolus *num. 2.* Cumanus *num. 4.* Paulus *in principio*, Imola *in principio, et num. 20.* Alexander *numer. 3.* Iaso *nu. 4. 6. & 7.* Gratianus *tom. 2. disceptationum forensium cap. 325. num. 4. & 5.*

6 Secundò, quia ista promissorum concessio continet speciale præiudicium, & grauamen debitoris domini rei uenditę, uel locatæ, siquidem cùm ea lucratur is, qui meliorem, obligationem affert, diminuitur pretium uenditionis, ut locationis: ex prætio enim deducitur in lucrum adiectoris, cui sunt concessa, & auferuntur domino rei. Nam quamuis verum sit, spectato eo tempore, quo fit adiectio esse vtilem domino rei venditæ promissorum concessionem; quippè eum qui adijcit sex ob promissionem duorum spectato tempore adiectionis adijciat solum quatuor in commodum domini rei venditæ, quod illi vtile est, cùm prætium rei suæ eo tempore, sine vllo damno, aut diminutione augeatur: tamen attento futuro euentu vlterioris adiectionis, paratur eidem domino grauamen, & præiudicium, cum pars prætij suæ rei sit conuertendum in vtilitatem primi adiectoris. At actus omnes, qui continent speciale damnum, aut etiam grauamen, requirunt specialem, & expressam voluntatem eius, qui passurus est lęsionem, neque possunt expediri sine speciali mandato eius, sine quo non potest esse legitima potestas cùm potestas in re aliena tota pendeat ex domini mandato, *dicta leg. in re mandata C. mandati*, & exacto officio geri necesse sit; colligitur ex textu, & ibi Glossa præsertim penultima, & vltima, & Doctoribus *in cap. qui ad agendum, de Procuratoribus in sexto*. Ergo sine speciali commissione, & mandato, vel voluntate domini, non potest Iudex, vel exequutor promissa concedere in venditione pignorum captorum in causam iudicati: non enim debet transcendere fines mandati qui diligenter sunt custodiendi, *l. diligenter, 5. leg. si quis pro eo, 46. ff. mandat.* facit textus *in lege si pupillorum, §. si Prator, ff. de rebus eorum*, cum traditis à Molina *de primogen. libro 4. cap. 5. ex numer. 10.* vbi ex illo textu docet facultate data alicui ad vendendum rem aliquam, quam alioqui alienare non liceret, non licere ei eam rem pignori subijcere, & in decreto, aut mādato, non licere quod est minus cui licet, quod est plus, cum à forma decreti, aut mandati recedendum non sit. Ita igitur permissa est in causa exequutionis pignoris capti venditio, vt totum rei prætium in vtilitatem debitoris conuertatur, & eius creditorum, quod idem est. Concedens autem promissa exponit se periculo conuertendi partem prætij in vtilitatem adiectoris, quod ei non licet, cùm nemo possit negotiari circa rem, alienam, etiam si aliquid lucretur, exponens eam periculo damni, aut diminutionis. Negotiatio enim periculosa, qua res exponitur dubio discrimini lucri, aut iacturæ, soli domino rei reseruatur, aut cui ipse commiserit. Quo fit vt negotiorum gestor, qui præter domini mandatum administrat, teneatur de damno, & lucrum non consequatur, *leg. si negotia, 11. ff. de negotijs gestis*.

7 Ex quibus deducitur, cur Administratores Regij patrimonij, aut rerum ad ciuitates pertinētium, videlicèt Decuriones, possunt ista promissa concedere non verò Iudices, aut exequutores. Ratio enim disparitatis est, quòd illi cum habeant à lege administrationem officio annexam, censetur habere mandatum cum libera, vt notant Ioannes Lupus *in repetit. rubricæ, de donation. inter, §. 66. num. 29.* Ponte *de potestate Proregis, titul. 4. §. 5. num. 29.* Mandellus *consil. 393. ex num. 2. & 3. volum. 2.* Trentacinquius *lib. 2. variarum de Procuratoribus, resolut. 1. ex num. 1.* Natta *consil. 641. num. 5. tom. 3.* Doctores *in l. Præses, 12. Cod. de transactionibus* per textum ibi. Iudex verò, vel exequutor non habent potestatem administrandi pignora capta in causam iudicati, sed administratio iustitiam, vt planè colligitur ex textu *in l. magis puto, 5. §. si ęs alienū, ff. de reb. eorum* ibi: *Pratori enim nō liberum arbitrium datum est distrahendi res pupillares, sed ita demum si æs alienum immineat.*

8 Argumentum verò prioris sententiæ facili negotio diluitur,

luitur, si dicamus in primis in casu, de quo agimus, neque ipsi pignorum domino licere cōcedere promissa augentibus licitationem. Nam cùm promissa pars prætij sint,& res capta in causam iudicati,vendatur ad satisfaciendos creditores, tota quantitas prætij eiusdem rei cōuerti debet in creditorum beneficium, eorumque lucro cedere, & non licet partem eius creditoribus auferri,& in lucrum licitatorum conuerti. Quamuis enim in re propria quilibet sit moderator, & arbiter, ita id debet accipi ne tertio præiudicium fiat,& debitoris liberalitas damnum creditoribus afferat, deinde tunc factum Iudicis,censeri factum partis,cùm Iudex procedit ritè, & rectè,vt optimè animaduertit Gratianus *tom. 2. disceptationum forensium,cap. 3 2 6 num. 7.* secus si iurisdictione,& potestate sua abuteretur. Quare non potest efficere, quod posset ipse dominus;non enim potest rem vendere habita fide de prætio, & non præsenti pecunia, vt *ex lege à Diuo Pio,§.sed si emptor,ff. de re iudicata,*& Doctoribus ibi notaui paulò supra numer. 5.neque posset vendere rem minori prætio, quàm iusto, aut sine subhastationibus, vt posset dominus efficere. Eatenus autem dumtaxat factum Iudicis æquiparatur facto debitoris in venditione pignorum,iuxta *d.l.si ob causam,Cod.de euictionibus,*vt debitori ex venditione Iudicis maneat obligatus ad euictionem,ac si ipse vendidisset,vtpotè,qui ex venditione commodum percipiat, cum vtilitatem eius totum prætium venditionis conuertatur, non tamen ulterius, & quòad alia,ut rectè adnotauit Felicianus *de censibus tom. 2. libro 3.cap. 2. num. 1 4. versicul. tertio pro eadem parte.* Atque hęc dicta sint de toto primo titulo,de Iudicum legitima potestate,& priori tomo totius operis: cui finem impolui Neapoli die sancti Matthiæ Apostoli Februarij 24. Anni 1629. In quo si quæ dicta sint utilia Deo optimo maximo essentia uni, personis trino, gratiæ habeantur; cuius ope ad huius operis finē,post multorum annorum spatium succedentibus sibi plurimis impedimentis, & occupationibus tandem peruentum est; sicubi verò erratum, ut re uera sæpius fortassis erratum esse suspicor, ingenij mei imbecillati tribuatur. Id humanum ingenium suapte natura fert,errores,& ignorantias,nisi diuinæ gratiæ radij,& splendore illustretur.Omnia autem dicta sanctæ matris Ecclesiæ Catholicę cēsuræ,& correctioni subiecta sunto;in cuius fide,& sub cuius obedientia viuere mē, & moriturum protestor.

☞ Vltra disputationes in præcedenti libro contentas instituerамus quasdam alias adijcere, circa difficultates passim occurrentes de legitima iudicum potestate, quæ planè in nostro hoc opere desunt. Sed quoniam neque speramus otium, neque quietem, quousque Dominus tribuat nobis illam requiem sempiternam, quam confidimus per suam gratiam, & misericordiam ob Iesu Christi Domini nostri merita adepturos, noluimus studiosum lectorem ex toto fraudare. Itaque proponemus difficultates, & quæstiones, quas eramus disputaturi, & iudicabimus loca,ex quibus possit earum resolutio colligi,vt vel sic totum titulum de legitima iudicum potestate absoluamus,& perficiamus.

DISPVTATIO IX.

Vtrùm iudex possit cognoscere,an sua sit iurisdictio in qualibet causa?

Vide pro resolutione Canonistas *in capit. super literis 20.de rescript.* vbi Panormitanus ex *num. 10. Felin. ex num. 28. Glossam in l. ex quacumque, Scholio 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit,* & ibi Doctores, *Franciscum Marcum de cis. 157. n. 4. 2. part.* & longam remissionem apud me *2. tom. tit. 2. disput. 5. num. 10.*

DISPVTATIO X.

Vtrùm iudex possit coarctare dilationem legalem?

Vide, quòd possit in causis summarijs, & executiuis, *Bouadilla lib. 2. Politic. cap. 20. numer. 29. cum sequentib. Gironda de Gabellis 4. part. in princip. ex numer. 7. ad 14. Franchis decision. 588. ex numer. 6. Didacum Perez in lege 1. titul. 3. lib. 3. Ordinamenti ad verbum. Hasta nueue dias, versicul. Quid autem erit, colum. 866. ad medium. Marantam in prax. 4. part. distinct. 9. num. 21.* Amplia, vt etiam post concessionem possit dilatio ex causa coarctari, *Bouadilla lib. 3. Politic. cap. 14. num. 84.* Limita post *Molinam de primogen. libr. 2. cap. 13. num. 19.*

DISPVTATIO XI.

Vtrùm iudex possit partes litigantes compellere ad concordiam.

Vide Canonistas *in cap. 1. de mutuis petitionibus,* vbi Butr. *ex num. 23. Alexand. in leg. 1. §. & post operis, num. 7. ff. de noui oper. nuntiat. Iasonem in leg. quidam existimauerunt 21. numer. 3. & 4. ff. si cert. petat.* & ibidem alios Doctores, *Bellugam in speculo Principum, rubric. 11. §. compendiosè, num. 6. & 7. & Rubric. 27. num. 49. & 51. Afflict. decis. 149. num. 5. & 6.* Menesium, qui latè tractat *in Rubric. ex num. 4. ad 15. C. de trans. Molinam de primog. lib. 4. cap. 9. nu. 29. Lancellot. Conradum in templo omn. iudic. libr. 1. cap. 1. §. 3. tractat. de Duello, & pace, part. 6. conclus. 102. Gratian. regul. 251. Ponte de potestat. Proregi, tit. 1. in princip. numer. 8. & 10. Cened. ad decretales, collectaneo 70. Martam de iurisdict. 2. part. cap. 22. ex num. 10. Collantes in pragmaticam rei frumentariæ, lib. 3. cap. 11. nu. 9.* Et quandoque potest.

DISPVTATIO XII.

Vtrùm iudex delegatus possit in causa fiscali eligere Officiales, Procuratorem, Aduocatum, & Nuncium Fiscalem?

De Nuncio uniuersim affirmat Baldus, per textum *ibi in leg. cessante 2. num. 9. C. quomodo, & quando iud. Marian. Socin. in Rubric. de dilationibus, artic. 10. numer. 3.* De Notario affirmat idem Baldus *in lege si cum dies 26. in 2. lectur. num. 4. & 5. ff. de recept. arbitr.* & ibidem, an possit Notarius, seu actuarius mutari ad libitum, *& in d. l. cessante, num. 10.*

De Procuratore, & Aduocato negant aliqui, dicuntque, si iudex elegerit Procuratorem,& Aduocatum, processum cum eo factum fore nullum,& inualidum. Ita *Afflict. decis. 366. Peregr. de iure fisci, lib. 7. tit. 2. nu. 5.*

Contrarium, imò posse iudicem istos Officiales eligere in causa fiscali. Sentiunt Antonius Gomez *tom. 3. var. cap. 1. num. 10. Matienz. in leg. 1. titul. 14. libr. 5. Recopilat. gloss. 9. num. 1.*

DI-

DISPVTATIO XIII.

Vtrùm iudices Conseruatores possint cognoscere de exactione debitorum ciuilium cotam ipsis à Religiosis petitorum.

VIde Conc. Trident. sessio. 14. Decreto de reformat. cap. 5. Guidonem Papæ singul. 361. & decis. 18. Valasc. consult. 252. Gutierrez libr. 3. practic. quæstion. 9. et 10. et libr. 4. quæst. 63. Emanuel Rodericum 1. tom. Regularium, quæst. 65. artic. 11. 12. & 13. Molinam de iustit. tractat. 5. disputat. 29. num. 3. Ceuall. in Speculo pract. tom. 4. quæst. 897. ex nu. 702. Ripol. variar. resolutio. cap. 1. ex num. 47. Erasmum Cochier de iurisdict. Ordinarij in exemptos, tom. 1. part. 1. quæst. 39. num. 31. et tom. 2. par. 2. quæst. 4. Salcedum ad Bernardum Diaz in pract. crimin. canonic. cap. 3. in fin. adnotationis, versic. Hæc de conseruatoribus, Dianam resolut. Moral. part. 3. resol. 20.

SPVTATIO XIIII.

Vtrùm iudex possit promittere præmium indicanti, & capienti delinquentem?

VIde Bart. in l. 1. num. 4. ff. de iustitia & iure, Gregor. Lop. in l. 10. tit. 28. part. 3. glossa vlt. in fin. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 29. num. 6. cum seqq. Auiles in capitul. 1. Prætorum, verb. Salario, num. 9. Bouadill. libr. 2. Politic. capit. 13. num. 76. & cap. 16. num. 64. & lib. 5. cap. 4. num. 18. & cap. 7. num. 18. Escobar. de Ratiocin. 1. par. cap. 25. ex numer. 12. & cap. 26. ex num. 33. & resoluunt, posse. Et quòd iudex recuperat expensas factas in capiendo delinquente. Clarus vbi supr. & Baiard. ad eum in dict. quæst. 29. num. 20. Vide additionem ad Capicium decis. 149. lit. A. Thuscum liter. B. conclus. 3. num. 1. & nota iudicem, neque posse promittere præmium pro captura delinquentis ipsis Ministris, qui eum debent capere ex officij obligatione, neq; ipsos ministros accipere, vt notat Escobar d. cap. 26. n. 34. & nos diximus supra, disp. 4. nu. 23.

DISPVTATIO XV.

Vtrùm iudex possit augere, vel minuere pœnas legibus impositas?

VIde Diuum Thomam 2. 2. quæst. 67. articul. 4. Alexandrum in leg. & si seuerior. nu. 2. C. ex quibus caus. infam. irrogat. & ibi, numer. 5. & 8. Franciscum Marcum decisio. 908. 1. part. Tiraquellum in tractat. de pœnis temperandis per tot. Couarruuias lib. 2. variar. cap. 9. num. 8. Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 13. numer. 7. Gregor. Lopez in l. 22. tit. 1. parte 7. gloss. 11. Didacus Perez in l. 7. tit. 15. libr. 2. Ordinamenti, colum. 597. & in Rubric. tit. 9. libr. 8. Ordinament. pag. 218. & in leg. vltim. tit. 7. lib. 3. Ordinament. col. 991. Auil. in cap. 2. Prætorũ, ver. Derechamente, ex n. 5. & n. 22. & 24. Plaza in epitome delictorum cap. 33. num. 6. Iulium Clarus libr. 5. sentent. §. fin. quæst. 85. num. 10. & 11. & ibi Baiardum ex num. 23. Menochium de arbitrar. libr. 1. quæst. 96. Farinac. in in praxi crimin. quæst. 17. ex num. 10. Bouadill. lib. 2. Polit. cap. 21. ex num. 138. Peregrin. de iure fisci, libr. 4. titul. 8. ex num. 14. & ex num. 21. Caball. resolut. crimin. cas. 172. numer. 38. tom. 1. Franciscum Suarez lib. 5. de legibus, cap. 11. num. 4. & 8. Eman. Rodericus tom. 2. Regularium, quæst. 41. articul. 5. Merlin. decis. 54. num. 3. Thuscum liter. I. conclus. 474. nu. 3. & liter. P. conclus. 255. Sebastianum Medices in repet. cap. erit 4. distin. ex num. 73. & ex num. 83. Follerium practic. crimin. 4. par. principali, numer. 2. Anguian. de legibus, libr. 2. controuers. 5. Azeued. in l. 14. ex numer. 4. per textum ibi, titul. 26. libr. 8. Rec. Ricc. coll. 261. & coll. 591. Rouit. in prag. 1. ex numer. 3. & 4. de pœnis Fragosum in Regimine Christianæ Republicæ, lib. 4. disputat. 11. §. 1. & 2. textum in leg. 8. in fin. tit. 31. par. 7. & ibi gloss. 1. 3. & 16.

Aduerte item, in atrocissimis iudicem posse iura transgredi vt notat Farin. in praxi, quæst. 37. n. 84. & 90. & Riccius collect. 1841. et 1842.

DISPVTATIO XVI.

Vtrùm iudex possit pœnam impositam reo per suam sententiam moderari, sententiamque sua reuocare?

VIde textum, qui probat partem negatiuam in l. moris 9. §. istæ ferè, ff. de pœnis, l. acta 45. §. de amplianda, ff. de re iudic. l. pœnam 15. C. de pœnis, l. 9. tit. 31 part. 7. Thesaur. decis. 232. Franch. decis. 358. numer. 6. Cacheran. decis. 201. Peregrin. de iure fisci, lib. 4. tit. 8. num. 17. et ex num. 19. et lib. 5. tit. 2. num. 3.

Verùm hanc conclusionem limitandam esse quandoque, & sigilatim ex causa paupertatis rei probat textus in l. 4. tit. 22. par. 3. vbi Gregor. gloss. 4. Azeued. in leg. 15. numero 2. tit. 5. lib. 2. Recopilat. et in leg. 2. num. 231. cum sequentib. tit. 10. lib. 8. Recopil. Gomezius de Leon in sua centur. Responsorum, Responso 40. nu. 3. et 4. vbi ait, ita obseruari passim à iudicibus in Hispania, Auendan. de exequend. mandat. 1. par. cap. 7. nu. 8. Bouadill. libr. 4. Politic. cap. 5. num. 66. 67. et seqq. Auiles in cap. 1. Prætorum, verb. Derechamente, numero 7. & vide ibi, ex nu. 5. Bernard. Diaz in pract. crim. canonica, capite, pœnis vel alijs pecuniarijs, mihi 142. & ad eum locum Salced liter. D. vide Tiraquellus de pœnis temperandis causa 32. qui distinguit & ad Baezam de inope debitore, cap. 11. ex num. 2. Menochium de arbitrar. libr. 2. cas. 447. ex numer. 1. Capiblanc. de Baron. libr. 3. c. 30. ex num. 7. Ex quibus locis habebis interpretationem eius vulgaris dicti, qui non habet in ære luat in corpore, desumptum est text. in l. vl. ff. de in ius vocand.

DISPVTATIO XVII.

Vtrùm iudex minor possit punire officialem iudicis maioris delinquentem in suo territorio?

POsse iudicem minorem punire officialem iudicis maioris delinquentem in ijs, quę ad suum officium pertinẽt, dummodo id notum faciat iudici maiori. Sentit Boerius decisio 9. Vide Auendan. de exequend. mandat. 1. par. cap. 11. num. 9. Petrum Gregor. de Republica, lib. 4. cap. 6. num. 24. in fin. et Carauit. in ritu 49. ex nu. 13. Et delegatus potest punire suos officiales delinquentes circa suum officium, Caball. resolut. crimin. tom. 1. casu 117. et 128. et tom. 2. centur. 3. cas. 262. Volano in Curia Phillipica 3. part. §. 6. nu. 15. Azeuedo in leg. 23. num. 2. tit. 7. libr. 3. Recopilat. Franch. decis. 407. et decis. 679. num. 2. Capiblanc. de Baronib. libr. 2. cap. 56. num. 1. 2. & 3. Foller. in practic. crimin. 1. par. 2. par. Rubric. fiat relatio, num. 15. Lucas de Penna in l. quinque summates 57. ex n. 2. C. de decurion. lib. 10. Farin. consil. 134. vol. 2. Facit Ricc. collectan. 433. & vide in praxi rerum quotid. par. 3. resolut. 492.

DISPVTATIO XVIII.

Vtrùm iudex delegatus delinquens puniri possit ab Ordinario?

VIde *Auendanum de exequend. mandat. 1. part. capitul. 11. nu. 9. & Bouadilla lib. 2. Politic. cap. 21. ex num. 95. Caballum resolut. criminal. cas. 53. Carauitam ad Ritum 49. num. 14.*

DISPVTATIO XIX.

Vtrùm iudex possit delinquenti concedere saluum conductum in suo territorio?

COnsule *Bartol. in leg. is, qui reus 5. num. 12. ff. de publicis iudicis, Baldum in §. Imperialis clementia, numer. 4. de pace constantiæ, Angelum quæstion. 6. Bononiensis sua ciuitatis bannitus, numero 17. Felinum in cap. accedens el 2. numero 2. vt lite non contestata. Afflict. decision. 4. & 5. & ibi Addentes, Iulium Clarum libr. 5. sentent. §. fin. quæstion. 32. numer. 14.* & ibidem *Baiardum, Menoch. de arbitrar. libr. 1. quæstion. 81. & libr. 2. cas. 337. numer. 2. & consilio 100. num. 166. lib. 1. Boerium decis. 179. Farinac. in praxi criminal. quæst. 29. num. 79. & sequentibus, et ex num. 102. Caball. resolut. criminal. tom. 1. cas. 50. Thuscum liter. S. conclusion. 21. & 22. Ponte de potestate Proregis, titul. 1. §. 4. numero 51. & 52. Bouadilla libr. 3. Politica capit. 13. num. 17. & 19. Fachineum controuers. libr. 9. cap. 62. Colerum de processib. executiuis 4. part. ex cap. 1. ex numer. 203. Giurbam consilio 66. ex num. 17. Capiblancum de Baronibus, libro 2. cap. 31.*

DISPVTATIO XX.

Vtrùm iudex superior possit inhibere inferiorem in aliqua causa sine cognitione causæ, & citatione litigantium?

PArtem negantem probat textus *in capit. Romana 3. §. si verò de appellat. libr. 6. & docet Panormitan. in cap. 1. numer. 10. circa medium de iure iurand. Marianus Socinus in Rubric. de dilation. articul. 7. numero 70. versicul. Trigesimus secundus, Rebuffus tom. 1. in const. Regi, tractat. de sentys executorijs, art. vnl. gloss. 1. numer. 1. Maranta in Speculo aureo, par. 4. distinct. 11. num. 55. Trentacinq. variarum resolution. libr. 2. titulo de executione rei iudicatæ, resolut. 1. ex nu. 12. & apud Castellanos l. 54. et 55. tit. 5. libr. 2. Recop.*

DISPVTATIO XXI.

Vtrùm iudex vnius causæ possit esse in eadem Actuarius?

VIde *Accursium in l. curent 22. verbo, Se ipsos, ff. de testibus, & in l. iubemus 14. §. ijs quoque verb. Ius gestorum, per textum ibi, Cod. de sacrosanct. Eccles. vbi Bald. in §. rerum, numero 11. & 12.* qui affirmant *Bartol. in Authent. de defensor. ciuit. in princip. numer. 3. Abbatem in cap. ex literis 3. numer. 10. & 11. de probat. Mathesilanum singul. 1. Guidonem Papa decision. 564. Viuium decis. 48. Vrsillum ad Afflictis decision. 250. num. 9. Marcell. Cala de modo articul. §. 1. gloss. 3. num. 6. in fin.* remissiuè *Azeued. in leg. 4. numero 14. titul. 3. libr. 7. Recopilat. Trentacinquium variarum resolut. lib. 2. titulo de iudicijs, resolut. 1. ex num. 2. Cabed. decis. 60. 1. part. Riccium collectan. 1017. textum in l. Magistratus 2. C. de Magistratib. municip.* qui expressè probat sententiam Glossæ, & aliorum. Hæc habui, quæ adnotarem ad mea scripta, sub correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Finis Laus, Honor, & Gloria Deo.

IN-

INDEX COPIOSISSIMVS OMNIVM RERVM

Quæ in hoc opere continentur.

Primus numerus Diſputationem, ſecundus eiuſdem numerum denotat.

&

Bartolus.

Bellum.

Beneficium.

Beneficium Ecclesiasticum.

Blasphemia.

Bona.

Bulla.

C

Calumniator.

Cancellarius.

Canonum aliquot explicatorum elenchus.

Capycius.

Captiuus.

Captura.

Carceratus.

Casus.

Causa.

Cessio, & cessionarius.

Character.

Citatio.

Clo-

Commendatio.

Concessio.

Concordia.

Concubinatus.

Condemnatus.

Connexitas.

Consensus.

Consuetudo.

Contractus, & contrahens.

INDEX.

Domi-

INDEX.

Expo-

Fraus.

Fuga.

Fur, & Furtum.

G

Glossa.

Grammaticus.

Gratitudo.

H

Habitatio.

Habitus.

Hæreditas, & Hæres.

Hæres

INDEX.

delicti

Iu.

I N D E X.

Minor.

Miserabilis.

Monachus.

Mora.

Mulier.

INDEX.

Orphanus.

P.

Pactum.

Papa.

Pater.

Paupertas.

Peccatum.

Peregrinus.

Periurium.

Persona.

Pestis.

Pœnitentia.

Possessio.

Potestas.

Præ-

I N D E X.

Peobatio.

Procedens.

Processus.

Peocurator.

Professio.

Profugus.

Promittens.

Prorogatio.

Pro-

Remedium.

Remissio.

Renunciatio.

Represaliæ.

Rescissio.

Res.

Respublica.

I N D E X.

Sta-

Ven-

INDEX.

FINIS.